L66.4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-216220343-18/fragment/page=0002

ALBERTI SCHVLTENSII

COMMENTARIVS

IN

LIBRVM IOBI

IN COMPENDIVM REDEGIT

ET

OBSERVATIONES CRITICAS

ATQVE

EXEGETICAS

ADSPERSIT

GEORG. IOAN. LVDOVICVS VOGEL,

PHILOS. PROF. PVBL.

TOMVS SECVNDVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

APVD IO. IAC. CVRT.

cIↃ IↃ ccLXXIV.

KOEN. FRIED.
UNIVERS.
ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Zentralstelle Ausleihe

COMMENTARIVS IN IOBVM.

CAPVT XXI.

Vers. 1. Et respondit Iobus ac dixit. *vs.* 2. Audite diligentius sermonem meum; eritque hoc pro consolationibus vestris. *vs.* 3. Ferte me, vt et ego

Vers. 1. Importunis Amicorum instantiis lacessitus Noster, eorum Hypothesin tandem dedita opera refutare aggreditur; atque longius excurrit in *Felicitatem durabilem*, et *perpetuam improborum*, idque tribus gradibus exequitur. *Primo* enim arguit eos opibus, diuitiis, deliciis omnibus, circumfluere in familia florentissima, et geniales festosque perpetuo dies agere in terris ad vltimam vsque senectutem. *Secundo* insinuat, eos plagis Dei exemtos, εὐθυμίᾳ gaudere, neque infensum, infestumque, Numen experiri; ne in morte quidem, quam placidam admodum obeant; vbi aliis et vita et mors dura fere contingat. *Tertio* inculcat in ipsa quoque morte Felicitatis suae partem iisdem comitari, cum Honorati et Nobiles in Mausolaeis decumbant; atque iucundam ibi quietem percipiant, cum fauore et plausu publico; citra vllam notam ignominiae; multo minus poenae Diuinitus ipsis inustae, ad *horrorem* et *exemplum* posteritatis. Haec tria, varios inter adfectus a Nostro deducta, opponuntur iis, quae tanta cum vehementia contenderat *Tsopharus*, contenderant reliqui Socii, Deum *improbos* nunquam non *punire*, atque omni *ignominia* et *clade* adfectos, male perdere; et quidem in hoc praesenti seculo, nedum futuro. Excessus Amicorum in oculos incurrit. A parte *Iobi* quoque modus non seruatus,

ego loquar; et postquam causam egero, subsannatio sit. *vs.* 4. Profecto Ego, vt hominis questus meus: quod si? quare

dum omnia haec ita negat, et in contrarium conuertit, vt omne supplicium improbitatis in dubium vocare, aut abnegare, videatur. Non tamen indubitasse tantae veritati Nostrum, multo minus eam negasse, patescit ex *Cap.* 27, 8. et seq. vbi iam non disputans, et refutans socios, sed veros, et sedatos, animi sensus exprimens circa *sortem improborum*, inducitur. Haec submonitio quicquid est duri in hoc Capite emolliet, atque iustos intra fines coërcebit.

vs. 2. Audientiam sibi dari postulans Noster, atque ad nouam et diligentiorem attentionem Amicos excitans, eo ipso ostendit, se cum ipsis pedem pressius conferre, atque causae suae bonitatem in clariore luce collocare velle. Non sine aculeo dictum, *Eritque hoc Consolationes vestrae.* Eum non assecutus *Hieron.* dans, *et agite poenitentiam.* Non *de Pined.* quasi nil aliud diceret, quam *id sibi fore magnae consolationi, si adflictum audire* dignentur. Multo minus *Bold. Maximam ex verbis meis consolationem capietis, tantum abest vt fastidium vobis sim moturus.* Omnino Amicos tangit *Iobus*, quod qui *Consolari* debuissent, censuris et declamationibus suis vulnera eius exacerbassent. Ita solide *Merc.* cum plerisque; *Eritque hoc* loco *consolationum vestrarum*, quas merito a vobis mihi promiseram. Cum *Ironia* enunciatum, *Eruntque hae vestrae consolationes*, patet ex חלעיג *subsannatione vs.* 3. cui huc vsque se expositum fuisse, dolentissime indicat. Hoc ipsum suspicionem, sed leuissimam, mihi olim mouebat, תנחומות ex נחם *lusit*, hic esse *Ludificationes.* Prius vnice tenendum; quippe certius non tantum, sed et aculeatius.

vs. 3. Omnia plana. Ad חלעיג tantum leuis existit scrupulus, quum non *Tsopharum*, sed omnes simul compellari, pateat ex praec. *vs.* et re ipsa. Cl. *Cler.* valde oculatus, quum monet excidisse forte ו in fine, חלעיגו. Addit tamen, *Hebraeos passim numeros miscere.* Non plus quam alii; vtique nunquam sine causa. *Subsannabis* ergo, *qui voles*, quando in orbem nunc recurrisse video instantias vestras, qui caput meum pro incude habetis. Quid si חלעיג sit *substantiuum*, *formae* תנמול, quod et תנמיל, nec non תחנון, quod et תחנין? Nota est ex *Gramm. Arab.* formatio perpetua *infin.* 2. *Coni.* تفعيل, quod proprie est *Subst. verbale*, ad quam normam חלעיג erit *subsannatio*; rotundiore hinc periodo, *et post actionem meam subsannatio.* Quiuis vestrum, si poterit, me subsannare, et illudere, pergat.

vs. 4. Abrupta oratio, et obscura. Conuerto: *profecto Ego, ad hominem*, more humano, *querela mea: Quod si? cur non taedio adficerer?* vel, *impatientius agerem?* ה mihi non interrogat, sed adfirmat, vt saepe. כאדם *ad instar hominis*, ad morem hominis, *suas se querelas fudisse* dicens, ostendit, se non ex *contumacia* in Deum, multo minus ex *impietate*, in

quare non impatiens fieret spiritus meus? *vs.* 5. Respicite ad me; et stupeatis attoniti; manumque ori superimponatis. *vs.* 6. Nam vere vbi recordor, conturbor; et caro mea tremorem corripit. *vs.* 7. Quare improbi viuunt?

in eas erupisse, sed *anxietate pectoris oppressi*, *laxationem* aliquam *quaerentis*. Negat ergo se ob *Verba impatientius iacta*, quae *verba* tantum sint, tam inclementer debuisse increpari, atque pro *obstinato*, et *impoenitenti*, ad inferos relegari.

vs. 5. Duplex potest formari nexus. Primo, *Respicite ad me*, meosque infinitos dolores, *et obstupescite manu ori impositа;* nec erit quod miremini *breuiorem* mihi *factum Spiritum*, meque *impatientia*, *humana* vtique, implicitum. Sed *secundo* cum *vs.* seq. magis cohaerebit, cumque reliquo filo orationis suscipiendae, si ita aptetur: *Respicite ad me, et attonemini manu ori appressa. Quod et ego vbi recordor, vel commemoraturus sum, horrore totus corripior, conturborque. Quare* enim *Impii viuunt* etc. Sic obiectum *stuporis* vt sui, ita et Amicorum, constituit *prosperitatem improborum etc.* Possis השמו hoc adspectu exponere, *Obstupescatis conuicti*, longe aliter se rem habere, quam hactenus, disseruistis: atque *admota ori manu confitemini vos vana aduersus me disseruisse*. Non obstat huic sensui פנו אלי *Respicite ad me*, quasi semet *obiectum stuporis* faceret Noster, nam formula ista potius est *prouocantis*, vt *Cap.* 6, 28. *Conuertimini in me, et obstupescite*, i. e. *faciam vt obstupescatis conuicti* etc. Doct. *de Pined.* aliquid de hoc sensu sagaciter iam odoratus fuit; *Attendite*, inquit, *et procul dubio obstupescetis, tum ex mea innocentia adflicta, tum ex improbitate felici aliorum; inde enim procedetis ad Diuinae prouidentiae admirationem, et ad silentium de illis arcanis concipiendum.*

vs. 6. Solide *Schmid. In doloribus constitutus Iobus, non recordabatur eorum, sed noctu diuque in oculis et sensibus eos habebat. At rei, qua de locuturus mox est, saepius in vita sua, in hoc maxime statu suo recordabatur.* Istoc sub adspectu זכרתי ad *praesens* non tantum, sed et *praeteritum* sese referre posse fateor. Potissimum tamen *praesens* respici autumem: quin imo magna me suspicio tenet, זכר non esse *recordari*, sed *commemorare*, atque *in medium proferre*, vnde haec sententia enascitur; *Nam et ego vbi commemoro, sane conturbor*, mentis impos: *et corripit caro mea tremorem.* Hunc vsum verbi tetigi ad *Cap.* 4, 7. In vltimo membro *Iun.* et *Trem.* per *Ellipsin*, *Apprehenderetur caro mea horrore*. Splendidius foret, quod supra dedi *Cap.* 18, 20. *Dirigescit caro mea*, si vim *intransitiuam* adsciscere par sit. Plerique struunt, *Corripit carnem meam tremor*, non curantes discrimen generis inter אחז et פלצות. Grandius, *Corripit caro mea tremorem*, quod et *Piscat.* ac *Schmidio* placitum, per *Hypallagen*, quam vocant: de qua caue sentias, quod vulgus, quum non sine grauissima ratione id genus sit adscitum. Longe figuratius certe, *Caro mea apprehendit*, et quanta quanta

uunt? edurant? etiam opibus eualeſcunt? *vſ.* 8. Semen eorum ſtabile ante faciem ipſorum cum ipſis: eorum progenies ante oculos ipſorum. *vſ.* 9. Domus eorum pax, nullo

eſt, *corripit tremorem, in eumque ſemet defigit* quaſi; quam *tremor corripit Carnem meam.* Poſterius nempe *ſubitum*, et *cito euaneſcens* quid: prius *commotionem profundius inſidentem* deſignat. Totum hocce genus enucleatius euolui mereretur.

vſ. 7. Arcem iam totius cauſae inuadit Noſter, atque de *improborum rebus felicitſſimis, per vniuerſum vitae curſum, ad extremum vsque halitum*, ea diſſertare incipit, quae *Syſtema* Amicorum funditus ſubuertant; atque tela in ſe iecta in ipſos faciant reſilire. Interrogatio per מדוע *Quare*, habet *expoſtulationem*, ſimulque *refutationem*. Sunt, qui ad Deum directam velint orationem. Amicos compellari ſtatuunt plerique, *Quare ergo*, ſi veſtra ſtat ſententia, *viuunt, vigent, florent, improbi?* Vtrumque coniungere licet; vt primo *obiectum attoniti ſui ſtuporis* exprimat Noſter, *Quid cauſae ſit, quod improbis tam fortunatis eſſe contingat?* requirere ſecum ſolitus: vtque nunc ſecundo Amicos hinc premat, ab ipſis nodum hunc reſolui, et cum declamationibus ipſorum conciliari, poſtulans. מדוע *An ſcire licet? An ſciri poteſt?* ex מה et ידוע. *Improbi* hic ſunt *Contemtores aperti Numinis*, ex Charactere *vſ.* 14. Id ad rem facit, quia tam *turpem* ſaltem ac *profligatum* pronunciare *Iobum* erubuiſſent Amici. *Quare* iam, *ſi momentanea* improbi *felicitas*, hocce genus nefaria arma Coelo inferens, nihil minus experitur? *Quare* יחיו *Viuunt?* Non ſimplici vſu, ſed fortiore illo *Viuunt* bene, iucunde, feliciter, עתקו *durant, durabili* et *firmo ſtatu permanent.* Nonnulli *veteraſcunt*, vel *ſeneſcunt.* Hoc *vſ.* 13. iuſtiorem locum occupat. *Firmitas corporis*, quam Cl. *Cocc.* intendit, quadrat, nec tamen abſoluit vim verbi, in quo ſimul ineſt *opum, fortunarum, gloriae, florentiſſimus* et *durabilis ſtatus.* Apud *Arabes* عتق *conualeſcere*, de *corpore*; de *opibus*, de *vniuerſo ſtatu* alicuius. In גברו חיל maior adhuc gradus *vigoris vsque et vsque increſcentis*, ac *praualeſcentis* ſupra alios. Haec oppoſita tum aliis *Eliphazi* et *Bildadi* aſſertionibus; tum *Tſophari* nouiſſimae aſſeuerationi *Cap.* 20, 6. 7. 8. 9. [Pro גברו חיל *Syrus* et *Arabs* legiſſe videntur גִּבֹּרֵי חַיִל. Lectio maſorethica huic nouae multum praeſtat. *Vog*]

vſ. 8. Familiam eadem Fortunae indulgentia fouet, et auget, in longos annos. Nam *ſemen* eorum נכון *ſtabile ac firmum* vna *cum ipſis, ſoſpitate, dignitate*, et *honore conſpicuum;* idque לפניהם *ante faciem eorum*, ipſis *laetantibus*, ac *triumphantibus.* Quin imo, ad gloriam, potentiamque, Domus cumulandam, *laeta nepotum ſoboles* ipſis ſuccreſcit, quam צאצאים *germinum emicantium* pulcra appellatio offert; male quibusdam vocem detorquentibus ad *terrae germina*, et *prouentum agrorum.* Confutatur quod *Cap.* 15, 30. 31. 32. et *Cap.* 18, 19. et *Cap.* 20, 10. 26. inculcatum; vt ex collatione cuiuis patefcet.

nullo pauore: et nulla Dei virga super ipsis. *vs.* 10. Bos eius concipit, et non eiicit; excludit facili partu iuuenca eius,

scet. [Vocabulum עמם *Gr. Alex. Syrus* et *Arabs* plane omiserunt. *Vog.*]

vs. 9. Cl. *Schmid. Domum* a *Liberis* distinguit, atque ad *seruos, ancillas, omnemque rem domesticam* restringit. Id nimis sedulum. In בתים inest generalis notio, aliquid grande ferens, atque *Domos opulentas* designans, *potentia*, et *gloria*, eminentes. *Famula turba* talis *Domus*, cum *instrumento* et *apparatu* reliquo, in recessu apparet; non digna satis, quae medium Tabellae locum impleat, atque gemino charactere eminentissimo illustretur; *Domus eorum pax* et *incolumitas* ipsa: *cumulatissime felices* ac *beatae*, cum *summa* et *constantissima tranquillitate*. Abstractum pro concreto. Additur ad maiorem Emphasin מפחד *a timore*. Rectissime *Merc. Pisc.* reliqui ferme omnes a praecedenti ita seiugarunt, vt sit, *absque timore, extra timorem*, ex vsu *negante* praep. מן; *Domus eorum non sunt nisi pura puta pax, felicitas, tranquillitas, securitas, nullo omnino pauore increpante, aut turbante tantam illam serenitatem*. Melius se facturum credidit Clariss. *Schmid.* si iugaret שרום מפחד *pax a timore*, pro *libera a timore*. χάλκεα χρυσείων. Abruptior structura fraudi fuit. En simillimum *Hab.* 2, 26. *satiatus es ignominia*, מכבוד *a gloria*, nulla tibi gloria reliqua, gloria omni tibi detracta. Agmen talium extat.

vs. 10. Iterum subtilius Cl. *Schmidius. Nunc extra domos ad pecora pergit* etc. Hoc est ita limare, vt teras, non vt polias. *Domus opulentae, beatae, pace* ac *prosperitate liquidissima gaudentis*, argumentum ponitur, *Foetura abundantissima*, quam nihil omnino *impediat*, aut *interrumpat*. Magna autem quaestio, sitne haec *Foetura* ad Literam intelligenda; de *pecore multiplicato*; an figurate, de *familia ipsa numerosius lactiusque propagata*. Hoc antequam discutiatur, *Literalis conspectus* constituendus; qui ne ipse quidem nodis vacat. Nempe prius membrum ita expressum a *Vulgato*, *Bos eorum concepit et non abortiuit*. LXX. quoque *Bouem faeminam* intellexere, ἡ βοῦς αὐτῶν οὐ μὴ ὠμοτόκησε: nec non *Symm.* οὐκ ἐξέτρωσε; quin et *Aquila*, οὐκ ἐξέβαλε. *Syrus* et *Arabs Taurum* dedere, sed turbatissimo sensu, *Taurus transiit, et non mugit*, a עָבַר et נָעָה monente *Bocharto Hieroz. part. I. l.* 2. *Cap.* 30. *Chaldaeus* a *Tauro* stare creditur vulgo, sed vir summus aliter eum exponendum *Ibid.* docuit. *Merc.* ex posteriore hemistichio euinci censet, *Bouem masculum* in priore intendi. Optime *Bochartus*, p. 291. obseruat, 1. שור esse *Epicoenum*, quod vt vt *Masculinum* semper, tamen ad *vaccam* saepe pertineat. *Exod.* 34, 19. *Num.* 18, 17. *Deut.* 15, 19. et 33, 17. *Iud* 6, 25. etc. 2. עבר ex constante vsu *Chaldaeorum* adhiberi in *foemina concipiente*. Exempla compluscula ibidem apposita. 3. Palam esse יגיעל ad *foeminam* referri; quod געל sit *rem oblatam respuere*, et *cum fastidio reiicere*; quodque nouum sit, et inauditum, vt vsurpetur pro *semen in cassum eiicere*, secundum vulgarem expositionem.

tionem. Eam sententiam *Chaldaeo* quoque sedisse, docte demonstrat, quem sic conuertit, *Bos eius praegnans, neque semen euomit.* Clar. *Cocc.* in *Lex.* debitum Erudito Nomini deferens honorem, ita dissentit, vt parum absit a consentiente. Clar. *Cler.* laudans *Bochartum*, tanquam *qui primus h. l. recte sit interpretatus*, subdit tamen, *hoc vnum eius interpretationi posse obiici*, quod *personae masculinae sequantur:* Librariorum imperitia, aut negligentia, id forte factum insinuans. Voluisset ergo עברה et חגעיל; sed tunc non *Epicoenum* fuisset vocabulum, si verbum *foemininum* ei additum. Id genus *Commune*, siue *anceps* vocitatur: probe distinguendum ab *Epicoeno*, quod format *haec aquila*, in *masculo*, et *hic passer, in femella.* Talia sunt בקר *genus bouinum*, *Boues.* חזיר *porcus*, vnde esset ad genium Linguae, חזיר עבר *porcus concipit*, et יפלט *parit*, non עברה nec חפלט. Specimen illustre *Ps.* 144, 14. אלופינו מסבלים *Boues nostri onusti*, pro *onustae*, i. e. *grauidae;* quamuis alii aliter. Adi *Boch.* 1 *Hieroz.* p. 295. cuius proinde sententia heic loci vincere videtur, duobus *Hemistichiis* inter se concinentibus, ita vt prius de *conceptu facili* agat, cui opponatur *eiectio feminis e vulua:* posterius de *partu*, cui *abortio* contraria. Addere potuisset ὁ πάνυ, שור *Bouem* cum פרה *iuuenca* sic coniungi, vt prius *Matrem* iam paulo *annosiorem*, posterius *Iuniorem* designet. Hinc noua gratia vtrique membro accedit; et apparet, cur *Mater* nunquam *effoeta* veluti dicatur identidem *concipere*, nec *fastidire*, *delassari*, *fatiscere:* itemque פרה *Vacca iuuenis*; non *abortire*, sed feliciter *nouos foetus eniti.* Omnis autem quaestio huc redit, satisne momenti ferat constans; ille vsus *Dialecti Chaldaicae*, in *conceptu femellarum*, ad dubitationem de h. l. diriмendam. Res est, et manet, controuersiosa, quum *Taurus* bene *implens*, egregie etiam quadret, et עבר non tantum notare potuerit, vigente lingua, *concepit*, sed et *concipere fecit*, ex nota vi *coni. Pihel.* Verbum יגעיל tunc commodissime referri posset ad *fastidium*, et *nauseam*, ex *lassitudine*, cui hi fortissimi admissarii exemti.

Ibid. Expendendum porro, *Allegoria* sit, an *simplex* et *pura oratio.* Posterius vnanimi fere Recentiorum consensu tenetur. Prius placuit Veteribus multis, eo inclinantibus etiam *de Pined.* et *Bolduc.* Fauet his *vs.* seq. vbi *numerosam* et *laetam turbam infantium* induci omnes agnoscunt; nisi quod R. *Periz.* et *Schmid.* ad *greges* proprie dictos trahant; pro quibus facit, quod de *Liberorum multitudine* iam actum esset *vs.* 8. vt proinde non sine quadam *Tautologia* illuc recurreretur. Habes iterum aliquid controuersiosum, quod vtrimque paribus ferme momentis trahat retrahatque. Propensiorem tamen me fateor ad *Allegoricam* rationem, ob *vs.* 11. et 12. quos cum *vs.* 8. et 9. connectendos nemo facile ambigat; nam ילדים et עוללים ad *foetus pecudum* referre, nimis violentum. Inde sententias, non sine graui incommodo *Foeturam boum* inseri in descriptionem, quae in *generis feminisque improbi multiplicationem laetissimam* sese diffundit, ad confutandum, quod toties inculcatum erat, de improbi *prosapia extirpanda*, aut *ad* summam *mendicitatem redigenda.* Ad istum scopum

nil

nil conuenientius pleniusque, quam adſpectus *Allegoricus* noſtri contextus, qui *Literaliter* explicitus, de *multiplicatione pecoris*, et *armenti*, minus plenus cenſeri poſſet. Quomodo autem cumque שור capiatur, ſiue *Foeminine*, ad mentem *Bocharti*, ſiue *Maſculine*, locupletiſſimus ſenſus, adſcita *Allegoria*, emerget. Et I. quidem, ſi שור ثور ſignet *Taurum*, ad *Improbos* id referre eſt, tanquam *Admiſſarios* robuſtos, et fortes in Venerem, quos *Taurorum* nomine omnis Lingua deſignat. Huc pertinere videtur *Gen.* 49, 6. עקרו שור *ſubneruarunt Taurum*. *Ad* eam rationem *Taurus eius grauidat*, elegantiſſimo flexu, α. eſſet, *ille Taurum agens, implet, nec delaſſatur*. Eſt phraſis ad *Arabiae* genium elata. In *Nawab.* p. 178. adduxi ex *Hamaſa*, *Non abactus Daemon meus, neque Volucres mei prae pauore decidui*. Id eſt, *ſemper gero animum indomitum, et Daemonem ago veluti, Volucresque refero capi ac terreri neſcios*. Praecedebat *Ibid.* p. 176. *Abegit muſcam eius bombantem*, pro *inſolentiam* et *ſuperbiam eius, qua Muſcae bombantis inſtar ſe efferebat, retudit*. Similiter dixerint, *Taurus eius conſcendere ſolet*; pro *in Venerem pronus eſt et proiectus*. Sed β. latiore ſenſu *Taurus eius* improbi, extendi poſſet ad eiusdem *Filios*, et *Nepotes*, qui omnes dicantur ſuas *Buculas* bene *implere*, atque *familiam* prole numeroſiſſima identidem augere. Per *Buculas* autem illas, *vxores* non tantum, ſed et *pellices* intelligerem. Habes aliquid, quod in *Domum improbi*, prout ea *vſ.* 8. et 9. deſcripta, admirabiliter quadrat; abſque Tautologiae vel minima ſpecie; quum hic ſubſumatur *Maſculorum omnium* in tali familia robur ad ſobolem propagandam, cui *Vaccularum* vigor reſpondeat; quas ſi quis non ad *Nurus*, ſed ad *Filias Neptesque improbi*, et ipſas ſuis *Tauris traditas*, reuocari malit, me diſſentientem non habebit; quum ſic vtrumque colon adhuc locupletius reddatur ad *foeturam copioſiſſimam* pingendam. Quod ſi שור II. *Vaccam* exponere quis malit; ex eo quod ſupra praemiſſum, promtiſſima applicatio ad *Matres* hac in familia verſantes; cum quibus פרה *Bucula Iunior* coniuncta, vel *pellicum* ſignificationem praebebit; vel iterum *Filiarum, Nuruumque*; quae *Matrum* exemplo foecundam aluum ſoluant in prolem totis gregibus ſeſe diffundentem quaquauerſum. Apud *Graecos* ſimilia bene multa ſub vocabulis, quibus *Vaccas*, *Buculas*, et *Iuuencas* exprimunt. Δάμαλις verbi gratia, et πόρτις, et μόσχος, quin et βᾶς, paſſim ita apud eos qui grandiore cothurno procedunt. *Pind. Pyth.* 4, 253.

Μία βᾶς Κρητεῖ τε μάτηρ
Καὶ θρασυμήδει Σαλμωνεῖ
Vna bos Cretheoque mater
Et audaciſſimo Salmoneo.

Eurip. Androm. 711.

Ἡ στεῖρος ἔστὰ μόσχος ἐκ ἀνέξεται,
Τίκτοντας ἄλλας, ἐκ ἔχουσ' αὐτὴ τέκνα.
Quae exiſtens ſterilis iuuenca, non patietur
Alias parientes, ipſa carens liberis.

Notum illud *Heſiod.* O. et D. 603.

— χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος.
Moleſta ancilla vitulis praedita.

Nempe πόρτις et πόρις paſſim pro δάμαλις *vitula*, *iuuenca*, et haec pro Δάμαρ, a *marito domita*, vel *domanda*. Plura congerere haud neceſſe: ex hiſce enim *Allegoricum* loci noſtri decus ſatis iam relucet.

eius, et non abortit. *vſ.* 11. Emittunt ſicut gregem foetus eorum; et pueri ipſorum ſaltitant. *vſ.* 12. Attollunt inter tympanum et citharam; et laetantur ad ſonum organi

[Mihi vero vtraque explicatio allegorica, quam obtulit SCHVLTENSIVS, admodum ſuſpecta eſſe videtur; et acquieſco in ſenſu literali huius vſ. Per gradus nimirum Noſter incedit, et hoc vſ. de *pecore multiplicato*, in ſeq. autem de *familiae numeroſius propagata*, ni fallor, verba facit. *Vog.*]

vſ. 11. עוילים et ילדים ſunt *foetus improborum* כבצאן *ſicut Oues* incredibili copia *emiſſi*, *effuſi* in *paſcua* veluti, vbi *laſciuius ludunt*, atque *exultant*, bonis omnibus adfluentes. Haec *mollem*, *delicatam*, *laſciuam*, *curis ſolutam*, viuendi rationem ſimul indicant, qua improbi ſeque ſuosque ſecure paſcunt. Plura addere ſuperuacuum. Conferri velim *Cocc.* et *de Pined.* qui hic prolixior. Verbulum debetur τῷ ישלחו *emittunt*, quod rectiſſime *Mercerus: libere veluti laxant more ouium per campos emiſſarum.* Adferret itaque *ſolutam laetamque libertatem;* qua *greges* hi *petulantes* et *laſciui* gaudent. Si tamen profundius quid velis, *laxatam diſciplinam*, et *educationem* nullis legibus *coërcitam* adiicere licebit; id enim in שלח quoque continetur; quod eſt *laxato freno ſibi permittere aliquem.* [Verbum ישלחו *Syrus* et *Arabs* verterunt *corroborati.* Alia vſi eſſe videntur lectione; quaenam autem fuerit, ego quidem non aſſequor. Pro עוילים *Gr. Alex.* legiſſe videtur עולם. Neutra harum variarum lectionum, maſorethicae praeſtat. *Vog.*]

vſ. 12. Succinit iſti conſpectui *Feſtiuitas perpetua*, quam agitare dicuntur, ſiue *Patres*, ſiue *Filii*, ſiue, quod malim, *vtrique.* Ad *filios* reſtrinxit *Cocc.* dans, *Geſtitant tympanum* etc. vel et, *Adoleſcunt cum tympano*, etc. ex ſpeciali vſu τοῦ נשא ἐπαίρεσθαι *tollere ſe*, *creſcere.* Vtraque verſio concinnata ad Lectionem בחף, quam et *Vulgat.* ſequitur, *Tenent tympanum.* Conſimiliter *Chald. Syrus*, *Arabs*, qui habet أخذوا البرابط *Capiunt Barbitos* etc. LXX. Ἀναλαβόντες ψαλτήριον etc. Doct. *Merc.* כחף praefert, ſupplens, *Attollunt* vocem *ſicut tympanum et citharа.* Hoc non alium recipit ſenſum, quam eum, quem Cl. *Schmid.* propoſuit, *ſignificari magnitudinem laetitiae tantam, vt laetae quas edunt voces, exaequent tympana et citharas, vel et ſuperent, ita vt haec inſtrumenta non audiantur prae illorum vocibus.* Maluit ille, *Attollunt ſicut tympanum et citharam.* Vtrumque argutius, quam par. Si vel כחף legendum eſſet, cenſerem commodius, *Attollunt* vocem, *tanquam tympano* et *citharа.* Sed omnino ברף retinendum, *Attollunt* vocem, *inter tympanum et citharam*, vt Doct. *Belgae* dederunt, ſiue *cum* adhibito *tympano.* Adi et Cl. *Mich. Cler. Reim.* etc. ישא קול pro ישא haud inſolens. Vide *Eſai.* 42, 11. vbi ישאו *Tollent* et ירננו *tinnulum reſonabunt*, coniunguntur. Cl. *Cocc.* ſuſpicio, de *Filiis* propiore nexu dici,

gani. *vſ.* 13. Ad ſenectam deterunt in bono dies ſuos; et momento in Orcum atteruntur. *vſ.* 14. Et dicunt Deo, recede

dici, *Adoleſcunt cum tympano*, commendari poſſet per vſum tritiſſimum *Arabiae* ſub verbo نشأ *Adoleuit, creuit, educatus fuit* inter eos; vnde *part. praeſ.* נושא ناشي eſt *Adoleſcens* et *Adoleſcentula*; item, *Iuuencus* et *iuuenca*. Non tamen diſcedo a priore ſententia, cum *Filiis* hic reſumendos eſſe *Patres*, ob *vſ.* ſeq. ac proinde rectius *Attollunt vocem*.

vſ. 13. De *Patribus* vtique potiſſimum nunc agi, nemo ambigat. Deſcribitur *vitae curſus felix, longus, ad vltimam ſenectam protractus, cui* ἐυθανασία *cumulum ſuperimponat*. יבלו an יכלו legas, parum intereſt, vtrumque enim valet *conſumunt*. Prius tamen fortius; quin poſterius, ortum videtur ex eo, quod prioris *elegantia* et *vis* non ſatis perſpecta foret; eſt enim *conſumere ad vltimam* vsque *ſenectam*, et tanquam *deterere, terendo efficere vt quid veteraſcat, et in ſe euaneſcat abſumtum*. Huc collineabat *Cocc.* monens ad verbum eſſe, *Vetuſtos faciunt dies ſuos* i. e. *ad vetuſtatem producunt dies ſuos*. Signate בטוב *in bono*, quod in genere quidem notat *proſperitatem*, et *iucunditatem* omnem; hic autem ſpecialius quoque amplectitur *hilaritatem conuiuiorum*, et reliquam *voluptatem* hominis *Genio* ſuo quotidie *litantis*. Vidit, monuitque Erud. *de Pined.*

Ibid. Aliquid dubii incidit ad רגע et יחחו. R. *Salom.* I. a *quieſcendi* notione ſub רגע, itemque נחת *deſcendit*, offert adſpectum qui prima fronte blandiri queat, *Et in quiete in ſepulcrum deſcendunt; eitra plagas* et *caſtigationes*. Similiter *Ab. Eſra*, et *Chald.* nec non LXX. *de Pined.* et *Bolduc.* huc quoque inclinantibus, quamuis *Vulgat.* II. habeat, *Et in puncto ad inferna deſcendunt*; a רגע *Momentum*. Id *Mercero* riſit, reliquisque fere Doctis Interpr. in hanc mentem, *improbos non lentis, grauibusue, morbis conflictari, et confici, ſed facillimo genere mortis finiri; atque in ſepulcrum venire*. Ita *Iun.* et *Trem. Piſcat. Belg. Angl. Geneu. Diod. Grot. Codurc. Cler. Mich. Crinſoz.* etc. Diſerte ſubmonuit *Merc.* ſe *Inferna* non capere cum aliis de *loco ſupplicii*; quod Noſter hic *nihil de vita futura dicere velit, ſed omni ex parte felicitatem impiorum aduerſus Socios demonſtrare, quibus ad cumulum felicitatis et hoc accedat, quod ita ſuauiter tandem expirent*. Placet. Nec tamen ſcrupulo exemta verſio *Merceri*; nam יחחו inuita *Analogia* a נחת *deſcendit*, ducitur; quum *Dageſch* requirat *Thema deſect.* חחת *conſternatus fuit*. Alii III. dederunt, *momento in foueam conteruntur*. Haud arridet, nec vel quale hoc ſit, vel quid ad rem faciat, intelligo. Lucrabimur interim ideam *Conterendi*, quae Radici חחת eſt *primaria*; *ſecundaria* inde *conſternationis* notione deſcendente, quae eſt quaſi *mentis contractio* et *contritio*. Senſit Cl. *Cocc.* monens, reddi poſſe, IV. *Conteruntur ad infernum* i. e. *locum mortuorum* et *mortis*: et quidem ברגע *Momento*, quod ἐυθανασίας; *Pſ.* 73, 4. Hoc iam cum *num.* II. amiciſſime con-

recede a nobis; et cognitione viarum tuarum non delectamur. *vſ.* 15. Quid eſt omnipotens, vt ſeruiamus Ei? et quid

ſpirat; nullumque ſcrupulum relinquit; quum haec *contritio* non inferat *conſternationem*, vel *anxietatem*, ſed tantum *diſſolutionem corpuſculi iam feſſi deliciarum*, et *vitae*; atque *ſponte* velut *defluentis in puluerem*. Optime ברגע *in momento*, prae quo prius *in quiete*, vel *affluentia* potius, vt ex *Origin. Hebr.* repetere eſt, quantumuis adblandiatur forte, languidum; eo quod *res lautae* priori membro, vt et *vſ.* 7, cum reliquo filo, ſatis ſuperque ingeſtae. Supererat ergo *Exitus facillimus*, *facillimae vitae coronidem imponens*.

Ibid. Quamuis contractiore mihi velo nauigandum ſit, atque ad *Origines* verborum deflectere vix ac ne vix quidem auſim; hic tamen ne quid cuipiam ſcrupuli remaneat, Fontes video recludendos, vnde II. et IV. interpretatio coaleſcere veluti; nouumque decus loco huic accreſcere queat. In *Camuſo Verbum* חחח *notat confricuit eum et decorticauit, coni.* VII. *paſſiue vſurpanda; folium quoque in* I. *aeque ac* VII. *intranſitiue dicitur decuti: quin et decutere rem quamcumque, eſt eam deiicere, vel facere vt deſcendat.* Copioſius adhuc *Gjauhar.* alibi expromendus, vnde liquebit חחח eſſe *ſtringendo*, *radendo*, *fricando*, quin et *friando*, *attriuit*, *decuſſitue*, vel et *attritus fuit illis modis*. Habes *Conſternationis* Originem liquidiſſimam: ſimulque cernis, nil luculentius eſſe hac imagine, ſecundum *primigeniam poteſtatem*, qua pingitur *grandaeua et feſſa ſenectus* horum hominum, in priori membro eleganter propoſita, tanquam ſub manu *terentis*, aut *fricantis* eos *Mortis*, ſponte *diffluens*, et *in puluerem decuſſa*, ſiue *deſcendere iuſſa*, absque vllo cruciatu aut dolore.

vſ. 14. Enotatur Character *apertae improbitatis*, quae contemtum Numinis prae ſe ferat, Deoque vel illudat, vel inſultet. Ad *vſ.* 7. iam indicaui, exempla hic adduci *Hominum perditiſſime improborum*; qui ex principiis *Atheismi*, aut *reliquae profanitatis*, *Religionem*, *virtutemque*, *verba* putant, vt *lucum ligna*, atque omnem cultum Numinis palam deludunt, et explodunt. Hos vtique Deus *improbitatis* omnis *Vindex*, vel maxime e terris eradicare deberet, tanquam *peſtes* et *pernicies publicas generis humani*; ſi Amicorum Hypotheſis ſtaret: et tamen hoſce vel maxime ſaepe *florere*, et *proſperari*, omne ſeculum vidit, cum *Ioboque* adſtupuere ſanctiſſimi quique, donec in *Sanctuarium* ingrederentur. etc. vt in *Pſ.* 73. pluribus ediſſeritur. Circa nexum vno verbo dicam; non placere, *Et dicent*; non etiam ſatis, *Et dixerunt*; magis illud Doct. *Belg.* aliorumque, *et* tamen *dicunt*: vel, *Atqui dicunt*, vt *Cocc.* Acutiſſime *Angli*, *propterea quod dicunt*; *vt praemium* quaſi *impietatis auferre* dicantur, *perpetuam felicitatem*. Id ſtomacho *Iobi*, adfectuique concitato, conſonum: nec a natura Linguae abhorrens.

vſ. 15. Diſtinctius adhuc *Atheismi* character conſignatur, מה שדי *Quid eſt?* etc. Id proteruius adhuc, quam *Pharaonis* מי יהוה *Quis eſt Iehoua? Exod.* 5, 2. Nempe hocce *Quid? Quid rei?* redit ad *Nihil*, ſecundum

quid proficiemus, quum eum incurſauerimus? vſ. 16. Ecce, non in manu eorum felicitas eorum! Conſilium impro-

dum illud *Pſaltis*, אין אלהים *Non eſt Deus*, et יהוה לא קראו *Eum qui Eſt, Nihil appellitant*. In verbis נרעיל et נפנע etiam multa inuidia, contemtio, contumelia. Prius, *Et quid proficiemus? quid vtilitatis ceperimus?* innuit, oleum operamque planiſſume perditam, quae in Numine aliquo colendo inſumitur. Alterum, *quod incurramus in illum, quod ei precibus occurſemus?* inſinuat, *fruſtra Numen*, quod nullum, *precibus fatigari a ſuperſtitioſis*, qui dum יפנעו *inſtant orando*, et *compellando*, quod nuſpiam eſt, reuera יפנעו *offendunt, impingunt*, atque *ſemet* ipſos *in caſſum fatigant*. Luſus ex ambiguo; quod פנע *Occurſare, offenſare*, vtramque poteſtatem amplectatur. Stylus orientis captat id genus acumina; quae tamen non omnibus forte placebunt. Cui noſtrum hocce nimium, contento ei eſſe licebit ſolo, *Quod incurſemus in Eum?* contemtim prolato, ad *ſuperſtitionem ſemet vanis precibus fatigantem* indicandam, ex mente horum impiorum.

vſ. 16. *Epiphonema* interſeritur, ſiue *Enthymema* potius, cuius prior pars perobſcura. Luſtremus praecipuas ſententias. *Vulgat.* I. *Verumtamen, quia non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longe ſit a me.* Id Latini apud *de Pined.* ita explicant, *Non tamen perpetuam eſſe, in eorumque poteſtate ſitam, illam felicitatem; quippe quam ſecum exportare hinc nequeant decedentes; ſed cum lucis vſura ſimul perdant.* Apponit alteram *Ambroſ.* aliorumque, qui ex propiore nexu cum vſ. ſeq. volunt,

II. *Inconſtantiam humanae felicitatis* notari, *etiam hac in vita, in qua Lucerna improborum ſaepius extinguatur*, i. e. *laeta fortuna in triſtem commutetur*. Vtrumque praeſenti diſputationi *Iobi* parum accommodatum; quippe qui nunc, Adfectui indulgens, *propriam* quandam et *perpetuam felicitatem* Improbis adſtruat, vt Amicorum ſyſtema penitus deſtruat et ſubuertat. Cl. *Cocc.* III. aliquid deſiderari ſentiens, ſenſum ita ampliauit, vt 1. indicetur, *Quicquid habent improbi, id eos accepiſſe a Deo et dono habere.* 2. *Non per ipſos ſtare vt retineant, vel amittant. Non eſſe κυρίους.* 3. *Non eſſe hoc bonum, quo beati efficiantur; quippe qui vera bona, propter haecce falſa, reiiciant.* Duo poſtrema a ſcopo abeunt: prius ad rem facit; vt ipſe Deus dicatur *improbos* his *bonis donaſſe*, et *ditaſſe; quando non in manu ipſorum* vtique *fuerit ſita* illa *tanta*, tamque *cumulata, felicitas;* ſed *Dei manu*, et *dono, ipſis collata* cenſeri debeat. Hoc *Ab. Eſra* commode רק חמקום נתן להם *Solus Deus haecce illis dederat. Attamen*, vel ſic, *Conſiliam improborum procul abeſt a me.* Amplectitur, et preſſius declarat, *Eleg. Crinſoz. Non tamen felicitas eorum ab ipſismet prouenit: proinde conſilium impiorum horrorem mihi incutit.* Hoc eſt, *Quod inexcuſabiles plane hos homines reddat, eſt, omnem eorum felicitatem ab illo Deo profluere, quem agnoſcere, et colere, nolunt.* Haec a ſerie non omnino abludunt. En IV. aliud *Iarchii*, בחמיה cum *admiratione* ptolatum, *Nonne in manu eorum bonum*

bonum eorum? Vtique. Ita *Merc.* cepit, vt argutius seponens. *Schmid.* hoc dicere censet *Rabbinum*, *En, verumne est quod vos dicitis, bonum impiorum non esse in manu eorum? Nonne contrariam potius manifestum?* Mihi de mente R. *Salom.* haud satis liquet; sed liquido adfirmare possum, grauem et pulcram fore *Ironiam* V. *Ecce, non in manu eorum Bonum eorum! En hunc*, quod vos contenditis, *non habere improbos stabilem Felicitatem: sed in medio cursu Fortunae et vitae beatioris eos Diuinitus exterminari, in Exemplum aliorum.* Contraria omnia oculis cernere est quotidie. *Innumera exempla talium, quales ego descripsi: pauciſſima, ac ferme nulla, eorum quos vos depinxistis; plagis omnibus extirpatos, cum sua sibi prole, ac posteritate.* Conspectus hic mirifice quadrat ad *vs.* seq. istud כמה *minuere*, quin *negare*, non autem *adfirmare*, mox videbimus. Aliud adhuc VI. *ex Ironia*, mihi succurrit, propius cum praec. *vs.* cohaerens. *Quid profecerimus, quum Eum religiose coluerimus? Ecce, non in manu eorum Bonum eorum! Scilicet Deus illos nullis bonis mactat! Scilicet non Felicitas illis quasi propria, et in Haereditatem velut a Deo concessa!* Sentis *negationem* istam *ironicam* fortissime *asseuerare.* בידם sic duplicem exeret vim; et primo, *in Manu*, erit *possidentis ex dono Dei:* secundo, *proprium perpetuumque obtinentis*, velut *ex potestate* ipsis Diuinitus *facta.* Illum arctiorem nexum cum *vs.* 15. suadet *Cap.* 22, 17. 18. vbi ad hunc locum alludi manifestum. Quo aculeo, infra aperietur. חן in *Ironia* adhibitum, dabit *Gen.* 3, 22. Sed non omnis calculus eam ibi admittit: teneatur itaque geminum germanum, ex *Cap.* 8, 19. Libri nostri: *Ecce hoc est gaudium viae eius!* Sed vel citra exempla istud *En, Ecce*, se hoc sensu satis tutaretur. Expositio V. et VI. a III. quae reliquis palmam facile aufert, solo *tropo* differt, quem decus et pondus habere hac in sede, clarum. An tamen *Iobi* verum sensum declarauerim, alii iudicabunt; nam est vbi plenius mihimet satisfecerim.

Ibid. Ex mente modo exposita, perfacilis nascitur ansa ad formulam interfertam rite expediendam. Neruo caret *Ramban* per *praeter.* eferens, *Longe abfuit a me tale consilium, quum in Felicitate positus essem; nec vnquam me aduersus Deum ita extuli.* Ne illi quidem qui in *praesenti* enunciant, sat fortiter, aut apte. Mitto reliquos, vt *Mercerum, Schmid.* etc. Respiciatur tantummodo *num.* III. et aliquid hiare sentietur. Non datur *ratio reiecti consilii* improborum; sed *pectoris candidissimi sensus* expromitur, sed *Consilium improborum facessere*, et *procul a se esse* iubet, *cum detestatione solemni;* vtpote cui nunquam aures vel praebuisset ante, vel praebiturus esset; *etiamsi* tam *constans* tamque *cumulata felicitas improbitatem comitetur*, atque *inuitare* videatur. *Absit* tamen, *procul absit a me tale consilium*, cui infinitis partibus optabilius cum virtute, et Timore Dei, *esse infelicem*, quam cum vitio, et flagitio, *Felicissimum viuere.* Digna *Iobo* vox, ex qua eminet religiosissima magnanimitas, ὕπαγε Σατανᾶ dicentis, quum a Tentatore offertur omnis Mundi opulentia. Isti ὕπαγε resonat, et respondet, רחקה in *praeterito* enunciatum *vi imperandi*, ex solenni more *Arabum*, quo *imprecationes*, et *detestationes* hoc flexu proferunt, ad maio-

proborum procul abſit a me! *vſ.* 17. Quoties lucerna improborum extinguitur, et venit ſuper eos exitium eorum? funes

maiorem Emphaſin. Ita لعنة الله *Maledixit ei Deus*, pro *Maledicat.* تعسوا *Lapſaſti*, pro *Lapſes*, *male pereas.* Similiter بعدوا *procul abiiſti*, pro *Apage in malam rem.* Hanc ſpecialem vim in רחק indicaui ad *Cap.* 5, 4.

vſ. 17. Incipit periodus aliquot verſibus deducta; quam multi in contrariam plane mentem tendere volunt, quaſi *infelicitas impiorum* nunc *ſubnecteretur*: aliis in *Felicitate* eorum *filum continuantibus.* Priorem I. ſententiam ex *Vulgato* amplexi fere *Latini* qua Veteres, qua Recentiores; *Ambroſ. Gregor. Philip. Dion. Hug. Gloſſ. Ord. Lyran. de Pined. Vauaſſ. Bolduc. Codurc.* etc. quamuis per omnia haud conſonent. Nam ſunt 1. qui *commutationem fortunae in vitae huius curſu*, eiusque *volubilem inconſtantiam*, indicari velint, quae *improbos euectos in altum grauiore mox ruina deiiciat.* His *Lucerna obſcurata*, eſt *Felicitas*, vel et *proles extincta*; quod per voculam כמה *Quoties? quam ſaepiſſime* fieri inculcetur. *De Pined* 2. per *Lucernam* intelligit ipſam *Vitam*, atque *volubilitatem fortunae parum cohaerere cum praec. obſeruans*, germanius cenſet, vt ad *Lucis vſuram impiis ereptam* haec referantur; quaſi diceret, *Quam ſubito, quam miſere* tamen, *extingui ſolent ſaepe hi homines! quam multiplex, quam ſeuera eorum punitio in morte!* An ergo *ereptio lucis*, et *vitae*, non pertinet ad *volubilitatem fortunae*, et *rerum humanarum?* Debuiſſet potius, quum ſemel Verſioni *Vulgatae* iuſtum cohaerentiam deeſſe ſenſiſſet, auſcultare *Mercero*, ita differenti: *At quid neceſſe erat adferre Iobum, quod aduerſum ſe potius faciebat; ſociisque, quos impugnat, fauebat.* Concludit inde II. ſenſum *de Felicitate improborum* coeptum, *continuari*; vt quum hactenus *actum* eſſet *de proſperitate* totius *Vitae*, ad *filios*, et *poſteros*, *extenſa*, nunc ſubiungatur, *non puniri eos*, vt ſocii dixerant. Monet dein, כמה nunc de *augmento* ſumi, *Zach.* 7, 3. nunc de *defectu* et *imminutione*, vt ſupra *Cap.* 13, 23. vnde ſit, vel עד כמה *vsque ad quantum tempus*, *intra quantum tempus*, *quando tandem?* vel *quoties?* ad *ſummam raritatem* denotandam. Prius כמה habet aliquid coacti, quod percipias ex hocce *Merceri*, *Quando tandem? quia ſi tota vita eos florere videas poteritiſne mihi dicere intra quantum tempus ſit extinguenda eorum lucerna, et felicitas ceſſatura?* Poſterius planum, atque a plerisque *Rabbinorum*, *Noſtrorumque*, *Iun. Piſcat. Belg. Crinſoz.* etc. receptum. Cl. *Cocc.* enucleate, et ſolide, *Rarum eſt, improbos notabiliter puniri. Gradatim hic proceditur, a minoribus, ad maiora. Negatur* 1. *vel gaudium eorum extingui, vel conſilia ac cogitationes impediri, vel aliquid triſte ac graue iis occurrere. Nedum* 2. *vt tali ac tanta calamitate obruantur, atque merentur; refuſo in eorum caput, quod in aliis patratum. Multo minus* 3. *vt ſingulari quaſi iudicio Dei dolores in portionem ſuam accipiant. Iam ſi haec rara, non timebunt magnopere improbi; atque*

hac

funes partitur in ira sua? *vs.* 18. Fiunt sicut palea, ante ventum? vtque gluma, quam furatur turbo radens? *vs.* 19.

hac etiam in parte non erunt infelices. Si autem Felicitas illa frequens, quid superest, nisi vt obstupescamus? Quod dicemus esse iudicium Dei in improbos? Nam si plerumque infelices essent, ac punirentur, raro felices, aliquid ad rem faceret. Nunc contrarium fit. Talis Iobi argumentatio. Nil euidentius. Priorem sententiam esse missam faciendam, his rationibus efficitur. 1. Quod nihil alienius a praesenti conflictu, quam vt *Iobus* ad *sortem infelicem improborum* deflectat; seque ipsum refellat. Sed, est cautela, inquiunt Viri Docti; qua occurritur *Nimio*, quod eius assertioni subesse videbatur; quum *improbis* omnibus *felicitatem talem* dederat. En fontem erroris. At *Iobo*, quod 2. probe tenendum, רשעים erant *improbi insigniti*, et *perditissimi*, vt ad *vs.* 7. et 14. praestructum. 3. Tales haud dubie *improbos* intendit Noster, quales Censor, *Cap.* 18, 5. 6. גם אור רשעים ידעך *Etiam lumen improborum extinguetur:* nam id ipsum ita resumitur, vt refutetur. 4. Si כמה hic non *minuat*, *negetque*, sed *vehementer augeat* atque *adfirmet;* iam *Lanx* saltem *in partem peiorem deprimetur;* et *Iobus* non tam iniuste ab Amicis sub suspicionem improbitatis erit vocatus. 5. Per hanc *Hypothesin* conturbantur sequentia; et miris modis sese implicant, qui secundum eam aliquid explicare nituntur; vt suis locis apparebit. Ipse *vs. praeced.* quo solo Viri Docti huc impulsi, ex nostra commentatione aliud 6. exigit; *continuationem* videlicet *felicitatis*, siue clarius, *Epexegesin vs.* 9. et *vs.* 16. prout eam exposuimus; quam Cl. *Cocc.* rite appellauit *Felicitatem in euasione poenarum.*

Ibid. Hoc fundamento iacto, reliqua leni brachio expediam. כמה ita *minuit*, vt *tantum non neget*, ex iis quae ad *Cap.* 13, 23. dedi. *Lucernam restinctam* illustrabit *Cap.* 18, 5. In Vocabulo אידם *exitium eorum*, *adf. agentis* mallet *Cocc.* quasi esset, *malum in alios patratum.* Simplicius, vt sit *pass. Exitium ipsis inflictum*, vel potius *quo digni sunt:* quod ipsum quoque πάνυ obuersatum, quum ait *Calamitas talis ac tanta atque merentur.* De vi vocis איר notauerat *Merc.* eam proprie *nubem* dicere, vnde ad *perniciem nubis more inuectam* transitus esset factus. Haec ansa *inundationem* dedisse videtur *Vulgat. Schmidius* a *nube* potius *exitium* ortum suspicatur, quod *faciat disparere*, sicut *nubes* aut *vapor disparet:* aut quod, *vt nubes obscurat*, ita *calamitas tenebras inducat.* Posterius redit ad illud *Merceri;* prius nimis coactum. In *Originibus* a *praegrauante mole* significationem ductam ostendetur. Vltimum חבלים *Funes*, *vincula*, *dolores*, item *sortes haereditariae*, a *Merc.* ex postrema notione declaratur; vt sit, *Diuidet illis*, *et assignabit pro portione ipsorum poenas* velut *hereditarias;* eadem figura, qua *Tsopharus* clauserat *Cap.* 20, 29. *Calu. funes* pro *finibus* extra oleas. Commodius *Belg. Cocc.* etc. *Dolores distribuit* etc. rectissime monente *Schmidio*, *portionis vim in Verbo* יחלק *comprehensam*, *vt sit distri-*

vſ. 19. Deus recondit filiis eius iniquitatem eius: rependat ſuper ipſum, et experiatur. *vſ.* 20. Videant oculi eius ſui fomitis

diſtribuit illis pro ſorte ac portione dolores. Non omittenda hic ſignificatio peculiaris τοῦ חבל, *Funis* quae extat *Cap.* 18, 10. Eo alluſum dubitari nequit. Hi *funes conſtringentes* ergo, *doloresque ineluctabiles* ſeſe referunt ad mala quae ibi congeſta ſub eodem Emblemate; *vſ.* 8, 9, 10. Obſeruatio haec firmat *gradationem inſignem*, quam Clar. *Cocc.* ineſſe docuit, a *minori ad maius pergendo.*

vſ. 18. Plerique hic repetendum cenſent כמה *Quoties?* vel ſaltem *interrogationem* per hunc *vſ.* continuant, vel in hanc, vel in illam ſententiam, quam *vſ.* praec. inchoarant. Ita *Merc.* I. *Quando* tandem? vel, *Quoties id accidit, vt ſint tanquam palea ante ventum?* etc. Cum ſimplici interrogatione *Cocc. Fiunt vt ſtipula coram vento?* etc. cuius iterum pulchra obſeruatio, *duos* adhuc gradus *tribus* praecedentibus addi, vt *quarto* negetur *rariſſime improbos fieri ſtipulam a vento agitatam, et impulſam:* et *quinto*, vt fortiore adhuc figura ſuperimponatur, *multo minus eos paleae inſtar ſubito ex oculis tolli.* Bonus ordo, et iudicio digeſtus, cuius ſingula membra oppoſita iis, quae Amici, vt certiſſima, et in legibus perpetuis prouidentiae fundata, aſſeuerarant. Citra *interrogationem* haec legit *Vulgatus*, cum eoque *Luth.* aliique; quod II. vt vnice aptum vrget Cl. *Schmid.* aptius nempe futurum ad *expreſſam* et *diſertam declarationem poenae improbis inferendae*, quam hic *aſſeri* et *exaggerari* cenſet. Nobis ſuperiora dubio vacua: quae manebunt, etiamſi *Interrogationem* non adhibeamus, ita conſtructa, *Quoties* quaeſo *extinguitur Lucerna improborum?* etc. ita vt *fiant palea*, et *gluma.* etc. Fortior tamen ſtructura vno tenore ſuſpenſa. Duos verſiculos vnam efficere periodum, ſat frequens in hoc Libro, et alibi. Emblemata *ſtraminis*, aut *ſtipulae*, חבן, et *glumae* מוץ, nec non *Venti*, et *Turbinis*, docte enucleata a *de Pined.* סופה eſt *Turbo radens* et *verrens*, a ספח, quod in *Origin.* illuſtratum ex סחי *Raſit* ventus etc. גנב *furari*, κλέπτειν, nunc pertinet ad *necopinatum, rapidumque* illud, quo Turbo omnia auerrit.

vſ. 19. *Occupationem*, ſiue *ſolutionem obiectionis*, hic inſertam eſſe cenſent *Ramban*, *Ralbag*, *Iarchi*, cum iisque *Cocc.* obſeruans, *ſigna, quibus obiicientis et reſpondentis verba diſtinguantur, ſaepe omitti: vocemque vnam facile iis carere.* En faciem: *Deus recondit liberis nequitiem eius. Retribueret ipſi potius, et ſentiret.* Hunc ſenſum in luculento collocauit *Cocc.* huc redeuntem, *Dicetis, hoc mihi tacita cogitatione obiicietis, ſi ipſi poenas promeritas effugiant; non tamen euaſuros filios, poſteroſue; quibus ira Dei recondita in theſaurum, vt in ipſis et Patres plectantur.* Hoc ita concedit *Iobus*, agnoſcitque, vt ſimul reponat, *poenam liberis inflictam non ſatisfacere Iuſtitiae Dei, quae ipſos parentes etiam punire deberet.* 1. *Quod parentes alteram illam non ſentiant; quo reſpectu dictum ſit* וידע ipſe *ſentiat* et *diſcat, quid ſit impium eſſe aduerſus Deum.* 2. *Quod ipſi non videant miſeriam familiae ſuae; eoque nec*

adfi-

adficiantur ea vſ. 20. 3. *Quod non cogitet viuendi ſatur de ſtatu domus ſuae poſt mortem, quam florentiſſimam vidit, dum viueret vſ.* 21. Mihi haec *Occupatio* omnino videtur neceſſaria, ad Filum recte euoluendum, quod alias intricatiſſimum redditur. Nam *a.* nullus erit membri poſterioris nexus, ſi non per modum *reſponſionis* ad *obiectionem* efferatur. *b.* Coli huius neruus plane ſoluetur, niſi *oppoſitio* iuſta teneatur inter *Filios*, et *Patrem*. *c.* Sine hac *obiectione*, et *reſponſione*, duo ſequentes verſiculi veluti loco moti, et luxati, venient; quin, cum decore, pondus amittent, vti mox ſentietur. Ad ידע *cognoſcat, experiatur poenam praeſentem, ipſi inflictam*, conf. *Eſech.* 25, 14. וידעו את נקמתי, *cognoſcent Vltionem meam ſeueram.* Apud *Arabes* nil frequentius hac formula سوف يعلمون *futurum eſt vt cognoſcant.* Exempla adducta in *Animaduerſ. Iuuenil.* vbi *Ieſ.* 9, 8. et *Hoſ.* 9, 7. hinc lucem capere monui.

vſ. 20. Amplector quod dedere *Rabbini* et *Cocc. Viderent*, videre deberent, *oculi eius ſuum ipſius exitium; et de aeſtu omnipotentis biberet.* In hoc adſpectu omnia vigent, et, vt ita dicam, vibrant. *Ne mihi poenas in poſteros edendas iaciatis; ipſe, ipſe ille apertus Dei hoſtis, nefaria arma coelo inferens, omnibus plagis a Deo exſcindi potius deberet; meritasque poenas hiſce in terris viuus videnſque experiri.* Atqui hoc *raro*, vel *nunquam ferme, fieri, experientia ſeculorum omnium mihi atteſtatur.* Vt retorſionis huius vim et aciem melius perſentiſcas, in memoriam redeas velim perpetuae *Hypotheſeos* Amicorum, ſecundum quam in *Iobum* declamarant, *Benedictiones temporales* et *Aeternas arctiſſimo nexu ſocietas, ratione Piorum: itemque Maledictionem et Temporalem*, in poenis, plagisque omnibus, *et Aeternam, non diuelli poſſe, ratione impiorum.* Hoc vehementiſſime vrſerant, in eoque modum haud dubie exceſſerant. Id iam a *Iobo* ita confutatur, vt omnem elabendi rimam ipſis obſtruat; eosque hoc in ſubterfugio deliteſcere non patiatur, *quod peccata parentum in Liberis vtique tandem viſitentur.* Id non negatur, ſed oſtenditur, neutiquam ſic ſatisfactum rationibus iuſtitiae, neutiquam quoque Amicorum aſſertioni, qui *de poenis improbum ipſum, cum ſuo ſibi ſemine*, et *familia vniuerſa, hac in vita ferire ſolitis, in medio curſu fortunarum*, tam longas orationes contexuerant.

Ibid. Multa varietas ad Vocabulum ſemel tantum proſtans, כיד; quod *Vulgato* ſonat *interfectionem*, ex LXX. qui σφαγὴν dedere. *Symm.* πτῶσιν. *Chald. confractionem, perditionemue.* Per *Rabbinos* inter Noſtros ferme eualuit *Exitium, pernicies, infortunium*, vt cognatum, איד. Cl. *Cocc.* ad *Arab. Dial.* recurrit, monens كاد כאד, (melius ſcribitur כוד quia *Eliph* illud eſt vicarium pro *Vaw*) a Cl. *Erp.* declarari dupliciter, *circumuenit*, et *bellum mouit.* Poſtremum optime quadrare cenſet: q. d. *Videat oculis ſuis pacem domus ſuae turbari, et bellum ac tumultum in copias eius cieri.* Priori cogitationi inhaeret in *Lex.* ſuo *Cocc.* vbi obſeruat כיד *Arab.* eſſe *inſidias, circumuentionem, ſtratagema, bellum*; vt ſit, *videat inſidias ei ſtructas a Deo.* Id feliciter coniectum, mox parebit. Ex eodem fonte Cl. *Crom.* non valde ad ſeriem, (vt fit, quando Sele-

Selecta damus), blanda licet ſpecie ductus, *vident oculi eius*, Dei, *fraudem eius*, improbi, *ideo de aeſtu omnipotentis bibet.* Rectius quod ſubdit; *ſi omnino ad ipſum impium referre velis, fraus de huius euentu exponenda erit.* Sic exiſteret, *videat ſuam ipſius fraudem eiusque euentum.* Feliciſſime profecto, quod cum praecedenti illo de palma contendere poſſe, iam docebo, recluſis vſibus *Arabicis* huius Radicis. *Alcor.* 12, 5. *Ne enarres ſomnium fratribus* فيكيدوا لك كيدا *Nam* יכידו לך כיד *ſtruerent tibi fraudem. Ibid. vſ.* 28. *Hoc eſt de veſtro* כיד *dolo malo; ſane dolus veſter magnus eſt.* Item *vſ.* 34. *Et auertit* Deus *ab ipſo fraudem earum* כידהן. Iterum *vſ.* 52. *Vtique* Deus *non ſecundat* כיד *fraudem perfidorum.* Vides aliquid graue ſemper ſignari, tendens in *perniciem* aliorum. Similiter *Sur.* 20, 62. *Pharao fraudem ſuam collegit*, et *venit.* Et *vſ* 72. كيد ساحر *Fraus incantatoris.* Iterum *Sur.* 52, 41. *Voluntne fraudem? Vtique qui impii ſunt, ipſimet fraude circumueniuntur.* Secundum illud ſcilicet *Sur.* 68, 42. *Et frui permittam illis; vtique mea circumuentio eſt vehemens.* Id crebrum in *Alcor.* vt Deo tribuatur כיד كيد, quod tunc *ſtratagema* conuertere malunt, ſiue *artem ſuismet fraudibus alium illaqueandi.* Pulchre *Harir. Conſ.* 9. *patiens eſto in fraude fortunae, et moleſtia eius.* כיד וכר iunctim. Item *Conſ.* 21. *Et ridere te faciat Fortuna, quando ab eo reſilit, atque accendit ad Fraudem eius ignem Belli.* Ibi *Schol.* كيد exponit هلاك *exitium, perniciem.* Hi poſtremi vſus fauent interpretationi Cl. *Cocc. Videant oculi eius fraudem ei* Diuinitus *ſtructam et paratam, ad ipſum ſubito inuoluendum, et diſperdendum.* Priores fulciunt id quod Cl. *Crom.* offerebat, *Videant oculi eius fraudem ipſius, qua alios circumuenit, ipſe tandem circumuentus.* Habes id, quo omnes collineabant, ſimul incluſum; *perniciem* videlicet *grauiſſimam in caput eius deuolutam.* Necdum tamen omnem loci pulchritudinem perſpexi; quae ex *Origine* Radicis eluceſcet. Ea eſt, *excuſſit ignem ex fomite igniario; vel ſilice.* Ita in *Camuſ. Vox* כיד *notat Fraudem, et improbitatem, et Artem, aſtutiamue, et Bellum; et actionem fomitis igniarii ignem emittentis.* Qui vel minimum in hiſce literulis cernit, facile diſcernit, priores notiones, vt *ſecundarias*, ductas eſſe ab vltima, vt *primaria.* Ad eam et reliquae Verbi ſignificationes, tanquam ad ſuum *Fomitem*, vnde emicuere, redeunt. Hoc non huius Operis. Indicaui aliquid ad *Harir.* p. 176. Adde قدح الزند *extudit fomitem* ibid. pag. 124. et *Orig. Hebr. L.* 1. p. 81. 82. In poſtremo membro non placet argutia R. *Leui*, חמת *Vtrem* exponentis, a *rad.* חמת. Tenendus *aeſtus*, חמה, pro *ira aeſtuante;* ſimulque adiungenda notio *veneni*, quae *Cap.* 6, 2. et alibi extat. Sic habes *potionem venenatam*, qua *potionandus fuiſſe, in vita ſua*, dicatur improbus. Cl. *Reim.* hunc adſpectum vidit, et doctiſſime illuſtrauit ex *Ier* 25, 15. *Eſai.* 51, 17. 22. *Deut.* 32, 33. *Apoc.* 14, 8. Reflectit, vt putem, Noſter ad ſuam ipſius ſortem, cui *poculum venenatum* dabatur *exſugendum;* quod et *improbis* a Deo deberi dictum fuerat *Cap.* 20, 16. Eſt *Figura*, quam ſaepiuſcule habuimus,

fomitis ignem: et de aestu omnipotentis bibat. *vs.* 21. Nam quid negotii ipsi cum domo sua, post mortem? quum numerus mensium eius cumulatam sortem habuerint.

ex Ancipiti. Blanditur eiusdem Viri Eruditiss. obseruatio, alluſum ad *poenam Capitalem* veterum, qua *Venenum bibendum* dabatur. Clar. *Schmidio* obuersata quoque duplex vis vocabuli חמה, simili ferme facie, quum *Calicem irae amarulentae* concipit, *quae animam bibentis amaritudine impleat.* Conferatur et *Ps.* 75, 9.

vs. 21. Bene Doct. *Belg. Merc.* aliique, formulam מספר חדשיו חצוי ad *Finem vitae* in genere retulerunt, et de *iusto numero mensium, spatioque vitae ordinario* sunt interpretati. Vt completius redderetur hoc ipsum, *Rabbini* ad vim *praefinitionis* addidere *consummationis, collectionis in summam;* ex *Prou.* 30, 27. vbi חֲצִי *collectam multitudinem* designare creditur. Cl. *Cocc.* a חֲצָץ *scrupus calculus*, ψῆφος, docto conatu coniicit, *Calculati*, vel *ad calculum*, i. e. *pleno numero exeunt.* Pariliter *Iud.* 5, 11. מחצצים *Numerantes*, ψηφίζοντες. Ad eam rationem et hic, *Et menses eius integro numero calculis ducti sunt.* — — *Nam quid negotii ei cum domo sua post se; quum numerus mensium eius ad integrum calculum exacti fuerint?* vel et, *in sortem ei assignati fuerint;* siue a חצץ ψῆφος *calculus, sors:* siue a חץ *sagitta*, vt feliciter iterum *Cocc.* quod *sagittis* ad *sortes trahendas* vterentur, vti ex loco *Procop.* 1. *Persic.* probatum iuit. Inde hanc Paraphrasin offert: *Quantum homini naturaliter viuere datum, tantum vixit:* et *ductis vel calculis, vel telis, aetatem humanam exigentibus ad numerum, singuli non modo anni, sed et menses exierunt, nullo calculo vel telo residuo.* Vtrumque in Genio Linguae fundatum, vt mox apparebit. Proinde vnica, et certissima, via huius loci explanandi in illo, quod cum *Rabbinis* secutus *Cocc.* vt *noua instantia obuiam eatur exceptioni Amicorum, vs.* 19. *Deus reponit iniquitatem eius Filiis.* Ad hoc Noster, *Itane? at quid ei cum sua domo post mortem, qui plenus et satur dierum e vita discessit?* Cl. *Schmid.* rogat, *num Iobus vspiam hoc parui fecerit, si quis in filiis puniatur, aut benedicatur post mortem?* De eo haud quaeritur. Si improbus, viuens adhuc, praesciret, et praeuideret, posteritatem fore calamitosam, angeretur ex mente *Iobi*, omniumque patrum; sed quum *florentissimam cernens familiam, decedit, quid* tandem *mali* directe *sentiet, ex clade* et *internecione suorum*, longe post ventura? Ita ratiocinatur Noster, nec putem calculum eius tam male subductum, in disputatione vbi de *poenis praesentissimis improborum his in terris* agebatur. חפץ hic non est *voluptas, gaudium;* sed *studium, occupatio, negotium quo adficeris;* vt *Eccles.* 3. 1. etc. Hoc *studium*, atque hunc *sensum*, cum *vita* simul *abrumpi*, declaratum quoque supra *Cap* 14, 21. quem contextum relegisse non poenitebit.

Ibid. Ad verbum חצוי aliquid etiam conatus fuit Clar. *de Dieu, truncandi* notionem incertiorem firmans ex *Aethiop.* חצי *paruus fuit;* vnde

rint. *vſ.* 22. Num pro Deo docebit *quis* ſcientiam: quod ille vermibus eroſum iudicat? *vſ.* 23. Atqui hic mori-

vnde vellet, *et Numerus menſium eius paruus factus eſt*, vel *numero decurtati ſunt menſes eius.* Plaudit Cl. *Hott.* in *Sm. Or.* p. 83. Cl. *Crom.* inſuper *Dimidiandi* vim adfirmat ex *Arab.* حص *portionem cum alio partitus eſt.* Fruſtra his fulcris ſuſtentatur quod a ſcopo procul abit, ac proin ſtare nequit. Multam lucem fert illa Radix, et poteſtas in 3. *Coni.* obtinens, ducta ab حصّة, חִצָּה *ſors, portio;* a חץ *ſagitta*, vt سهم *ſagittam* notat, et *ſortem;* vt in *Obſ. Philol.* ad *Prou.* 30, 27. monui. Inde in 3. et 6. *coni.* حاصوا et تحاصوا valet *ſortes inter ſe partiti ſunt*, vt eſt in *Camuſo.* Ex hoc fonte explicui *Prou. C.* 30, 27. et *Iud.* 5, 11. quae duo loca vtique nihil commune habent cum *decurtatione*, et *detruncatione.* Cl. *de Dieu* ad *Prou.* illud חצץ exponit *ſagittantem;* ego malui, *ſortes dirimentem.* Iterum in *Camuſ. in* I. *coni.* חצני מנה כזא *diremit mihi tale quid, de eo quod in ſortem mihi cedit.* Dabam ibi olim non ſane ad ſcopum, *Licet numerus menſium ipſi tanquam ſors plene ſit conceſſus;* quaſi *Iobus* negaret, *impium propterea felicem praedicandum.* Cum *Belgis* noſtris tamen me facturum eſſe profitebar, pro *reſecti ſunt*, ſubſtituendo *attributi ſunt in ſortem.* In eo et nunc pedem figo; et quidem *preſſiore* illa *inſtantia*, quam ſupra tenendam eſſe vidimus. Cl. *Cocc.* ambigebat inter *calculum* חצץ, et *ſagittam* חץ. Vtriusque notionis clariſſima veſtigia in *Dial. Arabum* ſub *Radicibus* حص, et حصا *Vlt. Vaw; computationem* et *calculationem* exerente vltima; vt prior *ſortitionem* adfert, a *ſagittis*, quibus *ſortes dirimere* ſolent *Arabes.* Eodem ex fonte حط eſt *ſors bona, ampla haereditatis portio;* ipſumque verbum, *bona ſorte, felicitate, copia omnium bonorum auctus fuit:* quae *Emphaſis* et hic forte attendenda. Haec vlterius perſequi nunc non licet.

vſ. 22. Specioſa eſt ſententia Cl. *Cocc.* qui *obiectionem* vel *increpationem* potius, *Amicorum nomine* hic concipit: *ſuſpicor aliquem veſtrum mihi dicturum, intolerabilis arrogantiae eſſe, ſi quis Deum docere velit ſcientiam; dum Celſos iudicat.* i. e. *notabiliter puniat in exemplum aliorum.* Intelligit, *principes, tyrannos eminentiſſimos in populo:* quaſi ſenſus eſſet, *Deum non tumultuarie* et *promiſcue omnes improbos iudicare; ſed celſos et elatos facere exemplum irae ſuae; idque prudentiſſima circumſpectione, vt non ſtatim tollantur, quicumque improbi, ſed vt emendentur plurimi.* Obſeruo ad haec. 1. Verum eſſe, Amicos id vehementer vrſiſſe, quod Deus *improbos celſiores deprimere* ſoleat, atque *in Exemplum* tradere ſeculis; ſed non video, id pro *Obiectione* nunc poſſe inſeri, quod ſemper a *Iobo* erat negatum; quod dedita opera per totum Caput refutatur; cuiusque contrarium toties iam inculcatum, vt *vſ.* 7. 9. 13. 17 etc. Stante hac ſententia, 2. ימות *vſ.* ſeq. deberet notare *Mortem pro exemplo punitionis ſeuerioris inflictam*, quod abhorret a vero, vt mox

 videbi-

videbitur. Omnino tamen assentior Cl. *Interpr.* subesse *Obiectionem*; ad quam quatuor versibus respondeatur. Vt illa scopum feriat, seriemque seruet, רמים non in *form. plur.* de *Celsis*, sed in *sing.* de *Mortuo a vermibus rodendo*, vel *erosо*, videtur interpretandum. Patitur haud dubie lingua; nam רמם est *verminauit Exod.* 16, 20. et רמה *putredo verminans*, statim *vs.* 26. et alibi. Hinc רמים in *part. pass. sec.* est, *carioſus, exesus a vermibus*, qui رميم *Arabibus.* Frequentatur hinc عظم رميم *Os vermibus exesum*, עצם רמים, quod in *Alcor.* de *putribus mortuorum reliquiis* crebrum. Habes et in hisce versiculis.

Quid gloriatio in osse vermibus
erosо? Etenim
Ea demum gloria, quae semet
ipsa nititur.

Ad verbum, *quam quis suae animae vindicat.* Prius membrum taxat *auorum gloria superbos.* Extant in *Sent. Gol.* p. 165. Auctor eorum *Haririus Conf.* 25. Absolute quoque رميم רמים adhiberi amat. Insignis *locus Histor. Tam.* p. 322. de *Viris principibus* ex *summo splendore* tandem *ad sepulcrum contrusis.*

Habitant sepulcrum, immutatis
istis splendoribus, laetitiisque.
Et depascit eos vermis consumtionis, scinditque more lanionis.
Fiunt vermibus exesi [امسوا
[رميما *in terra; moranturque ibi ad diem resurrectionis.*

In *Arabico* est, *Fiunt* רמים *exesum*, nempe *Cadauer.* Iste vsus mirifice hic quadrat, in consimili fere argumento. Duplici ratione *Occupatio* inde concipi potest; vt vel I. *Amicis* tribuatur haec obiectio; *An Deum docere* quis vult *scientiam; quum vtique vermibus exesum iudicet?* illum improbum, videlicet: vel etiam II. vt ipse *Iobus* eos prouocet, *An pro Deo*, pro causa Dei defendenda, aliquis *Vestrum docebit scientiam; quod ipse iudicet vermibus exesum*, illum quem describsi Fortunatum? Sensus eodem redit; qui hic est; *Frustra exigi vt improbus ipse puniatur; quippe qui poenam vtique praesentissimam in morte et putrefactione experiatur, in puluerem resolutus; et factus* רמים. Sentis aliquid ex media materia subnascens, quod non poterat non *Iobo* occurrere, tanquam aduersus se faciens; quodque, si causam obtineret, accurate erat resoluendum: vti in sequentibus facit; quae sine hac *obiectione*, ita concepta, vix ac ne vix quidem cohaerebunt. [Pro רמים *Gr. Alex.* legit דמים, vertit enim φονεις. Nil habet haec lectio, quo se prae masorethica commendet. *Vog.*]

vs. 23. Omnes Phrases huc aperte collineant, quibus depingitur *Homo summa Fortunae indulgentia vtens, atque in tranquillitate liquida, et opima, viuens, moriensque.* Is est *improbus*, quem ostendere vult Noster, *probo in miseria viuenti et morienti nihilo esse miseriorem, eo quod putrescere debeat, quia in puluere eodem omnibus vna cubatio, vna conditio.* Sentis *responsionem*, quae *obiectioni* praecedenti examussim conueniat, ad nostram mentem explicito רמים, *de Eo qui vermibus iam proiectus:* quum *Celsi*, quo tandem cumque modo expositi, sensum impediant, et obscurent. R. *Salom.* per רמים *Celsos*, intelligens *Iustos*, qualis ipse *Iobus*, qui semet hoc titulo designatum voluerit, non procul a mente nostra discedit.

moritur in solido intactae suae integritatis; totus quantus liquidissime defoecatus et opimus. *vs.* 24. Eius pecorosa latifundia plena lacte; et medulla *quod ad* ossa sua irrigatur. *vs.* 25.

cedit, ita *nexum* pertexens a *vs.* 22. ad 26. *An aliquis* vestrum *pro Deo docebit scientiam, cum ille iustos*, vt me, meique similes, *iudicet*, adfligat. *Hic* interim improbus *moritur in summa prosperitate*, et *abundantia bonarum rerum, immunis et intactus a plagis; Hic probus* contra, qui est *ex* רמים *Celsis*, et *Sanctis, experitur continuo Dei vltionem, et in multa miseria moritur. Post mortem interim nemini mortalium liquet, quis Bonus, quis Malus, quum ambo eodem in puluere decumbant.* Non omnino displicebit, credo, hic conspectus: in quo acquiescere potuissem cum *Codurc.* eum amplexo, nisi רמים ad *Iustos*, et speciatim *Iobum* ipsum, applicare, nimis durum putassem; simulque sensissem adhuc pressius quid, et propius, requiri sub hoc ipso vocabulo, *ad disputationem reliquam* huius *capitis*, quae deflectit ad *quietam*, *honoratamque sepulturam improbi*, rite detexendam. Si quid interim caliginis in materia ardua mihi sit offusum, id lucidiore veritatis telo, radioque, discussum, mihi, aliisque, gratabor: vt huius obscurissimae et profundissimae ratiocinationis sensum penitus introspicere nobis detur.

Ibid. Verbis signatissimis aliquid adhuc curae debetur. בעצם חמו admirabiliter dictum. *Mercero* valet, *in robore*, ἀκμῇ *suae integritatis*, i. e. *felicitatis*. Aliis placet, *integritate eius adhuc robusta, valida, vegeta;* quod de *vigore sanitatis* exponitur. Ego suspicor עצם *Os*, adhibitum fuisse in *summis computandis*. Appellatio *Algebrae* ex *Arabum* fonte fluxit, quibus ٱلْجَبْر אלגברה est *solidatio fracti ossis*, et porro *numeri*. Hinc עצם *Os* pro *numero solidato* inualuisse potuit. Ad hanc rationem foret, *in Osse integritatis eius*, pro, *incolumitate corporis, fortunarumque omnium, omnibus numeris vndique absoluta: vt nihil non felicitatis iuueni, viro, seni grandaeuo*, secundum diuersas aetates, *abundarit*. Huc vocat alterum Colon, *Quantus quantus tranquillitate, vel securitate, liquida et in omnem opimitatem effusa gaudens.* שלו enucleatum in *Origin.* vbi ei vindicata proprietas *Opimi liquide defoecati.* שלאנן plurimis inserto ל idem quod שאנן. Illud Clar. *Cocceio* videtur ex שלו mutuo sumtum. Cl. *Schmid.* repudiat, et *duo Nun affirmatiua* addita putat שׁלו, *Vaw* in *Aleph* mutato. Non litatum *Analogiae*. Ex שלו et שאנן coaluisse שלאנן, visum quoque fuerat *Kimchio*. Reiicit *Codurc.* quia seiunctim adest שלו. Mihi sedet שאנן *quadriliterum*, non esse a שאן, sed extrito *Lamed* a שלאנן, quod in hoc Codice ex veteri Lingua compareat, pro quo recentior dedit שאנן. Vnde ergo שלאנן? ex שלה *Liquide defoecatum fuit* butyrum, et אנן ٱنَّ *fudit; effudit.* Non obstat adiectum simplex שלו. Amant, graues Auctores talem vicinitatem. *Soph. Electr.* 1012. πανολέθρους, τὸ πᾶν ὀλέσθαι. *Eurip. Med.* 277. πανώ-

λης ἀπόλυμα. *Suppl.* 605. στρογγυλοειδῆς κτύποι φανήσονται. etc. In Sacris שמה ומשמה *Vastatio et Vastitas*, itemque שאה ומשאה infra *Cap.* 30, 3. etc. Dubium non est, quin שאנן ad *securitatem liquidissimam* et *felicissimam* hominum carnalium nunc inclinet. Vide supra *Caput* 12, 7. *Ps.* 123, 4. De שלו idem constabit ex *Ps.* 73, 12. vbi signate שלוי עולם *Liquide opimi huius seculi*, vel *perpetuitatis: quibus nihil vnquam mali vitam omnibus deliciis circumfluentem turbat.*

vs. 24. Ambigitur, ad *corpus ne vegetum* pertineant haecce, an ad *affluentiam bonorum;* an ad *vtrumque;* vt prius membrum *copiam rerum lautarum;* posterius *iucundum* earum *vsum fructumque cum firmo vigore sanitatis* designet. Ansam dedit huic opinionum dissonantiae vocabulum *Monadicum* עטינים, quod I. *Lexica* pleraque *Mulctralium* notione occupat, *Vsurpatione* magis, quam *Iure.* Auctoritas *Kimchii*, per quam inducta, ei aduersatur diserte. Is in *Lib. Rad.* monens *quosdam* vasa mulctralia *interpretari*, addit, *in eo non esse opum abundantiam, ac proinde vasa maiora designari verisimilius.* Doctiss. *Merc.* hac crisi motus ita *Mulctralia* tamen retinet, vt concipiat II. *Maiora vulgatis*, qualia *vasa magna lapidea in Narbonensi Gallia, oleo asseruando.* Scilicet, obseruante et *Kimch.* מעטן in *Thalm.* est *vas maius in quo reponuntur oliuae vt ad praelum mollescant fudando.* Ex *Arab. Dialecto* lucem adferre conatur III. R. *Iona*, et *Ab. Esra*, quibus عطن notat, *Locum vbi Cameli procumbunt ad aquam.* Hic vide mihi audaciam *Codurc.* pronunciantis pro המקום *Locus* dicendum fuisse הכלי *vtensile quod sternitur camelis poturis*, siue *fiscus iunceus in quo foenum repositum gerunt cameli, qui etiam illis sternitur, vt in illum geniculentur, ne scil. genua vel laedant, vel conspurcent.* Quid non designat sibi permissa vis imaginationis, vbi e Linguis haud satis perspectis, aliquid in medium vult conferre. Meliora dabit *Boch. Hieroz. part.* I. p. 457. vbi ex *Camuso* firmantur, quae duo illi *Rabbini* adduxerant. *Haec* tamen *nihil ad locum praesentem*, ait Vir summus *Ibid.* p. 458 Mirum! non vnus enim hinc adspectus, longe vberrimus, suggerebatur. Potuisset sane, quod α ponam, dari, *Cameli eius circum aquas cubantes lacte exuberant etc.* Vt عواطن *plur. fract.* apud Cl. *Gol.* exponitur de *Camelis talibus* absolute. Potuisset etiam β quod in *Orig. Hebr. L.* I. p. 235. dedi, *loca rigua eius*, eius *laeta* et *aquosa pascua*, eius *sedes vberrimae, recens mulsi copia lactis plenae sunt, atque exuberant.* Vt plenius intelligas, recludam, quae *Gjauhar.* cuius copiam defuisse video *Bocharto*, habet. *Forma* עטן *et* מעטן *sing. est pluralium* אעטאן *et* מאעטן; *quibus notantur loca circa aquam, vbi cameli in genua procumbunt, vt bibant* על נהל *post*, *secunda potatione post primam rigandae: qua peracta ad pascua rediguntur. Verbum ipsum similiter de Camelis*, עטנה *in fut.* תעטן *cum damma, et kesra*, *in inf.* עטון *quum rigatae potu procumbunt in genua. Tales Cameli form. part.* עוטנת *et plur. fract.* עואטן. *Dicitur, percussere cameli* בעטן *quum in genua ibi procumbunt. Dicas etiam licet, hoc est* עטן *et* מעטן *ouium, de earum mansionibus circa aquam, item in 4 coni.* אעטן

de iis quorum Cameli ita procumbunt circa aquas, i. e. *qui multos habent camelos. Nec non vir amplissimo* עטן *gaudens, quum habet laxum largumque brachium*, siue *amplissimis opibus et fortunis praepollet.* Ex hisce ambigere non licet, quin עטינים hic designet *amplissimas sedes hominis praedituitis, et Camelis aliisque gregibus magna latifundia occupantis: quae latifundia* dicantur *plena lacte*, ad *rerum lautarum vbertatem et adfluentiam* indicandam. Sic *lac* apud *Arabes* frequentissime figurati in *Orig.* p. 235. 236. 237. exemplis confirmatum, quae huc transferri velim. Vnum tantum addam ex *Diw. Had.* quod valde propinquum. *Malich Ibn Elharit* rationem reddens in cursationum suarum in sedes hostium, ad praedas agendas, inter alia canit:

Non abstinebo, pecore meo morbis consumto, Etiamsi pectori meo opponantur hastae.

At vos culpate opes vestras; sane in gratiam vos recipio, quum stabulationes meae iterum erunt amplificatae.

Nam qui imminuto pecore, quod mulgeat, cessat pauidus ab hostibus inuadendis, loco vini aquam ei potare liceat.

Ostendit, *se amissis, quas mulgere solebat, camelis, ouibusque, damna illa ex hoste velle resarcire, donec pristinam opulentiam recuperet, tum demum ab incursandis finibus eorum abstenturus.* Nimis vel fastidiose, vel anxie, a *Dialectorum* vsu resiliret, qui *Mulctralia lacte plena* mallet, sine auctoritate, quam *Latifundia*, cum ea. Ne vero quem מעטן *Thalmudicum* moretur, pro *fouea*, vel *cupa, in quam coniiciuntur oliuae, vt mollescant ad pressionem, siue factionem praeli;* sciri velim عطن *primario* esse *macerando fouit, vt mollesceret*, pellem, et alia. Inde iam מעטן est *Locus, vbi oliuas fouere solebant necdum satis molles ad factionem.* Item apud *Arabes* عطن *fotio*, et معطن *Locus fotionis*, vbi *Cameli*, et *oues procumbunt molliter*: vel, *quem fouent*, i. e. *incubant circa aquas.* Apud Latinos *fouere* pro *cubare* pulcherrime quoque transferri solet. Non spernes accessionem lucis et gratiae; nam *sedes* improborum *pecore numerosissimo gaudentes*, non sine aculeo עטינים *Loca quae incubantur*, forma *part. pass. sec.* siue *Incubatoria*, vt sic dicam, appellata videntur. Promtum ex his omnibus colligere, denuo, et adstringere, *Improborum inuidiosam opulentiam et felicitatem* hisce figuris expressam, non autem *piorum*, vt tendit Cl. *Schmid.* non etiam *piorum* et *impiorum* promiscue, vt alii: ne *improborum* quidem, sub *poenam* et *iudicium* Dei cadentium, in hac vita: nam ex iis, quae deducta, sponte in oculos se ingerit *persona improbi eadem* quae a nobis ad *vs.* praec. delineata; cui *omnibus bonis cumulatissimo* et *viuere*, et *mori*, post decursa longissima spatia vitae, *contingat*, in *fessa rerum* illa quidem, et *satura deliciarum*, *senectute*, sed cui tamen et suus vigor, intactus a malis, quae alios mortales consumunt, vegetusque, ac quodammodo viridis, persistat.

Ibid. Huc directum vltimum Colon. Non inuenuste Clar. *Schmid.* tentauit, Et *medulla quoad ossa sua potatur*; quod per *Meton. efficientis* explicat *de eo quo medulla ossium gignitur*, i. e. *adipe, rebusque lautis*, quibus veluti *rigetur*, et *potetur*, *ad ossa irrigatione* illa *penetrante, cum augmento medullae.* Ad vim phraseos emedullan-

vſ. 25. Et hic moritur cum anima amara; neque comedit de bono. *vſ.* 26. Pariter ſuper puluere procumbunt; et vermis

dam, praelucet *Prou.* 3, 8. *Erit hoc ſanatio vmbilico tuo, et* שקוי לעצמותיך *rigatio oſſibus tuis.* Vtrumque ſignat *iucundiſſimam tranquillitatem, laetitiamque* animi ſua ſorte contenti, *quae in medullas penetrans, corpus* quoque *ſanum* et *vegetum praeſtet.* Non ergo infertur *pinguitudo corporis obeſi*, et *adipe diſtenti*, ſed *valetudo firma, ad vltimam ſenectutem*, ſine curis medullam exedentibus, *iucunde* et *ſuauiter ſeſe prouehens.* Quum autem שקוי עצמות *Rigatio oſſium* per ſe feratur ad *irrigationem medullarum*, vberiorem ſenſum fundere videtur ſtructura poſterior, qua מוח *Medulla* ſuccinens חלב *Lacti*, ſignificationem praebet *rerum lectiſſimarum*, et *lautiſſimarum*, quibus tali homini quotidie *oſſa ſua irrigare* conceditur, atque *ad medullas vsque ſemet recreare*, ſine vllis curis, quibus reliqui mortales contabeſcunt. Ita ab *Arabibus* مخ *Mucb*, *medulla* transfertur ad خالص كل شيء *lectiſſimum et puriſſimum omnis rei*, vt eſt in *Camuſ.* Similiter μυελὸς, vnde *Theocr. Idyll.* 28. auſus.

Νάσω Τριναχρίας μυελὸν, ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν

Inſulae Trinacriae Medullam, nobilibus viris inclytam vrbem.

Speciatim Μυελὸς eſt *cibus bene nutriens*, vnde et *Heſychius*, Μυελὸς, τροφή. Reſpicit illud *Homericum Odyſſ.* 2, 290. ἠ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν, *et farinam, medullam virorum*, i. e. ἄλευρα μυελοποιὰ καὶ θρεπτικὰ, *quae medullam faciat, et nutriat.* Iterum *Odyſſ* 20, 108.

Ἄλφιτα τεύχεσιν ἠ ἀλείατα, μυελὸν ἀνδρῶν.

Sic pleniſſima hic figura exiret, *Medulla exquiſitiſſimarum deliciarum rigari quoad oſſa, atque vitali ſucco* inde *perfundi*, ac *iucundiſſime permulceri*, ad nouam medullam quaſi *faciendam.* Intra *corpus* ſubſiſtas caue; *anima* quoque habet *ſuas medullas:* vnde admirabili Schemate *Eurip. Hipp.* 253. φιλίας ἀνακίρναθαι πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς, *Amicitias miſcere ad imam vsque medullam animae penetraturas.* Confer ad *Hebr.* 4, 12. quamuis horum diuerſior paulo ſit ratio. Cl. *Schmid.* priorem conſtructionem ideo minus probat, quod *ſenſus imperfectior relinquatur, non addito, per quid medulla oſſium irrigetur.* Vtique additum, diceret, qui illuc inclinaret; *Lac* nempe; *quo medulla oſſium* quotidie *irrigata* venuſtiſſime concipi poteſt; ſenſu eodem redeunte.

vſ. 25. Impio *indulgentiſſime* habito, opponitur pius *duriſſime* tractatus, in *vita* ſimul, et in *morte.* Cardo in eo voluitur, *improbos plane non adfligi, quum probi grauiſſimis adflictionibus ſubiaceant; atque poſt vitam amaram, nullius boni participem, amaram quoque mortem ſubire cogantur.* Haec toties ante a Noſtro tacta, et iacta, nunc, quum dedita opera materiam iſtam tractare, Amicosque inde confutare voluit, non deſtruxit vtique, nec retractauit, ſed vehementius adhuc, vt fit, tetendit. Itaque vt ſuperiora illa ex *Adfectu commotiore*, ita haecce ex *commotiſſimo* et *perturbatiſſimo* profecta cenſeri debent. Inde *verus ſenſus Iobi, de ſorte piorum in vita* et *morte* neutiquam aeſtimandus. Vix fieri poteſt, vt non, in hiſce lineis ducendis,

dis, ad se reflexerit, seque ipsum in acerbissima sua conditione simul delinearit. נפש מרה *Animam amaram, amarulentiae omnis sensu gustuque discruciatam*, ipse cum maxime experiebatur. *Non comedisse bonum*, vel *de bono*, si externam faciem spectes, offert *cibum suauem*, et *opimum*, qui *ossa rigare* valeat. Interna vis pertinet ad *liquidam puramque voluptatem*, qua alicui *vita* redditur *vitalis* non tantum, sed *iucunda* etiam, et *suauis*. Hac pios rarissime gaudere, res certa; si modo rite distinguas inter *vitam* eorum *Spiritualem*, et *Naturalem*; de qua sola sermo. Ipse *Iobus*, sub hac restrictione, vere quoque dicere potuit, se in omni sua opulentia, *parum* aut *nihil de Bono comedisse*, *nullamque voluptatem defoecatam ex his rebus hausisse*. Vid. *cap.* 9, 25. Non tamen *Adfectu* caret haec exaggeratio. Videlicet *praesens*, et premens, *calamitas vitae praeteritae iucunditatem* instar somnii *ex animo delere* solet.

vs. 26. Praeclare *Cocc. Dispares impii et pii in vita, defuncti pares sunt.* Consequentia haec, *Miseriores proinde innocentes in vita et morte, quam improbi.* Hactenus omnia limpida. Sed turbat, quod addatur, *quam improbi Celsi, etiamsi notabiliter puniantur*, quasi sic responderetur ad *obiectionem Amicorum vs.* 22. insertam; Redi illuc, et senties ad רמים *Celsos* adhaeresci; per quos *Iarchius* intelligens *Iustos*, *cum iisque* ipsum *Iobum*, *iudiciis Dei adflictos*, hoc quidem incommodum euitat, sed in aliud incidit, supra indicatum *vs.* 23. Teneatur itaque, רמים pro *vermibus eroso osse*, vel *cadauere*, vt *vs.* 22. praemunitum cum *obiectione* inde formata; et nihil aptius hac digressione; nihil rotundius hac conclusione, agnosces. Dicetis *Deum Iudicare* רמים *vermibus proiectum* illum improbum. Qui quaeso? Vt notabile discrimen reperitur *inter modum Vitae* et *Mortis*; ita nullum deprehenditur *post Mortem*, vbi iam *ad puluerem* et *vermes ventum*. Quomodo ergo Deus *iudicat*, רמים *Cadauer vermibus datum in Escam?* Quod *Improbo* hac in parte, idem et *probo* incumbit; *vnus* omnibus *Lectus*, *puluis*; *vnum operimentum*, vna vestis stragula, *putredo verminans*. Sub verbis שכב *decumbere* et כסה *operire*, has *imagines grauissimas* haud aspernabere: שכב istoc vsu protritum: כסה sic venit 1 *Sam.* 19, 13. Ad *Pathos*, quo animatus in hoc responso Noster, inspiciendum, relegas velim quae *Cap.* 17, 12-17. contexta. Figura est *Arabibus* tritissima, *Alcor. Sur.* 7, 39. *Ipsis Gehenna est Lectus; habentque stragulas iniectas*; ignem infernum; *talia scilicet rependimus Improbis.* Similiter *Sur.* 2, 201. et 3, 10 196. et 38, 56. Item *Harir. Conf.* 28. *An non decrepita senectus* vos manet *vt messis, et Gleba vt Lectus?* Splendide hinc *Esai.* 14, 10. *Sub te* יצע *sternetur, vt Lectus, Lumbricus; et operiet te* instar stragulae *putredo verminans.* Cl. *Crom.* ad h. l. obseruans كسا esse *operuit*, كشا *momordit*, posterius nunc aptius censet. Non ego. Non ipse Vir Doct si locus *Esai.* ei in mente fuisset. Vehemens quidem hoc *Iobi* responsum; nihil tamen habet quod malam trahat consequentiam; si modo verba non trahantur. Tenenda, citra controuersiam, cautela Cl. *Schmid.* agi de *eo, quod in hoc seculo apparet.* Exceperant Amici, *Improbum Felicem ad vermes datum*, in eo saltem *supplicium experiri.* Atqui,

vermis eos operit. *vſ.* 27. Ecce noui cogitationes veſtras; et molimina, quae ſuper me cruda agitatis. *vſ.* 28. Quod dicturi eſtis, vbi Domus Ingenui! et vbi tentorium habitationum improborum! *vſ.* 29. An non interrogatis transeuntes per viam? eorum vtique ſigna non abnegabitis. *vſ.* 30. Profecto in die exitii ſubducitur malus; in die aeſtus irarum, cum pompa educuntur. *vſ.* 31. Quis denunciat in faciem eius viam eius? et quod ille patrauit, quis rependit illi? *vſ.* 32. Et ipſe ad ſepulcra deducitur; atque ſuper

reponit Noſter, *probi* quoque, poſt longas miſerias, *ad vermes dantur, nec diſcrimen* vllum *Bonorum Malorumque in illo triſti decubitu.* Si dixeris; *de Animarum diuerſiſſima ſorte cogitandum* potius *fuiſſe*; concedam equidem, ſed ſimul monebo, 1. Has concertationes *non directe excurrere ad praemia*, vel *poenas*, *Mundi inuiſibilis*, quamuis per conſequentiam illuc pergi poſſit, quin et debeat ſaepe. 2. Praeſentis *cardinem quaeſtionis* verti in *Suppliciis viſibilibus improborum*, quae Amici *extare* dicebant *in omnium oculis*; contraria omnia arguente Noſtro. 3. Exceptionem Amicorum *vſ.* 22. noſtra quidem opinione, *viſibilis poenae ſignum* ſaltem *quoddam* poſſuiſſe in רמים *Cadauere improbi, vermibus* et *putredini tradito.* Reponit noſter, *eandem conditionem probis ſubeundam*; ac proinde qui *nimis impares* fuerant in *vita*, poſt mortem *nimis pares* fieri. 4. Omnia haec *ex Adfectu concitatiore profecta*; quo abreptum fuiſſe Noſtrum, vno ore omnes confitentur; ſed non vbique ſatis attendunt. 5. Nil iniquius, et a prudentia alienius, quam vt talia dicta in equuleum veluti mittantur, ad ea fidiculis vexanda, et vltra mentem loquentis diſtendenda in hanc vel illam partem. Verbi cauſa, abſurdiſſimum hinc colligere, *Animarum immortalitatem* ignoraſſe Noſtrum. Abſonum quoque vel ſuſpicari, *mortem benedictam probi*, in ſepulcro, tanquam in cubili, requieſcentis, eodem loco habitam, a Noſtro, cum *morte maledicta improbi*, tanquam in carcerem concluſi. *Benedictio* iſta et *Maledictio* ad *Oeconomiam mundi inuiſibilis* pertinent; atque limites noſtrae cognitionis egrediuntur: ac proinde in diſputationem de *poena viſibili* non potuerunt immiſceri.

vſ. 27. Phraſis conciſior, עלי חחמסו, quae אשר ſuppleri poſtulat; vel in *ablat. Cogitata quibus mihi vim facitis*, aut *iniuriam impingitis:* Vel in *accus.: quae aduerſus me iniuſte agitatis*, aut *rapitis.* Poſterius placuit *Merc.* et *Cocc.* qui in *Lex.* vim *tranſit:* exemplis firmauit. Cl. *Schmid.* ad haec, *Neſcio qui vò rapere cogitationes ſuas aduerſus aliquem, nimis durum videatur, quaſi bonae forent per vim detortae: atqui malas eas eſſe volebat Iobus.* Haud belle. *Merc.* מזמות *cogitationes malitioſas* ſonare, diſerte dixerat. *Eae rapiuntur*, quum *violenter vrgentur.* Proprietas Thematis in *Crudo*, vnde mox *durum*, *violentum*, *iniuſtum.* Non ſperno equidem, *quibus crudeſcitis contra me*; ſed fortius, et figuratius, *quae cruda rapitis, promitis, premitis, aduerſus me.* [Pro חחמסו *Syrus. Ar.* et *Chald.* legiſſe videntur חחשבו. *Vog.*]

vſ. 32.

per Tumulo vigilat. *vſ.* 33. Dulceſcunt ei glebae molles vallis; et poſt ſe omnem hominem trahit; vt ante eum innumeri.

[*vſ* 32. Pro ישקוד *Syr.* et *Ar.* legerunt forte יִשְׁמֹר. *Vog.*]

vſ. 33. Curam peculiarem meretur phraſis רגבי נחל; quae rite illuſtrata, lucem toti *pericopae* adferet. *Kimch.* in *Lib. Rad.* tres ponit opinationes. 1. R. *Ionae*, notari *Loca in Vallibus vicina Torrenti, in quibus aquae ſtant.* Aliorum, 2. qui מגרפות *Glebas* malunt: Itemque 3. qui חלוקים *Lapillos laeues*, aut *glareas.* Mediam ſententiam, ob vicinitatem literarum, ſecutus *Auenar.* ait eſſe *glebas conuolutas*, a גרף *conuoluit inſtar glebarum*, et גרם *grumulos fecit.* At *Forſt.* cum גרב *ſcabies* conferre iuſſerat, vnde רגב colligit eſſe *lutum.* R. *Leui* dedit *ſiſſuras planitiei*, idem, vt videtur, intendens, quod R. *Iona;* quem et *Ab. Eſra* laudauit; ex Lingua *Arabum* hoc firmantem. Ea tamen poteſtas necdum *Arabibus* adſtructa. Longius abſtat, quod *Doct. Caſt.* produxit, رجبة *iunctura, flexura.* Propius, quod Cl. *Crom.* attulit, رغـــاي *terra mollis* et quidem *ex pluuia.* Id ſpectaſſe *Rabbinum* illum, qui facem *Ling. Arab.* ad plurima praetulit, percipies ex *Camuſo: Terra* רָגָב *vocatur, quae non fluit, niſi ad pluuiam multam; vel lenis, ampla, et molliter aequabilis.* In *Adag. Gol.* pag. 77. habes formam رغب *Rugub*, quam et *Camuſus* exhibet pulcherrime figuratam, *Non prodeſt lenis pluuia in valle ampla et molli: quae* ſcil. *copioſum imbrem molliſſimo gremio mox imbibat.* Quid R. *Iona* ſpectarit, non ſatis dixerim; mihi ex hac ipſa poteſtate venuſtiſſima imago ſubnaſcitur, *Mollis glebae, molliter in valle irrigua ſtratae* veluti, *vbi mortuus tanquam in Lecto ſuauiter decumbat.* Inter ſolennia *Arabum veterum* erat *ſepulcrum perpetuo irriguum* mortuo apprecari. In *Hamaſ.*

Rigentque matutinae nubes ſepulcrum eius plena vrna.

Ibid.

Viſitate Maanum, et dicite Sepulcro eius,
Rigent te nubes matutinae pluuia ſuper pluuia!
At, heus! ſepulcrum Maani, prima tu foſſa
Terrae, ducta Liberalitati in Cubile.

Reliqua non humiliore ſpiritu elata, ſic ſonant. *At, O ſepulcrum! qui tandem clauſiſti Liberalitatem, quae terram et maria implebat? Sane cepiſti Liberalitatem, ſed mortuam; quae ſi viueret, vt arctum nimis, diſſilires. Maanus tamen munificentia ſua viuit poſt mortem, ſicut poſt aquae fluxum Locus, per quem fluxit, vernans fit pratum.* Haec non de nihilo producta, deinde ſenties. Inſtar omnium eſto hocce *Motyi* in *Hamaſ.* Amicum intimum deflentis.

Dixi Murmuranti, grauidae, largiſſimum imbrem fundenti Nubi,
Pete foſſam ſepulcri quam indicabo; depluasque in illam mediam foſſam.
Haud par, auara vt ſis ſuper virum haud ſane auarum.

Ex hac formula nunc putem pingi *Mortuum molliter molli in gremio terrae cubantem, in valle ampla, vbi aquis coeleſtibus largiter irrigetur ac recreetur quodammodo.* Hoc figurate tendit ad *memoriam nomi-*

nominis benedictam veluti, *et inter homines honoratissimam.* Illuc manuducit *Bohadinus* p. 1. *Saladino* suo precans, *Riget Deus mediam sepulcri eius fossam largo imbre fauoris sui.* Isto adspectu *Molles glebae vallis, quae Tumulato dulcescunt*, grandiore Cothurno adferunt *conditionem sepulturae plane inuidendam.* Eodem haud dubie fertur sequens Colon, quod audacissima figura, cum insigni illusione *ad pompam funebrem* Magnatum, videtur esse conceptum, plane pro Genio *Arabiae*, ita, vt *omnes Mortales*, *sepulcro* et ipsi *inferendi*, dicantur huius Hominis *Funus* velut *exsequi; magnusque* item *comitatus* illum *praecessisse* ad sepulcrum. Repraesentaretur sic totum genus humanum, Naturae tributum soluens, quorum in medio *improbus* hicce, vt *Honoratissimus*, conspiciatur, ratione *sepulturae splendidae*, reliquaeque *Nobilitatis*, *laudis*, *gloriae*, qua et eos *qui ante* ipsum *extiterunt*, velut *Anteambulones* quosdam, et *eos*, *qui post extituri* sint, velut *Asseclas*, magnitudine Nominis sui obscuret, ac prae se deleat. Hoc vehementissimum *Pathos* excitasse potuit in Nostro, *Mortis et Sepulturae* feralior illa facies, qua semet ipsum conturbauerat ad finem *Cap.* 17. vel et illa, quam improbo *in putredinem cum maledictione publica ituro* intentarant Amici, vt *Cap.* 20, 4. etc. et c. 18, 13-15. et c. 15, 28. etc. Refutatio Eorundem sic simul subesset, quin retorsio quaedam in contrarium. Si nimis vehemens iudicetur, *sub* eadem *allusione ad pompam funebrem*, pedem figas licet in *Mortalitate* omnibus *communi*, et *simillima sorte* totius *generis humani;* ad quam *Merc. Belg. Cocc.* quoque ex parte, sed sub alia schesi; itemque *Grot. Schmid. Cler. Reim. Vatabl.* etc. respiciebant: vt innuatur nullum *singulare malum*, necdum *Poenam summae cuiusdam improbitatis* huic homini incumbere dici posse, *eo quod in sepulcro sit putrescendum:* vt *vs.* 22. insinuare videbantur Amici: quibus *vs.* 26. illud telum ademtum.

Ibid. Dubium nemini relictum putem, quin *sepulturae inuidenda* quaedam *felicitas*, et post *Mortem* ipsa *vita* quasi *dignitatis*, et *gloriae* inter homines, *perpetuo vigens*, hic describatur. Idem *vs. praeced.* clarissime elucet; vna cum *Adfectu* grauissimo *commoti*, et *indignantis*, vt *vs* 5. 6. praemissum. Hunc *Adfectum*, vnde vera explicandi ratio pendet, plurimae aliorum sententiae non attendunt, necdum seruant. Ea ergo *Hypothesis* palmam auferet, quae prae reliquis *Pathos* hocce *indignationis spirare* reperitur, aliis eo ipso defluxuris, quod nihil tale exerant, vel et directe cum eo pugnent. Ordior a *Merc.* I. qui inter initia *vs.* 27-31. ad *scopum* hunc collineat; nec *vs.* 32. 33. inde in totum deflectit; quamuis *vim* et *vehementiam vniuersae periodi* exhausisse non videatur. Magnopere addubitem praeterea, an satis rotunda censeri queat *Hypothesis* haec, illa ex parte, qua recurrit ad eandem plane materiam, quae *vs.* 22. decisa: nam illuc diserte remittit ad *vs.* 31. et vt ibi dictum fuerat, *improbum non curare si posteri postea puniantur*, ita in hac *pericope* enarranda perpetuo ad idem illud reflectit; quod, etiamsi *posteritas poenis tradatur*, *pater*, *impune hinc profectus*, *secure in sepulcro recumbat.* Non video, si istam materiam simpliciter resumere voluisset Noster, quid *vs.* 29, 30. et 31. ad rem faciant: quin *vs.* 27. 28. commodius

dius tunc quoque afuiſſent. Confer *vſ.* 26. *Iun.* vt et Doct. *Belg.* bono conſilio illam *reflexionem* et *connexionem* ſepoſuere. In *Iun.* non probo *obiectionem* quam *vſ.* 32. interſeri putat. *Belgae* per omnia rotundius; in quorum deductiſſima ſerie nihil deſidero, niſi quod ſingulares quasdam voces, phraſesque, ſpectat. Clar. *Cocc.* II. in nexu incommodum incurrit, ſimile illi, in quod *Merc.* nam et ipſe reſumi cenſet eandem quaeſtionem, per modum nouae *obiectionis*, ad *reſponſionem* datam; quaſi agnoſceret Noſter, *verum quidem eſſe, quod Tabernacula improborum in poſteritate funditus aboleantur* plerumque: *attamen nihil mali inde directe peruenire ad improbum*, patrem, *in ſuperbo tumulo delicate compoſtum* etc. *Generatim* obſtant, quae modo obmoui *Mercero:* quibus accedunt *ſpeciatim* alia nonnulla; vt *vſ.* 29. אחות pro *ſepulcris:* et *vſ.* 30. יובלו *abſol.* pro *ſepeliuntur. Inferuntur tumulo.* Illa tamen non omnino extra oleas. At *vſ.* 32. vix intra iuſtos fines, vt לירח exponatur *ante diem*, vel *inſtante die. Vſ.* 31. etiam ſenſus nimis tenuis. Praecipue autem officit, quod *vſ.* 28. ad verba, *Vbi Tentorium tabernaculorum improborum?* ſupponendum veniat, 1. *Iobum* planiſſime aſſentire Amicis, *Domus improbas aboleri* a Deo, in poſteris. 2. Et quidem *ad viliſſimum vsque tentorium;* ex illa *Tabernaculorum* multitudine et amplitudine priſtina; *ſic vt vix memoria reſtet.* Quin 3. non ita longo interuallo; paulo poſt mortem improbi parentis; quippe qui *imminenti calamitati ſubductus, vt ſine malo, cum honore, tumularetur.* Qui talia Amicis largitur, non videtur *habere* magnopere, *quo eos confutet;* aut quo *Felicitatem longam* et *perpetuam improbitatis* euincat; in *Domo*, quam nulla *Virga Dei tangat*, vt *vſ.* 9. dixit. Confer c. 12, 5. 6. Iterum, qui talia largitur, ſemet ipſum quodammodo, ſuamque cauſam, iugulat; quippe cuius *Domus* non poſt Mortem demum, ſed ipſo *viuente* et *vidente* fuerit *abolita.* Senſit ὁ πάνυ; nodumque ſic ſoluere conatur, quod *Viatores* tamen *teſtarentur* de *Magnificis monumentis* improborum, *ad omnem viam extantibus.* Vereor ne nodus adſtringatur potius, nam Amici ſic elabentem conſtringere potuiſſent hac inſtantia, *Ergo Tu Domum, poſteritatemque*, in vita tua videns *exterminatam, non habebis, qui te magnifice ſepeliat; idque ſummo tuo merito, tanquam omnium improbiſſimus.* Liquet, nil tale a *Iobo* concedi potuiſſe; ſaltem non heic loci, nam *vſ.* 19. alia res eſt: quum illa *Conceſſio* tantum ſit diſputantis, quae a conditione tacita ſuſpenditur, *ſi forte* tale quid accidat; et quidem, vt reſponſio arguit, *longo ſeculorum decurſu interueniente. De Pined.* III. ſibi ipſi valde diſſimilis, per totum caput, ad *vſ* 29. et 30. talia profert, de *improborum ſuppliciis aeternis*, quae ſi nunc obuerſata fuiſſent Noſtro, omnem eius aeſtuationem facile ſedaſſent. Sane *quis indignetur ob momentaneam felicitatem improbi Diuitis*, qualis *Luc.* 16. *qui mox abiturus in flammas inextinctas, vbi ne guttula quidem frigidae potiri queat?* et *quis non potius Lazari ſortem ſibi exoptaret?* Solide *Merc.* ad *vſ.* 30. iſtam vertendi rationem, quae tendit ad *ſupplicia futuri ſeculi*, reiiciens, addit, *Nihil hic de vita futura dici puto: ſed de iis tantum, quae in hac vita nota ſunt, et perſpecta: non quod Iob neget impio, reſeruari ſupplicium in alteram vitam, vbi omnium poenas det, verum vt ſocios*

cios conuincat, tantum de iis loquitur, quae hic nobis apparent. Hoc supra ad *vs.* 26. etiam inculcatum. Praeterea non putem valde conueniens, vt *tam ampla descriptio sepulturae* plane *inuidendae*, pro *argumento Felicitatis singularis*, adhibeatur, vbi nudis et apertis verbis *Aeternae Mortis infelicitatem*, et *poenas acerbissimas improbis* a Deo *repositas esse* declaratum fuit. Non agit sic, qui *indignatur* ob nimiam Dei erga improbos indulgentiam; *sortemque* eorum *inuidiosius euehit;* sed ad istum modum agere posset, qui *improborum Felicitatem, hisce in terris, albis dentibus ridere* vellet; per *Sarcasmum vehementissimum* omnia haecce, quae *vs.* 31. 32. 33. posita, *intorquendo in Hominem inter Homines quidem honoratum, et magnificentissimo illatum tumulo;* sed *a Deo amandatum ad Inferos, suppliciisque aeternis addictum.* Atqui serio haec a *Iobo* prolata censet *de Pineda*, ad *felicitatem temporalem* improborum *exaggerandam;* nec ei, vel cuiquam aliorum, integrum, ad *Hypothesin* circinandam, *Ironiam* in subsidium aduocare, si a *Iarchio* discesseris. Is IV. supponens *Amicos ipsos omnia haec directe in* Iobi *caput conuoluere, iam tandem poenas dantem, et a Deo vlterius exscindendum per diram mortem*, vti potuisset hoc *Rhetorico* ornamento, et frigidissimos suos sensus ad *vs.* 32. et 33. vtcumque animare. Sed nec fecit, nec si fecisset, violentae nimis interpretationis notam effugere potuisset; quum nullo pacto verisimile sit, *vs.* 29. exhiberi id, quod Amici *ex Viatoribus se hausisse* dictitarent, de *Exitio* simul semelque *improbos deleturo.* Adhibet quidem V. *Caluinus* speciem *Ironiae*, ex mente *Iobi* sic inferens *vs.* 32. *Ecce hominem, qui bene secum agi putet, si glarea tegatur*, etc. Sed *vs.* 30. Nostrum inducens, non *indignantem ob fortunas laetissimas improborum*, sed *docentem, reseruari eos ad diem irae, eisque certissimum exitium repositum*, in seculo futuro, *Iobo* eos sensus nunc attribuit, qui cum eius praesenti *Adfectu* nullo modo consistere possunt, vt ad num. III. cum quo ex parte conuenit, indicatum. Ad *Schmid.* VI. quod attinet, fateor Eum nonnulla habere, quae oppido specioſa, vt *vs.* 28. נדיב esse *probos*, oppositos *improbis.* Item *vs.* 30. ליום *ad diem, in diem*, potius *quam in die*, quod fuisset ביום: et יחשך *asseruatur, reseruatur:* nec non, *in diem ducuntur*, יובלו. Plausum propterea Ei, assensumque, a Viris Doctiss. Si tamen *Hypothesin* excutiamus, eam tum *generatim*, tum *speciatim*, magnis premi incommodis reperietur. *In genere* omnia illa hic recurrunt, quae aduersus *de Pined.* facere vidimus, num. III. Ad monitum *Merc.* excipit quidem Vir Doct. *Vt quid non optime de vita futura hic agatur, vbi melius solui non potest obiectio, quasi nullum* sic *discrimen sit inter pios et Impios?* Sed nego id *obiici vs.* 28. Nego quoque istam *obiectionem* a Nostro *solui* debuisse, quum *omnibus* suis *querelis id ipsum* agat, et vrgeat, *Bonos malosque iuxta haberi a Deo:* vt *Cap.* 9, 23. 24. etc. *quin imo probos vexari, adfligique; improbos rebus florentissimis gaudere* vt *Cap.* 12, 5. 6. atque hoc ipso *Capite* dedita opera. Nego praeterea vllam *obiectionem*, alicuius momenti, existere potuisse, secundum explicationes *Schmidianas*, quibus *Docentem* induxit Nostrum, ab vna parte, *Impios* alios

Feli-

Felices, alios *Infelices*, esse: ab alia parte item, *pios* alios *felices*, alios *infelices*. Quid magnopere *scandali* in eo, aduersus prouidentiam? et quo colore inde *obiiceretur*, *discrimen omne sublatum*, et *nil referre*, *piusque quis*, *an impius viuat?* Vtique iam *Virtuti* quoque in terris *suum* a Deo *praemium* concessum, et quidem *cumulatissimum*, quale descriptum *vs* 23. 24. ex mente *Schmid.* Nego denique *solutionem* isti *obiectioni* quadrare, quae quum *duos scrupulos* ferat, *felicitatem quorundam impiorum*, et *infelicitatem quorundam piorum*, in hac hac vita, vnum tantum leuaret, ex *futura infelicitate illorum*, de *horum futura felicitate* ne verbo quidem facto. In *specie* porro *dura* pleraque, quae *Schmid.* ad sing. *vs.* attulit: vt *vs.* 21. *vbi Domus* etc. *et vbi Tentorium Tabernaculorum?* pro, *Quid discriminis* ergo *inter hos et illos?* et *vs.* 29. illa *signa*, pro *rudibus literis*, *notisue*. Ne *vs.* 30. quidem omnia ei mollia. Praeruptus autem, quem dat, nexus, hinc, et hinc, *An non vel Vulgus vos docere poterit, quod quia in diem interitus reseruatur malus* etc. ideo *nemo eum poenae adiudicet in* hoc seculo, et *honestam* quoque *sepulturam* habet, *in tumulo quem sibi mature parauit*, *suauiter in sepulcro requiescens*. Nihil in his satis respondens *Adfectui* perpetuo *Iobi indignabundi*, quem *vs.* 5. 6. exsignat: et vbi ipse *Schmid.* agnoscit *Iobum dicturum esse de sorte piorum et impiorum ea, quae non sint ad Rationis Normam, adeo vt obstupescere cogatur ad Dei libertatem, in dispensandis hominum sortibus*. Nemo *obstupescat* merito, quod *nonnulli improbi*, ad quos pericopam hanc iterum restringere cogitur *Schmid. ad poenas aeternas reseruati*, interea a nemine *Iudicialiter condemnentur ad poenam*; sed *honesta sepultura adficiantur*. Profecto stare non posset Mundus noster, nisi hoc temperamento vteretur Diuina sapientia: ac proinde colligo, nihil tale a *Iobo* cogitatum, disputatumque, fuisse; sed illud, quod reuera *staporem* incutit; *improbos perditissimos a calamitate publica plerumque subduci*; (per specialem Dei curam) *qua probos, omnibus modis adflictos, vt plurimum, videas interire*. Doct. *Reim.* VII. Hypothesin *Schmidianam* ita fere sequitur, vt eam in quibusdam iuuet, et speciosiorem reddat. Manent interim difficultates obmotae; et *vs.* 30. ad *poenas improbo infligendas post Mortem* applicans, quin *sepulturam* spectans vt *coniectionem in carcerem*, non sane commode *sepulcrum amoenum*, et *mollis instar Lecti stratum in molli solo*, mox subiungit. *Vatabl.* VIII. cum *num.* I. in plerisque conspirans, ad *vs.* 28. discrepat in eo quod נדיב ei notet *probum* in genere, oppositum *improbis*. Id meretur examinari. Sed plane reiiculum, quod de *discrimine probi*, et *improbi*, ex *aedificatione arcium*, protulit. Illud ex R. *Leui* haustum scias, ex quo et *Mercerum*, omisso tamen hocce frigido commento, hausit: ac proinde *Rabbinus* hicce ad *primam Classem* referendus, nisi quod circa *vs.* 28. priuum quid habere reperiatur.

Ibid. Declarandum tandem, quid nobis ad singulos huius *pericopae versiculos* sedeat; et quod in *Hypothesi* illa Doct. *Belg.* cui palmam vindicamus, ad liquidiorem forte rationem reduci posset. I. *vs.* 28. נדיב pro *Filio Iobi*, vel *Iobo ipso* durius, quamuis et *improbum principem* hac voce signari posse non nesciam.

neſciam. Vide *Pſ.* 85, 12. Longe tamen veriſimilius; *probos* nunc, et *ingenua virtute* ac *Liberalitate eminentes viros*, intendi, in hunc ſenſum. *Enimuero dicturi eſtis*, illa veſtra cruditate, qua hactenus aduerſus me egiſtis, nihil mitigata; *Vbi Domus Viri ingenui? et vbi Tentorium tabernaculorum improborum?* i. e. *Exempla nobis dari volumus* talis *Domus*, vbi *probitas* et *virtus adflicta iaceat*, *miſerrimam vitam* et *mortem* pro ſorte ſua auferens: itemque talis *Tentorii*, vbi *improbitas* palam *regnet in media opulentia*, et *felicitate nunquam turbata*. Fateor איה *Vbi?* ſaepe *abolitionem* inferre, et eſſe *exclamationem inſultantis ob interitum:* vt *Cap.* 20, 7. Simplicior tamen vſus frequentat *vbi eſt?* pro, *non video; velim videre, deſidero; iſte huc; Cedo*, vt *Gen.* 22, 7. *Exod.* 2, 20. etc. in ſimilique plane *prouocatione*, *Iob.* 4, 7. איפה *vbi alicubi Recti deleti ſunt?* Quod ergo ibi ſponte *Eliphazus*, id heic ipſi ſociisque merito tribuit Noſter, facile ſentiens eos praefractius omnia haec negaturos, tanquam Experientiae parum conſona. Suppleui *Talis*, vel potius *illa*, vt ſit, *vbi illa domus?* et *vbi illud Tentorium etc.?* diſputatione ipſa illuc ferente, nec non Linguae, quae איה abſolute admittit pro איו *vbi ille?* Vide *Cap.* 15, 23. אהל משכנות *Tentorium Tabernaculorum* ſignat *multitudinem ingentem*, *ſub auſpiciis Tentorii principalis quaquauerſum extenſam.* Depingitur *Familiae improbae amplitudo*, et *potentia*, *longum durans.* Eodem redit *Schmidii collectiuum*, pro *Tentoriis habitationum.* Hinc iam promtiſſimus tranſitus II. ad *vſ.* 29. *Vultis dari* vobis *Exempla* Talium. *Vbique Terrarum ea in oculos incurrunt cuilibet. Rogate modo Viatores* etc. Inſignis *Hebraismus*, הלא *Annon interrogatis?* pro *interrogate.* Ita *Ruth.* 2, 8. הלא שמעת *Annon audiiſti*, *Filia?* pro *Audi quaeſo.* 1 *Sam.* 26, 15. הלא תענה *Annon reſpondebis? Reſponde quaeſo.* Iſti *viatores* autem, vel ſtricte, *qui terras luſtrarunt* etc. vel latius, ſimulque aculeatius, *quemlibet e via modo arreptum.* Ne *allegoria* quidem abſurda, ſi ad *omnes omnino homines viuos* extendatur. *Rogate modo* quemlibet *qui orbitam terit mortalitatis.* דרך *Via* pro *vita praeſenti* non incognita Doctis interpretibus. عابر السبيل עובר אלשביל *Tranſitor viae* apud *Arabes* figurate *Mortalem* deſignat: ſimpliciter vero, *Hominem e triuio quemuis*, qui et בן אלשביל *Filius viae.* אחות *ſigna*, pro *Monumentis ſepulcrorum*, *quae ſimul ſignent vias*, gradum tueri nequeunt, quamuis de *ſepulcris vſ.* 32. agatur. Omnino intelligenda *Exempla*, et *documenta euidentiſſima* eorum, quae *Iobus* diſſeruerat, *de ſorte improborum*, *proborumque*, *per* omnem *terram*, *viamque*, *extantia.* Alluſum ſimul ad *ſigna viarum.* Quin ſuſpicari eſt, reſpectum quoque ad notionem *ſignorum* pro *Caſibus extraordinariis*, et *ſtupendis* plane, quae τέρατα dicuntur, *Oſtenta.* Illa *ſigna non abnegabitis* vtique, qui mihi mea iura negatis: *pudebitque vos*, quod omnes *vno ore* teſtantur, *in dubium reuocare.* III. Hic finio ſententiam aculeatiſſimam, neque *vſ.* 30. cum 29. ita connectere neceſſe habeo, vt reliqui, qui eo expreſſum autumant, *quid* Amici *ex viatoribus percipere poſſent.* Nil decedet mihi, ſi quis nexum illum

pro

propiorem retineat, sed rogo, an et *vs.* 31. det verba viantium? *Schmid.* respondebit, vtique; quippe qui כי et מי vt *causam* et *effectum* languide connexuerit. Rogo iterum, an et *vs.* 32. 33. eodem filo verborum decurrant? Id neutiquam verisimile. Efficio inde, nec *vs.* 30. *Viatores* loqui, sed ipsum *Iobum;* qui quum, non sine stomacho, *Amicos ablegasset ad quemcumque e via, Exemplorum*, quae sibi dari volebant, *innumerum numerum daturos*, ipse disputationem interruptam pertexere pergit, atque occasione *vs.* 26. clausulam concipit, qua *Fortunatae vitae* improbi *fortunatissimam sepulturam* pro coronide imponere posset. Resumit ergo Noster *vs.* 30. *profecto ad diem*, i. e. ingruente die, *calamitatis* omnes *obruentis*, יחשך *parcitur Malus*, et singulari cura subducitur cladi: *ad diem irarum* omnia *inundantium*, ipsi *festiuitate laeta augentur.* כי proprie ὡς μοι est concludentis; et adfirmantis. ליום pro ביום vt לערב *ad vesperam*, *Gen.* 49, 27. etc. עברות *efferuescentiae*, *irae*, metaph. a *fluuio exundante.* יובלו non pertinere ad עברות, arguit discrimen generis. Eo impulsi plerique, ad רע *collectiue* sumtum retulere, *in malum* quidem, qui *poenas improbo destinatas* volebant: *in bonum*, qui contra; vt Doct. *Belg.* aliique, *eripiuntur; exportantur, euehuntur* e periculo. Cl. *Schmid.* rogat, *vbi locorum* יבל *simpliciter positum*, *educere e malo* significet? Mutemus ergo leniter, et scrupulus erit nullus. *Deducuntur in pompa*, et *omni laetitia circumfluunt*, e malis extracti. Hanc emphasin *solennis deductionis*, et *pompae*, non *funebris* tantum, vt *vs.* 32. sed *festiuae*, praestabit *Ps.* 45, 15. 16. *Ps.* 108, 11. *Ps.* 68, 39. *Ier.* 31, 9. Talem festiuam pompam, dederat *vs.* 12. huius *Cap.* vnde *Iobum* loqui, suosque reddere sensus, sat euidens. IV. Ipse quoque *vs.* 31. sic pergit, *Quis ei ante oculos ponit in faciem viam eius?* etc. Omnia *crimina*, quibus palam Deo, hominibusque, insultat, quaeque elata manu perpetrat, *fert impune;* neque vel *homines ipsum castigant, vel Deus.* Habes sententiam, quae omnes Amicorum declamationes vno ictu eneruet. הניד hic valet idem, quod *Ps.* 50, 21. הוכיח et ערך לעיניו *Castigare, et instruere sub oculis aciem conuictionum, et poenarum simul.* Ille locus ad aliud quoque vtilis: nam vt ostendit *Criminosissimos*, Deo silentium agente ad longum tempus, *impunitatem sibi promittere;* ita probis inde *Tentationem* suboriri, *indignationisque adfectum*, nil mirum. V. Illo abreptus Noster, *vs.* 32. descendit, ad *splendidam* et *Fortunatam sepulturam*, quae tali homini, vltra communem sortem, post vitam fortunatissimam, conceditur: *Et ille ad sepulcra*, magnifica Mausolaea, *deducitur solenni pompa; et super Tumulo peruigil excubat.* Est phrasis *Dithyrambica*, vt videtur, quod genus in Libro nostro crebrum, qua *immortalitas nominis* et *honoris* signatur. *Titelmann.* hanc *vigiliam* ad *vitam in hominum memoria* quoque reduxit. Illustremus. *Per Mortem* omnia *sopiri*, et *extingui*, dicuntur. Hoc graui figura est שכב *cubare, occumbere*, κοιμᾶσθαι; vt *vs.* 26. vbi *Lectum* vidimus, cum *veste stragula.* Ad ansam istam assumtum suspicor nostrum ישקד, quasi per *Epanorthosin;* Male *ambos eodem in puluere cubare, et somnum subire aeternum*, dicebam,

numeri. *vſ.* 34. Quomodo ergo me conſolamini Vanitatem? et reſponſiones veſtrae praeuaricationis plenae ſunt.

CAPVT

hicce enim improbus, vigilat ſuper Tumulo ſuperbo, in quem grandaeuus, mortique maturrimus, magna pompa illatus eſt, atque *Immortali fama gaudet;* dum *probus* interim *in puluere et infamia putreſcit.* Nihil in hiſce, quod non ſtylus Cothurnatus adfectet in praeſtantiſſimis Auctoribus. Ἀκοίμητον *peruigil* certe *Graecis* pro *perenni*, et *extingui neſcio*, non ignotum: poſſisque ἀκοίμητον κλέος, *Gloriam non dormituram* efferre, vt ἄσβεστον *Homerus*, ex illo *Soph. Oed. Tyr.* 880. vbi *obliuio* dicitur καταποιμᾶν *ſopire, extinguere Leges;* vel vt *ignis* καταποιμᾶται *ſopitur* apud *Plut.* in *Cic.* 870. Granditer *Aeſchyl. Prom.* 358. Ἀγρυπνον βέλος Ζηνὸς *Iouis telum peruigil*, pro ἄσβεστον, vt *Schol.* Quum *Soph. Oed. Col. vſ.* 677. multo pulcherrime, ἀδ' ἄϋπνος κρῆνα μινύθει, *neque inſommes fontes deficiunt.* i. e. ἀέννααι, *perennes.* Si lubeat *Medicationem cadaueris, ne computreſcat, aliosque honores Diuitis tumuli*, quos *de Pined.* reſpexit, adiungere, liceat. VI. Ad *vſ.* 33. non eſt, quod vel verbum ſuperaddatur. Non negligendum, hanc *ſepulturam honoratiſſimam* ſimul reflecti ad *vſ.* 21. quod Deus *iudicet* רמים *vermibus exeſum:* atque ad illud refutandum, huc euectum eſſe Noſtrum, vt etiam *in ipſa regione Mortis, et putredinis, laetiorem* eſſe euincat *ſortem improbi honorificentiſſime tumulati, et nullam Dei, hominumue, maledictionem, ſed contraria omnia, experientis.* Haec *concitati* et *ardentis Adfectus plena*, nihil tamen trahunt abſurdi, quum *Iobus* κατ' ἄνδρωπον diſputet aduerſus Eos, qui *poenas improborum viſibiles*, et in *ſenſus noſtros* incurrentes, improuide vrſerant, vt inde hoc ipſo in ſeculo *a probis internoſci ac diſtingui* poſſent: quod *Syſtema* non aliis armis validius confutari, ac vanitatis reuinci, potuit.

vſ. 34. Concluſio acerrima; qua *vanitatis* non tantum, ſed et *praeuaricationis*, redarguuntur Amici, qui quum *Conſolatores* ſe Adflicto praeſtare debuiſſent, talesque haberi vellent, *acerbos cenſores*, quin *aduerſarios iniquiſſimos* agebant: ſub *ſpecie officii*, et *pietatis*, ſuam Noſtro *innocentiam* extorquere conantes. Phraſis תנחמוני הבל *conſolamini me vanitate*, ὀξυμώρῳ videtur animanda; vt *Cap.* 16, 2. q. d. *pro ſolatio venditatis quod dolorem meum irritat, ac vulnera venenat*, Non ſatisfacit, quod cum *Merc.* plerique habent; qui ſimpliciter *Conſolationem vanam* intelligunt, q. d. *In vanum mihi promittis meliora, ſi reſipiſcam, quum improbi hic per totam vitam ſaepe proſperentur.* etc. Cl. *Cocc.* in eo ſitam putat *Conſolationis Vanitatem*, quod docere voluerint *pios non adfligi vt impios, et Iobum habere quod expectet, quod non vt improbus caſtigaretur, quum ipſe contra tenderet ſe pro improbo adfligi, et nullam eſſe expectationem ſuam.* Conferantur quae ad *Cap.* 20, 1. ſubmonui. Non ſatis commode quoque *Merc. Et reſponſiones veſtrae relicta eſt transgreſſio:* pro *relinquuntur transgreſſio:* vel ſubaudito ב *in reſponſionibus veſtris relinquitur transgreſſio.* h. e. *ex illis relinquitur in animo audientium transgreſſio* contra Deum, *quia quum eius iuſtitiam vultis defendere, potius eum iniuſtitiae accuſatis* etc.

Schmid.

CAPVT XXII.

Verſ. 1. Et reſpondit Eliphazus Themanites, dixitque. *vſ.* 2. An Deo vtilitatem procuret Vir? profecto ſibimet

Schmid. [probans priorem conſtructionem, mauult, *Manet, et eiectum, quod reſponſiones veſtrae peccent contra me, et contra Deum.* Simillime *Cocc.* monens מעל eſſe *praeuaricationem*, ſiue *violationem officii ſub iactatione officii:* atque *Reſponſiones Amicorum* vocari *praeuaricationem*, quod in iis eſſet *oppugnatio veritatis ſub officioſo nomine eius aſſerendae: proditionem cauſae Dei ad defendendum ſuſceptae, vexationem Amici per conſolationis arrogationem.* Conferatur quoque *de Pined.* eodem collineans, nec non *Iun.* Aliud adhuc reperio tentatum a Cl. *Guſſ.* ſub שוב, vbi obſeruat תשובות eſſe *annos*, et *in ſe redeuntes circulos;* vnde mallet, *et in quo redeunt orationes veſtrae, concluſionesque, hoc eſt, ſupereſt peccatum, cuius tibi conſcius es.* Sic מעל in ipſum *Iobum* recideret. Ingenioſius, quam verius. Omnino מעל illa amplitudine, quam *Cocc.* dedit, Amicos verberat, hac in cauſa *praeuaricationis* manifeſtiſſimos; praeſertim ex noſtra mente; minus ex illa *Cocc.* qui eos *pietatem* ſuam *Iobo* reliquiſſe ſupponit. Structura commodior forte erit, *Et reſponſiones veſtras*, quod ſpectat, *Reliqua eſt praeuaricatio. Summa ſummarum redit ad praeuaricationem* indigniſſimam, *qua officium mihi debitum, quin et Dei Cauſam*, ſic disputando, *proditis.* etc. [Pro ותשובתיכם in Cod. *Berol.* exſtat ותשובתכם; et pro מֵעָל Syrus et Arabs legiſſe videntur מֵעָלַי. *Vog.*]

Verſ. 1. Tertius nunc voluitur Orbis diſputationum, quae a parte Amicorum remittunt, et plane elangueſcunt: vt *Iobus* contra, aduerſariis campum relinquere coactis, animoſius ſe infert, atque magnifice de ſe ſuisque rebus diſſertat. Hoc in Capite ſuperiorum quoque congreſſuum princeps *Eliphazus*, ſuas, ſociorumque rationes, in arctum redactas ſatis fatetur, quum ad deductam modo confutationem nihil directe regerit, ſed receptui canit, ad tela victis familiaria confugiens, hoc eſt ad criminationes, ad iniurias, ad odioſas conſequentias, quas Noſtro largiter ingerit; ac tandem, vt viciſſe videretur, ad poenitentiam agendum denuo ipſum compellens, ſub ſplendidis pollicitationibus conditionis ad priſtinam opulentiam innouandae. Clar. *Schmid.* monens *bilem Eliphazo vehementius exarſiſſe; ſed tamen calumniatum potius eſſe, quam ſolidi quicquam reſpondiſſe*, plane nobiſcum ſentit: vt et *Merc.* quin *Nicet. Lyran.* aliique huc collinearunt; fruſtra renitente *de Pined.* qui huius Capitis ſummam accuratius conſtituere potuiſſet, ſi attendiſſet, non refutari quae *Iobus* tanta cum fiducia aſſeuerauerat; ſed ſubterfugia tantum quaeri, et arenam, quod dicitur, ſpargi, vbi atma e manibus excuſſa.

vſ. 2. Non ſatis coctum, vt incocta illa *Nachmanidis*, et *Ab. Eſrae*, quae *Merc.* adduxit, mittam, quod alii *Hebraei* apud eundem ſuggerunt, *Neminem Deo conſilium dare poſſe, Eumque docere, quis puniendus,*

dus, quisue remunerandus. Magis ad rem, quod alii *Hebraei* de *iustitia* et *rectis operibus* intellexerint, hoc pacto: *Putasne hominem sua iustitia quicquam Deo conferre, vt ideo eum statim remunerari debeat? Minime vero. Sibimet ipsi prodest qui prudens est.* Hunc sensum *Merc.* merito procliuiorem vocat; quem secuti longe plurimi; cum aliqua tamen varietate ratione posterioris Coli. Duriſſime *Iun. Quum prodest, ex eo prosperatur* Deus? Mollius Doct. *Angl. An Deo potest esse vtilis Vir, quando is, qui prudens, potest esse vtilis sibi ipsi?* Similiter *Vatabl. Drus. Cler. Crinsoz.* etc. Alii malunt כי *Quoniam, sed, vtilis sibi ipsi prudens;* quibuscum faciunt Nostri *Belg.* post *Calu.* vt et *Guss.* sub סכן. Ab omnibus his discedit Cl. *Cocc.* tribus rationibus adductus. 1. סכן *cum* על *personae non legi.* 2. *Non opus fuisse addi pronom. reciprocum.* 3. *Communem vsum pron.* מן, *in plur. esse non deserendum sine necessitate: quae hic nulla.* Vertit ergo: *Num quid Deo vtilis homo? Si vtilitatem procuret in illis prudens.* Quibus? sequentibus, *iustum esse, integris viis vti.* Ea sententia *non parum dura* Cl. *Schmidio;* et est sane; sic enim dubitari videretur, an vtilis esset pietas; quamuis *si* pro *si quando* forte voluerit ὁ πάνυ: vt in illo altero conatu: *Num Deo fructuose dispensabit homo, quia sibi fructuose dispensat super istis rebus?* Addit tamen et *Dubitatiue: si etiam fructuose dispensat istis prudens. Si modo vllus est vel prudentissimus, qui fructuose dispenset super istis,* ὃ κατορθῶν περὶ ἐκεῖνα. Omnibus hisce, non adeo limpidis, inhaesum, ob scrupulum ex vsu *plur.* τοῦ מן; quod a multis nonnunquam *sing. num.* venire creditum; non accredente *Cocc.* sed loca *Iob.* 20, 23. et c. 27, 23. *Ps.* 11, 7. *Gen.* 9, 27. *Ies.* 44, 15. et c. 53, 8. ad vim *plur.* reuocante. Subscripserim itaque Doct. *Belg.* ita serie digesta, vt in versione expressum. Commodius paulo videtur כי *profecto;* vt *Cap.* 21, 30. et c. 8, 6. עלימו *super se ipso,* pro *sibi ipsi,* decus habet, et pondus; quia על infert *beneficium iniunctum* quasi, vel *impositum,* et *cum obligatione adstrictum.* Ita magni Interpretes *Ps.* 16, 1. dant, *Bonum meum non est super te; vt incumbens cum obligatione.* Sic nil impedit, quominus על post סכן ad *personam obligatam* se referat, vt ל etiam *obligationem* infert. Hinc pulcherrimus sensus effloresçit, quo negat *Eliphazus,* משכיל *prouidenter, et cum virtute omnia agentem, Deo vllam vtilitatem procurare, per quam debitor ei constituatur ad mercedem, et praemia: sed quicquid vtilitatis in officio prudenter et diligenter culto, quod maximum, id omne tantum in salutem ipsius hominis redundare, qui semet ipsum sibi obstringat* quodammodo, *suam felicitatem sibimet procurando.* Nemo sane minus *meretur de se ipso,* quam impius: vt contra pientissimus quisque *optime* et *praeclarissime de se meretur,* per Diuinam gratiam. Habes acumen, quo repetitio verbi סכן redditur iucundissima, et neruosissima. Primam et secundam difficultatem *Cocceii* sponte soluit haec explanatio: manet tertia, quam si leuasse non videatur Cl. *Vitr.* ad *Esai.* 53, 8. ad משכיל *Collectiue* haud dubie sumendum recurras, licet, cum Clar. *Guss.* sub מן huc inclinante. *Sane prudens procurabit vtilitatem,* עלימו *super*

met vtilitatem procurabit prudenter agens. *vſ.* 3. Num oblectamentum *erit* Omnipotenti, ſi iuſtus fueris? et num lucrum

ſuper ſemet ipſos. Nihil habet haec ſtructura, quod non Linguae elegantiſſimae admittant, quin captent. Id magis adhuc placere poſſet, ſi מר, vt ſuſpicor coaluerit ex ם *plur.* et ר *ſing.* vt ſit *ipſismet ſibi.* De eo alias: vt et de locis ſupra poſitis, in quae nunc excurrere haud eſt, quemadmodum et liberioribus ſpatiis reſeruanda diſcuſſio Radicis סכן, cuius notiones varias *de Pined.* ſuo interpreti velificaturus, *non magis cohaerere* ait apud *Rabb.* et *Hebraizantes*, quam *ſcopas diſſolutas.* Ad *vſ.* 21. huius *Cap.* aliquid ea de re reddetur. Nunc tantum moneo Cl. *Cocc.* vltiſſimam operam nauaſſe, quum סכן declarat οἰκονομῆν πρὸς ὠφέλειαν; vnde סֹכֵן *Oeconomus, promus condus* etc. Poſſes et Ταμιεύσαι vno verbo dare, nam סֹכֵן eſt Ταμίας, vnde partim exiſtit *recondere in cellam promtuariam, apothecam*, quales מסכנות dictae, vnde מִסְכֵּן *frugalis, pauper*; מסכנות *frugalitas, parcitas:* partim *expromere in vſum et vtilitatem aliorum*, vi velut alternante, quae geminam τοῦ סכן ſignificationem ſponte ſuggeſſit, *Vtilitatem capere*, et *dare.* Vtramque noſter textus ſuauiſſime copulauit; *An Deo* Ταμιεύσεται, *vtilitatis quid promet; et procurabit Vir? profecto ſibi* Ταμιεύσεται *quisquis* משכיל *prudentia vtetur. Super ſe ipſo recondet quaſi*, quicquid vtile, iucundum, pulcrum, in opere recto, *eiusque fructum ſibimet reponet, ſuo tempore*, ad felicitatem ipſius, non Dei, *expromendum.* Habes conſpectum, qui id quod ſupra propoſui ornatius reddit, et ſimul cumulatius, tum in ſe, tum in *Controuerſia de merito iuſtitiae, et bonorum operum*, quod ab *Eliphazo* hic directe oppugnatur. Nempe quum toties *Iobus* expoſtulaſſet cum Deo, et *iura* ſibi *ſua detracta* dixiſſet, id ita acceptum a ſociis, ac ſi *iuſtitiam propriam ſibi arrogaret, Deumque ſibi conſtitueret debitorem, quem ad rationes reddendas reuocare fas ei eſſet*, cur *praemia* promeritum, ſcilicet, *poenis* mulctaret? Hoc in animo non habuerat *Iobus*, attamen ex modo vehementiore diſputandi cum Deo, Eumque ad congreſſum euocandi, ſatis ſpecioſe aſſumi potuit, idque nunc Noſtro obiectat *Eliphazus*, vt quum rationibus vincere non poſſet, criminationibus victoriam reportaret. [Loco prioris יסכן exſtitit olim in Cod. *Berol.* מסכן. *Vog.*]

vſ 3. Sententiam, quam propoſui, bene expreſſit *Vulgatus. Quid prodeſt Deo, ſi iuſtus fueris? aut quid ei confers, ſi immaculata via tua?* Cordatiſſime *Vauaſſ. agnoſcit* doceri, *Deum nullum fructum capere ex hominum probitate, neque incommodum ex vitiis.* Atque in hoc *vſ.* quidem, *negari quicquam vtilitatis Deo adferre hominem, quantumuis bonus, ac frugi ſit:* in ſeq. autem, *nihil ei incommodare, quantumuis improbus ſit.* In noſtris ergo caſtris, praeſidiisque, verſatur, quae iunctis Noſtrorum Veterumque, viribus, firma, et inexpugnabilia obtinentur; in ſententiam a *Merc.* rite declaratam poſt *Olympiod. Chryſoſt. Gloſſ. Ordin. Lyran. Philip. Thom. Caietan.*; *Deo, quantum ad ipſum attinet, nihil ex noſtra iuſtitia accedere commodi et emolumenti; quippe qui abſolutiſſimus ſit, nulliusque indigus*;

itemque a *Cocc.* *Quum dicitur Deum nulla voluptate augeri, quum nos iuste agimus, sensus manifestus; Deum ex nostra iustitia non capere gaudium, quo ipse fiat beatior; vtpote* αὐτάρκη. Consp irant *Belg. Angl. Geneu. Deod. Grot.* etc.; ne *Iudaeis* quidem dissidentibus. *Nachmanid.* disertim *statuit, quum bonum colitur, nil boni ad Deum peruenire; vt nec mali quid, si malum: sed Deum velle bonum, in bonum eorum qui boni.* Consimiliter *R. Leui, An tanta Deo oblectatio et vtilitas ex iustitia tua accedit, vt te continuo remunerari debeat?* Vides vim veritatis, in iis etiam, qui *merita bonorum operum, palmasque debitas*, strenui alias admordent. Cl. *Schmid.* obiectat nostrae expositioni. 1. *Ergone Deo non placet, qui iustus est?* Perfacilis erat solutio, secundum ea quae modo vidimus; et speciatim haecce *Mercer. Deo nihil ex nostris operibus amplius accedere; quippe qui nullius indigus dicere queat Ps. 50. omnia mea sunt.* Ad haec *Schmid.* 2. *Nimis phrasin restringit Mercerus. Quasi vero etiam Iobus disputauerit, omnia sua Deo prodesse? Pro hoc tantum pugnauit, quod haberet opera bona, et ambularet in viis Domini, licet grauissime adfligeretur. Non ergo istud est ad rem.* Cauillatio ferme iocularis; quum 1. ex verbis *Ps. 50. Omnia mea sunt*, colligitur, quod nec dixit *Merc.* nec cogitauit. Si vel dixisset, 2. illa *omnia sua* non alia vtique, quam *bona opera*, potuissent intelligi. Illud autem 3. vnice ad rem; nam quum pro *poenis* sibi *praemia deberi* contendere visus esset *Iobus*, criminandi ansam inde arripit Censor, atque *Optimam Sententiam* in *causa non optima* expromit; qua negat *quemquam Mortalem*, vel *Iustissimum*, *Ius habere* ad *Deum praemia poscendum; necdum propterea cum Deo expostulandum.* Non meditatissime ergo nec Cl. *Cler. iustum esse* exponens *iustum videri; quia reuera Deo perplacet*, homines *esse probos:* itemque בצע *Lucrum tibi*, et תמם *integritatem iactas;* eodem plane modo quo *Schmidius;* aliter interpretantes colon hoc, *non satis attendere* ait 1. *ad praec. iustum videri. Nec* etiam, 2. *totam disceptationem, quae eo spectat vt Iobus innocentiam defendat suam; Amicis eum adducere tendentibus ad confessionem scelerum, quorum poenas luebat.* Ad primum rogo, an *Videri* in textu extet? Ad secundum, quid lucri accedat huic interpretationi tenui et precariae, prae solidiore et pleniore altera? Metuebat, credo, ne *Iobum iustum* et *integrum* agnoscere videretur, Socius, qui *iniustitiae* ipsum *redarguet mox*, et *ante* toties *arguerat.* Vtique hanc rationem quoque vrsit *Schmid Eliphazum totum in eo esse, vt contradicat Iobo, non esse iustum et integrum eum, quantumcumque contendat.* Nemo dubitat. Sed in hac ipsa sententia continetur grauissima *iniustitiae, superbiaeque*, accusatio; et mens *Eliphazi* nec alia est, nec esse potuit, quam, *An oblectatio omnipotenti* accedit, *quum iustus es, eris, fueris?* Ponamus, inquit, Te vere *tam iustum*, tam *integrum vitae, viaeque*, qualem te magnifice fers, *an propterea* Deus *tibi obligatus, tuoque in aere; quem Tu ad rationes tibi reddendas tam audacter prouocas?* Vides nihil concedi illo חצרק, sed tantum supponi, quo fortius feriatur Noster; et *arrogantissimae Vanitatis* in Deum *conuincatur.* Restat id nodi, vnde omnis haec implicatio orta.

lucrum, quum integras praestiteris vias tuas? *vs.* 4. Num ex reuerentia tui castigabit te? veniet tecum in iudicium? *vs.* 5.

חפץ *oblectatio; Beneplacitum; voluntas.* Quid? inquiunt Viri Docti, nonne *Dei voluntas*, et *oblectatio* vel summa, *vt iusti simus?* Sufficere potuisset, quod *Drus.* submonuit חפץ hic esse *voluntatem, quae manat ex vtilitate, lucro, commodo percepto.* Idem praecl. *Belgae*, aliique, prudenter monuere; illuc enim seq. בצע *lucrum* manifesto ducit. Succinit vsus Linguae. *Esai.* 59, 3. *Quum ieiunatis* תמצאו חפץ *inuenitis oblectationem vestram, et omnibus neruis vestris exigitis.* Habes planissume *oblectationem e commodo*, aut *lucro.* Ipsa quoque *res concupita* hoc nomine adsici potest; nam חפצים *oblectamenta*, sunt *res pretiosae, auidissime appeti solitae, Cimelia*, cum *Margaritis* iunctim posita *Prou.* 8, 11. Optime ergo חפץ *oblectamentum*, et בצע *Lucrum* in vna sede comparent; ad insinuandum, nefas esse, Deo *opera* vel *iustissima imputari*, quasi aliquid *pretiosi* et *lucrosi*, pro quo *praemium* deberet, quod citra *iniustitiam* non posset negare. Id vehementissimae illae *Iobi* actiones, quibus *iniuriam sibi fieri a Deo* contestabatur, videbantur inferre, quamuis reuera neutiquam inferrent; quippe qui crimina tantum sibi impacta amoliti; seque innocentissimum adfligi, ex Dei supremo arbitrio, euincere voluerat. Materia tamen criminandi, larga aderat, quod modum non seruasset Noster, in illis contestationibus. Hanc, iustis armis ei extortis, vt solet, *Eliphazus* ad extremum arripit, atque ex illa tandem pharetra, quae fugientium est, non stantium, tela sua depromere coeptat. [Quoad hunc et praecedentem vs. Versio Syr. et Arab. valde mutilata est. *Vog.*]

vs. 4. Cl. *Schmid. Num putas fore, O Iobe, vt Deus, licet tuum de te iudicium non approbet, nec sequatur, timeat te tamen? Etiam hic falleris.* Haec languida. Neruosius quod ad finem opponitur: *Num prae timore tui veniet tecum in iudicium? vt facti sui rationem tibi reddat*, videlicet, *teque placare studeat.* Id eleganter expressum a Doct. *Reim. Num timore tui, tuarumque accusationum, se potestate iudicis exuere, teque, vt par parem, apud Arbitros conuincere volet?* vt *Cap.* 9, 32. postulatum. Patitur Lingua, nec alienum a serie. B. *Luth. An tui metu non auderet te castigare?* Nimis audax creditur, quod *Negatio* extra textum inseratur. Bono tamen consilio id factum: qui enim sic interrogat, vt *Vulgat.* vertit, *Numquid timens arguet te, et veniet tecum in iudicium?* diserte *negasse* censendus, non sine *subsannatione*, quam *Hieron.* siue quisquis ille, subesse commonuit. Eodem collineat *Lyran.* Nullus fuisset scrupulus, si sic extulisset *Lutherus: Scilicet tui metu non audebit te castigare.* Vtique omnes *negationem* adsciscere coguntur, vbi *Interr.* in *affirm.* conuertunt. Licet quoque ה *Affirmantis* directe adhibere, *Ecce*, vel *Sane vero*, *ex metu et reuerentia tui castigabit te, veniet tecum in iudicium.* Grauis *Ironia*, siue hoc, siue illud, sequare, qua increpatur Noster, *ac si Deo leges vellet praescribere, tanquam Debitori suo, quem Iustitia sua sibi reddidisset obligatum, et obnoxium*, ratione

vſ. 5. An non malitia tua magna? et finis nullus iniquitatibus tuis? *vſ.* 6. Nam pignus capere ſolebas a fratribus tuis

tione *praemiorum*, et *poenarum*, vt *illa* quidem *poſcere*, *has* vero *recuſare* pleno iure poſſet, atque audacter *iniuriam* ſibi *factam* clamitare, quod Virgam ei ſuam Deus admouiſſet. Pulcherrime מיראתך *ex Reuerentia tui*, *quam tibi*, ſacro ſancto videlicet Viro, *debet Numen:* hoc eſt, *ſecundum eam*, *ad eiusque legem* quaſi, ne forte *fines honoris tibi debiti excedat.* יוכיחך non reſoluo in יוכיח עמך *contendet tecum*, non etiam capio cum *Cocc.* pro *demonſtrabit qualis ſis;* ſed ſimpliciſſimo vſu, vt *Pſ.* 6, 2. *Caſtigabit te?* q. d. *Poſcisne*, *Deus tibi plagas ſuas ad Arbitrium tuum iniungat*, *non ad ſuum? In iudiciumque veniat tecum*, eadem ex reuerentia? *ſenſu venerationis ſingularis erga Te*, *et tua praeclariſſima merita*, *adfectus?* Vides *ſubſannationem* acerrimam, et iniqui criminatoris perſonae, victum ſeſe dolentis, conuenientiſſimam, qua *nimis ridiculum* eſſe oſtendit *cum Deo expoſtulare de modo*, *et menſura*, *poenarum*, atque *de Iuribus ſuis a Deo violatis*, *tantos clamores ciendo*, *coelum ac terram miſcere.* Pondus quoque ſuum habet *Schmidiana* explicatio, praeſertim prout Cl. *Reim.* eam propoſuit: in qua מיראתך eadem venuſtate capias licet, *An ex Reuerentia Tibi*, tuisque Virtutibus, *debita*, *neceſſe eſt tecum coram Arbitris compareat Deus*, *rationesque tibi reddat?* etc. Ita בוא במשפט *Cap.* 9, 32. Aliter tamen *Pſ.* 143, 2. Ne תבוא במשפט *venias in iudicium cum ſeruo tuo* etc. Optio integra eſto.

vſ. 5. Praemiſſa hac velitatione, qua criminationes indirectae ſparguntur; ad vltimum certamen deſcendit *Eliphazus*, atque accuſatorio ſpiritu aperte *crimina* et *peccata*, *iram grauiorem Dei merentia*, Noſtro obiectat; in *genere* primo, mox in *ſpecie*, propter quae proinde *haud immerito plagis*, *poenisque*, *tanquam indagine ipſi circumfuſis obrutus iaceat.* Haec ad vſ. 12. vsque non multum nobis negotii faceſſent; quod pleraque verba nuda, ad *Iobi* turpitudinem nudandam; ſcilicet; ne nimis acerbe cum ipſo egiſſe viderentur Tresuiri. Vna tantum hic Quaeſtio, eaque momentoſa, naſcitur, an accuſatio vſ. 5-9. comprehenſa cum *aſſeueratione* ſit accipienda, ſecundum *tenorem*, *rigoremque*, *literae:* an ad *Coniecturalem rationem* emollienda. *Triplex* ſententiarum *Claſſis.* I. Longe plurimorum, qui omnia, vt iacent, *ſecundum omnem vehementiam accuſationis* tendunt. II. Eorum, qui *nonnihil remittunt.* His accenſendus et *Merc.* qui poſtquam ſubmonuiſſet, reſpectu acerbitatis, qua *Eliphazus* non ex vero, in Noſtrum inuehitur, *Eum Adfectu praeeditum*, *talia obieciſſe*, *atque plane iuxta carnem iudicaſſe*, haecce ſubiungit. *Praeterea haec ei non tam ex profeſſo videtur obiicere*, *et impingere*, *crimina; etſi omnino malitioſe id faciat; quam cogitandum ei relinquere num haec fecerit*, *et quod*, *quum tam grauiter adfligatur*, *fieri non poſſit*, *quin grauia patrarit*, *vt haecce*, *et ſimilia.* Liberalius adhuc *Iun. harum criminationum ſtatum* diſerte vocat *coniecturalem*, *et magis in praeſumtioni-*

tionibus, quam certis probationibus positum; ac *propterea form. fut.* dictum; *pignus acceperis* etc. *nudaueris* etc. *viduas dimiseris* etc. Consimili ratione *Nicet.* in *Caten.* et *Origin. Credibile isthaec tibi ob innumerabiles culpas accidisse, et probabiliter te iniustum appello.* Hi *remittunt* eatenus, vt cum prioribus tamen teneant, *Eliphazum* non *remittere* de opinione, quam aduersus *Iobum* conceperat, eum esse *Hypocritam*, et *improbum;* atque hoc ipso colligere, supponere, vrgere, fieri non posse, quin Noster hisce criminibus sese alligarit; eorumque conuictus sit ad Tribunal Conscientiae, et Dei, quamuis in Foro humano talium conuinci *forte* nequiret, Cl. *Cocc.* III. ex *priua Hypothesi* qua statuit, Amicos *de Iobi pietate* et *religione, nil dubitasse, sed tantam perfectionem virtutis ei non concessisse;* ac *propterea id vnice egisse, vt eum reuincerent multarum imperfectionum, et imbecillitatum, propter quas nunc castigaretur vt probus, emendationis indigus; non vero vt improbus, quem perdere vellet Deus:* ex ea, inquam *Hypothesi*, quam paucis hic delineandam duxi, non potuit non mitius adhuc omnia haecce excipere, atque per insertum *fortassis* relaxare *ad meram coniecturam, ex facilitate labendi in varia peccata,* (cui et probi obnoxii) *desumtam; adnexis variis rationibus, occasionibusque, quae bonos quoque ad peccandum sollicitare soleant.* Ad hunc versum itaque notat. *Coniecturaliter loquitur* Eliphaz. *Nititur eius coniectura eo, quod non est homo iustus in terra, qui non peccet.* 1 *Reg.* 8, 46. *Eccl.* 7, 20. *Prou.* 20, 9. i. e. *qui non per occasionem ac tentationem aliquando labatur, si assertiue accipias, facies vel Eliphazum mendacem et testem falsum; vel Iobum vanum ac futilem. Coniecturaliter ista accipienda etiam Mercerus monet* etc. *et Deodatus etc.* Ad finem adiungit: *In sensu verborum Eliphazi quicquam grauius ac durius eo, quod diximus, admittere, religio est.* Ad haec obseruo. 1. *Merc.* aliorumque *coniecturalem statum* longe diuersum esse; quippe qui *improbitatis reum relinquant Iobum*, iudicio *Eliphazi*, quum ex mente *Cocc.* eius *probitas* non fuerit *suspecta;* sed tantum *perfectio* illa omnimoda, quam sibi adscisebat. 2. Non continuo, etiamsi *assertiue* sumantur omnia, *vel Eliphazum mendacem, et falsum testem, vel Iobum vanum et futilem* pronunciandum. Etenim *Iobus a.* haud dubie nimium sibi indulsit, *in innocentia sua intaminatissima, quam nulla labecula criminis quis aspergere posset, praedicanda:* nec tamen propterea *futilis Vanitatis* notandus est; sed potius condolendum infinitis viri doloribus qui *aliquid* et *immodici*, et *immodesti*, ex ore eius expresserunt. *Eliphazus b.* haud dubie iterum *limites officii et caritatis excessit;* atque multa in Nostrum sparsit, tum indirecte, tum directe, ex *Zelo non minus immodico, et immodesto*, quo *causam Dei* se defensitare existimabat: nec tamen propterea pro *mendace*, ac *falso teste*, habendus, secundum omnem *inuidiam*, et *turpitudinem* istarum appellationum: quia *profunda Hypocriseos* haud ignorans, omnino sibi persuaserat, *Iobum pulchram speciem virtutis* et *pietatis praetexuisse occultis criminibus auaritiae, oppressionis*, etc. hic tandem nominatim recensitis: quippe quae a *magnis Diuitiis* vix ac ne vix quidem abesse possint. Iam vero qui *tali persuasione falsa* quidem,

sed *Dei plagis grauissimis excitata*, ac *Iobi atrocibus* nimis contra Deum querelis *confirmata*, ductus, *Amicum castigat*, *et ad resipiscentiam adigere conatur*, *cum asseueratione* quoque *talia ei crimina obiiciendo*, vtpote de quibus nemo dubitare queat ob circumstantias Conditionis, et rerum; is *temere et crude*, addo *crudeliter*, *accusasse* merito censendus, sed *mendacium falsumque testimonium dixisse* censeri nequit, in illo *maiore gradu*, qui requirit *clarissimam cognitionem contrarii*, quam *Eliphazo* adfuisse, nemo dixerit. Interim *falsi testimonii*, minore illo gradu, quo *temeritatem iudicii* hoc quoque nomine adficere licet, *absolui* nequit *Eliphazus*, etiamsi non *assertiue*, sed *coniecturaliter*, haec posita, admittatur. *Coniecturas* tales, quantumuis mitigatas verbulo *Fortassis*, *Lex caritatis* damnat, praesertim vbi *vita anteacta*, qualis fuerat *Iobi*, ne ansam quidem suspicionibus illis sinistris relinquit. Applicarem proinde *Eliphazo* Capitis huius clausulam, cuius ipse fructum, effectumque, experiri debuit, quippe qui *neutiquam innocens*, *puritate manuum Iobi*, eiusque potenti interceſſione apud Deum, *eripiendus fuit e poena*, quam *ob iudicandi temeritatem* promeruisset. Plura superaddere, ad *mitissimam* illam *Cocceii Hypothesin* reuincendam, superuacuum, quum iam saepius ostensum sit, hanc solam in causa fuisse, quod magnum ingenium, non vbique in *Iobo* illustrando aeque felix fuerit, quamuis felicissime multa obscura, et reliquis omnibus imperuia, luce Eruditionis suae collustrarit.

Ibid. Explanatio vlterior huius versiculi id euincet, atque vel *primae*, vel *secundae* saltem *sententiae* inhaerendum, efficiet. Ad I. quod attinet, coactiuscule exit quod ex *R. Leui* expressit *Vatabl. profecto adflictio tua multa et magna! at nec finis iniquitatibus tuis.* Sic רעה esset *malum poenae.* Rectius pro *malo culpae* idem *Vatabl. Multiplici malitia deprauatus es*, *et innumeris scates iniquitatibus:* obseruans simul interrogando *An non?* validius adfirmari. Notandum praeterea sic *interrogari* solere, quum *conuictionem* et *confessionem* alterius elicere volumus. *Gen.* 4, 7. *An non si bene egeris eleuatio?* etc. Tantundem scilicet valet haec formula, ac, *negare nequis. Non negabis certe.* Ea aptissima *ad Conscientiam prouocanti*, quod per speciem quandam Ἀνακοινώσεως *Communicationis*, hic facit Accusator. Optime *Pisc. Non poteris negare*, *cogeris fateri*, *saltem apud animum tuum*, *malitiam tuam multam esse etc.* Hunc sensum, absque dissensione, Veteres, ac Recentiores fere, *Pontificii*, *Lutherani*, *Reformati*, sequuntur. Etiam illi II. qui in seq. nonnihil remittunt: vt *Merc. Iun.* etc. quippe qui iam antea *improbitatis non suspectum* modo fuisse Nostrum agnoscant, sed palam *increpitum*, eoque nomine *communi* Amicorum *calculo condemnatum*, *ad resipiscentiamque reuocatum.* Clar. *Cocc.* III. in alia omnia discedere coactus, propter *Hypothesin*, *probitatem Iobi in dubium non vocatam:* et restringenda Ei fuit vis vocabulorum רעה, et עונות, intra eos fines, qui cum *hominis iusti statu* possint consistere. *Procliuitatem* scilicet *labendi in varia peccata* solummodo nunc nudari censet ὁ πάνυ, ita vt רעה *vitium* designet, *in quod labi*, *et quo se commaculare facile potuerit.* Vltimum Colon, ita redditur; *nonne*

insi-

infinita prauitas tua? atque exponitur, *Annon multa sunt, quibus faciendis male ageres, et praue?* prout *Pſ.* 18, 24. *Cuſtodiui me a prauitate mea.* His obſtat 1. רעה *Malitiam, nequitiam*, eſſe characterem *improbitatis*, in Sacris. 2. אין קץ לעונות *Infinitae tuae prauitates*, grauius quid ferre, quam vt id ei obiicias, quem *probum*, et *virtutis amantem*, agnoſcas. Scio quid excipi poſſet ex *Iob.* 9, 3. *Ne vnum quidem e mille* etc. Sed longe diuerſa ea res eſt; et illud *infinitum* אין קץ, neceſſario infert *regnantem prauitatem.* Similiter 3. רעה רבה ſignat *Improbitatem dominantem*, et *nullo Dei timore coërcitam, Gen.* 6, 5. et c. 18, 20. *Ioel.* 4, 5. Habes in hiſce ſimul ſignificationem *menſurae* iam *plenae*, *ad poenam debitam*; quam hic quadrare non negabis. Crediderim quoque 4. *Eliphazum* iam dedita retundere voluiſſe illam gloriationem *Iobi*, *Cap.* 13, 23. *Quotnam mihi* עונות *prauitates, et peccata; praeuaricationem et peccatum meum notifica mihi.* Intelligit ibi per עונות etc. haud dubie aliquid grauius, quam *procliuitatem peccandi* in ſanctiſſimis, *cum illius fructibus quotidianis*, ποδὰ πταίειν. Ergo et *Eliphazus* grauius quid intendere debuit.

vſ. 6. Haec, et ſequentia, ex I. ſententia in *praet.* enuncianda, vt ſit *pignus cepiſti*, vel *capiebas* etc. Ita non tantum *Vulgat. de Pined. Coduc. Bolduc, Vauaſſ. Belg. Angl. Geneu. Deod. Tigur. Munſt. Vatabl. Druſ. Grot. Crinſoz.* etc. ſed et *Mercer.* In *praeſenti* quod *praeteritum* includat, maluit *Schmid.* ſub hac ratione, *quod Eliphaz Iobum conſideret, vt impoenitentem hactenus, quique adhuc priſtinum animum habeat; non omiſſurus, quod olim fecit, ſi facultas ſit et occaſio.* Etiam *Cler. pignus aufers; ſpolias* etc. Mihi *futurum* pro *praeter.* videtur inferre *conſuetudinem*; quaſi *pignerari ſolebas.* Sic 2 *Sam.* 12, 31. כן יעשה *ita factitabat.* etc. *Arabibus* hoc ſolenne. Commodius II. cenſuit *Iun. Nam pignus acceperis* etc. ſub hac nota, *neceſſe eſt fatearis te aut hoc, aut illud, aut omnia commiſiſſe, ſi bene attenderis ad iuſtitiam Iudiciorum Dei.* Ferri poteſt; moneo tamen iſtam *mitigationem*, quam *partitio* auget, non ſatis reſpondere *accuſatoriae* iſti *vehementiae*, qua nunc *Eliphazus*, ad incitas adactus, tamen viciſſe videri voluit. Minus adhuc III. eidem conuenit Cl. *Cocc.* interpretatio, qui *fortaſſis* inſerens, *ſuſpicionem* tantum et *coniecturam tenuem* relinquit; quam *mitiorem* adhuc efficit, adhibita *disiunctione. Nam* fortaſſis *pignus cepiſti, aut nudaſti* etc. *Aut non potaſti, aut cibum cohibuiſti. Aut Viri brachii fuit terra. Aut viduas dimiſiſti* etc. Addit, *Coniecturaliter et disiunctiue explico, nulla repugnante Grammatica, ne crudeliores ſententias, quam ipſi Amici, in Iobum cudam. Quid enim Iobo fuerit improbius, ſi illa talia, et omnia, fecit: vel ſi cum ſpecie illa de ipſo etiam dici potuerunt? Sed et vulgo ſic loquimur per coniecturam.* Du haſt gewiß gepfandet etc. Ad haec Cl. *Schmid.* bene obſeruauit. 1. *Vtique repugnare Grammaticae.* 2. *Non crudeliores eſſe ſententias, quam vt Amicis Iobi attribui poſſint, quippe qui nulla vſi miſericordia, Eum ſic tractarint, ac ſi nihil ipſo eſſet improbius.* 3. *Diſſimile eſſe exemplum, quum in Germanico illo nota coniecturae expreſſa ſit.* Opportune etiam monuit 4. *Eliphazum, quod*

ſolidi

tuis gratis: et vestes nudorum detrahere. *vs.* 7. Non aquam ad vertiginem vsque lasso potandam praebebas; a fame-

solidi nihil haberet, omnem bilem in Nostrum videri effudisse. Sed, instas, *quid Iobo improbius, si talia, et* quidem *omnia, fecit:* vel *et fecisse videri potuit cum specie?* Non fecit sane, nam *calumniatur Eliphazus; Zelo suo occaecatus*, et *Dei causam se agere* persuasus; *cuius Extraordinaria Iudicia permittere non poterant*, ex Amicorum opinione, *vt Iobus pro Viro iusto, et Virtutis studioso, amplius agnosceretur.* En *speciem* quam Amici, quam omnes consanguinei, propinqui, noti, ignoti, sequebantur; *specioſissimam* sane; non ab illa parte, quam solam pressit Cl. *Cocc.* quasi *Iobus* vnquam in vita anteacta ansam praebuisset talibus calumniis; verum ab altera parte, quam ὁ πάνυ non tetigit, cui ansam ministrabant *irae diraeque Coelestes*, quae *Nocentissimum* esse *Iobum* clamare videbantur; quin imo *Iustitia ipsa summi Numinis, reliquaeque virtutes, quae periclitari credebantur, ni Iobus improbus esse* euinceretur. Quantum possit nonnunquam *Zelus* hicce, *haud ex Deo flagrans, quamuis Dei causam se agere credat;* non modo apud eos, qui *Religiosi habentur;* sed et, proh! apud eos, qui *sunt;* nemini incompertum: ac proinde *Eliphazo virtutem* et *pietatem* non detrahimus; licet eum grauissime in Amicum innocentem, Deumque, deliquisse, dubitari nequeat.

Ibid. Disiunctiua potestas praepositionis *Vaw*, quam Cl. *Cocc.* in catalogo nostro adhibendam duxit, quamque et *Iun.* aliique, ex parte saltem, admittunt, nec *Adfectui* respondet, quo *Eliphazus* aufertur; nec *Naturae horum criminum*, quae ferme se inuicem trahunt, vnaque in domo nidulari amant; vbi semel Matri omnium, *insatiabili Opum cupiditati*, introitus concessus. In hoc *vs.* scilicet habes *rapinam specie iuris velatam*, et *manum spoliatricem. Vs.* 7. *eandem manum, aspera* et *dura illiberalitate egentibus clausam;* exemplo Diuitis in Euangelio *Luc.* 16. Addo *superbam* eorundem *despectionem*, ex alto oculos suos in miseros deiicere haud dignantis. Contra vs. 8. *nobilium* et *potentiorum ambitiosam suspectionem.* Denique vs. 9. *Viduarum et orphanorum exsuctionem* et *oppressionem.* Haec crimina, quae *magnas Fortunas* ferme adflant, vnam perpetuam efficiunt catenam; cui et *Iobum* se constringendum dedisse, tum, quum *Opulentissimus Orientis* censebatur, non omnino absurde suspicari potuisset *Eliphazus:* in eo *peccans*, quod quae non *adeo a Fortuna prisca Iobi abhorrebant;* quaeque *sine singulari gratia Dei* vix ac ne vix euitasset, splendida bile in Caput eius congerat, tanquam haud dubie patrata; quandoquidem nulla alia ratio tantarum plagarum, dirarumque Coelestium, excogitari posset. Hic mihi admirare *Iustitiae Iobaeae locupletissimum testimonium, ex ore Accusatoris vehementissimi.* Nempe nihil prolatum in hisce, quam quod *florente Iobo* procul dubio saepissime dictitatum ab iis, qui ingentes diuitias limo ocello spectare; simulque dente maledico rodere solent. Nihil quoque in his expressum, cuius non *species* saltem *quaedam* a Maledicis arripi possit, ad Calumniam, aduer-

famelicoque prohibebas panem. *vſ.* 8. Vt Vir brachii, ipſi terra: et perſona honorata habitabat in ea. *vſ.* 9. Viduas dimiſiſti vacuas: et brachia Orphanorum contrita ſunt.

aduerſus Eos qui *Opulentia* et *potentia* excellunt. Verbi gratia *ius ſuum* alicubi *exſequatur Diues praepotens*, contra iniuſtos et tricatores colonos; *rapinae* dica Ei impingetur. *Ventrem pigrum* a menſa, et aedibus, *repellat; potum cibumque negaſſe egenti* dicetur. *Potentiori in bona cauſa faueat*, et *adſit, perſonam accepiſſe* cenſebitur. *Deſolatis* non tanta elargiatur, quanta cupiditas expectat, *inanes dimiſiſſe*, eosque *attriuiſſe* pronunciabitur. Concludo itaque, *Eliphazum in his* ipſis *ſpeciebus iniuſtitiae*, et *improbitatis*, recenſendis, *Iuſtitiae teſtimonium* perhibuiſſe Noſtro, quippe quem *euidentioribus criminibus* aggredi debuiſſet, ſi Eius vel *impietatem apertam*, vel *Hypocriſin occultam*, peruictam dare voluiſſet.

vſ. 7. Circa phraſes ſignatiſſimas praecedentis verſiculi, nec non huius, otium nobis fecit diligentia Erud. *de Pineda*, cum quo ſi *Druſ. Cocc. Schmid. Cler.* coniunxeris, nihil lucis deſiderabis. Verbulo tantum hic teneatur, quod illi dare necdum potuere, עיף eſſe proprie *Vertiginoſum*, cui *caput laſſitudine rotat*, et *oculi caligant:* itemque רעב *cauo ventre* Κοιλογάστορα. Tali *vertiginoſo* praeſentiſſimum remedium מים *aqua frigida*, et *potus:* vt *cauo ventri* ſuccurrit לחם *panis* pro *ſtomachi fultura ruentis inſerendus;* ſecundum *Originem* alibi indicatam. Suſpicor praeterea aliquid grande, et argutum, captatum in, *a famelico prohibere ſolebas panem;* quod ſimpliciter eſſet *negare*, *denegare*, vt *Merc. Cocc.* etc. vel *remouere*, vt alii volunt: ſed figuratius referre ſe patitur ad *panem* velut *prohibitum*, et *retentum*, ne perueniat ad *famelicum* quem recreare velut geſtit, iſti vſui deſtinatus vnice. Simile eſt *Neh.* 9, 20: *Manna tuum non cohibuiſti ab ore eorum:* et *Amos.* 4, 7: *Cohibui a vobis pluuiam.*

vſ. 8. Arguta eſt I. et ſatis ſpecioſa multorum opinio, ad *Iobi potentiam*, et *Tyrannidem* reflecti; qui ipſemet oblique notetur vt *Vir brachii*, *poſſeſſiones omnes ad ſe trahens*, *atque ſolus* veluti *in terra ſedens*, *regnans*, *tyrannum agens.* Sic planiſſume *Hieron. In fortitudine brachii tui poſſidebas terram; et potentiſſimus obtinebas eam.* Item *Luth.* Concinnius II. quod plurima tulit puncta; notari *vitium Diuitibus* et *praepotentibus domeſticum* fere, *Potentes* et *Diuites* alios ſuſcipere, iisque *omnia* ſua *promta*, et *profuſa* velle, iubere; quae pauperibus illiberaliſſime clauſa. Rectiſſime *Nicetas: Humiles per vim oppreſſiſti; potentes ſuſpexiſti*, *atque ornaſti.* Placet quoque, quod Doct. *Merc.* ſubmonet, *poſſe prouerbialiter legi*, *tanquam Gnomen*, *potentis eſt terra; auctoritate valens inhabitat eam! Tales vbique in pretio et honore.*

vſ. 9. Nonnullis *vacuas dimittere viduas*, eſt *ſinum non complere*, *opemue non praeſtare petentibus.* Aliis inuidioſius, *bonis* et *facultatibus easdem ſpoliare*, aut *expellere.* Vtrumque patitur genius Linguae. Neutrum quoque abhorret ab accuſatorio illo *Eliphazi* ſpiritu; qui

sunt. *vs.* 10. Propterea in circuitibus tuis Laquei: et exterret te pauor desubito. *vs.* 11. Quin tenebrae, vbi videre

qui nunquam non *Auxesi* gaudet. Eandem vim spirant *Lacerti pupillorum contusi* et *contriti*. Ad haec *Cocc. Brachia vocat ius illorum; nec non Amicos et Opitulatores; vt et fiduciam ex causae bonitate*. Eorum *confractionem* refert ad *ius oppressum*, et *mala legum allegatione obscuratum. Amicos territos. Fiduciam per contemtum deiectam: idque Iobo conscio et tacente*. Nempe, *Qui non vetat peccare, cum possit, iubet*, vt ait *Tragicus*. Postremum hoc ob molliorem *Hypothesin* assumtum. Priora bene habent, et *censorio*, quin *accusatorio supercilio*, directe in *Iobum* sparsa; ex iis fontibus, quos supra tetigi. Cuncti hi vsus ex *Arabia* lucem foenerantur; vbi *Brachium angustum* adfert *impotentiam inopiamque*. Audiatur *Tabelebius* ad *Conf.* 9. *Harir. Arabes faciunt* צוק אלדרוע *angustiam brachii, nec non Vlnae, figuram et metaphoram impotentiae; prout* רחב אלדרוע *amplum brachii appellant potentem. Origo locutionis est, quod qui longum brachium habet, assequi queat, quod non assequitur* קציר אלדרוע *curto brachio praeditus*. Vide *Alcor.* 11, 79. et 129, 32. Hist. *Tamerl.* p. 24. et 378. etc. Consimiliter ع ض د *Brachium*, pro omni *robore* ac *praesidio*; praesertim pro *Amicis*. Sic *Harir. Conf.* 3. *Quum Fortuna confregisset brachia mea, et membra adflixisset*. Ibi *Tabel. Brachia sunt opitulatores et adiutores; item membra; nempe ea, quae victui quaerendo inseruiunt, vt Manus, pes, oculus, sunt praesidia vitae*. Ad constructionem quod attinet, in qua et *num.* et *gen.* discrepantia, *Mercerus* ad כוח *robur* respici autumat, quod sub *Brachiis* innuatur. Aliis זרועות *communis generis*, cui ירכא *distributiue* subnectatur. Hinc argute *Iun. Lacertus* vterque *contritus est*. Alii *distributionem* istam referunt ad יחומים, *Et* quoad *brachia vnusquisque pupillorum contritus*. Huc inclinat *Schmid.* Simplicissimum quod *Crom.* ex *Arabismo* adfert, كان ايات *Fuit signa;* vbi *plur. faem.* cum *verbo masc. sing.* structum. Conf. Infr. 42, 14. Vnde orta talis structura, non ita promtum; vt infinita in *Syntaxi* difficiles habent explicatus. *Ellipsis* plerumque subest, qualis hic forte, *Et brachia pupillorum* aliquid quod *contritum fuit*.

vs. 10 A *criminibus* descendi ad *poenas Iobo propterea immissas, et cum maxime incumbentes;* communis fert calculus. Erud. *de Pined.* sat commode, *propter tot ac tanta quae enumeraui, scelera, constrictus teneris Diuini supplicii vinculis, atque compedibus; et incredibilium malorum exercitu obsideris, et oppugnaris, vsque ad stuporem, et animi consternationem, qualis eorum, quibus quid subitum accidit.* על כן non dubie signat *poenas criminum* recensitorum. פחים *Laquei* sunt *plagae coelestes, subito iectae*, et *ineluctabiliter constringentes*. Hae ferunt פחד ὀρρωδίαν, *consternationem;* vbi nolim te praetereat alliteratio inter פח et פחד quam Sacri Scriptores saepiuscule captant. Vide *Ies.* 24, 17. *Ier.* 48, 43.

dere nequis: et agmen aquarum cooperit te. *vſ.* 12. An non Deus, altitudo coelorum? et vide verticem ſtellarum, quam

פחד פחת פח *Pauor, Fouea, Laqueus, ſuper te* etc. Conferatur *Iob.* 18, 8. 9. 10. vbi פחים *Laquei multi, alii aliis formidoloſiores:* et *Prou.* 1, 25. 26. vbi פחד *pauor* pro *pernicie ſubita*, et *necopinata.*

vſ. 11. Interturbat vocula אר, et in conſenſu plurimorum, agi de *Poenis*, multam tamen parit diſſenſionem. *Merc.* I. *Aut tenebras* adflictionum *non vides;* adeo denſae ſunt: *et abundantia aquarum te operit.* Addit II. alios per *interr.* legere, *Aut non vides tenebras* quibus inuolueris; *et inundationem aquarum quae te operit?* q. d. *Stupidus es plane niſi horum tantorum malorum cauſam eſſe videas tua ſcelera.* Ex alia notione τοῦ אר Cl. *de Dieu* III. *O tenebras non videres? et aquarum copia te* non *tegeret?* Iterum IV. idem Vir Doct. *O Tenebrae! non vides? et copia aquarum obtegit te?* Id refert ad *ignorantiam* et *caecitatem;* per quam necdum agnoſcat, ſe propter crimina talia puniri. Duriuſculum *aquarum copiam* trahi ad *nubem menti offuſam.* Vocula אר mihi quoque pro *particula* exclamandi ſumenda eſſe videtur. *O tenebrae! nil vides et agmen aquarum cooperit te.* Habes ſtructuram poſteriorem Clar. *de Dieu*, quam reuocatem ad ſenſum *Merceri;* ita vt *Laqueis* et *pauoribus* vndique *circumcingentibus*, cum Exclamatione ſubnectatur; *O Tenebrae* Calamitatum horrendae, quae te circumſtant! in quibus *nil videre*, ac *diſpicere queas. Quin agmen aquarum cooperit te;* et *totis gurgitibus immerſus magis magisque ſub mole te premente peſſum is.* Sentis non iniucundam gradationem. Exclamatio aliquid etiam grande, et attoniti ſtuporis plenum, habet, a parte *Eliphazi.* Eam vim exeruiſſe אר ipſe ſonus vincit; accedente أر *Arabum*, et ار, in eundem vſum. Cl. *de Dieu* ſic venire cenſet voculam אר 2 *Sam.* 18, 13. *Eſech.* 21, 15. *Mal.* 2, 17. Si quis *Aut* retinendum contendat, ne ſic quidem vlla difficultas: aſſumto *Aut potius*, *Quin;* quod et ab *Arabibus* ſub أر receptum. *Quin tenebrae* te circumſtant; in quibus *nihil omnino vides*, denſae, et plusquam Cimmeriae: *Agmenque aquarum te cooperit.* Ad prius membrum confer *Cap.* 19, 8. et c. 18, 18. et praeſertim cap. 15, 22. 23. vbi *Eliphazus* comminatur *Tenebras inelactabiles*, earumque velut *ſtabilem diem;* i. e. *Noctem miſeriarum ſempiternam.* Ad poſterius, reſpice *Cap.* 11, 16. et cap. 27, 21. vbi מים *Aquae* deſignant *Calamitates diluuii in morem vndique inundantes.* Nil tritius in Sacris. Apud profanos eadem regnat imago. *Aeſch. Prom.* 885. et 1014. Οἷος σε χειμὼν καὶ κακῶν Τρικυμία ἔπεισ' ἄφυκτος *Qualis tempeſtas, et malorum inundatio te inuadit ineuitabilis.* Item *vſ.* 745. Δυσχείμερον πέλαγος ἀτηρᾶς δύης *tempeſtuoſum pelagus aerumnoſiſſimae calamitatis.* Adde *Aeſch.* in *Perſ.* 433. Αἰαῖ, αἰαῖ, κακῶν δὴ πέλαγος ἐξῆρωγεν μέγα. *Heu, heu, malorum ingens erupit pelagus*, etc. Habes ita שטף ימים *impetum effuſum marium*, *Deut.* 33, 19. Ad *imbres effuſos* pulcre transfertur *inf. cap.* 38, 34. Et hi *Emblema* praebent *grauium iudiciorum.* Reſpice modo *Cap.* 20, 23.

De-

quam sublimes sint. *vs.* 13. Et dixisti, quid nouit Deus? num per spissam caliginem iudicat? *vs.* 14. Nubes velamentum

Depluet super illum quo vescatur etc. *Origo* Vocum שפע et שפעה in *plaudendo, plangendoque*, eo vsu quo *aquae litora plaudunt, planguntque*, vel *inter se colliſi fluctus sonum reddunt.* Pulchre ergo figuratum שפעת מים pro *effuso impetu* siue *agmine aquarum sonantium.* Inde ad alia quoque commigrauit, alibi illustranda. [Pro אוֹר־חָשֵׁךְ *Gr. Alex.* legisse videtur אוֹר חָשַׁךְ. Admodum arridet haec noua lectio; quam Hl. *Michaelis* in vers. sua germanica quoque est secutus. *Vog.*]

vs. 12. Placet nexus, quem constituit Cl. *Cocc.* q. d. *Eliphazus, Haud ignotum quid te ad crimina illa cum summa securitate, sub velo Hypocriseos, perpetranda pellexerit; quod videlicet Deus in Coelis resideat, et solium Eius super sidera sit euectum: ac propterea persuasisti tibi Numen tam alte sedens, tantoque interuallo a nobis distans, ad peccata tua non attendere; neque ad opera ista tenebrarum satis penetrare.* — Verbulum de ratione Grammatica. Plerique per *Ellipsin praep.* ב *An non Deus* in *altitudine Coelorum? Et vide caput stellarum, quod excelsae sint.* Cl. *de Dieu* rotundius fore censuit, *An non Deus est summitas Coelorum? quin ecce, caput est stellarum, etsi altae sint.* Posterius nimis argutum. Prius se commendat, et magnam habet vim; quam Cl. *Schmidio* quoque obuersatam video, sic reddenti, *Annon Deus est altitudo Coeli? et vide caput stellarum, quam altae sint:* pro כגבה *sicut altitudo.* — *Deus est summitas coelorum* argutissime enunciatum, pro *Deus coelis ipsis superior*, et *infinitum quantum sublimior.* Eodem sensu adiectum, flexu per quam venusto, *quin adspice Culmen siderum, quod sublimia sint.* Supplet *Schmid. Nonne Deus sicut illud, ratione altitudinis?* Imo vero, *Nonne Deus immensum quantum supra illa ipsa sublimatus?* Id ex praecedenti Colo sponte se suggerit; si modo גבה שמים semel rite sit acceptum, pro *Altitudine Coelos ipsos transcendente, et non oculis tantum, sed etiam cogitationibus, inaccessa.*

vs 13. Paucis haec criminatio grauissima poterit expediri. Cl. *Cocc.* sententia satis relucet ex iis quae modo adducta. Eam sic ad seuerius quid, grauiusque, reuoco. *Et dixisti*, in *corde* tuo, quin *si non ore, opere* vtique, frena laxans cupiditatibus tuis. *Quid nouit Deus* tam celse residens? *num per densam caliginem iudicaret?* ערפל est ille *nebulosus aër, qui mundum inferiorem circumuallat, et a serenitate coelorum discludit.* Est haec solidissima *Cocceii* obseruatio; quam firmat *Etymon* a ערב et אפל. Non abit hinc *Schmid.* vt nec *Merc.* sic appellari statuens *quaecumque inter nos et Deum interiecta.*

vs. 14. Paucis et hic defungi licet; quum haec a praecedenti *vs.* pendeant. *Cocc.* in hanc mentem, *Cogitare potuisti de immensitate potentiae* Dei, *et prouidentiae*, Eius, *satis videri, quod orbem Coeli inambulet, idque regat, cuncta amplectens, et fouens, vt per illud inferiora regantur, animentur, corrumpantur, prout conuenit.* (*cadit*, dicere

mentum ei, ne videat; et orbem coeli obambulat. *vſ.* 15. Profecto viam ſeculi ſeruas, quam calcarunt ſodales vanitatis. *vſ.* 16. Qui conſtricti ſunt quadrupedes, ante tempus: flumen fuſum

dicere potuiſſet.) *Item, ſi curae* Eum *ſufficere dicas*, cogitaſti, credo, *apud ſe beatus eſt; non turbat ſuas voluptates* περιεργίαι, *et malorum mortalium cura, vt vel ira, vel miſeratione tangatur.* Recte, ſi modo erigas in vehementiorem reprehenſionem, *quod his ſimilibusue cogitationibus pellectus, ſibi ſecure indulſerit, in Hypocriſi ſua, patrandisque* in occulto *criminibus*, quae ſuperius Noſtro impacta. Illud *apud ſe beatus eſt*, refertur ad *inambulat ambitum coeli*, quod *Deodato* valet *beatitudinis gratam et quietam fruitionem.* At *Mercero* potius eſt, *occupatus eſt in moderandis corporibus Coeleſtibus, eorumque motibus, vt inde inferiora regantur.* Ad *longiſſimam diſtantiam* referre maluit *Schmidius*, *per quam* Deus *noſſe non poſſit haec inferiora.* Non eſt, cur nimis ſcrupuloſe finiatur, quod per ſe latiſſime funditur, quum cum *remotiſſima diſtantia, coeleſtium orbium moderatio*, et *iucunda* veluti *obambulatio per immenſa coelorum ſpatia, et Templa, nec non alia eiusdem naturae*, quae ingenium carnale ſibi fingit, ſua ſponte ſe ingerant.

vſ. 15. Noua periodus, ſex verſibus comprehenſa. Commemoranda praeprimis eſt varians Lectio Condicum, quorum nonnulli exhibent *Kamets* ſub ה. Cl. *Schmid.* eius occaſione notauit, *recte monuiſſe Mercerum, exemplaria emendatiora habere Patach, ſub He, non Kamets; quia interrogatiuum*; *non demonſtratiuum.* Concedo, nam *Regimen* non patitur *demonſtrationem.* Sed eſt aliud ה, vel per *Scheva*, vel per *Patach*, *praefigi* ſolitum, quod אמתי *Adfirmatiuum* vocatur; ſaepiuſcule a nobis indicatum. Inde hic ſenſus naſcitur: *Ecce* vel, *ſane viam ſeculi obſeruas* hactenus, *quam calcauere ſodales vanitatis.* Idem obuerſatum ſuſpicor iis, qui *Kamets* ſubiecere הֲ, ad indicium diſcriminis ab *interrogatiuo.* Hoc tamen neutiquam neceſſe erat: quin vitioſum; quia *Patach* illius *He Adfirmatiui* non amat compenſationem. Hanc *Adfirmationem* multa ſuadent. Nam 1. אורח עולם *via ſeculi trita a ſodalibus vanitatis*, ſimpliciſſime accipitur pro *improbitatis.* Quicquid vlterius tendas, in argutiam exit. 2. שמר ארח frequens in Sacris pro *ſeruare viam*, eamque *terere.* 3. Non patitur ſuperior contextus, vt iam dubitanter inferat Accuſator, *An ſeruabis etc.? An vis ſodalis fieri vanitatis?* 4. Moderatus ille *Elihu*, qui congreſſus hoſce claudet *Cap.* 34, 8. ob ſermones audaciores Noſtrum notat, tanquam *qui Ambulet in ſocietate cum operantibus iniquitatis.* Quanto magis *Eliphazus* huc prouectus fuiſſe cenſendus? Omnis contentio tum Eius, tum Amicorum, huc collineauit, vt *Iobum improbum* eſſe *euincerent*; eoque nomine *poenitentiam* ipſi *ſeriam* praeſcriberent. Nil opportunius ergo quam quum *Eliphazus* eandem *cantilenam* meditaretur, hoc ipſum vt Noſtro nunc *occinuiſſe* ſtatuatur. 6. *Victus*, fractus, confuſus, videri debuiſſet acerrimus hicce pugnator, (vt erat) niſi ad finem,

tanquam *Victor*, scilicet, Epinicium cantasset; *Profecto viam seculi seruas*, et *seruasti*; atque *improbitatis* conuictus *teneris!* Perpende quae Vir hic dicere ausus *Cap.* 15, 4. 5. 6. Eumque nunc mitiorem factum non facile credes. 7. Succinunt quae mox sequentur, *vs.* 21. etc. praecepta, de *Conuersione* et *poenitentia* quantocyus *suscipienda*, quibus supponitur, nullum esse dubium, quin *Iobus viam seculi triuerit*; vnde nunc tandem Ei per seriam contritionem cordis, hactenus indurati, in viam salutis sit regrediendum. [Verba מחרֿאון *Graec. Alex.* transtulit ἄνδρες δίκαιοι. *Vog.*]

vs. 16. Sententiae nostrae non parum firmamenti ex hoc quoque *vs.* rite enucleato accedet. Clar. *Reim. Qui ante tempus vincti ad supplicium rapiuntur; et quorum fundamentum* spei *ceu fluuius in aquam dilabitur.* Nil pote rotundius venustiusque. Consensum *Chald. Syr.* et *Arab.* in hanc verbi קמט significationem, quam idem vir *Doctiss.* laudauit ad *Cap.* 16, 8. supra adstructum reperies; simulque, quod praecedentibus addere liceat, ansam huius abrupti, obscurique, dicti. Deplorauerat nempe ibi *Iobus* sortis suae acerbitatem eodem hocce vocabulo, *Quodque me quadrupedem constrinxeris*, meque velut supplicio publico mactes, hoc ipsum *in testem contra me exstitit.* Hoc nunc arripere conserem *Eliphazum*, vt *Iobum* suomet verbo feriret, atque se per hoc latus peti sentiret. *Sane vero tu viam seculi seruas. Sodalium scilicet vanitatis, qui ante tempus quadrupedes constricti sunt, vt pro Exemplis iustitiae Diuinae seruirent; quemadmodum Tu quoque nunc inseruis.* In vltimo Colo cum Clar. *Reim.* stant *Calu. Merc. Cocc.* aliique, quibus palmam non aufert *Schmid.* quum *fundamentum* considerandum putat, *quatenus imum est, vt hi homines ex ipso fundamento subruti* inducantur; *nihilque remaneat nec de Liberis, nec de Bonis, super quo consistere aut resurgere queant.* An ergo qui *stabiles maxime res opesque, et ipsum* velut *Fundamentum*, ac *robur firmissimum substantiae, ad instar fluuii effusi dilapsum* nobis pingebant, non simul *a fundamentis dirutam et sublapsam talem Domum* innuebant? Oculis iterum contrectas veluti *Ruinam subitariam fundatissimae, et florentissimae, Fortunae Iobaeae*, vno die, vno momento, *collapsae* non tantum, sed ita *dilapsae*, vt *Torrentis instar fluuii praecipitasse et defluxisse* videretur. Sic יוצק redit ad *fluuium* נהר, qui *magno impetu effusus feratur.* Posses quoque ad יסוד *fundamentum* referre cum Doct. *Tigurinis*, qui dedere, *Fundamentum eorum, vt flumen, defluxit.* Amplexus est *Bold.* argutiore adhuc facie, *Fluuius est fundamentum eorum diffusum*, pro *tanquam fluuius.* Spectat ipsum *fundamentum* e duro et stabili *colliquefactum* quasi, *atque subito diffusum*, ac *dilapsum instar aquae.* Id exsculpit ex vsu peculiari יצק τοῦ *in metallis fusis* et *liquefactis.* Est imago splendida, et *granditatem Arabiae* spirans, qua nihil sublimius Lingua resonare posse videtur. En tamen vnum adhuc gradum, quo escendat: *Fluuius* est, *fundamentum eorum solidissime fusum, conflatumque* quasi, *ac compactum.* Id pro *auro* non vendo: nec tamen *bracteatum* est, sed *aureum dictum*, secundum *officinam* i. e. *genium Arabiae.* Notum in Sacris יום מוצק 1 *Reg.* 7, 23. *Mare fusum*, atque e metallo

fusum fundamentum eorum. *vs.* 17. Dicentes Deo, recede a nobis: et, quid faciat omnipotens illis? *vs.* 18. Et ille impleuit domos

metallo solide conflatum. Et *vs.* 37. מרצק אחד *fusum vnum: vna perpetua solida fusio.* Inde supra *Cap.* 11, 15. obtulimus, *Erisque* מרצק *solidissime et nitidissime fusum* quid. Item infra *Cap.* 37, 18. ראי מרצק *speculum solide et nitide fusum.* Iterum *Cap.* 38, 38. בצקת עפר למרצק *quum funditur puluis ad solidissime et nitidissime fusum.* i. e. *in durum nitidumque compingitur, ad instar petrae.* Haec arguunt indulsisse sibi grandisonos nostros *Arabes*, in illo יצק, ad *solidissimam firmitatem* expingendam. Hinc ergo tandem existeret, יסוד יוצק *Fundamentum* quod *fusum*, et *in solidam* velut *petram conflatum* credebatur: quod tamen nil nisi נהר *fluuius* deprensum sit, vno momento vanescens et dilabens, ad Dei vindicis increpationem. Dices ordinem verborum vix pati: sed scias velim, יוצק יסורם iunctim sumtum efficere *subiectum*, siue, *quod fusum erat*, et censebatur ab omnibus, *fundamentum eorum:* per βραχυλογίαν dithyrambicam huic Libro domesticam. Interim, vt dixi, nihil contendo: sed quod Lingua ferebat, proponendum duxi.

vs. 17. Non longe nos detinebit vel nexus, vel sensus; qui in posteriori tantum Colo paulo obscurior. Cohaerentia satis aperta; signatur enim Character *Sodalium vanitatis;* quibus Nostrum accenset *Eliphazus.* Bene *Merc. Non quod palam in tantam blasphemiam erumperent, sed quod sic apud se cogitarent.* etc. Dilutior connexio Cl. *Schmid.* qui ה *demonstr.* hic *officium causalis particulae praestare* opinatur, vt sit, *Quia dicunt Deo, recede a nobis.* Propius vero, quod idem Vir Doct. statuit, *sine dubio eum in finem haec assumta ab Eliphazo, vt Iobo contradiceret; quod dixerat, eos felices viuere, qui Deo dicunt, recede a nobis; Eliphazo contra inferente, illos ipsos esse, qui funditus euerti soleant.* Id et *Merc.* monuerat, addens, *malitiose nunc Eliphazum eum talium Atheorum numero inserere.* Paululum emollit *Schmid.* quum *simul ostendi* ait, *cauendum Iobo, ne in numerum istorum veniat; licet supra subdidisset, consilium improborum procul a se abesse.* Ex nostra sententia, in *Iobi* caput hoc telum oblique tortum, tanquam qui hoc ipsum quoque Crimen in se admiserit, non *aperte* quidem, et *ore blasphemo:* sed *occulte*, et *corde Hypocrisi suffuso.* Ad *vs.* 15. praestructum, quod hanc expositionem fulciat, et forte dubio eximat. Circa posterius porro Colon nonnihil haesitatur. *Merc.* sic capit; *Et quid facit Omnipotens illis?* i. e. *Nobis?* mutata persona, quasi dicerent, *Deum nihil ipsis facere ac conferre, sed industriam ipsorummet omnia ipsis praestare.* Latiore adspectu *Vulgat. Et quasi nihil posset facere Omnipotens, existimabant Eum.* Hoc explicari potest eodem sensu, *quasi nihil boni ipsis adferre posset. De Pined* post *Philipp.* et *Antiquiores*, in malum exponit, *quasi nihil nocere posset illis:* addens tamen, et *commoda*, et *poenas* simul locum inuenire; quia ad vtrumque paratum *Faciendi* verbum. Si ad *Cap.* 21, 14. 15. oculos reflexeris, cernes *ipsos impro-*

domos eorum bono: consilium vero improborum procul faceſſat a me. *vſ.* 19. Vident iuſti, et laetantur: et inſons ſubſannat eos. *vſ.* 20. Profecto Nihil exciſum Factio nobis

bos loquentes induci. Quod ergo ibi, *Quid Omnipotens, vt ſeruiamus illi?* etc. Id heic loci in compendium mittitur, ſub eadem *Mimeſi*, *Et*, dicentes, *Quid faceret Omnipotens illis?* Sed, inquis, ſic לנו *Nobis* exarandum fuiſſet. Recte vero: et hoc eſt quod *Merc.* inſinuabat, *illis*, mutata perſona, poſitum pro *Nobis*. Inſtas, durum nimis, et inelegans. Imo vero molle, et multo elegantiſſimum. Geminum plane *Iob.* 19, 28. *Et Radix cauſae inuenta* בי *in me.* Simplex oratio dediſſet בו *in eo:* ſed *Figura* et *Adfectus* maluere בי. Germaniſſimum *Cap.* 35. 3. *Nam dicis, quid proderit Tibi; et quid vtilitatis capiam?* etc. Sentis, credo, לנו in hac *Mimeſi* nec tam ardens, vehemensque, ad increpationem, nec tam aptum ad *vſ.* 18. vbi in 3. *perſ.* hi homines perſtringendi veniebant.

vſ. 18. Nihil eſt, quod *moram facere* queat iterum; niſi vltimum, quod varie applicatur. *Merc.* tanquam ab *Eliphazo* prolatum Epiphonema accipit. *Sane a Talium ego impiorum ſententia abhorreo.* Hoc quia nimis languidum videbatur, ſimul *Iobum* pungi cenſet, qui idem quidem dixerat ſupra, ſed *ore tenus.* Alii *Mimeſin* quandam *Verborum Iobi* eſſe ſtatuunt, q. d. *Et tamen teſtari auſus fuiſti, te tales homines auerſari, cum idem plane ſentias, agasque, quod illi?* Addit initium quoque a quibusdam ad *Mimeſin* referri. Quum tales ſint impii, tamen dicis, *Deum impleuiſſe eorum domos bonis, eosque proſperari.* Nil languidius. Longe viuidius pungitur *Iobus*, pulcherrima, qua [Cap. 21, 16.] vſus fuerat, ſententia, in ipſum retorta; q. d. *Amoliri a te voluiſti ſuſpicionem improbitatis, hac graui Exclamatione. Ego vero te hactenus improborum gregi accenſendum, vt conuictus ſum, ita temet conuici: ac proinde meum, non tuum, exclamare, Conſilium improborum procul a me faceſſat: atque adeo in tuum* quoque hactenus *conſilium non immiſcear.* Ne nimium iudicetur, ſequentia efficient. [Voculam מני *Gr. Alex.* vertit ac ſi legiſſet ממנו *ab illo* et *Syr.* cum Arabe, מהם *ab illis.* Neutra harum lectionum maſorethicae palmam praeripit. *Vog.*]

vſ. 19. Deſcribitur haud dubie *Victoria*, et *triumphus piorum, quem egerunt, agunt, agent*, quod *improbitatem meritas* tandem *poenas pendere* cernant. Hoc directe oppoſitum iis quae *Iobus* Cap. praec. diſputauerat, ad inuidiam vsque exaggerata improborum felicitate, proborumque contra infelicitate. Optima eſt ſententia, non optime applicita. Senties, ſi relegas, quae ad *Cap.* 5, 16. et 8, 21. 22. Confundit *tempora vanitatis*, cum χρόνῳ ἀποκαταστάσεως πάντων. Aculeum praeterea ſubeſſe ad *Iobum* ipſum lancinandum, praemiſſa ſatis arguunt: atque *vſ.* ſeq. vlterius declarabit. Nempe *carmen triumphale* tandem concipit acerrimus pugnator, ſtatim ſubnexum, atque *victores* inducens *iuſtos*, *iniuſtitiae* merito *punitae illudentes*, ſimul *Iobo* inculcare voluiſſe videtur, non eſſe quod *Amicos*

cos suos *perfidos* appellitet, et *Medicatores Nihili.* etc. Qui *misero illuserint*, et *insultarint;* quandoquidem, hactenus impoenitens, et obduratus, nihil aliud expectare possit, nec debeat, ab iis qui Dei gloriam, Laudemque iustitiae et sanctitatis Eius, antiquiorem ducant omnibus Amicitiae humanae vinculis, iuribusque. Habes aliquid, quod Adfectus, Zelusque non ex Deo, quum pro Dei causa se ardere credit, facile suggerit; quodque cum reliquo filo huius Accusationis postremae intime connexum.

vs. 20. Valde concinna est Clar. *Schmid.* interpretatio *Annon exscinditur, qui insurgit contra nos? et residuum eorum comedit ignis?* Ei קִימָנוּ est *Verbum.* Et aliis id placuerat, nam *Ab. Esra* ex *Pibel* positum censuit pro קִיֵּמָנוּ hoc sensu, *si non exscinditur*, innocens, ille *nos stabilit* et conseruat in mundo. R. *Leui*, ex *Hiph.* pro הקימנו *Qui stabiliuit nos Noachus.* Sed Cl. *Schmid.* iam siue ex *Pih.* siue ex *Hiph.* אשר קימנו mauult, *qui insurgebat*, vel *stabat*, *contra nos*, *impius.* Exhibetur hoc pacto *vox laeta* et *triumphalis iustorum triumphantium*, *atque impios subsannantium.* Nexus iuxta Virum Doct. hicce. *Vident iusti et rident*, *dicentes inter se*, *aliisque*, *Annon excisus est*, *qui stetit contra nos* etc. Clar. *Cler.* nimis fidenter corrigit קמינו *insurgentes nostri.* Cl. *Mich.* commodius ad *Analogiam* קים censet esse *Nomen participiale* ad *form.* ציר *legatus*, vt directe signet *aduersarium*, et *hostem.* Cum eo stat Cl. *Reim.* nisi quod *substantiu.* vocet: credo vt *adiectiua*, nec non *participia*, vim *substantiuam* adscisceere vulgo dicuntur. Magnopere arridet: vnum tamen nonnihil scrupuli relinquit, nempe אם לא *An non*, vel potius *si non*, esse *Iurantis*, et *Sacramento contendentis* quasi, aliquid ita faciendum, vel et euenturum. *Gen.* 24, 37. *si non ad domum patris mei proficiscaris* etc. *Esai* 14, 24. etc. 1 *Reg.* 20, 23. *si non praeualeamus eis.* Redeatur ad *Cap.* 1, 11. Iam vero *interpositio iurisiurandi* minus nunc quadrat, quippe quae tendat ad *rem certo certius venturam;* quum *Epinicium* nostrum *rem factam ponat.* Hoc scrupulo non grauatur quod nunc dabo, *Certe Nihil excisum* est, qui *insurgit in nos: et Neruum eorum depascitur ignis.* Partic. אם asseueranter, *sane*, *profecto*, *pro certo*, vt *Cap.* 17, 13. 16. לא *Nihil*, illo vsu grandiore, et substantiuo, pro οὐδέν, μηδέν, quem crebro indicaui: praesertim ad *Cap.* 4, 21. vbi *Nihil conuulsum* obtuli, in לא נסע. Ad eam rationem לא נכחד *Nihil excisum* vel *extirpatum*, esset insigni figura, *Nihil Nihilissimum*, vt sic dicam, et *pessime a Deo eradicandum*, simul. Adest et ibidem יחר, quod vt *Neruum* sonat, proprie, ita nulla ratio est, cur eam significationem deseramus, quae infert *vigorem firmum* cuiusque rei. קימנו si sit verbum, nec ex *Pih.* nec ex *Hiph.* sed omnino in *Kal*, veteri forma, vt בין *intellexit*, דין *iudicauit;* ad quam normam קים *stetit;* et cum *adf.* קימנו *stetit nobis*, *obstitit nobis.* Qui *insurgit in nos.* Praetulerim tamen *partic.* non *praes.* quod esset קָם, *obstistens;* sed קִים *oppositus nobis*, *surrectus in nos. Perpetuus noster aduersarius: genus* nempe *improborum.* Licet et *substantiue* capiatur,

bis aduersaria: et neruum eorum depastus est ignis. *vs.* 21. Periclitare, age, cum illo; et pacem habe: per haec proueniet

oppositio nostra, ἡ στάσις ἡμῶν, pro *iis qui se nobis opponunt*; nam et Graecis vox στάσις tum *statum etc.* notat; tum *seditionem factionemque*; etc. tum *homines factiosos*, ac *seditiosos*, tropo *abstracti* pro *concreto*. Consimiliter ἀντίστασις, pro *iis qui resistunt*; quin ὑπόστασις *militari statione*, siue *militibus* ipsis. Habes conspectum loci, vehementiae *Eliphazi*, addere liceat *supercilio*, vnice accommodum; qui *Epinicio* hocce *Iobo*, tanquam *Victor*, denuo insultat: in eo ipso comprobatum insinuans, quaecumque de *improborum exscidio* hactenus a se, et reliquis Amicis, dissertata erant. *Pro certo Nihil excisum quicquid se nobis opponit etc. Tu ipse* quoque, *qui conuictionibus nostris obstinatissime hactenus restitis.* [*Vulg. Gr. Alex. Syr.* et *Arabs* pro קימנו legerunt קימם vel קיממו. *Vog.*]

vs. 21. A censura asperrima, et conuictione, vt putabat Reprehensor, improbitatis, conuertitur ad monita, et praecepta Resipiscentiae, per quam solam iustissimi vindicis iram placare, atque auertere possit. Pulcherrimae hanc in rem sententiae contexuntur; quae redolent animum imbutum viuo sensu Religionis; quamuis ne in his quidem Amicum pungere, pro Adfectu semel irritato, desinat. Aliquid profundioris metaphorae inclusum verbo הסכן; quod *Vulgato* quidem *Acquiesce*, sed plurimis est, *Assuesce illi*, vel *Familiarem te illi facito*, *illiusque praeceptis*, neque inde in posterum resilias. *Tigur. Accommoda te illi;* quod videtur assumtum ad duas notiones conciliandas, *vtilitatis*, et *consuetudinis*, quas *Rabbini* tradiderunt. Certe D. *Kimchius* per הרעיל exposuit, *vtiles* et *commodas redde vias tuas coram eo.* Coactum; quin fugidum. Illud *Rambani*, *Profis tibi ipsi; Consule tibimet*, plus habet ponderis; si modo rite enucleetur. *Consulas, age, tibi ipsi*, עמו *cum ipso* in gratiam redeundo; eique fideliter inseruiendo. Hoc plenius intelligas, cum illustri figura, ex iis quae ad *vs.* 4. huius *Cap.* dicta, de proprietate Thematis in Ταμιεύεσθαι. Vehementer tamen blanditur Cl. *Cocceii* hocce, *Fac periculum cum ipso, et age pacem.* Nempe נסכן est *periclitari Eccl.* 10, 9. Hanc vim ab altera illa *promendi* sic deriuatam censet, quod *periculum facere*, sit *accipere* et *ferre animam suam in manibus*, *eamque* velut *expromere ad dubiam aleam.* Huc reducit quoque *Num.* 22, 30. *An tentaui facere tibi sic?* h. e. quasi *in discrimen misi quomodo laturus esses*, vel *quem exitium haberet.* Item *Ps.* 139, 3. *Omnes vias meas* הסכנת *tentasti. Trutinasti. In discrimen probationis vocasti: nisi*, inquit, *malis*, ex significatione prima, *dispensas.* Id ego ibi praeferrem. Addit pro nostro contextu, *probabile, alludi ad vs.* 2. q. d. *Non tam affectandum, vt Deo aliquid de tuo procures, et ex tuo penu expromas; quam vt te ipsum in manus Dei tradas, eiusque fidei te committas, si forte verum ab ipso bonum impetres.* Haec omnia ingenii et eruditionis laudem merentur. ושלם *Et pacem habe*, *Cocceius* declarat, *Omitte iram et mur-*

murmur, *impatientiamque illam*, *et morositatem*, *veluti pactus* ἐκεχειρίαν, *et inducias*. Id iam minus placet: quemadmodum et aliorum hocce in vicinia versans, *et pacem fac* cum Deo, *cum eoque in gratiam redi*, *qui nunc hostis velut tibi ob impietatem et impatientiam*. Optime *Merc.* *et pacatus esto*, *imper.* pro *fut.* i. e. *pacem habebis*; *frueris felicitate summa*. Promissiones stylo orientis *imperatiue* enunciatae *praesentissimum effectum*, *fructumque*, sistunt; nutu et numine Dei ipsius addictum quasi. Sic *Ps.* 37, 3. *Confide in Domino*, *et fac bonum*: *habita terram*; *et pasce securitatem*: i. e. *tunc certo certius habitabis terram*: *et ipsa securitate veluti te pasces*, *in ea*. Adeatur ibi Cl. *de Dieu*, qui prouerbium *Arabum* adduxit اسكن فاسلم *sile*, *et pacem habe*; pro, *et pacem habebis*. Tale est *Gen.* 42, 18. זאת עשו וחיו *Hoc facite*, *et viuite*, pro, *et viuetis*. Id *si feceritis*, *vos viuere* et *valere iubeo*. Similiter hic, *iubeo* nomine Dei *pacem habeas*, *et omni bono abundes*.

Ibid. Verbulum de reliquis. בהם *per haec*, plerisque videtur referendum ad *duo praeced.* הסכן ושלם *Assuesce et pacem fac*, quae tanquam *conditiones laetioris status* proponantur. Ita *Schmid.* quoque; nec aliter *Pisc.* intelligens *Cultum Dei*, et *Patientiam*, i. e. *submissionem sui* per שלם expressam. Conf. *Belg.* notas. *Cocc.* ad sequentia pertinere censet. Ratio *Merceri* minus liquida, quia שלם ei, vt nobis, erat *promissio felicitatis*, non *conditio*, nec *commendatio officii*. Redeundum putem ad omnia pietatis et *religionis munia*, sub *Locutione praegnanti* comprensa, *Periclitare*, *age*, *cum ipso iugiter versans*; *eique constanter adhaerens*. Nimis augustum, quin anceps et obscurum fuisset בו *in eo officio*. Planius בהם *in illis viis*, *officiis*, *rebus* etc. Alterum תבואהך *veniet tibi*, habet aliquid interioris elegantiae. Plerique dant, *veniet tibi bonum*, cum ה *parag.* mutato in ח. Clar. *Schmid.* ne otiosa sit *paragoge*, exhibet, *veniet tibi iugiter bonum omnigenum*. Splendidiore figura *Vulg.* *per haec habebis fructus optimos*. Respexit ad תְּבוּאָה *prouentus*; quod et LXX. *Chald.* *Syrus*, *Arabs* ante oculos habuere. Nec tamen propterea accesserim ad emendationem; nam *Analogia* תְּבוּאָה admittit aeque ac תְּבוּאָה; prout מְגוֹרָה et מְגוֹרָה est *Formido*, etc. E verbo ipso idem redundat sensus, *proueniet tibi iugiter bonum*. *Erit annuus tuus prouentus*. Conf. *Deut.* 33, 16. חבואתה, vbi duplex *paragoge*; et חבואתי 1 *Sam.* 25, 34. quod ex 2 *masc.* חבואה sic productum ad maiorem *Emphasin*.

vs. 22. Argutius, quod nonnulli מִפִּיו *ex ore eius* trahant ad *Legem*, *quae tunc temporis recens data fuerit*. Id neutiquam certum. Ne verisimile quidem. Cl. *Schmid.* respici censet ad *Apparitiones Dei*, isto tempore frequentes; q. d. *Accipe legem Dei*, *quam vel ex ore illius ipse accepisti*, *tibi apparentis*; *vel ex me*, *et sociis*, *qui certe Os Dei sumus*, *audis*. Posterius sic satis conuenit *Eliphazi supercilio*, et vt sic dicam *Magisterio*; quo vbique vsus est. *Merc.* paulo aliter adhuc: *Notanter dicit ex ore eius*, *non ex ore tuo*, *aut tuo arbitrio*, etc. His, aliisque, tantum quisque tribuat, quantum volet.

niet tibi bonum. *vſ.* 22. Accipe, age, ex ore eius legem: et depone verba eius in cor tuum. *vſ.* 23. Si conuerſus fueris ad Omnipotentem, aedificaberis: faceſſere iubebis iniquiet. Mihi nunc in genere ſufficit *aculeus reprehenſionis, ſub* hac *admonitione latens;* quo Noſter pungitur, tanquam qui *Ore Dei edita praecepta virtutis* et *pietatis*, tum per *reuelationem*, *traditionemque*, tum per *Legem naturae* omnibus *inſinuata* et *commendata*, neutiquam obſeruauerit; ſed multimodis violarit, ſecundum conuictiones, vt opinio eius ferebat, antegreſſas.

vſ. 23. Bono iudicio *Merc.* monet *conuerti* vsque ad *Deum*, *plus eſſe quam ſimpl.* ad, q. d. *ſi plane, ſerio, toto corde, non vt ante Hypocrita fuiſti, ſed vere, et ſincere ad Deum vsque redieris ab iſta impietate etc.* Ad haec *Piſc. Vocula* vsque *elegantius abeſſet, quamquam Merc. emphaſin, neſcio quam, in vocula* עד *ineſſe putat.* Succinit *Schmid. Certe ſubtilius videtur: nam et alias vbi Emphaſis vix locum habebit, vſurpatur* שוב עד. *Hoſ.* 14, 2. *Ioël* 2, 12. *Amos* 4, 6. 8. Et cur, quaeſo, Emphaſis ibi locum vix haberet; quum manifeſtiſſime ibidem reluceat? De eo tam parum dubitandum, quam אל *Ad*, et עד *vsque ad*, non plane vnum idemque eſſe. Solide *Cocc.* laudatis, quae praeceſſere, locis: *in his* עד *pro* אל. *Videtur tamen* עד *magis coniunctionem;* אל *tendentiam ad terminum ſignificare.* חבנה *Aedificaberis*, nempe *ſpe, re, prole, fortunis omnibus, quas conuulſas funditusque euerſas clamitas.* Dubium quo adſpectu תרחיק *procul amouebis* poſitum. Prima frons offert *officium*, quod *Merc.* repetito אם ita expreſſit, *ſi*, inquam, *ſummoueris* etc. Vel hortatorie, *ſummoueas; ſummoueto* inquam etc. *Schmid.* hoc poſterius praefert, et cum ſeq. *Vſ.* ita copulat, *Elonga iniquitatem a tentorio, et pone ſuper puluerem aurum* i. e. *ſi elongaueris etc. tum pones.* Alii *promiſſionem* continuari ſtatuunt; *Aedificaberis, et elongabis iniquitatem.* Id exponitur vel de *peccato*, vel de *poena peccati*, vt ſit, *viues ab vtroque malo intactus.* Ex *Pſ.* 103, 12. hunc ſenſum commendauit *de Pined.* Cl. *Cocc.* ambigens *mandatumne* ſit, an *ratio ſuaſiua;* poſteriore modo עולה deflectit ad *iniuſtos; violentiam Satanae, calumniamque eius; vt et inſidias, vim, laeſionem improborum; quam a tentorio ſuo ſic elongaret.* Videtur tamen in nexu cum ſeq. praeferre prius, *Amoue iniuſtitiam* h. e. *prauum iudicium, peruerſum amorem, praepoſterum ſtudium, circa bona mundi* etc. Replica *Cap.* 11, 14. 15. 16. et facile concedes in compendium miſſa, quae ibi pluribus deducta: atque ita *officium* proponi, vt ſimul ſit *Beneficium, praemiumque Virtutis*, in hanc mentem, *Integer Vitae, ſcelerisque purus, felicius aeuum ages, nec criminibus illis, quae percenſui, contactus, nec plagis.*

vſ. 24. Mira ſententiarum diuergia. *Vulgat.* I. *Dabit pro terra ſilicem; et pro ſilice torrentes aureos.* Id *de Pined.* cenſet exponendum de *Fortuna ſtabiliore laetioreque; quae* ſcilicet *tanto firmior ſit futura, quanto ſilex puluerem ſuperat firmitate;* et *tanto locupletior, quanto aurum pretioſius ſilice.* Ad ea quae porro ſum dictu-

quitatem a tentorio tuo. *vſ.* 24. Et ponere pro puluere aurum; et pro ſilice fluminum *Aurum* Ophyrium. *vſ.* 25. Et

dicturus, praemoneo בצר aliis ſignare, *munitionem*, aut *arcem*; aliis *aurum*, quaſi *hominis munitionem*, ſecundum quosdam; de quo alias. Hinc II. *Vatabl.* frigide; *Adeo te creſcere faciet Deus, vt munitionem, turrim, arcem, aedifices in terra.* Adfinem Paraphraſin *Chaldaei* III. *Et pone ſuper puluere arcem validam* ita exponit *Merc. Nihil neceſſe erit, vt in montibus, aut locis editis propugnacula conſtruas tibi, tutus ſatis futurus in plano. Merc.* IV. monens *Ab. Eſram* incommodius בצר expoſuiſſe *Argentum*; plerosque *Aurum*, cum R. *Leui*; hunc ſenſum inde elicit, *Tanta tibi vis auri erit, vt velut humi ponas, et conculces metallum illud, quod prae copia tibi vile reddetur.* Addit alios ad *Coaceruationem* retuliſſe. Inter eos V. *Caſtal.* liberius, ſuo more, conuertens, *Et humi tantum auri Ophirisque pones, quanta ſunt fluuiatilia Saxa.* Liberrime quoque VI. Eleg. *Oſorius, opes eximias ſub terram abditas effodies, et ab exciſa ſilice venae puriſſimae auri, quaſi aquae perennes, tibi emanabunt.* Nempe בצר quibusdam idem pollet ac חיל, omnes *opes* amplectens. Haud placet quod VII. dedit Cl. *Cler. Pones in puluere Obryzum, et in rupibus torrentium* aurum *Ophirae.* i. e. *facies ea ratione vt dies fias, quaſi ramenta auri poſſes arenae et lapidibus torrentium miſcere.* Tale quid expreſſum ab Eleg. *Crinſoz. Aurum penes te abundabit, vt alibi puluis, et aurum Ophirium tam copioſum ibi erit quam in torrentibus.* Figuratius adhuc Cl. *Reim.* VIII. cui בצר ratione *Etymi* deſignat *ramenta auri*, a בצר *imminuit, vindemauit*, in hunc ſenſum, *Et puluerem aureum pones ſuper arena, et aurum ſolidum ad rupes torrentium.* Hoc eſt, *Aurum ſeres et plantabis in locis ſterilibus.* Id *Allegorice* dictum cenſet, prout *aurea ſeges* in prouerbium abiit. q. d. *quicquid in terra ſterili, aut duro lapide ſeminaueris, tam vberem tibi ſegetem feret, ac ſi aurum protuliſſet.* Haec omnia mihi quidem vincere videntur, genuinum loci ſenſum iſthac via erui non poſſe, ſed omnino ſequendam eſſe alteram illam, quam iniuerunt *Grot. Codurc. Cocc.* ſtatuentes, IX. *Iobum* hic *deterreri ab auaritia:* et moneri, *ne aurum pluris faceret quam puluerem, et quidem Ophirium, quam lapides torrentis.* Ita diſertim *Grot.* et *Codurc.* Paulo aliter adhuc *Cocc. Et abiice aurum in puluerem, noli domi ponere: Vel, ſine deliteſcere in puluere, ac pro terra ac luto habe, ibi illud pone, vbi Deus et natura poſuere.* Poſterius etiam paulo diuerſius, vt mox dabo. Eſt adſpectus iucundus, grauis, ſolus hac ſede, hac ſerie, dignus. Etenim 1. quum *Auaritiam*, et *Cupiditatem opum inſatiabilem* hactenus regnaſſe apud *Iobum* tendat *Eliphazus*, tetenderint Amici, multo vtique conuenientius, vt *ſacram auri famem* deponere iubeatur, quam vt *oleum* denuo *camino* adfundatur, ſpe facta *meſſium* dicam an *montium aureorum?* 2. Oppoſitio, quae *vſ.* ſeq. ſubſumitur, multo rotundior, fortiorque, ſi *contemtus auri* inculcetur; quam ſi ſpes eiusdem copioſiſſime poſſidendi inſinuetur. 3. idem

ex *vs.* 26. luculentissime deprendere possis; vbi phrasi *in Deo delicias agere* multum decedet, si *pollicitatio* illa *aurea* praecesserit, vt contra ei omnia accedunt, si possessiones omnes extra Deum pro nihilo habendas esse vrgeatur. 4. Talis admonitio speciatim directa aduersus nimis anxias, et carnales, vt Censor autumabat, querelas, quibus *Res*, *opesque* suas, *eradicatas* deplorabat Noster. 5. שיח על עפר siue *infinitiue* reddatur, quod praetulerim, siue *imperatiue*, longe procliuius ad *praeceptum auri contemnendi*, quam ad eiusdem *possidendi promissum*. Denique 6. posterius Colon ad hanc faciem redditum, natiuo splendet nitore: quum alio adspectu quocumque, multo fuco, eoque male haesuro, atque semet prodituro, indigere reperiatur.

Ibid. Mirifici colores profecto quaesiti, ad vltima illa coloranda in *promissionem lautissimae opulentiae*. *Merc.* I. legens בצור ita pergit, *Et* aurum *Ophir* pones tibi *tanquam rupem torrentium et fluuiorum*. q. d. *Erit tibi firmissimum: vel magna altitudine aceruatum, non secus ac rupes in altis fluminibus et torrentibus firmae sunt et altae*. Vix credas a solido Viri Magni iudicio tale quid profectum. Addit, secundum alteram lectionem בצור, supplendum tamen כמו, *et* tanquam *in Petra torrentium*: q. d. *in loco firmissimo erit tibi* aurum *Ophir*, et *in magna simul vi ac copia; vt altae sunt et praeruptae torrentium rupes*. Ad vtrumque ansam porrexit *Iarchius*. Omittere nequeo II. conatum iuuenis Eruditi, cui בצור *form. part. pass.* idem cum בצר *auro*, eiusue *Ramentis*, a בצר *praecidit*: vt *Climax* existat, *Et pones iuxta puluerem aurum, imo aurum* purissimum *fluuiorum Ophir*; כחלי pro כחלים ἀνομαλῶς adhibito, non sine exemplo. Hoc siue *Copiae*, sine *Contemtioni*, ex aequo aptum, per *appositionem* forte commodius adhuc exiret, *Et aurum* rasile *fluuiorum*, *Ophirium*, *Obryzum*. Idem obuersatum *Ab. Esrae*, cui בצר est כסף *Argentum*, בצור כחלים autem זהב *Aurum Ophirium*. Obstant felici coniecturae, tum alia, tum lectio כצור, quae multis Codicibus insedit, vnde ב non *radicale* habitum; sed *seruile*, merito colligitur, etiamsi בצור mecum praetuleris. Multo acumine lucet III. quod *Cocc.* dedit, *in petra vallium Ophirinum* h. e. *inter rupes et silices: iis aequipara aurum Ophirinum. Redde suae genti. Vbi natum, depone*. Venuste equidem, quasi *aurum Ophirium relegetur ad valles*, *rupesue*, *vnde effossum fuit*. Eadem arguta venustate posses, *Et inter silices fluuiorum*, ponere *Ophirinum*. Remittas aurum illuc, vnde aduectum: atque *non pluris aestimes quam est*, pro *lapillo fluminis*. Lusus facetus, quo *Massulae auri*, et *globuli*, *in fluuiis auriferis reperiundi*, compararentur cum *glarea* et *lapillis*, haud alio loco ac pretio propterea habendi a Numinis, non Mammonis, cultore. *Allusioni* isti ansam quoque relinquit עפר *puluis*, vt *ponere in puluere aurum*, sit, illud non secus ac *puluerem a fluuiis* alicunde *derasum*, *infimo loco collocare*, et *pro re vilissima contemnere*. Vix dubium esset, si בצר *glebam* vel *glaream auream* proprie designare constaret, de quo statim. Conclusio mea IV. haec est, *Contemtum fului metalli commendari*, siue cum argutiore illo alluso ad *puluerem aureum*,

reum, *maſſulasque*, *riuis*, *et torrentibus*, *raſas*, *vectasque*: ſiue circa eundem. Euoluamus bifariam. Proprie 1. שיח *ponere* forma *infinit.* pro *ponito.* 2. על עפר *ſuper puluere*, eſt *in puluere*, vnde ortum, et *in loco* quaſi *natiuo* eius. 3. בצור נחלים *in ſilice torrentium*, eodem adſpectu *inter ſilices.* Improprie et figuratius iterum 1. *ponere* eſt *aeſtimare.* 2. על עפר *ſuper puluere*, eſt *pro puluere*, *ad valorem pulueris.* 3. בצור נחלים *in ſilice torrentium*, item *pro ſilice*, *loco*, *ac valore ſilicis.* Nempe ב ſaepiſſime *interiorem* rei *naturam*, ac *qualitatem*, ſignanter exprimit, eandem ſedem occupans quam כ, vnde lectio כצור, niſi quod fortius quid expreſſiſſe cenſeri debeat. [*Graec. Al.* בָּצֶר protulit בְּצוּר et pro וּבְצוּר legit וּכְצוּר. *Vog.*]

Ibid. Ad voculam בצר multa diſcutienda reſtant, quae *Originum* operi deſtinantur. Nunc tantum ſubmonebo apud *Arabes* בֶּצֶר بصر, et בַּצְרָה بصرة ſignare *lapides candicantes*, vel latiore ambitu, vt eſt in *Camuſo*, *Terra ſpiſſior*, *et lapides molliores albicantes*, *et cum damma*, *terra rubra.* Hinc *Baſra*, vulgo *Baſora*, celeberrimum ſinus *Perſici* Emporium, nomen inuenit, monente Cl. *Gol.* ad *Alfrag.* p. 120. Habes aliquid aptum natum ad *Glebam auri*, *argentiue*, deſignandam, non ſine eiusdem *metalli* contemtu. Reliqua aliud in tempus ſeponenda.

vſ. 25. Iterum ſcindunt ſe ſententiae, ſiue nexum ſpectemus, ſiue ſenſum. Qui in *vſ.* praeced. reperiebant *promiſſionem*, non *officium*, non poſſunt non eandem continuare. Ac I. quidem *Vulgat.* poſt LXX. habet, *Eritque omnipotens contra hoſtes tuos: et argentum coaceruabitur tibi.* Nempe בצריך ſe reſolui patitur in tria, medium locum tenente voce צרים. Alterum תועפות *vires*, *robora*, ad *montium altitudines*, et *cacumina* transferri creditur, *Pſ.* 95, 4. vnde *coaceruatum argentum* nunc figurate aſſumtum. *Chald.* II. *Eritque Omnipotens Arx tua munita.* *Mercerus*, III. *Et erit validum aurum tuum; et argentum roborum tibi*, ſiue *in magna vi coaceruabitur tibi.* Auctoritate *Rabbinica* inductus שדי ſumit pro Epitheto *Auri validiſſimi* et *firmiſſimi*, eandem vim inuitante et altero Colo, prout ei obuerſabatur. Addit *Iod* in בצריך eſſe *protractionis*, non *pluralitatis.* Haec a tam bona manu nollem profecta; ſed traxere eam R. *Leui. Iarch. Ab. Eſra*, qui poſterior *Argentum Robuſtum* maluit. Melius hac in parte IV. *Iun.* et *Trem. Eritque omnipotens lectiſſimum Aurum tuum; et argentum*, *vireſque*, *tibi.* Rotundius id ipſum V. Doct. *Belg. Eritque Omnipotens copioſum aurum tuum; et argentum praeualidum tibi.* Non aliter *Schmid. Mich. Cler. Reim.* niſi quod ad תועפות aliquid priui habeant de quo poſt. In vicinia VI. *Codurc. Tunc erit Deus aurum tuum*, *et argentum theſaurorum tibi.* Differt tamen *Codurc.* nonnihil in connexione, quippe qui non *continuari* ſtatuat *promiſſionem*, ſed *inchoari*; vt mandato de *contemnendis pecuniis* ſubnectatur nunc, tunc *Deum* ipſum *pro opibus* futurum. Idem placitum *Grotio*: *Aurum ne pluris fac quam puluerem etc. ita Deus tibi erit et aurum et argentum fortiſſimum.* Commodiore adhuc copula *Cocc.* VII. *Et ſit Omnipotens aurum omne tuum; et argentum firmitudinis tibi.* i. e. *ad rem*,

Et esto Omnipotens omne aurum tuum; et argentum Vertiginum tibi. *vs.* 26. Tunc enim in Omnipotente delicias ages;

Deum traduc aestimationem, amorem, cupiditatem, spem, voluptatem tuam. Sic continuabitur *praeceptum sapientiae*, de *Mammone spernendo*, *Deoque diligendo*, qui *verum*, quin *unicum, Bonum.* Commodiorem dixi hanc copulam, quod seq. *vs.* per כי אז aperte *inchoet promissionem*, *mandato* annexam. Si quis tamen malit quod *num.* VI. posui, non multum refragabor. Alterutrum haud dubie sequendum.

Ibid. Delassauit ingenia Interpretum כסף חרעפות. Cl. *Cler.* offert *Argentum fodinarum*; a יעף *lassari*, *eo quod ad lassitudinem vsque illic laboretur a damnatis ad metalla.* Id ob oculos fuisse putem Clar. *Reimaro*, reddenti *Argentum lassans.* Non multum hinc abstat Cl. *Cocc.* tum in *Lex.* tum in *Comm.* vbi haec habet: *An quicquid* ἄμαχον, *nulloque superandum labore, sed defatigans, delassans, in vertiginem agens, qui circa id laborat, id habet* חרעפות? Iam credas in *Argenti fodinas* descensum esse. Ad aliud tamen diuertit ὁ πάνυ, resumens; sic ἄμαχον κάλλος, ἄμαχον χρῆμα dicitur, *de summa pulcritudine. Ergo erit* ἄμαχόν τι ἀργύρεα χρῆμα, *Argentum perfectissimum, incomparabili bonitate. Et sit hoc, donec melius discamus.* Non absimile dederant Doct. *Tigurini*, quibus *Aurum purgatissimum* placuit, a *labore* et *lassitudine.* Lucis aliquid feret enucleatio Radicis יעף, quam Cl. *Cocc.* aliique recte contulerunt cum עוף et עיף, cuius notiones sunt, *Volare*, *lassari*, *caligare.* Haec a *gyratione*, *rotatione*, et *vertigine* fluxisse, inuenies ad *Cap.* 10, 21. et 11, 17. Est ergo עיף proprie *Vertiginosus*, siue *lassus supra modum*, ad *Vertiginem* vsque, et *deliquium.* Eadem potestas verbi יעף *delassari*, *defetisci*; a *Vertigine caliginosa oculorum*; quae *Arabibus* est وعوف, in *Camuso* ضعف البصر *hebetatio visus*, siue *caligatio.* Item per غ, secundum regulam *Clau. Dial.* p. 267. 268. الوغف ضعف البصر كالوغوف i. e. יעף *notat Caligationem visus, nec non* יעוף. Ipsum Thema sic exponitur *Verbum* יעף, *cuius fut.* יעף, *notat celeriter incessit; cucurrit; et iuit itionem lassantem. Item, caligauit visu.* Sentis *Originem* omnium esse δινεῖσθαι; vnde procliuis transitus ad *motum celerem*, nec non *caligationem visus.* Hinc חרעפות ראם *Num.* 23, 22. et 24, 8. nihil aliud videntur signare quam *Agilitates celerrimae*, et *rotatissimae, quales Ibicum.* τροχοδινήσεις. At *Ps.* 95, 4. *Caligationes montium*, i. e. vel *cacumina altissima*, vel *fundamenta profundissima* eorum: vel, si velis, vtraque: vbi oculi τροχοδινοῦνται. Postremo כסף חרעפות *Argentum caligationum, vertiginum* caput *rotantium*, non videtur commodius posse exponi, quam *ex profundissimis terrae visceribus erui solitum*; vbi iam *Fodinarum* imaginem nobis subnasci quiuis cernit; quam hinc vix ac ne vix quidem abesse posse vrsit Cl. *Cler.* qui omnino conferendus.

vs. 26. Sensus est: *Contemne illa quae hactenus concupiuisti auidissime,*

ages; et attolles ad Numen vultus tuos. *vſ.* 27. Litabis illi, et audiet te; votaque tua perſolues. *vſ.* 28. Et decernes rem, ſtabitque tibi; et ſuper viis tuis ſplendebit lumen.

me, et propter quae ius et fas violaſti. Abiice illa in puluerem, etc. *Omne tuum aurum, et argentum* cenſeatur tibi שדי *Omniſufficiens* illud *Numen*, *Vnum ſummum Bonum* hominis. כי אז *Nam tunc in Omnipotente delicias ages* etc. Luculentiſſima, et cumulatiſſima, promiſſio; quam illuſtrare velle, eſſet obſcurare. Tantum dicam, Cenſorem ita promittere, vt ſimul feriat, et obiiciat Noſtro, Eum hactenus *extra Deum delicias ſuas quaeſiuiſſe* etc. quin *Mammonem* pro *Numine* habuiſſe. Altera phraſis, *Attollere vultum ad Deum*, aliquid etiam *aculei* continet; *auri* enim *ſacra fames Os* illud *ſublime*, et *vultus ad ſidera erigendos* deiicit, *atque adfigit humi diuinae particulam aurae.* Non tamen excludo, qua alii huc attulerunt, de *erectione vultus e moerore*, de *Fiducia erga Deum*; de *hilari commercio* cum Deo, quaeque alia vndique huc confluunt: quandoquidem et praemiſſum התענג *Delicias agere*, nihil non horum ambitu ſuo includebat.

vſ. 27. Omnia plana. Ad verbum עתר tantum teneri velim, eius *Originem*, et *primariam indolem*, necdum ſatis definitam. Cl. *Guſſet:* ex coniectura offert vim *ſuauitatis*, qua nihil congruentius cenſet, ad ſenſum omnium locorum implendum. Ex hoc fonte עתר eſſet *ſuauis fuit in orando.* In *Hiph.* העתיר *ſuauem ſe fecit exorando.* Conſimiliter *Forſter. Suauibus verbis orauit: Orauit vt demulceat.* Ad hos conatus vno dicam verbo, *Nidorem* ſiue *odorem exhalantem* ſuggeri ex *Eſech.* 8, 11. adiutante quoque *Dialecto Arabum* ſub عطر. quin et غثر. Inde *precari, deprecari, exorare*, prono alueo defluere potuiſſe, nemo non ſentit. *Nidori ſuaui*, auctoritate ſuffulto, non refragabuntur, qui *ſuauitatem* ex ſola coniectura adoptant. Nihil tamen hactenus finire vel poſſum, vel audeo, de hoc Themate; ad quod enucleandum, et ſpatium liberius, et tempus maturius, requiro.

vſ. 28. Non ſatisfacit quod *de Pined.* notat, *poſſe eſſe expoſitionem praecedentis: Decernes offerre vota, et Deus illa rata faciet.* Ne illud quidem, quod addit, *poterit ſententia eſſe minus ſtricta: Quicquid apud te ſtatueris, certo euenturum ſperare poteris.* Ita tamen et *Merc. Quicquid decreueris, ſtabile erit; nihil ſtatues, quod non feliciter tibi ſuccedat, et impleatur.* Forte tamen incluſum hiſce voluit, quod potiſſimum intendi putem, *ſumma non tantum gratia, ſed et auctoritate, apud Deum pollebis: ac velut Os Dei inter homines eminebis.* Eſt *promiſſio Perſonae*, qua *Iobus* ante *conſpicuus* fuerat, *aptiſſima:* per quam tamen ſimul Eum pungi autumem, tanquam qui talem famam et opinionem non iuſto titulo antea quaeſiuerat, ſed ſub Larua tantum Hypocriſeos poſſederat. Confer *Cap.* 4, 4. 5. 6.

vſ. 29. Cl. *Cler.* vertit: *Cum* te alii *depriment*, *dices*, me *in altum tollunt.* Deusque *humilem oculis ſerua-

men. *vſ.* 29. Nam humiliabunt, vbi dixeris, Faſtus: et deiectum oculis in amplitudinem vindicabit *Deus*. *vſ.* 30. Eripiet non inſontem, et eripietur propter puritatem manuum tuarum.

CAPVT

ſeruabit. i. e. *cum te homines ſpreuerint, eorum contemtu te ſenties ad Deum attolli; et quo humilior eris, eo promtius te Deus, iis inuitis, ſeruabit*. Cl. *Reim.* hanc ſententiam ita conceptam applicat ad *Fortunas Iobi inſtaurandas per ſeriam poenitentiam; qui antea ſpretus* et *abiectus ab omnibus, dicturus ſit* tandem, *gloriam ſibi inde acceſſiſſe: Deum quippe demiſſos ſubleuare*. Haec vt vt acute cogitata, ſeriei non ſatis reſpondent; quae requirit *ſpecimen efficacis* apud Deum *auctoritatis et interceſſionis*. Hoc quum *vſ.* praec. agnoſcat Cl. *Cocc.* mirum, et ipſum in ſola *ſubleuatione humiliati* ſubſtitiſſe, hoc pacto; *Quum humiliauerint, et dixeras faſtum, tum deiectum oculis ſeruabit*. Cenſet ותאמר גוה in *parentheſi* ſtare; (*faſtuoſa quippe dixeras* tu *aut cogitaras*). Atqui expectatur iam *confirmatio* magnifici illius dicti, *quodcunque decides, ſtabit*; ad quam proximi haud dubie Doct. *Belgae*. Quorum mentem ſic nitide et rotunde expreſſit *Crinſoz*. *Si aliquem oppreſſerint, ſtatim atque Tu rogaueris eius liberationem*, Deus *ipſum eripiet ex miſeria, quae oculos ei deiecerat*. Non negabis interim plenius fore, ſi pro vno, duo exiſtant membra. *Nam humiliabunt, vbi dixeris, Faſtus eſt: et deiectum oculis ſeruabit*. Item Deus, vbi dixeris. Habes geminum Exemplum praepollentis et *efficaciſſimae* apud Deum *Orationis*, de qua *Iacob.* 5, 16. 17. 18. גוה *Faſtus, Inſolentia*, vt *Iob.* 33, 17. alias גאוה. Eius *deprimendae poteſtas potenti* precatori merito vindicatur. *Si dixeris*, ergo, ſi iuſſeris, ſi popoſceris, השפילו *humiliabunt; curabitur vt talis ſuperbus iaceat in puluere*. Contra ad *preces*, et *interceſſionem* tuam *gratioſiſſimam*, vel *pro eodem*, iam *humiliora ſpirante*, vel *pro aliis humilibus, adflictis*, tuamque gratiam apud Deum pro ſe implorantibus, *ſalus* erit *paratiſſima*. Verba השפילו et ישיע ad *Deum* refero; qui *ſuperbis reſiſtens, humilibus vero gratiam dans*; fideliſſimis ſuis ſeruis vtriusque diſpenſationem nonnunquam creditam voluit, ad eorum Auctoritatem inſignite ſanciendam. Ipſe *Eliphazus*, ſociique, teſtes: qui non niſi precatore, et interceſſore *Iobo*, iram Numinis effugerunt: vt proinde ſententiam hanc aduerſus ſemet, occulto Dei conſilio, pronunciaſſe reperiatur.

vſ. 30. Iterum variatur. Plerique verba אי־נקי verterunt, I. *non purum; non innocentem*. Hoc ſenſu expreſſere: *Merc. Iun. Piſc. Belg. Angl. Geneu.* etc. *Schmid. Mich. Cler. Reim.* etc. His אי pro אין, vt 1 *Sam.* 4, 21. et *Prou.* 31, 4. particula *Negantis*. Magnis II. auctoritatibus praefulget אי pro *inſula* huc inſertum; non vna facie Nam 1. *Ar. Mont.* dat *Liberabit inſulam innocens*. h. e. vt *Vatabl.* habet, *Innocens ſeruare ſolet totam regionem*. Vide et *Munſt. Iſid. Cler.* etc. Alii, vt Doct. *Tigur.* maluerunt

CAPVT XXIII.

Vers. 1. Et respondit Iobus, ac dixit. *vs.* 2. Etiam hodie obstrigillatio contumax querelae meae; plaga mea grauis

runt 2. *Liberabit insulam innocentis;* vnde non multum abit *Bolduc. Liberabit prouinciam mundati.* Nempe *Eliphazus Iobum* non *innocentem* ducebat, sed *per poenitentiam mundandum* contendebat: quo facto *tota prouincia Huzitana, plurimis hoc tempore, et grauissimis, cladibus vexata, iis liberaretur.* Aliter adhuc Cl. *Cocc.* 3. *Euadere faciet Regionem innocentem;* quod nimis remissum sentiens, redit ad 1. *Euadere faciet regionem innocens, emendando:* vel, quia *Deus parcit eis, in gratiam ipsius, ne vna perdatur.* Addit III. *Cocc.* verti quoque posse *Euadere faciet non innocens*, Te scil. q. d. *Ita seruabit te Deus, vt non-innocentem excitet in deprimentes te, qui te a iugo et Sceptro iniustitiae vindicet. Quin etiam is* euadet per puritatem manuum tuarum, q. d. *vicissim seruabis non-innocentem, qui te euadere fecit; vt ei vel parcat Deus, vel, quae vera euasio est Esai.* 49, 24. *ex imperio et potestate Satanae liberetur* etc. Haec nimis quaesita. Commodius tandem IV. quod I. sententiae accedens ὁ πάνυ reddat, *Euadere faciet non innocentem, et is euadet per puritatem manuum tuarum* h. e. *propter te alios non innocentes euadere sinet, ne tu implicaris poenae eorum. Gen.* 18, 23. 32. *Iacob.* 5, 5. 16. *Esai.* 22, 30. *Ier.* 5, 1. quae loca etiam adducta a Cl. *Cler.* laudante *Iob. Ludolf.* qui ex *Aethiopica* eum vsum firmauit in *Comm. H. Aeth. L.* 1. *n.* 106. Nec displicet quod subdit, *Crediderim* אי *proprie esse* vbi, *cum vero de eo quod non comparet, quaeri soleat,* vbi est? *hinc* אי *pro* non *inualuisse.* Quadrat sic satis 1 *Sam.* 4, 21. אי כבוד *vbi gloria?* Item *Prou.* 31, 4. *Et principibus* אי שכר *vbi sicera*, vt ibid. *Cocc.* Hic tamen minus aptum, *Eripiet vbi innocentem?* pro *sontem*, nisi argutiuscule velis *omni ex parte nocentem*, de quo vlterius deliberandum. Quicquid sit אי נקי denotare *non insontem, neutiquam innocentem*, liquet ex adiecto, *Et euadet per puritatem manuum tuarum. Tuae innocentiae, tuisque manibus puris*, siue, *precibus et intercessionibus Deo gratissimis salutem ille suam dabit, atque poenam promeritam elabetur.* Omnem scrupulum leuat latior vis vocabuli נקי, quod persaepe infert *immunitatem a poena, mulcta, onere quocunque* 1 *Reg.* 15, 22. *Exod.* 21, 28. *Ier.* 15, 29. etc. Hinc reddas licet, *Eripiet neutiquam immunem* alias, *intactumque a poena futurum.* Subest quidem huic etiam sententiae *culpa*, et *noxa*, quae *poenam* attrahit, attamen commodior videtur quam altera illa, quum directe vim *intercessionis gratiosissimae* apud Deum exprimat, in depulsione plagarum, quae alias ingruiturae fuissent. Ipse *Eliphazus*, cum sociis, documento nobis sit, *precatore* enim *Iobo* indiguere, ad pacem, veniamque Numinis, impetrandam.

Vers. 1. Nihil animosius, simulque dolentius nihil, hoc capite; quod ad Refutationem vlteriorem *Eliphazi*, et Sociorum, pertexendam, praemittitur. In eo non ad

Dei

Dei Tribunal prouocat, vt ibi crimina ſibi impacta reuincere liceat; ſed cum Numine ipſo ſe congredi paratiſſimum oſtendit, ad cauſam ſuam contra Eum, vel Maieſtate ſua formidabili armatum, ſuſtinendam: nullus dubitans, quin victoriam ex illo congreſſu ſit reportaturus, quippe qui Auri inſtar ſe intus et extus purum inueniendum eſſe ſciat; nulliusque ſibi transgreſſionis ſit conſcius. Dolet interim acerbiſſime, ſibi aditum ad Dei ipſius ſolium penitus denegatum, ac praecluſum: et Numen abſolutiſſimo potius imperio aduerſus miſerrimum eius cultorem agere, quam iure; vt proinde vbi ſit, quidue conſilii ſit capturus, plane neſciat; hoc vno ſe plane perculſum, attonitum, fractumque, adiiciens, quod ne *Exitium* quidem *in medio Exitio* ſibi reperire concedatur, per ſingularem Dei aduerſus Innocentiſſimum ſeueritatem, quae in Morte ipſa viuere cogebat Eum, quem horroribus Mortis vndique circumfuſum et incluſum tenebat.

vſ. 2. Vehemens, et doloris pleniſſimum, Exordium in quo conſtituendo laboratur. *Codurc.* I. non infauſta Lucina: *Etiamnum reſurgit querela mea.* Ad verbum: *Adhuc rebellio eſt querelae meae.* i. e. *nondum victa cedit, ſed* contra *reſurgit fortior.* Praeiuerat *Iarchius, Contumax eſt queſtus meus*, nihil *remittens* videlicet, ſed *magis magisque ſemet irritans*, et *incendens*, Grande, et venuſtum. Non eiusdem pretii, quod idem *Codurc.* ex *Ling. Arab.* tentat, *Querela mea mihi in litem vertitur;* ex مري *lis, controuerſia, contentio.* Minus adhuc probauerim, ad vltimum Colon, *Manus mea premit dolorem meum. Quia*, inquit, *manum dolori admouemus; vel quia in planctibus, et gemitibus, pectus manu tundimus.* Ego in *Iuuenil.* aliquid propoſui, ad mentem *Merc.* qui vertit: *Etiam hodie exaſperatio querelae meae*, quod nunc neutiquam placet; nam מְרִי ad مُرَّي *compar.* et *ſuperlat.* ab أمَرّ *Amariſſimus* reducere nimis violentum. Sed non diſplicet III. coniectura expoſita in *Opuſc. de defect.* p. 132. 133. *Etiam hodie ſtrictio*, ſtringens percuſſio, *querelae meae, querelas et lamenta extorquens.* Nempe מרה ſecundum *Originem* certiſſimam valuit, *ſtrinxit vehementius*, ſiue *renitendo*, vnde *rebellare, contumaciter reſiſtere, obſtrigillare;* ſiue *feriendo:* vnde 2 *Reg.* 14, 26. עני מרה מאד *Adflictio ſtringens valde.* Vide *de Def.* p. 128. et 125. 126. quorſum remitto, ad indolem Verbi מרה, ex collatione cum مري penitius inſpiciendam. *Ibid.* p. 133. 134. dixi in multo vſu, viuente Lingua, eſſe debuiſſe יד מורה *Manus ſtringens*, partim ſimpliciter, *ictibus conſtringens;* partim figuratius, pro *vulnere ipſo*, non *cutim*, ſed *viſcera ſtringente* et *vrente.* Hinc iam rotunde ſatis prodit, *Etiam hodie ſtrictio querelas mihi exprimens* adeſt; *et plaga mea grauis ſupra gemitum meum.* i. e. *vltra quam lamentis vllis ſignificare queo inualeſcit.* Vbi tamen vehementiſſimum illud *Pathos*, cui toto hoc capite indulget Noſter, penſito, vix poſſum, quin concedam in *num.* I. cum aculeo in Amicos reflexo, qui *querelas iuſto dolore expreſſas*, pro *argumento euidentiſſimo improbitatis contumaciſſimae* arripuerant. Ad *Eliphazi* ergo *aſperrimam* illam *cenſu-*

grauis est super gemitum meum. *vs.* 3. Quis det sciam, et inueniam Eum! irem vsque ad Tribunal Eius. *vs.* 4. In-

censuram, qua Dei contemtoribus fuerat aggregatus, ex abrupto, plenus indignationis, subsumit, *Etiam hodie contumacia*, rebellio, *querelae meae*. Grauissime dictum ex ancipiti. 1. *Etiam hodie querela mea resurgit, rebellatque* quasi, *sedari, compesciue, negans, sed magis magisque semet succendens.* 2. *Ea vobis, sat scio, nouae criminationis ansam porriget, atque pro aperta contumacia ac rebellione in Deum proscindetur.* Huic sententiae respondebit, quicquid fere ad posterius colon elegeris. Mihi praeplacet receptissimum illud, quo significat, vel *acerbissimos* suos *questus*, longe infra *acerbitatem sortis suae*. Infert inde, merito se *frena laxare infando dolori*, quamuis Amici pro *obstinata impoenitentia querelas illas* traducant. Confer *Cap.* 10, 1.

vs. 3. Omnes vno ore agnoscunt, *Iobum* ardentissimis votis optare, vt aditus sibi ad Tribunal Dei concedatur: sed circa *Adfectum*, *scopumque*, non eadem opinionum concordia. Multi I. censent, ab iniustis criminationibus *Eliphazi* prouocari ad *Diuinum iudicium*. His calculum adiecit et Clar. *Schmid. Quandoquidem nihil proficio, atque hodie quoque sermones meos rebellionis accusari video, cogor prouocare ad Deum, et coram illo causam innocentiae meae agere.* Alii II. statuunt, rediri ad *Pathos* illud, quo saepius iam vsus Noster, per quod innocentiae suae conscientia fretus, ipsum Deum ad congressum euocare, sustinuerat: et cum ipso disceptare, ad Arbitrosque venire, postulauerat. Huc *Merc.* inclinat, conferens *Cap.* 9. et 16. et 17. Id propius ad rem. Non tamen negligendum, quod III. obseruat Cl. *Cocc. Agi de Iobi voto, quod Deum quasi in iudicium vocasset; vt nunc significet, se adeo illud non damnare, vt etiam repetere audeat.* Idem intendit *Codurc.* Non dubitabis de hoc adspectu, si relegas quae *Cap.* 22, 2. 3. 4. exhibui, nam ibi *intolerandae superbiae* et *audaciae* taxatus Noster, hoc ipso nomine. Nil aptius proinde ad seriem, aestumque, disputandi, qui vlterius adhuc, vt fit, prouexit animosum sui Defensorem. Nempe *Cap.* 9, 33. 34. 35. huius *confidentiae initia* habemus: *Cap.* 13, 14. 15. 16. 18. etc. eiusdem *progressum:* in hocce autem illius *cumulum*, et *gradum supremum*, vt ad singulos versus patescet. Primum omnium ergo iterat *votum* toties *non iactum temere*, vt censebant Amici, sed, quod ipse sibi persuaserat, religiosissime factum. Id ex parte verum; atque eatenus admittimus, quod Cl. *Cocc.* Lectorem moneat, *vt propositionem Iobi accurate obseruet, et recte intelligat: ita visurum Iobum hoc.Cap. non* impatientiae, *et* murmuris, *et* blasphemiae *in Deum se alligasse*, (*vt cum iniuria S. Viri statuunt Interp.*) *sed fidei et fiduciae piae exemplum fieri.* Additur, *ipsiusque adeo patientiae, quae in ipso laudatur.* Id nimium; quum hae *prouocationes* Dei *audaciores*, *fiduciae* quidem *praeclara conscientia subnixae* argumentum praebere possint, sed *patientiae inuictae* laudem auferre non possint. Secundo ita *votum renouat*, vt illud amplificet, et intendat simul. Intensius vtique,

Instruerem ad Faciem Eius iudicium; et os meum implerem redargutionibus. *vſ.* 5. Cognoſcerem verba, *quae* reſponſurus mihi eſſet: et intelligerem, quid dicturus eſſet mihi.

vtique, quod nunc exclamet מי יתן *Quis dabit, O vtinam*, ידעתי *ſcire poſſem, et inuenirem eum*, i. e. *vbi eum inuenirem.* Cl. *Cler.* ait, *Neceſſario ſupplendum* איה הוא *vbi ille: quae etiam oſtendant praeceſſiſſe* ידו *manus eius: non* ידי *manus mea: alioquin nomen* Dei *hic exprimeretur.* Neutrum in ſolido. Nomen *Dei* hic omiſſum, arguit ardentiſſimum *Pathos.* Iſtam abſentiam facile penſabat תכונתו *ſolium Eius*, vel vt alii, *ſedes eius*, aut *ſtatio.* Solide annotatum a *Merc.* תכונה eſſe *Auguſtum* et *magnificum* quid, quo deſignetur *ſolium* Numinis *Iuri reddundo aptatum.* Id alias מכון. Cl. *Cocc.* paulo ſubtilius תכונה exponit *Locum in quo Deus promtus paratusque eſt ad audiendum; et vbi ſui copiam facit.* Genuinus ſenſus percipietur ex formula ſolenni הכין למשפט כסאו *aptauit, firmauit, apparauit, apparatu debito inſtruxit, ad Iudicium, ſolium ſuum.* Hoc omne ſub vocabulo תכונה comprenſum crediderim: vt nunc oſtendat *Iobus*, ſe non poſtulare amplius, vt *Maieſtatem* ſuam *ſeponat* Deus, in congreſſum deſcendens cum mortali, ſed ſe vel ad Tribunal eius ſupremum adſcendere, et penetrare, paratum, ſi modo aditus ei aperiatur. Hoc per עד *vsque ad* expreſſum. In verbo אמצאנו item magna Emphaſis, qualis in Latino *deprendere eum, qui ſe ſubducit*, et *conſpici* negat. Infinita magnitudo doloris, et acerbiſſima Amicorum irritatio, *Adfectum humanum* huc vsque impellere facile potuit; non dixerim citra peccatum, et exceſſum; ſed citra vllam notam *contumaciae* in Deum; multo minus *blaſphemiae.* Hoc in praegreſſis illis prouocationibus ſaepiuſcule inſinuatum, repetere nil attinet.

vſ. 4. Eodem ardore adiectum, אערכה *inſtruerem* velut in acie, לפניו *ante Faciem* eius, *ſub oculisque* illis *ſole lucidioribus*, משפט *iudicium*, plane vt *Cap.* 13, 18. Signantiſſime, *Os meum implerem argumentationibus.* Id fecerat *Cap.* 13, 23. 24. 25. etc. quin imo in omnibus ſuis ſermonibus ad Deum directis. Maiora ergo moliens, cum *euictione bonae cauſae, reuictionem Dei* complexus fuiſſe videtur. Huc tendit formula *implerem os*, quo et *multitudo demonſtrationum;* et eorum *vis*, ac *acies;* et *fiducia victoriae obtinendae* conſignatur.

vſ. 5. Ardentiſſime quoque enunciatum, *cognoſcerem ſermones, quos reſponderet mihi* etc. q. d. Nunc quidem nihil, quamcumque in partem me conuertero, reperire poſſum, quod mihi, *Cauſae* meae *Iuſtitiam* demonſtranti, reponeret Numen Sanctiſſimum, ad *iniuſtitiae* me *conuincendum*, efficiendumque, me *meritiſſimas ſcelerum poenas pendere.* Verba *Cognoſcerem*, et *intelligerem* calidius elata, ex Idiotiſmo, pro, *vt nunc diſcupio cognoſcere*, et *intelligere quid mihi reſponderi poſſet, ita miror, quid tunc tandem cauſae aduerſus me proferretur, ob quam adeo ſaeuum, et infeſtum, experiar Deum, quem*

ſcio

mihi. *vſ. 6.* Num multitudine roboris ſui contendet mecum? Dummodo non *hoſtilem* Ipſe impetum faciat in me. *vſ. 7.*

ſcio me ſinceriſſime et coluiſſe, et etiamnum colere, intimisque ſenſibus venerari. Interim non vltra *ſcopum* haec ſunt tendenda, qui eſt, *nec inuenire ſe cauſam, cur vt nocentiſſimus mortalium ſaeuiſſimis Poenarum exemplis plectatur: et certum ſe eſſe, nullam ne a Deo quidem Cordium renumque ſcrutatore fore producendam.* Dices *nimium* eſſe; ſed attende; et non eſſe concedes. Reſpondiſſet Deus, *placuit mihi fideliſſimum iuſtiſſimumque mei cultorem Extraordinariis, immeritisque, plagis, adfligere, vt auro nitidior ex fornace rediret: Vnicumque inuictae Fidei Exemplum ſeculis proſtaret.* Recte vero; ſed hoc ipſum *Iuſtitiae Coronam Iobo impoſuiſſet*, atque *iniuſtitiae* et *improbitatis criminationes omnes depuliſſet*, quas ſolas grauiſſima hac contentione a ſe depulſas, et refutatas, voluit: de cetero, *abſoluto* Dei *dominio in creaturas* nihil detrahens: prout ipſe hanc vnicam cauſam ſuarum adflictionum indicabit *vſ.* 13. 14. huius *Cap.*

vſ. 6. Non omittendum quod R. *Salom.* adfert, per tranſpoſitionem לא ישים בי אך הריב של חוכחת פשעיי ולא תשומת עלילות *Merc.* ita reddit, *Non poneret in me niſi contentionem, praeuaricationem meam, ſed non eorum cauſam:* q. d. *crimina proponeret, ſed non probaret.* Obſcurius: nec ſatis ad mentem *Iarchii*, quae haec; *non imponat mihi*, ſi Ei lubeat contendere mecum, *aliud quicquam, quam quod criminum arguar, et conuincar; ſed ipſe mihi ſcelera non impingat; quae nulla feci.* Clare hunc ſenſum expreſſit ad *Cap* 34, 23. vbi ſic refutari putat hoc ipſum ab *Elihu. Nam non imponet ſuper quemquam amplius* quam fecit; *quum eundum eſt ad Deum in iudicium.* De eo infra. Mihi ante quam hanc explicationem *Iarchii* accuratius in ipſo fonte expenderem, non abſimile quid in mente verſabatur, quod iam proponam. Nempe לא אך ſimpliciſſime videtur capi pro אך לא *Tantummodo non*, quod et *Kimch.* obſeruat, quamuis aliter calculos ſuos ponat. Iam vero אך הוא לא ישים בי ſonat *Tantummodo ipſe non imponat in me.* Non *iniiciat* mihi *ſarcinam. Non oneret me criminationibus conquiſitis, prout vos facitis.* Iſtum *Adfectum*, nimis profecto turbatum, licet ex puriſſimae conſcientiae fonte proſiluerit, ſupra vidimus *Cap.* 14, 15. 16. 17. ac proinde eundem hic rebullire, nil mirum. Redeundum praeterea ad vehementiſſimum illud *Pathos* quod *Cap.* 13, 14. 15. habuimus. Haec duo in vnum nunc conflata, talem fundunt ſenſum: *An pro multitudine Roboris diſceptabit mecum?* faciat. *Tantummodo ne mihi imponat quicquam* praeter id quod feci. Caue *blaſphemum* dicas; eoue nomine territus reſilias. Vehementiora multa legimus, et dolori immenſo donauimus. Vbi ſemel illuc progreſſus fuerat Noſter, vt *cum Deo ſe congredi optare* teſtaretur, *ad innocentiam ſuam euincendam, vel contra ipſum Deum;* huc quoque cautelae neceſſario deuenire debuit, *non aliud ſibi imputandum, et obiiciendum, quam quod reuera commiſerat.* Inde ad conſequen-

vſ. 7. Ibi *quippe* Rectus diſceptationem ſuſciperet cum ipſo: et euaderem in purum putum a iudice meo. *vſ.* 8. Ecce antror-

tias ire, Ergo *Iobus Deum iniuſtitiae ſuſpectum* facit, eſt otio ſuo abuti, et Cauillatorem agere in iis, quae ne rigorem literae quidem, nedum ſequelas, patiuntur. En tamen aliud adhuc paulo mollius, et genio Linguae aeque congruum; *placetne Ei pro multitudine Roboris ſui mecum contendere?* Faciat ſane. Non detrecto congreſſum. *Tantummodo ne hoſtiliter inuadat me;* vt nunc facit, *me telis ſuis configens, in procella conterens; in offenſaculum ſibi proponens; Omnemque plagarum ſuarum vehementiam in me laxans.* Iſtam vim verbo שום vindicaui ad *Cap.* 1, 8. Habes idem plane quod poſtulatum, *Cap.* 13, 21. *Manum tuam a me remoue* etc. ac proinde in hoc ipſo pedem figamus.

vſ. 7. Admirabilis celſitudo animi, ſub pondere calamitatum, et criminationum iniquarum, ſeſe erigentis, inſtar palmae. Eam non attigit I. *Vulgat. Proponat aequitatem contra me; et perueniet ad victoriam iudicium meum.* Ad hanc Lectionem contra *Hebraizantes* defendendam, nimia mira commentus eſt *de Pined. vſ.* praec. finem cum priori huius parte confundens. Caſtigauit eum propterea *Bolduc.* profiteri auſus, *Hebraizantes non minus inepte ſaepe a nonnullis, quam nimis moroſe carpi; quum in Hebr. ſit: Ibi rectus litigans cum eo; et liberarer in perpetuum a iudicante me.* Idem agnoſcunt *Vauaſſ.* et *Coburc.* qui poſterior fontem quoque erroris detexit, ex שָׁם *poſuit*, pro שָׁם *ibi*; יְשָׁר *aequitas*, pro יָשָׁר *rectus*; נֹכַח *coram*, pro נוכח *litigans*. עִמִּי *mecum*, pro עִמּוֹ; et מִשְׁפָּטִי *iudicium meum* pro מִשְׁפָּטִי *a iudice meo*. Cl. *Cocc* II. *Idcirco Recti cum ipſo agunt; et cauſam omnino obtinerem a iudicante me.* Multa hic diſcuſſit Magn. Interp. digna lectu, in quae non excurro. Dicam vno verbo שם *Ibi* nimis languidum pro *igitur*, hoc nexu, *Quia Deus non contendit* cum hominibus *pro amplitudine virium, ſed animum advertit iis.* Omnino *ibi* refertur ad תכונתו *ſtationem*, et *ſedem Maieſtatis.* Ait quidem, *hoc a re et ſenſu alienius;* ſed nobis *res* et *ſeries* nihil aliud admittere poſſe videtur; vnde et reliquis Interpretibus hac in parte nulla nobiscum diſſenſio: quum vel *Locum* illum, vel ſaltem *contentionem* ibi *inſtitutam* deſignari Omnes ſtatuant. Dubitari quoque par non eſt, quin ישר ſit ipſe *Iobus*, non autem *quivis Rectus.* Genus loquendi ſublime, et *Tragicis* proprium, ac quaſi domeſticum, illuſtraui ad *Cap.* 13, 16. vbi ſimiliter de ſe in 3. Noſtet. Connexio cuiuis aperta, ſecundum id, quod *vſ.* praec. praeſtructum: *Voletne pro magnitudine virium mecum contendere?* Haud detrecto; *dummodo non hoſtis in me*, ſed *aequus index procedat. Agnoſcet ipſe*, Virum *probum*, *Rectumque* eſſe *Eum*, *qui cum ipſo in diſceptationem deſcendet; atque Ego a Iudice meo Liber*, immuniſque malorum, *abibo.* Ad נוכח porro teneatur, eſſe vel ſimplicius, *Commiſſus in diſceptationem cum altero*; vt *Eſai.* 1, 18. נוכחה *Diſceptemus inter nos:* et grandiore ſpiritu, *ſolidis argumentis demonſtratus iuſtus;* et *victor declaratus*, vt *Iob.* 13, 3. 15.

antrorsum vado, sed non adest; et retrorsum, sed non percipio Eum. *vs.* 9. Ad sinistram, vt agam cum Eo, nec cerno;

13, 3. 15. Sic Ellipsis subeuit, *ibi rectus, demonstraret sese* talem *cum eo;* vel *argueretur, talisque esse euinceretur.* Ad אפלטה obseruo, *Pihel*, secundum genium Linguae, non *transitiue* tantum sumi, vnde multi *Liberarem me*, vel *animam meam*, vel quod *Cocc.* placuit *causam meam, iudicium meum:* sed etiam *intransitiue*, vnde alii, *Liberarer*, *Liber abirem.* Id mollius, teretiusque. לנצח *In perpetuum, in aeternum*, non male a *Vulgat.* conuersum, *in victoriam;* secundum illud *Esai.* 25. *Absorbsit mortem* לנצח *in victoriam* εἰς νῖκος. Cl. *Cocc.* maluit *Omnino, ab initio ad finem*, ἐνδελεχῶς. Haec eodem recident, si *Originem* inspicias; quae est *in purum putum.* Signata vox in *Iudiciis*, vt *Hab.* 1, 4. *Non exit in purum putum Iudicium.* Idem in *probationibus*, *Iob.* 34, 36. *Exploretur Iobus in purum putum.* Plura ibidem reperies.. Pro *a iudice meo* Cl. *Schmid.* maluit, *a Iudicante me.* Praeiuerat *Cocc. Vertimus* a iudicante me, *quia causam non tantum* a iudice, *sed etiam* ab Aduersario *quouis se obtenturum sperat. Iudicat enim et pars aduersa suo modo.* Iungit ergo *Deum*, et *Amicos.* At *Schmid. Nos putamus* Deum *plane hic non intelligi; sed iudicem praeposterum, sinistrum, iniquum, cuiusmodi erant Amici Iobi, contra quos etiam prouocatur ad Deum, Deique iudicium.* Nobis nulla hic *appellatio ab hominibus ad Deum;* sed ipsius *Dei prouocatio*, et quidem non apud *tertium iudicem*, quo *Merc.* deflexit, verum vel *ad ipsius Tribunal sanctissimum iustissimumque; vnde non dubitat Noster, quin victor bonae causae sit redituרus, si modo Deus personam Iudicis* erga se retineat, et non *Aduersarium, hostemque* agat. Sentis pondus vocabuli משפטי *A iudice meo.* Grauis haud dubie excessus, quo tamen hominem Sanctissimum abripi siuit Deus, vt tanto luculentius nobis de *Sanctitate vitae Eius extraordinaria*, et ferme *Angelica;* nec non de *inuicta* sub ictibus grauissimis *constantia* et *magnanimitate* constaret: quae, vt modo dicebam, instar palmae aduersus onera consurgens, a plagis ipsis vires animosque sumsit.

vs. 8. Pathetica amplificatio Voti *vs.* 3. concepti: qua ostenditur flagrantissimum desiderium Dei adeundi; simulque innuitur Deum veluti subterfugere congressum, sua se Maiestate inuisibili, et luce inaccessa, occultando. Plane acquiesco in nexu *Merc.* quod *quantumuis omnibus votis expetat Deum inuenire; Deus tamen nusquam sui copiam faciat, nec facturus esse videatur;* quorsum tendunt *Iun.* et *Trem.* Huc concedunt *Vatabl. Coderc. Vauass. Cler. Crinsoz. Reim.* etc. Dubites hoc adspectu malisne simpliciter *ire antrorsum, retrorsum, ad sinistram, ad dextram, omnemque in partem conuerti:* an figuratius, *ire ad Orientem, Occidentem, Septentriones*, et *Meridiem:* an vtrumque simul; quorsum inclinat *Merc.* me haud refragante, quum hinc longe vehementior Adfectus exoriatur, granditate et venustate Tragica insignitus.

vs. 9. *Crinsoz.* I. Ad *sinistram* si conuertar, *quamquam operetur* ibi, *non* tamen *cernam Eum:* ad *dextram se operit, nec videbo eum.* Liquidius et rotundius forte quod dabo II. *Ad sinistram* vado, *vt agam cum eo,*

cerno; operit dextram, et non video. *vſ.* 10. Nam nouit viam quae penes me eſt: explorauit me, vt aurum emicabo. *vſ.* 11. Veſtigium eius tenuit pes meus; viam eius ſeruaui, neque declinaui. *vſ.* 12. Praeceptum labiorum Eius ſane non ſepoſui;

et non cerno: operit dextram, et non video. עשה *Agere* ſenſu iudiciali, vt *Pſ.* 119, 127. Inde בעשחו *In agere Eius*, pro *in actionem cum eo.* Nihil aptius ad ſeriem. *Operit dextram* conciſe, pro *a dextra item inacceſſum ſe praebet, denſa caligine inuolutus, et coopertus.* En III. aliud argutius: *Siniſtra* Ei *quum agit,* שמאל vere *ſiniſtra*, ab *inuolutione* ſic dicta; *et non cerno: dextram operit, et non video.* Illae ſententiae, nobis nunc obſcurae, viuente Lingua ſatis lucebant; nam Radix deperdita شمل *Sinu inuoluere, cooperire*, dedit שמלה *Amictum, operimentum*, et שמלה *ſiniſtram ſinu* fere *inuolutam*, et *opertam*, quum *dextra exeri, conſpicique*, ſoleat. Sentis quid ſit *ſiniſtra* Dei *operantis vere ſiniſtra*, i. e. *cooperta;* ſimulque vides quam venuſte ſubnectatur, *dextram operit;* continuata figura; quum עטף etiam frequentetur in *veſtimentis.* Quicquid ſit, innuitur, *per ſiniſtram dextramque plagam mundi fruſtra ſe oculos circumferre, aut mente excurrere, ad Deum inueniendum, quum vbique praeſens, nuſpiam* tamen *praeſentem ſe ſiſtat,* ſed congreſſui ſemet velut ſubducat.

vſ. 10. Omnino rem acu tetigiſſe videtur R. *Salom.* cum quo ita conſtruo, et connecto, *Fruſtra Eum veſtigo. Nuſpiam eſt mihi. Quia* videlicet *ſcit me innocentem, et Auri inſtar purum: ideoque comparere non vult, ſed ſe veluti ſubducit congreſſui, vnde victor abiturus eſſem.* Hoc dolentiſſimus Adfectus, quo incenſus Noſter, et vniuerſa ſeries, poſtulant. Dubites, velitne, *Certus eſt, ſi probauerit me, vt aurum me exiturum:* an, iam ante *me probauit, auro* vbique *ſimilem repertum,* atque *vlterius reperiendum.* Res eodem redit. Poſtremum fortius.

vſ. 11. Pulcherrima phraſis *Veſtigium eius tenuit* et *firmiter apprehendit pes meus.* Duplex Emphaſis. Primo indicat, ſe *Dei praeeuntis veſtigia preſſiſſe*, ſiue *preſſo pede inſecutum eſſe.* Nempe *pietas eſt imitatio Dei*, ſecundum illud Philoſophi, ὁμοίωσις θεῷ, vt recte *Coec.* Secundo oſtendit, *ſe pedem a veſtigiis praeeuntis Dei nunquam dimouiſſe, ſed conſtanter* non minus, quam *alacriter*, et *feruide*, omnes pietatis partes impleſſe. Vtrumque continetur in, *Eſtote Sancti ſicut Ego ſanctus ſum.* [Priora verba *vſ.* ſeq. מצות שמחיו cum hoc *vſ.* coniunxit *Syrus* vertitque, *neque deſpexi verba labiorum eius.* Secutus eſt *Arabs. Vog.*]

vſ. 12. In priori membro nonnihil ſcrupuli mouet *praep.* ו, nec non verbum אמיש aliis *intranſitiuum*, aliis *tranſitiuum.* Nimis affectate I. nonnulli, *A praecepto labiorum eius neque receſſi;* quaſi ולא ita ſe poſtponi patereturur. Nec ſatis rotunde II. *Merc. Mandatum labiorum eius non ſubduco* a me, per *pleonaſmum* ו: vel, *etiam non ſubduco* a me: Commodius III. Doct. *Belg. praeceptum labiorum eius etiam non ſummoui;* quamuis ne ſic quidem ו ſat molle. Hinc IV. *Cocc. Schmid. Cler.* etc. repetere malunt שמרתי ſeruaui *praeceptum labiorum, et non rece-*

posui; prae demenso meo recondidi verba oris Eius. vs. 13. At ille Vnus; et quis auertet Eum? quod anima eius cupit, efficit.

discessi; pro quo *Iun. vt non dimouerem.* Aliquid lucis fert, Non ימוש *recedet Liber Legis* מפיך *ab ore tuo.* Inde V. darem, *praeceptum labiorum eius sane non feci recedere; non semoui* vnquam, aut *sepositi* vel ad momentum. Radix מוש magna pollet gratia; nam notiones *recedendi*, et *semouendi*, sunt secundariae, a *tergendo* ductae, quod *Zach.* 3, 9. extat. Haec *Originibus* relinquenda.

Ibid. Posterius quoque paululum morae obiicit. *De Pined.* I. frustra est, quum *Vulgati*, *Et in sinu meo abscondi verba oris eius*, conciliare conatur, cum בחקי *in statuto meo*, vel *prae statuto meo*; quasi studio sic mutarit; quum vel caeco pateat בחיקי ei obuersatum, vt et τοῖς LXX. Ingenue agnouit *Vauass.* itemque *Codurc.* qui II. exhibet, *plusquam demensum meum* etc. Post *Iun.* et *Trem.* qui habent *supra quam penum meum.* Laudauit sensum hunc *Merc.* quoque, ex *Prou.* 30, 8. ipse III. praeferens *ex statuto meo, de more meo, pro re mihi consueta et ordinaria.* Vix est vt probes. Vide ergo IV. an malis חק pro *omnibus iis quae alicui iure debentur*, qua amplitudine auctum apud *Arabes* حق, inter alia apud Cl. *Gol.* notans, *iura*, *iusta*, *quicquid alteri debetur* honoris, officii etc. *Alcor.* 51, 19. *Quorum in opibus roganti, egentque*, חק *portio debita.* Apud *Abulphar.* p. 240. اعرف له حق ولا تنقصه ولا تغتسره اقتسار العبيد *Memor sis quo patre natus sit etc.* vertit Cl. *Pocokius.* Rectius; *redde ei quod Natalibus debetur, neque cogas eum instar mancipii.* Iterum *Hist. Tam.* 352. السريس حقه *Solium ius eius; Ei iure debetur.* Hinc solennis formula قام بحقه *Exhibuit portionem ei debitam. Omnia Officia ipsi praestitit.* Sic existit eximium quid, et grande, *prae Iuribus mihi debitis asseruaui Sermones oris Eius; in thesaurumque recondidi.* Eius *iura meis mihi Iuribus priora* semper, et *antiquiora.* [Pro מחקי Syr. et Arabs מחקיו. *Vog.*]

vs. 13. והוא באחד *Et ipse in Vno*, per solennem *Arabismum*, pro *ipse Vnus*, rerum omnium *Arbiter*, et *supremus Dominus* absoluto imperio omnia regens, omniumque fata et fortunas dispensans. Laudauit *Arabismum.* Cl. *Michael.* vt quum dicitur الله بقدير *Deus in potente*, i. e. *potentissimus.* Confer *Iuuenil.* Cl. *Gol.* in *Lex.* hoc ב vocat *pleonasticum*, quamuis accuratius appellari posset *Beth intimam rei qualitatem*, et *naturam signans*, per *Emphaticam circumlocutionem*, siue *Beth Periphrasticum*; vt הוא במאמן هو بمومن *Ille in credente*, i. e. *verus fidelis.* In *Diw. Hud. Et quis e viuentibus non est in abeunte* i. e. *non abit*, siue *moritur?* Infinita talia extant apud *Arabes.* Vide *Alcor. Sur.* 2. 140. et 58, 11. et 34, 36. In Sacris *Periphrasis* haec sat frequens. *Exod.* 6, 3. *Eccl.* 7, 12. etc. Adde *Esai.* 40, 10. *Dominus Iehoua* בחזק *in potente veniet.* Adi Doct. *Hacm.* in *Praec.* p. 71. etc. Alii *in potentem* et *fortiter armatum* illum; quod fero; sed alterum praefero. Idem iudico heic loci, non spernens,

Et ipse in vnum, contra aliquem, quod *Iun.* et *Trem.* dedere, quibusque calculum adiecere Pisc. Belg. Cocc.; sed longe praeponens *in vno*, per venustissimam hanc figuram. Ei nonnihil lucis addet forte, quod in *Camuso* enotatum: *Vnus ille* אלאחד *cum Artic. nemo insignitur nisi Deus ter Opt. Max.* Nec non, quod *Gjauharius* obseruat *Alcor. Sur.* 112. قل الله احد *Dic, Deus, Vnus*; etiam sine *Articulo* venire, vt *Nomen absolutum Dei*: qui solus vocari *Vnus* queat.

Ibid. Absolutum imperium illius, qui solo Nutu, et Numine, omnia regit, obuersatum Nostro, arguit sequens Colon Languidiuscule *Cocc. Anima eius concupiscit et facit.* i. e. *Non necesse habet a quopiam veniam petere aut consilium.* Dubitari nequit, quin maiore *Adfectu* haec enunciata, in *contentione Vehementissima*, quam ad *summum* nunc *gradum peruenisse* apparet. Durius, ab altera parte, quod censet *Caluinus, Iobum animo imaginatum, Deum vti potentia inordinata, nec aliter nunc iudicare potuisse, quam Deum velle tanto impetu brachium suum exerere, vt ratio omnis et aequitas excluderetur.* Emollit tamen, subdens, *Verum est Iobum hanc blasphemiam apud se non concluisse; sed hi sunt primi immoderatarum perturbationum aestus.* Sub hac cautione, nihil est quod merito vellicetur, in hisce, et aliis, quae ad hoc Caput *Caluin.* aliique attulere, circa *absolutam Dei potentiam, qua quicquid animo collubitum* nunc *facere* dicatur. Vtique *Merc.* etiam diserte monuit, *sciendum Dei potentiam, etsi absoluta et summa sit, non tamen esse Tyrannicam, vt iniuste et mera potentia quicquam faciat. Absit. Quamquam enim iustitiae rationem non videamus, non dubitandum tamen quin in et cum summa eius potentia simul sit et summa iustitia.* Haec qui carpit, non fragili sane, sed solido dentem illidit. Mihi tamen media via commodior, tutiorque. Ne per *Adfectum* quidem, *Tyrannidis*, aut *iniustitiae*, dicam Deo scriptam admiserim ab acerrimo sui defensore; a se ipso nimium descituro, sibique ipsi aperte contradicturo. Hoc, in tanto aestu disputandi, ne tantillum quidem feciisse deprehendetur. Veram Viri mentem dabit Caput 12. praesertim *vs.* 13. 14. 16. 17. etc. quae relecta, et perpensa, vlteriore nos cura absoluent. Omnia huc redeunt, *Iustitiam viarum Dei esse obscurissimam*, atque *plane imperuiam nobis.* Intra hos fines continerem quoque hanc sententiam, *Quod anima eius cupit, facit*: et vt *Rationem nemini reddere* tenetur; ita *Ratio* quoque *Iudiciorum* eius *inaccessa* omnibus et *imperuestigabilis.*

vs. 14. *Calv.* dedit: *Id quod de me constituit ratione tum vitae, tum mortis, perficiet, prout omnia nostra in Eius manu sunt posita. Verum est Iobum hanc sententiam male applicasse; nam in primis perturbationum aestibus quasi desperabunde locutus est. Ecce scio de me actum esse. Quod de me constituit id perficietur: nihil proficiam, etiamsi respondem, aut expostulam cum Eo.* Haec dolori immenso *Iobi* sic satis congruunt. *Desperabunde* intelligas *ratione praesentis Vitae.* Non absimile quid, alio flexu, adfert *Schmid. Consummat* iuxta liberam suam voluntatem *statutum vitae meae terminum. Moriendum mihi mox erit; neque enim superuiuere possum.* Elicit istam vim ex *Cap.* 14, 5. vbi חק de *Termino fixo vitae.* Sentiens tamen Vir Doctus aliam ibi esse faciem, seriemque,

efficit. *vſ.* 14. Nam tradit ius meum: et talia multa apud ipſum *ſunt*. *vſ.* 15. Propterea a facie eius conſternor, cunctabunque, adiecit, *cum ſtatuto vitae termino hic multa includi, Omnes ſcilicet adflictiones per quas veniret.* Sic praeſtitiſſet *Caluino* ſubſcribere, *perficiet deſtinatum meum*, quod et a Doctiſſ. *Belgis*, *Anglis*, aliisque, expreſſum. Non placet etiam, poſtremum Colon ad *Iobum* ſolum ita reſtrictum, a Cl. *Schmid*. *Et his ſimilia multa ex parte ipſius inueniuntur, in quibus mecum agit, vt vult anima ipſius.* Ecquaenam? si חק cum *Morte* includat *Adflictiones?* Belgae referunt ad *ſimilia iudicia occulta, quorumque ratio nobis imperuia.* In hac Illorum interpretatione queo acquieſcere: nec tamen ſupprimere poſſum aliud adhuc, quod ex vſu vocabuli חק *vſ.* 12. reſultat: *Nam ipſe tradit id quod mihi debetur: meum ius fruſtrans et dedens.* Naturam locutionis pauculis illuſtraſſe operae pretium erit. In *Hamaſa* extat

Si ius debitum petitis, concedimus
ius ſuum roganti,
Et quidem Lorica in ſarcinis, gladio in vaginam recondito.

In *Diw. Hud.* ان كنت مظلوما يرد اليك حقك *ſi oppreſſus fueris, reſtituetur tibi ius debitum.* Hinc formula אשלם חקה أسلم حقّه *dedidit ius eius.* i. e. *eum non defendit, ſed hoſtibus tradidit vexandum.* Eſt *Metaphora* deſumta a *deditione*, quam verbo أسلم et השלים ineſſe oſtendi ad *Cap.* 5, 21. Iam *dedere* apud *Latinos* eleganter pro *tradere in poteſtatem alterius ad vexationem* et *cruciatum*, quod et *donare*, *condonare*, eſt *Ciceroni*: oppoſitum τῷ *defendere*. Vide *Graeu.* pro *Flac. Cap.* 11. et pro *Cluent. Cap.* 69. Idem apud *Arabes* obtinuit ſub أسلم, vnde per خذل etiam exponitur, quod eſt *prodere*, et *ceſſare a defendendo*. In *Hamaſa* iterum.

Non dedunt clientem, donec calceus pedi detrahatur,

per Mortem. Ad haec *Tebriz. Laudat eos quod clientes ſtrenue defendere ſoleant.* Ad illam rationem השלים חקי valet, *dedidit ius meum, meque vexandum, lacerandum, conculcandum condonauit, omni cura, et tutela mei abiecta, haud ſecus ac ſi nocentiſſimus eſſem omnium mortalium.* Dubites num *Hebraeis* השלים quoque ſic venerit; ſed cogita a *deditione* procliuem huc eſſe gradum: quin penſita, an non vis haec vnice quadret *Pſ.* 7, 5. *Si retribui* שלמי *dedenti me malum!* Nil magni alias dicet *Pſaltes*, ſi non *Hoſtiliter ſe dedentem* et *perſequentem*, *a ſe* tamen *e malis ereptum dicat.* Synonyma ergo שלמי et צררי *Deditor* et *Hoſtis meus*. Hinc rotundiſſima exiſtit complexio. *Sed ille vnus*, abſolutiſſimus rerum Arbiter; *et quis auertet Eum* etc.? *Nam tradit ius meum*, atque *optimam* meam *cauſam* negligit non tantum, ſed abiicit; atque innocentiſſimum omnibus plagis exponit, vexandumque dedit. *Hariri Conſ.* 14. *Male habeat vos Adflictio mea, quae me dedidit moerori.* Talis *deditionis*, qua *Sanctiſſimorum Virorum Iura* i. e. *Dignationes proculcandae donantur.* Illuſtria ſpecimina percenſuit Noſter *Cap.* 12, 17. et ſeq.

ctabundus haereo, et pauesco ab illo. *vs.* 16. Quin Deus molle reddidit cor meum; et omnipotens externauit me. *vs.* 17.

quorsum oculos reflectens, adiecit; *Et Talia multa cum ipso.* Illuc redeatur, ad vim huius *Coli* perspiciendam.

vs. 15. Cl. *Cocc.* *Quoties cogito de ipso, expauesco, angor me esse in corpore; et non abiisse in latebras sepulcri* etc. Recte. Non aeque, quod additur, *Haec est* δειλία et φόβος *veterum:* nam *Iobus* talis *pauoris expers* antea vixit; atque in eum nunc, Extraordinariis hisce plagis, inextricabiliter implicitum sese, stupet simul doletque. Praeclare *Belgae* nostri hanc *periodum* ad finem vsque extendunt, et exponunt de *consternatione ex Dei absoluta potentia, profundissima sapientia, et rigore formidolosissimo*, Cl. *Schmid.* mollius fore credidit, *Expauescere ad liberam Dei voluntatem, et occultas dispositiones in gubernandis humanis.* Haec tamen eodem recidere nemo non sentit. Selectis verbis vsus Noster, ad pectoris concussi curas et anxietates depingendas. אבהל *consternatus agor, vix mei compos.* אפחד *pauesco,* ὀῤῥωδῶν ita perculsus vt sudor ὄῤῥον *occupet.* Medium אתבונן seriem nonnihil turbat. Plerique, *dum considero Eum*, vel, *vias Eius;* vel זאת *rem istam*, siue *Libertatem Dei in gubernatione hominum*, vt *Schmid.* Malebat *Cocc. Conspicio et paueo ab ipso.* Nemo neget rotundius fore, si et hoc verbum ad *stuporem mentis attonitae* possit reuocari. Id tentaui in *Iuuenil.* ex vsu singulari quo *Arabes* بيّن et تبيّن *considerare*, adhibent pro *cunctari, morari.* Iam vero *Cunctari*, et *haerere* quasi, inter duo verba *pauoris* rite locatum. Sit ergo אתבונן *cogitabundus haereo*, et *quid statuam de me*, aut *quo me vertam, plane nescio.* Confer quae infra ad *Cap.* 30, 20. dabuntur.

vs. 16. Non placet *Iun.* *Quia Deus emolliit cor meum* etc. Rectius *Merc.* *Et* sane *Deus molliuit* et *colliquefecit cor meum, idque adflictionibus velut consumsit.* Nonnulli *Mollitiem cordis*, detorsere ad *patientiam* et *submissionem*, ex vsu phraseos 2 *Reg.* 22, 19. Id plane extra oleas. *Consternationem*, et *infractionem animi* infert haec formula *Deut.* 20, 3. et *Leu.* 26, 36. siue a generali notione *mollis, debilisque*, quam et *Arabes* sub רכך رك agnoscunt; siue potius a speciali illa, quae sub deriuato رُكّي ab ارّك conspicitur, *cito liquescens* adeps. *Gjauh. In prouerbio quod dicitur, Adeps mollissimus*, vel, mollissimae carnis, *forma foem. superlatiua, id quadrat in eum qui te non iuuat in necessitatibus.* Hinc graui et venusta imagine, *Deus colliquescere fecit cor meum, ad instar cerae;* quod in *summa consternatione* aliud prouerbium frequentat. Possis adhuc arctiore nexu, *Quin Deus emolliuit* liquefactum *Cor meum, et omnipotens externauit me*, mentis impotem. *Quia non excisus sum* etc.

vs. 17. Adblanditur conatus *Drusii:* *Quia a tanta mole tenebrarum nec dum sum excisus:* et quia *a facie mea texit caliginem*, siue *Mortem*, quae et σκότος ac γνόφος absolute. *Grotius* huc calculum confert; *Deus mihi mortem inuidet*, pro explicatione subiungens. Grandis et *Tragicus sensus*, quo nihil sibi aeque formidolosum innuit, quam *quod*

Mors

vſ. 17. Quod non exciſus ſim a facie tenebrarum; quodque a conſpectu meo contexerit ipſam caliginem.

CAPVT XXIV.

Verſ. 1. Quare ab Omnipotente non ſunt recondita *in poenam ſtata* tempora; et noſcentes|Eum non vident dies

Mors ſibi in media Morte negetur; et quum *omni momento cruciatibus diriſſimis enecetur, quod tamen Necem necdum ſubierit: quin ne ſubire quidem permittatur, potentiſſima manu retentus in vita; et forte, atrocioribus adhuc plagis reſeruatus.* Perpende interim an malis, *Quod non ſim exciſus a facie tenebrarum* tantarum; *quum faciem meam inuoluerit caligo.* Ita אפל eſſet in caſu recto; ſignans *profundiſſimam caliginem calamitatum, quas faciem ſuam obruiſſe et obuoluiſſe* dicat, abſque vlla ſpe emergendi. Obſtat, quod כסה potius regat *accuſatiuum*, vt *Pſ.* 69, 8. כסתה כלמה פניני *obnubit ignominia faciem noſtram*; non מפניני *a facie noſtra.* Nil procliuius itaque quam vt כסה ad Deum referatur, atque non ſine acumine, et ὀξυμώρῳ, *Caliginem Mortis*, quae faciem totam tegebat, *a facie tamen ſua tectam, opertam, velatam, praecluſamque eſſe*, dolentiſſime ſignificet; *in ipſa morte viuere* quodammodo *coactum ſeſe* ſtupens ſimul horrensque.

Verſ. 1. De capitis huius *Argumento* paucula praemittenda. Non digeſtum ſatis, I. quod *de Pined.* exhibet, *Iobum ſuam de prouidentia fidem oſtendere, quae ſaepe in hac vita permittens impios impune viuere, certam tamen ſupplicii horam, et articulum temporis opportunum, obſeruet.* Rectius *Vauaſſ.* II. *Toto hoc Capite vnum illud agit Iobus, vt ſententiam Amicorum refellat, doceatque perditos ac conſceleratos homines plerumque tuto, ac ſine vlla noxia, in ſuis ſceleribus verſari; quorum deinceps praecipua deſcribit.* Conſimiliter *Codurc.* veriſſime ſubmonens *hoc Caput maximis difficultatibus ſcatere; nec eſſe aliud, in quo enarrando magis haereatur.* Praeiuit *Merc.* intra *querelas de impunitate improborum* ſubſiſtens, preſſius III. *Cocc.* cenſet *obſcuritatem iudiciorum Dei obiici Eliphazo: eamque probari*, partim *ex peccatis publicis et vſitatis vſ.* 2-12. partim *ex ſceleribus clandeſtinis vſ.* 13-24. Ad haec duo *Analyſis* ſubtili filo pertexta; quae ad ſingulos *vſ.* quantum neceſſe, tangenda erit. Ad num. I. accedit IV. Cl. *Schmid.* concipiens quandam velut *Apologiam prouidentiae circa infelicitatem piorum, impiorumque felicitatem vſ.* 2-12. *in qua nihil abſurdi ſit vſ.* 12. *Quod Noſter probatum eat*, primo, *ex Lumine naturae, vnde pateat haec Deo diſplicere vſ.* 13-17. Secundo, *ex Experientia, quae doceat, quod Deus ſaepe grauiſſime puniat improbos; magis puniturus in altero ſeculo vſ.* 18-24. Sequuntur fere Cl. *Mich.* et *Reim.* quae quidem in ſe *pia*, *Iobi* tamen *perſonae*, vel potius *Adfectui* eius *commotiori* minus apta; qui omnino requirit, vt contentio animoſiſſima capitis XXI. continuetur; atque *ſcelera apertiſſima, ſimulque atrociſſima*

ciſſima impunita plerumque *abire in hoc ſeculo*, euincatur.

Ibid. Senſus eſt: *Quare ab Omnipotente non ſunt recondita* in theſaurum *tempora; et noſcentes Eum non vident dies Eius?* עתים et ימים vt *Synonyma* in malum, de *iudiciis inſignioribus Eſai.* 13, 22. *Eſech.* 30, 3. Adde *Eccl.* 9, 11. 12. *Eſech.* 22, 3. vbi עת eſt *tempus idoneum poenae*, ſiue *maturitas ad ſupplicium*. Similiter יום pro *die poenae extantioris*, paſſim. מדוע *Quare*, ſic retinebit vim ſuam peruagatiſſimam in *admiratione*, et *indignatione*; a qua pleraeque explicationes deflexere. Vide *Iob.* 18, 3 et 3, 12. et 33, 13. et 21, 7. *Quare impii viuunt? etc.* Pariliter hic, *Quare a Deo non ſunt repoſita tempora* certa, ſtata, matura, improbis puniendis? *et* quare *Eum cognoſcentes, obſeruantes, ac Colentes, vt Numen Sanctiſſimum, non vident dies eius?* Non diſplicet quod Cl. *Cocc.* haec oppoſita cenſeat *Eliphazo*, qui dixerat *pios* iudicia Dei *videre, et laetari Cap.* 22. Non item, quod addat, *Noſtrum non negare pios vlla impiorum ſupplicia videre: ſed hoc velle; 1. omnia omnium iudicia non ſpectari ab iis. 2. Iudicium Dei integrum, in quo ſolidum praemium reddatur pietati, et impietas pro eo ac digna eſt, vindicetur, minime apparere. Talia* videlicet *Iudicia mereri* demum *vt appellentur* Dies Domini; *prout quae magna ſolennitate fiunt, et plane abſoluteque pertractantur, certis fixisque diebus agi ſolent. Increpationes autem iſtas, quae fiunt aliquando in hac vita ſubito, et plerumque obſcure, non videri* dies Domini *appellandos*. Haec expoſitioni noſtrae firmandae ſubſeruiunt vnice; quam auctiorem habebis, ſi mecum ſtatuas alluſum ad *Dies publicos*, et *ſtata tempora Iudiciorum*, ac *poenarum*, in *Rebus publicis*, in quibus *Iuſtitia viget, floretque*. Tales *dies ſtatos, ſceleribusque publicis, publice velut puniendis, a Moderatore ſupremo rerum humanarum deſtinatos*, vellet Noſter, *ne impune graſſarentur flagitia illa*, quorum longum mox texit catalogum; *neue ad ea ſaepiſſime conniueret, quin otioſus ſederet ſpectator is, qui vindicem acerrimum agere deberet omnis iniuſtitiae, vt iuſtitia bene ordinato in orbe ſola regnaret.* Sentis nil opportunius hoc Exordio ſtomachoſo, ad materiam in quam denuo plenioribus velis inuehi moliebatur Noſter: *Quare nulla* certa, et ſtata, *tempora, repoſita ſunt* ab Omnipotente, iudiciis hoc in ſeculo exercendis? *et* quare *vix ac ne vix quidem notabiles* aliquos dies vindictae Diuinae *cernere licet veris* Numinis *Cultoribus?* Qui propius quid, pleniusque ad ſeriem, attulerit, palmam me plaudente ferat.

vſ. 2. Incipit Catalogus grauiſſimorum ſcelerum, in Orbe erecta ceruice graſſantium. Plurimi *Improbos* hic eſſe ſupplendos putarunt, nec, vt ego quidem exiſtimo, immerito. At fateor tamen mihi nunc *improborum* nomen de induſtria ſuppreſſum videri, et generaliter dictum potius, *Terminos mouent*, imperſon. pro *Termini moueri ſolent*, *paſſim* in orbe *terminos moueri videmus, greges abigi* etc. *absque vt Deus ad vindictam euigilet* etc. Nexum hunc V. tenuit *Merc.* ad *ſummam flagitiorum impunitatem comprobandam* haec ſubtexi ſtatuens. Circa phraſes locuples cum primis *de Pined.* ad quem remitto. *Merc.* rectiſſime *paſcere gregem raptum* retulerat ad *impudentiam* et *vim manifeſtam*, qua *abactum pecus palam ob oculos omnium ſine vllo metu habetur.* Cl. *Schmid.* plus dicere volens, minus forte

dies Eius? *vſ.* 2. Terminos mouent, gregem rapiunt, et paſcunt. *vſ.* 3. Aſinum pupillorum abigunt; pignus capiunt bouem viduae. *vſ.* 4. Depellunt pauperes de via: ſimul

forte dat, *poſſidere et paſcere feliciter nemine prohibente* ac *puniente*.

vſ. 3. Leuis quaeſtiuncula, ſitne חמור *Aſinus*, itemque שור *bos*, *collectiue* nunc ſumendus, vt *Mercero* placuit, aliisque; an *ſingulariter*, quod *de Pined. Cocc.* etc. maluere ad maiorem *Emphaſin*, quatenus *pupilli* et *viduae*, non habent *aſinos*, et *boues*. Cl. *Schmid.* iſtam *vim ſingularem* nimis quaeſitam autumat, *quia inde conſequeretur pluribus pupillis, vnum tantum dari aſſellum, quod parum probabile*. Sed quis non facile intelligat, in phraſi *Aſinum abigere pupillorum*, ita *vnum* deſignari vt cuique *ſuus* aſſignetur; quem *ſolum* ei res anguſta domi reliquum fecerat. Creſcit hinc *inhumanitas* et *violentia*. Similis ratio *Bouis viduarum in pignus capti*; vbi *ſingularis* notio plane neceſſaria. Vide et *Caluin*.

vſ. 4. Noua ſpecies *importunitatis*. Decem explicationes percenſet *de Pined.* alias *literales*, *figuratas* alias. *Figuratae* huc redeunt. 1. agi de *prauo exemplo*, quo *potentiores trahant pauperes*. Vel et 2. *infirmos iudicio; eos a via iuſtitiae ſeducendo*. Aut 3. de *oppreſſione eorundem, qua cogantur pauperes in querimonias de prouidentia*, etc. *ſe coniicere*. Confer *Codurc*. Aut 4. de *iniuſtitia*, qua *viam iuris* et *iuſtitiae ſubuertant, pauperibus calumnia circumuentis*. Aut 5. de *iniquitate*, qua *viam, vitam, conſilia, deſideria, inſtituta omnia* inopum iidem *euertant*, ac *peſſumdent*. Confer Doct. *Reim.* Inter *Literales* maxime ad rem facit, agi 1. de *ſuperbia inſolente*. 2. de *graſſatione per inſidias*, ad *pauperes, ſecure gradientes in via publica, intercipiendos inexpectato*. 3. de *immanitate* Diuitum, *ob quam non audeant* pauperes *in publicis viis conſpici, ne praedae et iniuriae pateant; ſed ſeſe in latebras abdere cogantur*. Id eodem fere redit. Apud *Iun.* et *Trem.* idem extat; atque praeſtruitur explicationi *vſ.* 5. 6. *Abdunt ſe pauperes in loca abſtruſiſſima, quia ab improbis vt mancipia nexa trahuntur, et rapiuntur, ad operas eorum, vt duobus vſ. ſeq. exponitur*. Appoſiriſſime ad ſeriem. Vberius tamen *Belg.* coniungunt *ſuperbiam, iniuriam*, et *violentiam, qua in pauperes ſaeuire* dicantur *hi importuni, e medio propterea aufugere compulſos*. Non abſimilis formula *Amos.* 2, 7. דרך עניים יטו *Viam manſuetorum faciunt deflectere*. Ea varie iterum exponitur. Germanus ſenſus videtur adferre *Terrorem, oppreſſionem*, et *importunam violentiam, qua manſueti, humiles, Deique reuerentes, vexantur, atque e medio aufugere* coguntur. In noſtro contextu quoque exaratum עֲנִיֵּי, quod pro עֲנִיִּי poſitum cenſuit *Maſora;* vnde recentiores verſiones occuparunt, *pauperes terrae*. At LXX. et *Symm.* πραεῖς γῆς; *Manſueti terrae:* item *Vulgat.* nec non *Syr.* et *Arabs;* cum quibus pauci e Noſtris, עֲנָוֵי ab iis lectum, a nobisque legendum, ſancientes. Quid Veteres legerint non diſputo; ſed nobis עֲנִיֵּי vt veſtigium antiquitatis retinendum,

simul occultantur inopes terrae. *vs.* 5. Ecce onagri in deserto, exeunt in opus suum mane surgentes ad praedam: solitu-

nendum, pro *Mansuetis*, a עֲנִי idem cum עָנָי, unde in *plur.* per *Dag. Euphon.* עֲנִיִּים ἀναλογῶς, vt ab altera forma עֲנָיִים. Ceterum non de *Mendicabulis male tractatis* sermo est; non etiam de *pauperibus* stricte sic dictis; sed de *gente piorum*, quorum notus in sacris Character hicce, siue *mansuetos* reddere placeat, siue *inopes*, *debiles*, *adflictos*.

vs. 5. Cl. *Cocc.* I. per *Onagros* designari putat *operarios*, quorum *mercedes fraudatas ab improbis*, quatuor versuum ambitus comprendat. *Hi pauperes vagi*, *exeuntes* בפעלם *operae*; *locandae causa*, *si forte habeant* טרף *cibum* (*nam haec iniquitas minor illa quae vs.* 11.) *at pueris tamen suis nil lucrantur*, *vt illis vel panem dare possint*; *sed dimittendi illi in campos incultos*, *vt herbas*, *radices*, *siluestres fructus legant*. Laudat *Iunium* δυόψηφον, et contra vulgarem opinionem vrguet quoque, *Onagros ab indomita libertate*, *et indocilitate*, nec non *victu aerumnoso*, sed *innocente*, *nouisse S. scripturam*, *non* autem *a saeuitia*, et *immanitate*. Vocabula *desertum* et *solitudo* trahit ad *pessimum morem*, *quo quicquid frugiferum*, *in potestate diuitum*, *ita vt pauperibus nihil relictum sit in cibum nisi nudus lapis*. Cl. *Schmid.* II. etiam *onagros exeuntes ad opus* exponit *homines pauperes*, *agrestes*, *laboribus duris assuetos*, *ex agrisque viuentes*: sed postremum colon ad *Improbos* refert, *qui mane surgentes ad praedam*, hosce *miseros operarios opprimere* et *concussionibus vexare* dicantur, atque ita *desertum habere panem sibi suisque*, quatenus *etiam desertícolas cogant sibi soluere tantum tributi*, *vt familiae improbae panis inde sufficiatur*. Postremum habet nescio quid diluti; atque in totum coactissima partitio membrorum huius versiculi. Rotundius est, quod Cl *Reim* III. haec ad *amplificationem miseriae pauperum* pertinere censeat, *qui a creditoribus suis fortunis sedibusque expulsi*, *cogantur in deserta spes opesque suas transferre*, *atque ritu Onagrorum solis in locis diuagari*, *vna cum paruulis suis*, *ad victum sibi ex herbis radicibusque vulsis comparandum*. Hoc ei est *diluculo surgere ad praedam*, non stricte, sed late, *ad escam*, ex vsu noto Vocis טרף *Ps.* III, 5. *Prou.* 31, 15. *Mal.* 3, 10. Idem quoque intentum autumat formula, *Exire ad opus suum*, *vnicum* vitae tolerandae *subsidium*. Similia fere habet *Bolduc.* IV. sic commentans. *Ipsi pauperes hic dicuntur Onagri in Eremo*, *eo quod a potentioribus*, *tyrannisque*, *exactionibus onerati*, *coguntur non solum a via*, i. e. *conuersatione declinare*, *sed etiam domum relinquere*, *et sicut onagri multitudinem hominum fugere*, *vt in solitudine securius morentur*. Ei *Exire ad opus suum*, simplicius *laborem manuum* signat, *quotidiano victui parando*. Reliqua conueniunt; nisi quod nimis argute tentet sub שחר לטרף *Nigrescere ad victum*; pro *tam misere victitare vt facies nigredinem contrahat*. Sepono item quod in *Iuuen.* protuli ex *Arabia*, vbi شَحَرَ est *rudere*, verbo ad sonum ipsum expresso; quamuis et ibi indica-

solitudo ei cibus, puerisque. *vs.* 6. In agro pabulum eius demetunt; et vineam improbi vindemiant. *vs.* 7. Nudi pernoctant sine veste; et non est tegumentum in frigore. *vs.* 8. Ab inundatione montium madefiunt, et quia nuspiam recedicaram, me receptam notionem retinere malle; sed alterum illud in *Iobo* forte ferri posse. Non inuenustum quidem esset *Rudere ad escam;* ast tutius, et plenius, *mane surgere ad escam.* Quid ex hisce expositionibus proxime scopum contingat, ad *vs.* seq. patescet. Finio in loco *Ecclesiastic. Cap.* 13, 19. κυνηγία λεόντων ὄναγροι ἐν ἐρήμῳ, οὕτως νομαὶ πλουσίων πτωχοί, *Venatio Leonum Onagri in deserto; sic praedae,* siue *pastiones, Diuitum sunt pauperes.* Liquet, in prouerbium abiisse *Onagros in deserto*, pro *pauperibus praedae expositis;* atque *Diuites Raptores* comparari, non cum *Onagris*, sed cum *Leonibus Onagros venantibus.*

vs. 6. Adblanditur explicatio Cl. *Cocc.* qui post *Iun.* existimat *pauperes* induci *messores* agri improborum, *vindemiatoresque vineae eorum*, ἀμιδὲ καὶ ἀσιτί vt LXX. habent. *Merc.* id *forsan non reiiciendum* censuit. Arrisit Doct. *Belgis*, qui quamuis *vs.* praec. ad *improbos* retulissent, hic tamen *Iunio*, vt et *Piscatori*, calculum adiecere. At expendi tamen velim, an non *vexatores miserorum* introducantur, *Onagris pastum* suum *inuidentes.* Iste *pastus*, illudue *pabulum*, recte בליל appellatur, coll. *Cap.* 6, 5. Hoc *demetunt*, et *Onagris pastum suum surripiunt* potentes; quum *tenuissimae fortunae homines concutiunt, et exsugunt.* Eodem pertinere suspicor alteram formulam, *Vineam vindemiant*, vel et *racemant*, cui aliquid prouerbiale subesse colligere est ex *Esai.* 3, 14. *Vos depasti estis vineam; rapina pauperis in aedibus vestris.* Imago desumta est a *feris in vineam irruentibus, eamque euastantibus.* An *Ecclesia* ibi figuretur, an *Respublica*, vnde *seges aurea* tractantibus, an vtrumque, non disputo: sed tantum ex illo loco non male confici putem, *depastionem vineae* prouerbialiter fuisse vsurpatam in *concussionibus, vexationibusque apertis.* Hoc adspectu, quocunque tandem pacto לקש exponatur, *vineam vindemiare*, vel *racemare*, erit *concussiones apertas exercere.* רשע autem non incommode designare posset *vexatum*, *miseriis exagitatum*, vt *Cap.* 3, 17. vidimus. Si tamen רשע *collectiue* hic adhibitum contendas pro *importunis vexatoribus*, non est quod magnopere refragemur. Hinc et hinc est quod mentem dubiam trahat; atque rem aliorum iudicio relinquere iubeat. Obuersatur mihi prouerbialis formula, *Racemare vineam improbi*, pro, *extremam violentiam in concussionibus improbis exercere.* [בליל *Gr. Alex.* et *Vulg.* vt duo vocabula בלי לו *non suum. Vog.*]

vs. 7. Optime *Cocc. Schmid. Reim.* vocabulo ערום *collectiue* sumto, et ad *pauperes oppressos* relato, *Nudi pernoctant*, *absque veste;* vel potius; *eo quod nulla illis vestis reliqua* Confer *Exod.* 22, 26. 27. Addere mihi liceat, luculenter illustrari imaginem *vs.* 6. et in ערום reflecti ad פראים *Onagros* et נערים *Lalisiones;* vt et hac in parte hi *vexatissimi* mortales *Asinis Syluestribus* com-

comparandi veniant, quod *Nudi sub diuo pernoctent; nihilque tegumenti ipsis sit relictum, ad iniurias aëris defendendas.*

vs. 8. *Merc.* hic concipit *pauperes a Diuitibus pulsos, qui in montes profugi, illic, quod veste careant, nudi sese exponere cogantur aquis quae a montibus decurrunt* etc. Sed recte *Schmid. Quid vestis prodest aduersus inundationem aquarum, quum et ipsa madefiat?* Rectissime quoque haec pertinere censet *ad locum habitationis horum pauperum, qui comparati fuerant Onagris in deserto; vbi viuant obnoxii inundationibus montium, vnde aquae niuales et pluuiales decurrant.* Addit alia adhuc, quae melius omisisset: inter quae et *Allegoricus* ille *conspectus*, quo *inundatio montium* designaret *violentissimam oppressionem impiorum, qui instar montium magni et potentes sint; qua oppressione pauperes illi cogantur confugere ad Rupes potius,* i. e. *immanissimos populos, vt misericordiam et salutem apud ipsos inueniant.* Olim talia licebant; quum sola litera contentis esse non licebat. Fateor זרם *violentiam* et *oppressionem* pingere *Esai.* 25. 4. vbi et *vs.* 5. זרים vulgo *plur.* a זר, posset esse *sing.* a זרם, in hunc sensum, *tanquam aestu in siccitate tumultum torrentis deprimes:* vt *Esai.* 1, 7. כמהפכת זרים *tanquam euersio Torrentis de monte praeceps acti.* Attamen contextum nostrum *de aquis torrentibus* agere, ad literam sumendis, *deque sedibus miserorum*, qui tanquam *Onagri in desertis*, omnibus *coeli solique iniurii expositi* viuunt, paucula ex scriniis *Arabum* depromta docebunt. Epicedium in *Hamasa*,

Vir cuius propinquus in colle habitabat,
At habitant propinqui post mortem eius in valle torrentibus exposita.

Ad ea *Taurizius: Figurate collem, et conuallem torrentibus obnoxiam, ad illustrem et vilem conditionem transtulit:* q. d. *Eum antea habitasse super terra editiore excipiendis hospitibus, ad eum conuenientibus; at post mortem eius propinquos habitasse in depresso terrae loco; vtpote ad paupertatem redactos, nec amplius habentes, quo hospites excipiant. In collibus autem non habitant, nisi strenui, et nobiles; vt in vallibus tantum degunt ignobiles, et pauperes. Locus editus Nesjwa dictus, quod torrentem effugiat, qui eum insederit. Ait Poëta.*

Ego sum Horaithis filius Zaidel-Chayl.
Finditur a mea domo torrens subito emergens.

Innuit se parum curare Fortunae aduersa. Similia produxi ad *Harir. Conf.* 3. p. 144. vnde discas duplicem ob rationem *Nobiles Diuitesque Arabes in collibus fere residere;* primam, *vt a torrentibus tuti sint;* secundam, *vt ignis procul reluceat, et hospites alliciat de nocte.* Iterum *Harir. Conf.* 13.

Et sedes mea post collem facta est conuallis depressior.

I. e. *Ex opulento inops euasi.* Denique, ne longior sim, *Hamasa*

Et depellit a me ignominiam, quod liberalis sim:
Quodque mansio mea sit collis editus.

Elegantissime dictum, *a fluxu torrente montium madescunt*, quatenus

receptus, amplexantur rupem. *vſ.* 9. Rapiunt ab vbere pupillum; et *quod* ſuper inopem pignerantur. *vſ.* 10. Nu-

nus videlicet *inundationibus perpetuis obnoxii ſunt;* non ſine *periculo* ſaepe *vitae;* quorſum ſpectat vltimum Colon, quo indicatur, *refugium ab aquis torrentibus nullum relictum* hiſce calamitoſis, quam *rupes duriſſimas, hominibus* tamen ipſis *humaniores*, quas *amplexari* debeant velut, ſiue, ad *tempus*, donec *impetus* ille *torrentium* tranſierit; ſiue *in totum, antra*, et *cauernas, inhabitare* coacti.

vſ. 9. Ad alia ſcelera pergitur; vel vt Cl. *Schmid.* mauult, reditur ad *diuitum violentias.* Cl. *Cocc. vſ.* 9. 10. 11. enotari cenſet *immiſericordiam crudelem*, 1. *in auferendo* a. *indebito*, *Rapiunt ex calamitate pupilli* b. *debito; inopem*, vel, *quod eſt ſuper inopem pignerantur. Nudos faciunt ire ſine veſte: et famelicos* quod *attinet, auferunt manipulum.* 2. *In non reddendo debito. Vſ.* 11. et 3. *in non largiendo ſuperfluo ad vitam pauperum ſeruandam. vſ.* 12. Haec ſubtiliuſcule diſtincta. In priori membro I. ſecutus eſt *Nachmanidem*, cui *ex vaſtitate pupilli rapere*, eſt, *pupillo eripere exiguum id, quod ei e bonis paternis antea direptis ſupereſſe poterat.* Similiter Doct. *Tigur. Rapiunt pupillo, quod poſt Vaſtationem relictum fuerat.* Paulo aliter *Vulgat. Vim fecerunt depraedantes pupillos.* Ita משר valeret potius *prae vaſtitate*, vel *violentia.* Id praelatum a Doct. *Crinſoz.* Commodior ratio II. eorum, quibus שד eſt *mamma*, vt *Eſai.* 60, 16. et c. 66, 11. non ex *Rabbinica* illa *argutia*, quaſi *Vber* eſſet *id vnde viuebant pupilli*, prout *vber glebae* dicitur *figurate:* non etiam, *inde a mamma pupillum;* in quo parum ponderis: ſed ſimpliciter, *ab vbere materno rapiunt pupillum.* Hoc *Merc.* cum quo plerique ſtant, ſic exponit, *Ab vberibus matrum eos abripiunt, matribus in duram ſeruitutem adactis; aut alio aliquo modo mammam illis ante tempus eripiunt.* At *Schmid pignoris loco raptum a mamma paruulum et inſeruitutem datum*, mallet; arctiore nexu cum ſeq. membro. Item iam in mentem venerat *Bolducio*, qui *Eſai.* 10, 2. de eadem hac *violentia Exactorum* et *Foeneratorum* explicuit. Adde Doct. *Cler.* et *Reim.* huc concedentes, quibus lubens ſubſcripſerim.

Ibid. Aliquantulum ſcrupuli in ſtructura poſter. membri. *Vulgat.* I. *Et Vulgum pauperem ſpoliauerunt.* Aliquid arguti captatum in על. *Merc.* II. *ſuper pauperem pignus capiunt;* eo ſenſu quo *Tigurin. Cum iniuria humilium pignus accipiunt.* Eodem redit *Schmidii, ſuper pauperem pignus imponunt*, quodcunque tandem illud ſit. Preſſius III. *Bolduc.* ſupplet *pupillum, qui* dicatur *in pignus capi ſuper pauperem, vt, ni redimatur, mancupio ſit.* In his omnibus על importat *debitum*, et *obligationem.* Dicere non auſim, conſtructionem iſtam a genio Linguae abhorrere: quum tamen alibi *accuſat.* regat חבל, praeferendum cenſeo IV. quod *R. Leui* attulit מה שעל עני והוא לבושו *id quod eſt ſupra pauperem veſtimentum eius.* Secuti *Vatabl. Iun. Belg. Guſſ.* ſub *rad.* חבל,

Nudum ire faciunt ſine veſtimento; et famelici portant manipulum. *vſ.* 11. Inter pedamenta eorum meridiantur, lacus calcant,

Reim. etc. Crebra haec *particula* in *veſtitu. Ioſ.* 9, 5. 1 *Chron.* 15, 27. et c. 18, 7. *Deut.* 8, 4. et c. 22, 5. et c. 29, 4. *Rut.* 3, 3. 15. *Ellipſis* non abſimilis *Deut.* 7, 25. vbi עליהם pro אשר עליהם *quod ſuper illis, quo tecti ſunt.* Apud *Arabes* علي percrebuit in eundem vſum. *Hiſt. Tam.* p. 99. *Et traxerunt eum, prout canes trahuntur, et quicquid ſuper eum veſtium dilacerarunt.* Adde *Abulphar.* 205. 290. 291. 334. *Hiſt. Sar.* p. 197. etc. *Hariri Conſ.* 4. *Donec notaui Abazeydum et filium eius confabulantes;* وعليهما بردان رثان *et quidem veſtitos laceris veſtibus.*

vſ. 10. Ad *diuites oppreſſores* haec referunt *Merc. Iun. Belg. Cocc. Schmid. Cler. Crinſoz.* etc. הלכו accipientes tranſit: *ire faciunt, cogunt* etc. cum aliqua tamen differentia, circa ſtructuram, et nexum. *Merc.* enim hic *diurnas veſtes* miſeris *ereptas* cogitat, vt paulo ante *nocturnas.* Alterum ſic ſupplet; *Et famelici* ſunt, qui *geſtarant manipulum, comportarantque ſibi, vnde vitam ſuſtentarent.* At *Iun. Nudum ire cogunt absque veſtitu; et famelicos* qui *portant manipulos.* i. e. *Vacuos remittunt operarios absque mercede et alimento ſuo.* Similiter fere *Grot.* Subtilius *Schmid. veſtem quoque pro pignore eripiunt* debitori inopi; *quin famelici* illi *portant manipulum ſuum* diu expectatum creditori, ad debita ſoluenda, vel pignora redimenda. Liberiuſcule *Crinſoz. Exſpoliant illum qui non habet quo tegat ſe; et eripitur enectis fame etiam vltimus manipulus.* Idemne voluit *Cocc.?* extrema dans, *Et famelicos* quod attinet, *auferunt manipulum.* Eodem certe exit illud *Cler. Et eſurientibus manipulum rapiunt.* Totam ſeriem ſic extulit *Vulg. Nudis et incedentibus absque veſtitu, et eſurientibus tulerunt ſpicas.* Nempe הלך in *Pih.* eſt *intranſitiuum.* Cl. *Reim.* vrget *iſtam vim*, atque ita connectit cum praeced. *vſ. Tunc incedunt nudi* et *ſine veſte; et famelici* inſuper debent *inferre* in horrea *manipulos* diuitis improbi tempore meſſis. Reuera הִלֵּךְ viginti, et vltra, locis ſic venit. Id retinuerim, pro *diſcurſare, vltro citroque ire,* quod proprie *famulorum* eſt in ampla familia. Sic ſenſus foret, *debitores* illos *in ſeruitutem* tandem *redactos* a *Creditoribus, nudos diſcurſitare, ſeruilia opera obeundo; et ne in domo quidem diuitis Heri habere quo membra tegant:* prout *famelicum* quoque *ventrem explere* ipſis negatur, tum quum maxime indigent ſtomachi fultura ruentis, *baiulandis manipulis defeſſi.* Poſſes et de *auaritia* ac *ſaeuitia* improborum diuitum *in ſeruitia ſua* generatim contextum huncce explicare, ſiue *tranſitiuam* ſiue *intranſitiuam* verbi poteſtatem ſequare.

vſ. 11. Cl. *Cler.* et *Reim.* ita vertunt, et ſupplent, *intra muros eorum oleum exprimunt,* nec eo vtuntur; *calcant torcularia, et ſitiunt.* Quaſi notaretur *illiberalitas diuitum, qui dure et ſordide ſe gerunt erga mercenarios,* et *operas, quibus vtuntur.* Notionem minus certam

tam τοῦ הצהיר, ex *Arab.* صهر *Liquauit* satis adfirmari quoque censuit *Cler.* vt יצהר *oleum* inde dictum quasi *Liquamen* monuerunt Doct. *Hott.* et *Crom.* Ad eam rationem dici posset, *sordidam auaritiam Diuitum erga familiam propriam*, perstringi; secundum seriem *vs. praec.* indicatam. Huc vocat בין שורותם *intra parietes eorum*, quod ne ipsos *domesticos* quidem *iniuriae* et *oppressioni* exemtos insinuare videtur. Incudi reddendum, quod in *Iuuenil.* tentaui post *Vulgat.* qui habet, *Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui torcularibus calcatis sitiunt.* Respexit ad צהרים *Meridies;* vnde הצהיר *Meridiari* rite deduci frustra negaretur; quum *Arabes* diserte اظهر istoc vsu donatum doceant, quod *Gjauhario* est *Meridie iter, vel aliud aliquod opus, fecit.* Est etiam اظهر *meridiem attigit, ad meridiem peruenit*, in illo *Diw. Hud.*

Obscurauitque diem meum Mors eius *quum iam meridiem tangerem.*

En aliud adhuc arcanum Linguae, ex *Camuso Forma* צהירה *denotat ipsum meridiei punctum quasi, siue* ἀκμὴν, *praesertim in aestate; indeque* אצהררו *notat ingressi sunt illam horam.* Non valde felicem interim operam Interpreti suo nauauit *de Pined.* ad nescio quae friuola delapsus, quasi ipsi *diuites Raptores meridiari* dicerentur *et diem diffindere somno, post lasciuas epulas et comessationes* etc. quum genuinus ei adspectus prae manibus esset, vt *egeni meridiari* dicantur *inter aceruos frugum*, i. e. *ad meridiem vsque laborare;* vel *a laborando non interspirare; sed medii diei aestum pati debere, siti arentes, et defecti.* Ita in animadu. primis locum hunc explicandum suspicabar; iam autem video *Bolducio* idem in mentem fuisse, cui *meridiari* est *stare, morari in loco aperto sine vllo vmbraculo, tempore aestus meridiei:* itemque *Vauassori*, qui *verbum Meridiandi facere* ait *ad exaggerandam immanitatem eorum, qui in summo aestu nihil laticis adspergunt sitibundis illis.* Non abludit hinc alter vsus verbi صهر *ardore laesit* sol: vnde *Vir Doct.* apud Cl. *Mich.* ad h. l. promsit, *dolorem capitis a sole patiuntur.* Quid iam praeferendum sit, *Oleum facere*, ex יצהר, an *meridiari* ex צהרים? non definio: quemadmodum et in medio relictum malim, *murosne* notet nunc vox שורות, an *ordines, seriesue, olearum*, vel *vitium*, in *agris.* Clar. *Guss.* sub שור, vrguet *Muros*, censens describi *mancipia operi rustico in carcere, et quasi in ergastulo, addicta:* addensque, *nescio cur exponatur ordines.* Dicam. Quia *Ergastulis* illis, vel et *parietibus murisue aedium* in genere, parum loci credebatur. Cl. *Schmid.* satis sicce, *Mercero* se opponens, *Credimus*, inquid, *oleum inter muros, inter quos torcularia, seu praela, erant, expressum esse.* Alii aeque sicce dicerent, *non credimus:* quin rationem adderent, *in illis fere regionibus* vt *areas*, ita *torcularia sub diuo fuisse, mediis in vineis.* Sic credere iubet *Esai.* 5, 2. etc. *De maceriis*, quibus *vineae septae* cogitari forte posset. Apud *Arabes* سور שור est *murus vrbis;* sed سورة שורה *strues, seriesue lapidum*

calcant, et sitiunt. *vs.* 12. Eo quod vindicta nulla sit, homines gemunt; et anima caedi permissorum quiritatur: at

dum in muro, quasi *murationem* dicas. Eodem spectat glossa *Gjauharii*, السورة كل منزلة في البناء Cl. *Gol.* dedit, *mansio structa, excelsumue eius opus*; sed rectius dederis, *omnis structura quae exaedificatur*, vel *omnis strues in aedificatione quacumque*. Inde *Alcorani Surae*, siue *Suratae* nomen traxerunt, quasi *structurae, et series capitum*. Ad *series pergulatas vitium* etc. translata fuisse haec duo vocabula שור et שורה verisimillimum ex iis quae Doctiss. noster *Hackm.* eleganter exposuit in *Praecid. Sacr.* p. 59. 60. 62. ad *Gen.* 49, 22. et *Ier.* 5, 10. vbi שרות ita *muros* signat, vt simul alludatur ad *pergulatas series vinearum*.

vs. 12. Intricatus locus: cuius nec prima pars clara; et postrema multo obscurissima. Primam, quae claudit Catalogum hactenus contextum, sic vertit I. *Vulgat. De ciuitatibus fecerunt gemere Viros, et anima vulneratorum clamauit.* Ad haec *de Pined. Non in agro solum grassata est potentum iniuria, sed etiam in ipsis vrbibus, et media hominum frequentia* etc. Paria dabit *Vauass.* Cl. *Cocc.* II. primum et secundum membrum applicuit ad *miseros oppressos*, ita continuans, *pauperes vel istis modis fraudati, vel crudeliter neglecti, quotidie quasi emoriuntur, et diutino agone luctantur, ita gementes, et singultim anhelantes, vt qui iam animam exhalaturi sint: denique etiam exanimantur, fame, moerore, incommodis, enecti. Idque fit* ab vrbe, *vt scias nullos esse vindices in populo, et populum ipsum istiusmodi peccatorum reum. Iobus* nempe *hic ea scelera accusat, quae in loco iudicii, et Iustitiae, regnant.* Hoc adspectu מעיר *ex vrbe*, esset *e media ciuitate, in talem oppressionem conspirante*, vel *ad eandem conniuente;* quorsum etiam *Mercerum* collineasse vidimus. Cl. *Schmid.* mallet III. *oppressionem toti ciuitati incumbentem saepe:* ita seriem struens, *ex vrbe tota homines gemunt, inter quos maxime confossi clamant, nam et eo sceleris progrediuntur oppressores, vt homines confodiant.* Non absimiliter Doct. *Crinsoz. In vrbibus homines ingemiscunt* sub mille oppressionibus; *animae laetaliter sauciae vociferationes in coelum submittunt.* Eodem tendit *Codurc. Clamor omnium oritur ob illatas iniurias.* Non possum quin reponam IV. quod in *Iuuen.* tentatum ad lucem *Arabici* غـار med. *je*, cuius 3. *signif.* apud *Gol.* est, *Expiauit caesum, praetii mulctaeue solutione:* et עיר غِيْر itemque עירה غِيْرَة *piamentum caedis, piaculum. Mulcta.* Inde dabam, *propter piaculum homines ingemiscunt*, ad Deum, *et anima trucidatorum clamat vindictam.* Addebam, quod tamen minus necessarium, מתים reddi posse, *Occisi;* vt sit, *Clamant ob piaculum caesorum.* Posses et *ob piaculum gemunt caesi*, quod cum seq. membro sat belle consisteret. Sed מתים pro *Hominibus* non libenter dimitto; et V. proponam, quod plenius arbitror. *Quia piaculum nullum, homines ingemiscunt*, etc. *Eo quod vindi-*

vindicta nulla ipsis contingat, nec a parte hominum, nec a parte Dei. Significationi isti plus forte tribuetur, si eius *Originem* ostendero a עור *vigilare*, *excitatum esse*, vnde speciatim, *Zelare*, *Zelotem agere* et *Vindicem*, quod et غار, vt monui supra *Cap.* 8, 6 Non ergo *peregrina*, sed *domestica* potestas haec censenda. Dubitari certe nequit, si quis Veteris Linguae opes sibi repraesentet, quin forma עיר a עור latiorem tenuerit ditionem. *Ier.* 15, 8. והפלתי עליה עיר ובהלות Cl. *Cocc. immisi in eam vigilias et consternationes.* Ego in *Animadversionibus philol.* conabar *turbationem mentis*, quae et غرس; sed quid si *vindictam Diuinitus exigendam* intelligamus?

Ibid. Ante vero, quam aliquid de hisce constituatur, illustranda pars extrema, quam ita verto: *Et Deus non curat sputationem* i. e. *acerbissimas* illas *querelas*, quibus *tyrannice oppressi coelum fatigant.* Quam apposite illud תפלה hic locatum sit, senties, si relegere non graueris, quae ad *Cap.* 1, 22. exposui; ac praesertim ea quae sub finem; ex prouerbiali formula; *Oppressum pectus non potest quin screet.* Adhuc vehementius quid habebis si reddi concedas, *At Deus pro Nihilo habet Sputationem*, miserorum. לא השים τὸ μηδὲν τιθέναι; *pro Nihilo ducere*, ea fere forma qua infra vs. 25. huius *Cap.* recurret השים לאל *ponere in Nihilum*, pro *efficere vt Nihili sint.* Quodcunque sequare, habes aliquid, quo nil cumulatius concipi potest, ad *Iobi Pathos*; quippe qui insinuet hac phrasi, Deum non tantum *surdum* esse ad *querelas* illas *acerbissimas*, sed eas veluti *deridere*, et *ventis tradere auferendas*, tanquam *verba Nihili*; aut *futiles* quasdam *naenias*, quae attentionem nullam mereantur. Haec ita ad locum obscurissimum examini publico traduntur, vt mollius, meliusque, me recipere paratissimum profitear, si ex conatibus forte nostris lucidior alicui sententia adfulserit.

Ibid. Necdum omnia in vado Ambigitur an חללים *Vulnerati, confossi, exanimati*, proprie an improprie intelligendi sint. Plerisque I. proprie placent *tyrannice caesi*, quorum *anima* i. e. *sanguis fusus clamet vindictam*, etiam *post mortem* vt *Gen.* 4, 10. *Merc.* praestare censet vt *de viuentibus adhuc*, sed *letaliter sauciis, accipiatur, quorum eiulatus* et *moestae voces* audiantur. Neutra expositio facilis ad connexionem, saltem si, quod omnes facere video, cum *praeced.* haec copulentur pro clausula. Hoc ansam dedit aliis II. improprie interpretandi חללים de *tyrannice oppressis*, iisdem nempe illis, de quibus actum. Illuc *Bold.* tendit, ex vi ipsa vocis *profanus* id eliciens. *Cocc.* quotidie *emorientes* eosdem *miseros*, et *animam velut exhalantes*, intendit. Eodem collineat *versio Eleg. Crinsoz.* Praeferrem, si omnino cum *praeced.* haecce cohaereant. Ex origine חללים sunt *profanati ad* omnem *iniuriam rapinam, vexationem, caedem, et in praedam auibus*, quod dicitur, *proiecti.* Grandi sic figura insignitum esset hocce vocabulum, iis applicitum, qui per saeuam tyrannidem vexantur, raptanturque, et quorum *sanguis* velut *viuis videntibusque* quotidie *hauritur.* Ita נפש *anima* haberet simul vim *sanguinis profusi* et *vindictam poscentis.* Verba נאק et שוע in hanc *figuram* decentissime concinunt. Prius signat *gemitum animam agen-*

at Deus non curat ſputationem *querulorum*. *vſ.* 13. Ipſi *ſunt* in rebellantes lucis; non agnoſcunt vias Eius: neque ſedent

tis, *Eſech* 30, 24. ſiue *ſonitum gutturis praefocati*. Poſterius *implorationem opis*, ſiue *Quiritationem*, formula ſolenni השע *relaxa guttur ſuffocatum*. Succinit iſti imagini et חפלה *ſcreatio; qua pectus oppreſſum aliquid leuamenti quaerit*. In eundem ſenſum מעיר *Eo quod nulla ſit vindicta*, vnice quadrat. Nihil tamen obſtare videtur III. quominus ad ſequentia potius haec referantur; vt ad grauiora adhuc ſcelera nunc pergatur, atque vexationibus Tyrannicis attexantur *Homicidia*, *Adulteria* etc. aliaque *opera tenebrarum*, ad quae Deus conniueat; lentusque ſedeat ſpectator. Sic omnia proprietatem ſuam obtinere poſſent; et iam מעיר *ex vrbe* aliquanto commodius locatum eſſet; tranſitu velut facto ad flagitia, in magnis etiam Ciuitatibus graſſantia: quin totas Ciuitates opprimentia; ita vt communis omnium quiritatio in Coelum conſurgat. Ecce aliud IV. quod omnem rudentem concutienti occurrit. *Deut.* 2, 34. עיר מתים *ciuitas Virorum*, eſt, *cum ſuis ſibi Viris* aut *incolis*, *vniuerſa*. Confer *Eſai.* 3, 25. vbi מתים *quicquid virorum in ciuitate* amplectitur. Certe Cl. *Mich.* per legem accentuum vertit, *Ex vrbe hominum gemunt* homines. Rectius forte, quin erectius, *Ob vrbem* quoque *vniuerſam cum ſuis Ciuibus ſuſpirant* miſeri oppreſſi etc. Vt *totae Ciuitates in vexationem* proborum, aliaque ſcelera patranda, *conſpirare* dicantur. Sic חללים iterum vel proprie, vel improprie, ſumas licet, pro iis qui *Caedi*, *raptationi*, *violentiae*, *iniuriae publicae*, ſunt *expoſiti*: et quidem *mediis in vrbibus*, vnde *metu Legum vis omnis exulare deberet*. Sequentia hunc adſpectum ferme requirunt; certe commendant: rem tamen in medio relictam hactenus, atque vlteriori examini commiſſam, malim. [*Gr. Alex.* pro מתים legiſſe videtur ומבתים et pro חללים, עוללים; *Syrus* autem cum *Arabe*, pro יינאקו, יינקו. Nulla harum nouarum lectionum adblanditur. *Vog.*]

vſ. 13. Moleſtior hic ſurgit rerum moles, miris nos vndis implicitura ad finem vſque huius capitis. *Merc.* I. cenſet *nouum velut initium ſumi*, *nouumque texi catalogum vitiorum*: cui hoc in *vſ. in ſumma* praeſtruatur, *improbos lucem odiſſe*, *et hominum conſpectum*, *quin Dei ac hominum iudicium horrere* etc. *latrocinia*, *furta*, *adulteria ſua occultare ſtudentes* etc. Omnia ad literam explicat; et 1. quidem *rebelles lucis* vocari putat *Lucifugas* hoſce, quod *ſolem*, *diemque*, velut *oderint*, *lucique bellum indixerint eam vitantes*, *quum bene nati homines eam amant et quaerant*. Similiter 2. *non agnoſcere vias eius* ſcilicet *lucis*; et 3. *non agere in ſemitis eius*, i. e. *in viis lucidis*, vbi *videri*, *notari*, et *maleficia patrantes deprendi poſſint*. Subiungit, *eſſe qui* figurate *per lucem intelligant Deum*, *vel Legem eius*: *Alios* autem *lumen rationis a Deo nobis inditum*: ſed *ſequentia ſatis oſtendere ipſam mundi lucem* i. e. *ſolis*, et *diei*, *intelligi*; et *ſimul Dei hominumque aſpectum et iudicium*. *Codurc.* II. in eo laudandus mihi eſſe videtur, quod *Rebellionem lucis* et *proprie* et *improprie* poſitam cenſeat; tum de *luce aſpectabili ſolis*; tum de *luce animorum* et *Lege Dei*;

Dei; nimis promto calamo addens, *quae Chaldaeis* אוריתא a *luce*. Nempe אוריתא, vt חוריתא, a ירה. Sed haec non huius loci. Vtrumque istum conspectum omnes tenere debuissent, nihil enim III. plenius, vberius, illustrius, geminata hac protestate. Demonstremus. 1. *Illi in rebellantibus lucis; vel, inter rebellantes.* Prius ex *Arabismo* signatius, de quo ad *Cap.* 23, 13. *Merentur hice homines appellari Lucifugae, Rebelles luci; tum quod solem et diem naturalem horreant velut, Noctis filii, Opera tenebrarum patrantes: tum quod Lucem rationis, et religionis fugiant, auersentur, hostili odio prosequantur, et, quantum in se est, extinguant* Mira ratiocinatio Clar. *Schmidii* improbantis sententiam *Merceri*, de *luce diurna, et conspectu iudicioque Dei ac hominum*, hoc argumento, *quod contra lucem solis ac diei proprie non detur rebellio. Ergo*, inquit, *exponere cogimur*, vitant et oderunt lucem non sine rebellione; *Aduersus quid vero rebellant? Aduersus conscientiam, a lumine rationis, quin et reuelationis, informatam; quae inculcat ipsis, vt ea faciant, quae a luce non abhorreant: contra quod conscientiae dictamen illi rebelles fiunt; patrando scelera cum lucis fuga.* Scilicet Vir Doctiss. non sensit se *vtramque lucem* et *externam* illam *diei*, et *internam veritatis*, vel nolentem sequi: prout *Merc.* de *solo lumine diei* agi statuens, nonnihil ad *internum* quoque *lumen conscientiae*, *pudorem* hominum, *metum* Dei *incutientis*, deflexit. Par ratio *Caluini*, qui *lucem diei* sic intellexit, vt inde effici nunc censeat, *improbos semet eo ipso condemnare; nec tamen a Deo quantum quidem oculus noster animaduertere possit, condemnari.* Contra *Iun. Belg.* etc. *vs.* 16. et 17. non possunt non *lucem diurnam* quoque admittere. Colligo itaque denuo, *geminam* loci *faciem* ab omnibus fuisse tenendam; prout, plus, minusue, etiam retenta fuit. Saltem *Schmidius.* 2. *Non nouerunt vias eius*, cum *Mercero* iam de *luce diurna* exponere non dubitauit, negans *commodum esse, saltum facere, et adfixum ad* Deum, *ex vs. praec. referre.* Verum: nec tamen par erat, vt iam de *sola luce diurna* cogitaret, quum *non agnoscere vias Lucis* hic valeat et *diem refugere*, et *lucem veritatis ac honestatis formidare, atque odisse.* Id clarissime elucet ex 3. *Neque sederunt in semitis eius*; vel verius, *in regiis eius viis.* Id *Mercero*, *vias fugere*, *et loca, vbi videri possint* etc. citra *figuram.* Ad *figuram* nonnihil inclinat *Cocceius; ibi esse vbi facta videri, iudicari, aestimari possint* etc. Item *Schmidius*, cui *viae* et *semitae Lucis*, sunt *Actiones et Negotia Lucem non fugientia; in quibus* sedere, sit, *cum assiduitate versari.* Addit, *sedere in semitis lucis* vix de *propria sessione* intelligi posse. Vt granditatem dicti, sane quam eximii, expleamus, teneatur: *Non sedere in viis lucis*, a. *Non versari in luce diei; non prodire in publicum*, vt homines honesti, sed *in noctem et tenebras se abdere cum vespertilionibus*, et *auibus Lucifugis*, ad quas hic allusum veri simillimum est. b. *Non ad honestas* vel *stationes*, vel *actiones*, in *Republ. accedere.* c. *Regias vias virtutis*, *pietatis*, et *religionis*, *auersari* etc. neque *cum iis vel minimum colere velle commercii.* Locus *ex Ancipiti* completissimus. Ad cohaerentiam porro omnia forte expeditiora erunt, si valeat IV. expositio, *vs.* praeced. data, atque ad עיר מחים *totius ciuitatis Viros* nostrum המה referatur; de quo deliberandum.

vs. 14. Clara verba, obscuritate tamen

sedent in regiis eius viis. *vs.* 14. Ad lucem surgit Latro vt occidat inopem et egenum: et de nocte est vt fur. *vs.* 15. Et oculus adulteri obseruat crepusculum, dicendo; non tamen non carent. Turbat primo לאור *ad Lucem:* dein *sicut fur noctu.* לאור hic valere arbitror *in pleno die* vt *Iob.* 12, 22. *Mich.* 7, 9. etc. et יקום יקטל videntur connexa, *vt sit; surgit occidit*, vel *stat occidit*, pro *inuadit ad occidendum.* Verto itaque *Ad lucem stat Homicida, Occiditque inopem et egenum: et* tamen *in nocte* est *sicut fur.* Ὀξύμωρον. *Medio in die nocturnis velut tenebris se inuoluere callet Latro, ex insidiis* videlicet *inuadens*, atque *nemora opaca sectans, vt inde praetereuntes consectetur.* Ita *noctem* veluti facit sibi, aliisque, *in pleno die;* et *furta* exercet *latrociniorum suorum.* Tale quid hic requiri sensit *Merc.* ita scribens, *Etsi interdiu grassentur sicarii, syluas tamen et opaca nemora, in quibus lateant, consectantur, inde viatoribus insidiantes* etc. Sensit et *Schmid. propterea qui latrocinia interdiu exercent faciunt tamen quasi in tenebris, dum auia, nemora, cauernas quaerunt.* Pulcherrima sententia in *Allegoriam* prona, vt simul depingantur qui in Republ. grassaturas, et latrocinia, exercent in pios, Deique reuerentes.

vs. 15. Aliud genus Lucifugarum, *Adulteri.* Merito reiectum quod *Ab. Esr.* voluit, *Furem*, de quo acceperat finem *vs.* praeced *comparari cum adultero, noctem quaerente.* Existimabat nexum alias fore conturbatiorem, quod *vs seq.* de *Fure* iterum agatur. Ista difficultas nostram explicationem adeo non premit, vt eandem suffulciat. Nempe ab *Homicida* descenditur ad *Adulterum*, indeque ad *parietum perfossorem*, *in furta grassantem.* Ceterum ad *Oculum adulteri*, facile occurrunt cuiuis *illi duces*, ac quasi *lenones, amoris*, atque vt *Petr.* loquitur 2 *ep.* 2, 14. μεστὸι μοιχαλίδος *adulterii*, vel et *adulterae pleni.* Non quasi innueret Apostolus, κόρας *pupillas oculorum* non esse illis κόρας *virgines*, sed *adulteras:* est enim nimis argutum; verum quod *in oculis ferri* dicantur, *quae tenerrime amantur.* Confer *Erud. de Pined.* qui et *subsessores aliorum matrimoniorum oculos* ex *Val. M.* adduxit. Eiusdem iucunda est obseruatio, in *oculo Adulteri crepusculum captante* significationem praeberi *sordidi vespertilionis, cuius oculi lucem perosi caligine delectantur.* Confer *Prou.* 7, 9. etc. *Ecclesiast.* 13, 24. Ad vltimam partem nonnihil diffidetur. *Merc.* in *occulto faciem ponit.* Duriuscule. Non satis lene nec alterum illud Eiusdem; *et latibulum faciei ponit sibi.* Hoc expressum a *Cocc. Et, vbi lateat facies sua, adhibet.* i. e. *laruam faciei apponit*, quod *Iun.* dare ausus. In hunc sensum simplicius esset, *et velamen faciei imponit;* nam סתר non tantum *latibulum* signat, sed et *velum*, vt alibi dictum: nec alienum, vt velut *duplici* sub *velo latitans* introducatur *Adulter, tenebris nocturnis* addens *operimentum capiti iniectum, ne vel ad lucernam internoscatur.* Non immerito proin calculus huc collatus a *de Pined. Grot. Belg.* etc. Hoc moneo ob Cl. *Schmid.* rogantem, *Quid opus noctu faciem tegere?* Non tamen probem omnino istam laruam; minus adhuc Doct. *Crinsozii* cohaesionem, cum *vs. seq.* Et *faciem sibi* ope-

non videbit me oculus; et velamen faciei imponet. *vs.* 16. Perfodit in tenebris domos; de die semet sigillant: non noscunt

operiens, irrepit in domum, vbi ei de die hora condicta, et vbi *nullum lumen conspicitur.* Figuratius, meo quidem iudicio, vt *velum faciei* referatur ad *Noctem* et *tenebras.* Non ignotum certe *Latinis, Graecis,* aliis Linguis eruditioribus, *velum noctis.* Dupliciter sic struas licet. 1. cum R. *Leui,* quem Cl. *Schmid.* et *Reim.* sequuti, *Et velamen faciei ponet* mihi crepusculum. 2. *Et velamen faciei imponit* sibi ipse; secundum vulgarem structuram, quae simplicior. Nempe *qui Noctem captat, velum* quasi *faciei imponit.* Id placitum Cl. *Mich.* ita supplenti, *Et ponit* adulter noctem *velum faciei.* Quibus argutiis se permiserit *Bolduc.* cernas ex hac eius paraphrasi. *Similiter dux adulteri, et qui ei pro* Oculo *est, obseruabit tempus subobscurum: statuetque apud se; accensus, vel alius iustitiae* Oculus, *non poterit me videre, ideoque nec ponet mihi operimentum vultus, quod damnatis* videlicet *ad supplicium iniici solet.* Deprecatur inuidiam, quod sibi soli tam acutum cernere hic licuerit. Praestrinxit Virum ingeniosum vitreus fulgor ex lusu non inuenusto gemini *Oculi,* quorum prior *Lenonem* et *conditionum nocturnarum exploratorem;* posterior *scelerum vindicem* designet. Est vbi felicius tantum acumen impendi potuisset.

vs. 16. Dubium exoritur haud leue, ad *adulterumne* haec pertineant, sub figura; an aliud scelus subnotetur eorum qui *vitam colunt vecticulariam, et parietes perfodiunt, furandi gratia.* Ad prius prona versio *Vulgat.* I. *perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, et ignorarunt lucem.* Ad haec *de Pined. Haec manifeste pertinent ad turpes artes penetrandi in alienas domos, alienosque toros occupandi* etc. E diuerso *Merc.* II. coactas vocans expositiones de *Adultero,* rediri censet ad *Furem vs.* 13. proprie ab eo acceptum. Hiatus parum commodus. Quin improprie ibi *furis similitudo* adhibita. Rectius illi, qui ad *tertium* nunc *genus scelleratorum* descendi statuunt. Sed vbi nominatiuus? יומם חתמו למו LXX. dedere, Ἡμέρας ἐσφράγισαν ἑαυτὰς *interdiu obsignant semet,* i. e. ἐν σφραγῖδι κρύπτουσιν ἑαυτὰς, *sigillo velut semet abscondunt, et includunt,* vt *Symm.* habet. Hinc. Cl. *Cler.* et *Reim. Interdiu obsignant sibi,* nempe *latebras vel domos.* Fortius למו *semet,* vel *ad se ipsos apponunt sigillum.* Vide *Iob.* 9, 7. vbi *stellas obsignat,* est *tenebris inuoluit.* Nec omittendum *Cap.* 37, 7. *Manum omnis hominis obsignat.* i. e. *eam includit, praecludit, abscondit, quin torpidam reddit, ita vt exeri nequeat, ob vim frigoris.* Apud Medicos *Arabum* Medicamentum חותם خاتم *obsignans* appellatur, quod *stuporem,* siue *torporem inducit membris.* De eo ad *Cap.* 37. plura. Hinc *duplicata,* si pateris, *figura* existeret, *interdiu obsignant semet.* i. e. *torpidi semet includunt, latitantes, et lucem reformidantes,* vt *noctuae* solent, ac *vespertiliones.* Illuc vocat adiecta clausula, *non agnoscunt lucem;* eam *horrent, oderunt, pati nequeunt.* Quod ex *Ab. Esra* adfertur, *diem obsignant sibi,* non aeque aptum; nisi יום reddas *Diem ipsorum,*

ſcunt lucem. *vſ.* 17. Nam pariter aurora illis vmbra mortis: quum agnoſcant terrores vmbrae mortis. *vſ.* 18. Leuis

cum *adf.* Hinc exiret *Diem ſibi ſuum obſignant;* i. e. *eum videre non ſuſtinent*, ſed *veluti tenebris damnant* iſti *Dormitatores*, et *vecticularii*. Monendum reſtat, admiſſa hac expoſitione verbi חתמו pro *abſcondere*, expeditiorem reddi rationem eorum qui de *Adultero* verſum continuabant; vt prius Colon *figurate* ad eundem illum *ſubſeſſorem alieni tori* redeat, et חתר *perfodere*, *ſuffodere domos*, ſit, *inſtar furis nocturni in eas ſeſe penetrare*, ſi iam non *vecte* et *ferro parietibus*, ſaltem *aureo cuneo foribus admouendo*, ad quem difficillima quoque clauſtra diſſiliant, vel potius tacite defluant. *Dignitas* et *excellentia figurae*, vt et *ſtructurae ſimplicitas*, huc accedere ferme iubent.

vſ. 17. Admirabilis locus, in quo conſtituendo laboratur. *Schmid.* I. *nam pariter vmbra mortis illis eſt Mane*, i. e. *amant vmbram mortis*, *et denſiſſimam noctis caliginem*, *vt alii amant matutinum tempus.* Duplicem apponit rationem. 1. *Quod Hebraei quum verbum ſubſtant. omittunt inter duos Nominatiuos*, *praedicatum fere praeponant.* 2. *Quod melior ſit cohaeſio membri ſeq.* Hoc ita conuertit, *Quia agnoſcunt terrores vmbrae mortis* i. e. *eos approbant*, *quippe qui ipſis auxilio ſint*, *in facinoribus ſuis patrandis*, *dum homines nocturnis tenebris territi*, *non poſſunt*, *non audent*, *illis reſiſtere.* Non abſimiliter *Codurc.* *Quia familiares illis ſunt*, *nec terrores noctis metuunt.* Praeiuerat in hunc ſenſum *Merc.* *Quia agnoſcit* eorum quisque *terrores vmbrae mortis* q. d. *ſunt ei familiares et noti nocturni terrores*, *neque eos timet*, *aut curat*, *quaſi ſibi cum illis neceſſitudo et familiaritas intercederet*, *et cum illis ne noceant*, *foedus aut pactum inierit.* Pulchre! Eadem venuſtate *Cocc.* *Nam cognoſcit nebulas vmbrae mortis*, *familiariter*, *gradulabundus*, *vt amicas et notas excipit*, *in iis verſatur tanquam in luce.* *Nam id quo non impedimur*, *ſed iuuamur*, *lux eſt: nox autem eorum conatus adiuuat; non impedit.* *Dies impedit*, *non iuuat.* Idem haud dubie voluit *Vulgat.* *Et ſic in tenebris*, *quaſi in luce*, *ambulant;* cuius mentem non cepit *de Pined.* ad *confuſionem* trahens, et *perturbationem*, quam *lux* illis adferat. Nempe prius Colon ita conuerterat *Hieron.* *Si ſubito apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis:* cui poſterius ſic aptandum cenſuit, Lingua parum fauente. Ad eandem *confuſionem* inueniendam. Alii colon vltimum ſic reddunt, *Quum agnoſcit* eos aliquis, exiſtunt *terrores vmbrae mortis.* Ad hanc faciem II. vniformiter plerique, *Nam pariter mane illis eſt vmbra mortis; quum agnoſcit* eos aliquis, vel *quum agnoſcit* alius alium, iam luce exorta, ipſis *terrores vmbrae mortis* offunduntur. Videſis *Caluin.* *Vatabl.*, *Iun.* *Piſcat.* *Belg.* *Angl.* *de Pined.* *Cler.* Hi reſpiciunt ad *terrorem*, quem *Homicidis*, *Adulteris*, *Graſſatoribusque nocturnis incutere* ſolet *aurora*, ne *in flagranti delicto* deprenſi videlicet, *poenas luant.* Etiam *Merc.* et *Cocc.* prius colon in eundem ſenſum receperunt; quamuis

circa

Leuis est super facie aquarum; maledicta eorum sors in terra; non respicit viam vinearum. *vs.* 19. Siccitas, etiam calor,

circa posterius dissentiant. En III. conspectum non inconcinnum, quem exhibet Cl. *Mich.* *Nam aurora ipsis densissima caligo*, oderuntque lucem, quia toti sunt tenebrae: *quoniam* eiusmodi sceleratus *agnoscit* et sentit in conscientia sua *terrores vmbrae mortis.* In *Paraphrasin* id admissum a Cl. *Reim.* Sic sensus foret, *ideo ad auroram* et *lucem trepidare consceleratos, quod intus circumferant, et iudicem, et tortorem*, qui *surdo verbere eos caedat;* iisdemque *grauiores* adhuc *intentet plagas.* Digna *Iobo* sententia, sed proposito forte minus congruens; quod eam in mentem differat Noster, vt *profligatissimam* quoque *improbitatem impunitam* a Deo *dimitti* arguat. Iam impunitus non est, qui suus sibi carnifex: sed vel acerbissimas Numini poenas dependit. Eadem difficultas ex parte premit II. interpretationem: quamuis videam quomodo vtcumque defendi posset. *Schmidiana* isti scrupulo exempta. Quin nec *Merceri* et *Cocceii* sententia hinc grauatur. Si *Schmid.* sequare, habes vno tenore, *Densissima nox ipsis pura puta Aurora est; terrores* quippe *nocturnos vt facinoribus suis amicissimos vnice agnoscunt; et amplexantur.* Si *Merc.* et *Cocc.* accedas, bipartito habebis, *Aurora* aliis iucundissima *ipsis est odiosissima caligo, et lucem plane pati nequeunt: vt*, contra, *familiariter notas habent formidines* vel *caliginosissimae noctis*, et *ipsius* velut *vmbrae lethalis, qua tanquam luce suauissima delectantur.* In vtroque adspectu inest exaggeratissimum ὀξύμωρον: insignitius tamen acumen in priori, cum quo conferas velim quae *Cap.* 17, 12. ad finem. ברהות signat *Formidines mentem externantes*, a בָּלַהּ בָּלָא *sine ductu errauit attonitus.* De *Origine* anquirendum alias.

Ibid. Emiratus fui, dum ad haec commentor, eos qui *vs.* 13. *figurate* tantum intelligebant, eum adspectum nunc plane dimittere. *Iunius* tamen ad *vs.* praec. *Nesciunt lucem* exponit, *studiosissime hanc lucem*, diei scil. *fugiunt, et alteram illam spiritalem longissime abiiciunt.* Hoc neutiquam spernendum. Signatius sane enunciatum illud לא ידעו אור *Non agnoscunt lucem*, quam vt intra *literam* consistat. Signatiora quoque huius *vs.* Cola, quam vt non cum *litera* sublimius quid ferant. Si בקר *subiectum* sit, hic sensus spiritualior inde emerget, *Aurora* veritatis, honestatis, Virtutis, *his hominibus formidolosa;* eamque horrent: vt contra *agnoscunt terrores vmbrae mortis*, atque cum *tenebris peccati familiaritatem colunt.* Sin בקר *praedicatum*, nascetur, *nam sane vmbra mortis*, alienatio a vita Dei, *ipsis est aurora: et agnoscunt* familiariter *terrores vmbrae mortis*, i. e. *cum sceleribus familiare habent commercium, nec angoribus conscientiae terrentur.* Si ad *vs.* 13. מרדי אור *perduelles lucis* dicti *Nebulones Lucifugae* duplicem ob causam, fieri nequit, vt gemina ista potestas hic quoque non recurrat, ex *Ancipiti.*

vs. 18 - 24. Non nimium dixit Cl. *Cler.* quum hac periodo se obscu-

calor, rapiunt aquas niuis: infernus, *qui* peccarunt. *vſ.* 20. Obliuiſcitur eius vterus; dulce ei putredo: amplius non memorabitur: et frangitur, vt arbor, iniquitas. *vſ.* 21. Paſcens ſterilem, *quae* non parit: et viduae non benefacit. *vſ.* 22. Et trahit validos robore ſuo; ſtat, et non credit vitae. *vſ.* 23. Dat illi ad confidentiam; et innititur: et oculi Eius ſuper viis eorum. *vſ.* 24. Euehuntur, pauxillulum et non ſunt: et attenuantur quum conſummatio eſt: ſtrin-

ſcurius quicquam in S. Script. noſſe negat. Arguit obſcuritatem iſtam incredibilis interpretationum diſſonantia, quae nuſpiam maior, moleſtior, diſtractior, diſſipatiorque adeo. Nempe alii hanc pericopam vel *totam*, vel *ex parte*, de *ingenio*, et *machinationibus*, hominum improborum expoſuere, vel et *vitiis*, *flagitiisque*, quibus ſe dedunt, *continuata deſcriptione impietatis in terris graſſantis.* Aliis eadem iterum vel *vniuerſa*, vel *diuiſa*, adfert *poenas ſeueras*, *certasque*, *impietati tandem infligendas.* Nonnullis accommodatior viſa *imprecatio*, vt non tam denunciet Noſter quid illis hominibus metuendum ſit, quam pronunciet, quid iisdem citra moram immittendum foret, ſi Iuſtitiae rationes ſpectentur. Alii denique, omnia reducunt ad *felicitatem temporalem impiorum*, *quam εὐδαιμονία cumulet.*

Ibid. Accuratius harum variarum interpretationum examen, quod inſtitui mihi quidem plane perſuaſit, *poenae* vix vllum locum relinqui; exiguum *Imprecationi:* omnia autem ex ſcopo tendere ad *ſcelera grauiſſima*, quae Deus *impunita* transmittat fere; quantumuis fulmina mererentur, eademque prouocare videantur. Certe ad *opera nefanda tenebrarum vſ.* 18. perſequenda vocat tum vniuerſa ſeries, tum audaciſſimae figurae *vſ.* 17. expreſſae, quae aliquid dirum, deteſtandum, ex ipſo Orco proruptum, inſinuant. Talis eſt ſceleratiſſima libido eorum, qui ipſam Naturam quaſi conſtuprant; quos cum *Adulteris* tanquam *turpius* adhuc *genus* connecti ſuſpicor, honeſtiſſima *Allegoria* ſuſcepta, quae quod nominare fas non eſt, coniectandum relinquit. *Leuis* eſt *ille ſuper facie aquarum*, in omnem libidinem profuſiſſimus, vt *Gen.* 49, 3. פחז כמים *Leuitas* vel potius *tumidus feruor*, *qualis eſt aquarum*; quas nulla repagula coercent. *Maledictus eorum Ager in terra.* Sic חלקה *Agrum* pulchre cum כרם *vinea* iungit *Ier.* 12, 10. Nempe *portionem agri* deſignat, qui *aratur* et *conſeritur.* Inde anſa *Allegoriae*, ſecundum illud, Ἀλλοτρίαν ἄροσραν ἀρᾷν in *adulterum*, de quo *Plautus* ait, *fundum arat alienum*, *familiarem deſerit.* Sic *Genitale aruum* apud *Virg.* et *Muliebria conſerit arua* apud *Lucret.* item ad imitationem *Graeciae;* nam *Soph. Antig.* 579. dat γύας ἀρώσιμας *mulierum*, vbi proles dicitur σπείρεσθαι. Hinc illud Oraculi, μὴ σπείρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ *Ne ſulcum liberorum conſere inuitis Diis.* Alia complura huc congerere nil attinet.

attinet. *Maledictum fundum* arat adulter; arat praesertim ἀπελθὼν ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας. Idem *non respicit viam vinearum* i. e. *non colit matrimonia; non amat honesta coniugia.* Notum *Emblema vitis* in *vxore*, cuius *palmites mensam* ornant. Hinc *vineam* pro *iucundo matrimonio* nemo spernat. Posses et subtilius *viam vinearum* neglectam, nec respectam, interpretari, si restringas ad eos quibus *hortus muliebris* despicatui, *maledictum fundum arare solitis* videlicet: quippe qui ἐς τὰ τῆς ἡδονῆς καταβαίνοντες βάραθρα, ξένας ὁδὸς, καὶ παρηλλαγμένας ἀπολαύσεων ἔτρεμον: vt *Lucian.* in *Amor.* de hoc ipso scelere. In hunc vsum גן et גנא חֲצִיר *hortus*, et speciatim *vinea*, sese praebet; itemque κῆπος, vnde κηπεύειν honeste; et μανιόκηπος. Sed claudo riuos; sat prata biberunt. Ad *vs.* 19. porro obseruo, occasione tanti criminis opportunam inseri Gnomen, quae teterrimae libidinis aestum grauiter perstringat. Trifariam applicari potest. 1. *Terra sicca, etiam calor, rapiunt aquas niuis: Orcum peccant.* Oestro hoc perciti, semper sitiunt, semper ardent, et auidissime voluptatem, in refrigerium videlicet aestus, rapientes, nunquam satiantur, vt צִיָּה *terra arida*, et *fiticulosa*, quam חם *ardor solis exurit* perpetuo, *nulla aqua*, quin ne *torrentibus* quidem *aquarum*, מי שלג dictis, vt *Cap.* 6, 16. exsaturari potest. Qui in *Emblematico stilo* non hospites, vno obtutu notabunt quid hic valeat *Terra sicca*, quid *ardor* et *aestus*; quid *aquae*, quid *aquae niuis torrentium more actae de montibus*; quid *rapere* denique, secundum illud *Horat. Venerem incertam rapientes more ferarum*; itemque *Virg. G.* 3. *vs.* 135. 136. 137. *Sed rapiat sitiens Venerem* etc. etc. ex *Graeco* fonte, qui Ἁρπάζειν Κύπριν habet. Sic *Orcum peccant*, valebit, *ad Orcum peccant*, i. e. *profundissime, profligatissime:* vt *Esai.* 57, 9. *Prou.* 5, 5. Vel celsiore adhuc cothurno, citra Ellipsin, *Orcum peccare*, erit, *ita peccare vt viui in Orcum descendere merentur:* siue, *vt* ἐυρεῖα χάινειν χθὼν, *terra debiscere illis deberet.* Notum *Korachi* exitium. Potest etiam 2. Vt *terra sicca, et calor, rapiunt aquas niuis*, sic *Orcum* rapiunt, qui *peccant.* Id grauissime dictum foret, pro *flagrant ardore tam saeuo, tam furiali*, vt vel *Orcum* ipsum, *cum profundissimis nequitiis intra se recipere gestiant, modo libidinem expleant.* Denique 3. potest, vt *terra sicca, et calor, rapiunt aquas niuis*, sic *Orcus* rapit, qui *peccant.* Hoc exponerem; *sic libidinosos illos rapit insatiabilis, et infernus velut, Gurges nequitiae, in quo viui videntesque perire se sentiunt quidem, sed et, prae tabe corruptionis suae, perire sese gestiunt.* Hanc vim *Orco* additam fuisse, colligas ex *Prou.* 9, 18. collato quoque *Cap.* 7, 27. et c. 5, 5. Prior ratio mihi, in praesenti, maxime adblanditur. In *vs.* 20. *turpitudo detestanda criminis* quatuor characteribus consignatur. 1. *Obliuiscitur eius vterus.* Non accedit amplius ad naturam muliebrem, διὰ τὰς ἄῤῥενας ἐπιθυμίας, atque *aruum genitale* sinit *incultum.* Sic רחם retinet vim prouulgatam, atque huic sedi peropportunam. Inspicesis *Prou.* 30, 16. שכח *obliuisci cultoris sui* dicitur eleganter *terra quae neglecta iacet:* vt *obliuioni mandatur* vicissim, quae *deseritur.* Vide *Esai.* 23, 15. nec non quae ad *Cap.* 28, 4. de hoc vsu reconditiore promam.

promam. 2. *Dulce eſt ei putredo.* Ita verto, ſi *verbum* ſit; ſin *ſubſt.* rotundius adhuc habes, *dulcedo eius putredo.* Id collatum a plurimis cum *Cap.* 21, 33. atque ob materiae adfinitatem idem nunc ſonare creditum. Sed qui *glebam ſuauem* mortuo precatur, vel tribuit decenter, cum alluſione ad *quietem recubantis*, abſurde, ſi quid video, *vermem* ei *ſuauem* attribueret, vt boni aliquid deſignaret. Aliorum cogitata longius adhuc abeunt. Ad noſtrum nunc ſenſum notabis *Prou.* 9, 17. מים גנבים ימתקו *Aquae furtiuae dulces ſunt.* Hinc ſignantiſſime conformatum, *Dulce ei eſt putredo verminans.* Non *horto*, non *fonti*, ſuam mandat voluptatem, ſed *ſcrobi putredinis.* 3. *Non amplius memorabitur* i. e. *Non conſulit poſteritati; ſe ſuumque nomen extinguit.* Ita *Pſ.* 83, 5. לא יזכר שם *Non memoretur nomen Iſraelis amplius. Stirpitus exſcindatur.* An et ex Ancipiti alluſum ad aliam eiusdem verbi notionem, *Maſculum cenſeri?* Nempe *Virorum nomine* excidunt, qui talia patrant. Non alienum id ab *Aenigmate*, quale hic contextum. Sed ἐπέχω; vt expediam, ſi pote, 4. *frangiturque vt lignum nequitia.* Si *arborem* intelligas, reſpicietur ad *extirpationem* eius, *nulla relicta ſobole.* Poſſis et *Lignum* interpretari *baculum*, *virgam*, a *trunco praeciſam*, et *exarefactam.* Sic עץ pro *baculo* extat *Hoſ.* 4, 12. Apud *Arabes* nil tritius ſub عصا, עֲצָה, id eſt, antiquiſſima forma vocis noſtrae, vnde contractio facta in עץ. Ad eam rationem *confractio virgae* eſſet *Prouerbialis*, vel *Allegorica* ſaltem, *formula*, qua ſignaretur *deſperatiſſima conditio rei, vel perſonae, ad nihil vtilis, et penitus corruptae.* Monendum inſuper, coniugationem *Niphal* admittere vim reciprocam, vnde exiret, *Frangitque ſe, vt virgam, iniquitas:* haec *perditiſſima nequitia.* Neſcio an et ad rem faciat, quod عصا عص apud *Arabes* etiam honeſte frequentetur, pro *Virga Virili.* Grauiter ex Ancipiti *Sadius* in *Roſar.* p. 388.

Senis, qui e loco ſurgere non valet ſuo
Niſi Virga, quomodo Virga ſeſe erigat?

Inde pleno ſenſu prodiret, *Et nequitia abutens ſua Virga, ſemet vt Virgam frangit.* Haec explanatoris non egent. Habeo adhuc aliud *Prouerbiale*, vel *Allegoricum Arabum*, quo *Lignum*, vel *arbor*, vſurpatur pro *Corpore hominis.* Exemplis res clarior fiet *Haririus Conſ* 33. *Infortunia pulſarunt meum Saxum edurum, et deſtruxerunt gloriam meam bene ſubſtructam; confregeruntque meum Lignum; Vae autem illi cuius ramos confringunt infortunia.* Per *Lignum* intelligit *ſemet*, et quidem *vigentem*, ac *robuſtum* antea, ita vt *ramos* ſuos, tanquam *Paterfamilias*, explicaret. *Lignum confractum* deſignat *corpus effoetum*, vt *rami diffracti* pingunt *cladem interitumque familiae.* Iterum *Conſ.* 38. *Cape partem tuam ante, quam increpet aliquid infortunii, quod Lignum tibi oſtendat dedolatum.* i. e. *antequam vel ſenio vel inopia frangatur corpus, rape tibi gaudia quantum poteſt.* Pulcherrime *Conſ.* II. *Ibi*, in ſepulcro, *corpus iacebit extenſum, vt vermis illud depaſcatur, donec Lignum penitus exeſum ſit, et os carioſum redditum.* Monet *Teblebius* quosdam *Lignum* trahere ad *oſſa*, alios ad *arcam*, ſed

vere

vere intendi corpus ipsum delicate et molliter habitum, ad instar virgae, siue rami arborei. Hinc non indecente figura nasceretur, *frangitque semet, vt ramum arboreum, vel arborem, Nequitia; corpus* videlicet *voluptati prolem non daturae tradens.* Expressior adhuc sceleris eiusdem nota in *vs.* 21. quem cum *praec.* arctissime nectit *participium* רעה, et quidem ita vt non modo *crimen* manifeste indicet, sed et *continuationem* ante descripti iam prae se ferat; vt sit, *pascens* quippe *sterilem quae non parit.* Non dissitebor hinc mihi suspicionem primum subnatam, nam עקרה לא חלר significantius, quam vt applicari queat *sterilitati per potionem medicatam inductae.* Reliquae explicationes minus adhuc quadrant. Habes constructionem eandem *Iud.* 13, 2. et *Esai.* 54, 1. Vtrobique *conclamata sterilitas* signatur. Ea huic sedi aptissima, ad signandum eum, qui κατὰ πετρῶν ἀγόνων σπείρει *in sterilibus seminat petris*, vt *Lucian.* in *Amor.* de eodem hocce. Alterum verecundissime item enunciatum, vbi *vidua* iam *Allegorice* denotat *desertum* et *viduis noctibus damnatum fundum mulibrem.* Ad *vs.* 22. in quo rotundius quid aliis occurrere poterit, contendas velim sanctionem *Leu.* 18, 23. atque consceleratissimae libidinis cumulum, vel cum periculo vitae petitum, ex honestissimo verborum velamento transparere forte agnosces. Certe אבירים *Ps.* 50, 13. absolute *boues* signat; vt alibi ad *equos* extenditur. כח *Robur* simili vsu cum *neruis* עצבים reperies *Prou.* 5, 10. 11. Ad haec tamen ampliare malim. Post *atrocissima* haecce *scelera*, quae *fulmina* deposcunt *maledictionis*, et praesentissimum, si quae alia, supplicium, *vs.* 23. iam subnectitur *impunitas securissima* יתן *Dat*, permittit *ei* Deus, *ad securitatem vsque*, talia patrare; quin *subnixus* veluti *fortunae indulgentia*, *confidenter et insolenter se effert.* Verbum בשׁאן istam amplitudinem exerit *Cap.* 8, 15. Sequens, *Et oculi Eius super viis eorum*, bifariam capere est: vel, *quantumuis haec sub oculis suis quotidie perpetrari cernat;* vel, *Et tamen oculis fauoris tales prosequitur*, dum iis res super vota fluunt. Pathos non abhorrens a grauissima illa perturbatione, quae Nostrum in hunc aestum disputationis implicuit, et absorpsit veluti. Redeatur ad ea quae superius circa vim phraseos discussa. Restat *vs.* 24. quem ad *mortem securam*, *facilem*, *poenis miseriisque solutam*, pertinere, Doctissimis Interpretibus consciscо: quamuis in nonnullis paulo aliter sciscerem. רמו *Attolluntur*, *euehuntur ad fastigia rerum*, melius per se stabit. Quadraret *culmen* illud *eleuationis*, quod hoc themate expressum *Cap.* 22, 12. Adfinitatem coluisse notionis aeque ac literarum רמם et רום dubitare vix licet, ob loca diserta *Esech.* 10, 15. 17. 19. *Esai.* 33, 10. *Num.* 17, 10. *Ps.* 118, 16. etc. Inde Cl. *Guss.* exponit quoque *Exod* 16, 20. וירם חולעים *et eleuabatur*, intumescebat, *vermibus.* Fecerat et *Cocc.* in *Lex. Efferebatur Vermibus*, feruere incipiebat. *Quae feruent et verminant*, *efferuntur*, *et quasi ebulliunt.* Haec satis speciosa, nec tamen vsquequaque explorata. *Originibus* deputentur ergo: nunc autem expendatur, an forte רמו מעט iunctim reddendum sit; *in vermes*, vel *putredinem*, *abeunt paululum.* Concipio formam רָמֹם in *Cholem* terminatam, cuius

cuius contractio praebet רם *verminauit*. Conſpectus hinc emergeret non inſubidus, *Verminant paululum, et non ſunt* amplius; *exſuguntur-que ſicut omnes:* i. e. *ſicut reliqui homines:* etc. Magis tamen inclinarem in prius, *Euehuntur, in culmine rerum eminent*, per totam vitam: *pauxillum, et non ſunt* amplius; eo ſenſu quo *Cap.* 21, 13. *momento in Orcum atteruntur*. Idem adhuc ſignantius expreſſum, adiecto, *et attenuantur, atteruntur, exſuguntur* כבל *quum conſummatio eſt; quum adeſt ipſis ἀκμή, et cumulus omnium fortunarum.* Id non exſculpo ex כל *vniuerſitas*, quamuis citra fidiculas poſſem: ſed adſciſco *infin. formam* verbi כלל *completus, conſummatus, omnibus partibus et numeris abſolutus fuit.* Sic *abſolutam* et *cumulatam proſperitatem* Improborum deſignare potuit Noſter, vna vocula amplexus, quae multis *Cap.* 21, 23. 24. deduxerat. Ad יקפצון ſpernere non audeo, quod olim dabam ex vſu *Arabum* ſub قفز *ſaliuit, ſubſiliuit;* item *mortuus fuit.* Addo nunc, iſtam notionem eſſe figuratam; a *ſaliendo*, vt videtur, ductam, eamque adhiberi in *morte repentina.* Id percipias ex *Synonymis;* quale أجز, quod in *Camus* exponitur *ſaliit, et mortuus fuit de improuiſo:* itemque قحز quod declaratur *ſaliit, et concidit velut mortuus.* Quando ergo in *Camus* قفز item notare dicitur *Salire* et *mori*, facile intelligere eſt, *mortem repentinam* intendi. *Originem* ſiſtet *Graecum* σφαδάζειν quod et *ſaltare* eſt, in laetitia, et *iacere moribundum*, cum *iactatione pedum.* Quum itaque קפץ ſit *ſalire, ſaltare*, nil procliuius, quam vt ad *mortem repentinam cum iactatione pedum coniunctam* translatio inde ſit facta, ea plane ratione, qua עלז *ſaltauit, exſultauit*, ad σφαδασμὸν *moribundi* traductum eſſe, oſtendi in *Clau. Dial.* p. 284. ex *Ier.* 51, 39. Dices *mortem duram* ſic pingi, quum *lenis* et *facilis*, ex hypotheſi noſtra, requiratur. Quid? an non ſatis facile finitur, cui poſt *breuem pedum iactationem* expirare datur? Id *Iobo* ſane nunc leuiſſimum, et plane inuidendum. Nihil nec ſeriei, nec genio Linguae congruentius primaeua Radicis proprietas vincet. Eam ad *Cap.* 5, 16. ſitam vidimus in σφίγγειν *conſtringere*, vnde קפץ פה eſt σφίγγειν στόμα, *os conſtringere*, יד קפץ σφίγγειν, συσφίγγειν τὴν χεῖρα, in *parſimonia*, quae σφιγγία. etc. In *Gjauhario* habes *Dorcadem* קפצת *diceris, quum pedes ei ſubſtringis et adducis.* In *Camuſo* plures *Gloſſae*, inter alias, *in ſe adducta* et *contracta fuit res;* item *ſcandere, in altum emicare* etc. Vides vnde *ſaliendi* poteſtas aſſumta ſit, quam ſub قفز item frequentari ſupra viſum, quod eſt קפד, cuius deriuatum קפרד illuſtrauit ὁ πάνυ in *Hieroz. part.* 1. p. 68. vbi docet ſic appellatum *Acontiam*, ſiue *Serpentem iaculum*, a *ſaliendo* et *promicando.* Iam vt in *ſubſiliendo*, οἱ πόδες σφίγγονται, ita *moribundi* quoque σφίγγασι πόδας, et σφαδάζασι, *pedes trahunt iactantque.* Appoſite ergo heic loci יקפצון in σφαδασμὸν, *coniiciuntur;* ad *celeritatem fati vno momento eos rapientis* expingendam. Eodem tendit imago *ſummae ſpicae praeciſae*, non

ſtringuntur, et vt ſummitas ſpicae ſucciduntur. *vſ.* 25. Quod ſi non ita eſt, vbi loci? quis mendacem faciet me? et in Nihilum rediget ſermonem meum?

CAPVT

non tam *falce*, quam *vngue carptore*. Ad *falcem* contendas *Pſ.* 37, 2. Ad *vnguem Iob.* 14, 2. Vtrumque eodem recidit, *fatum vno ictu perimens* nempe. Hoc iam, ex ſcopo *Iobi*, ad ἐυθανασίαν vnice referendum, quamuis alibi, vel *poenam*, vel ſaltem *momentaneam euanidamque felicitatem*, adferat, vt in locis modo citatis. Adde *Nah.* 1, 11. *Sic ait Iehoua, ſi conſummati, et ſic multi*, vel *potentes; etiam ſic attondebuntur, et pertranſibit.* Hoc eſt, *in Culmine ipſo proſperitatis vno momento falce cita fati ſternentur.* Locus ille non parum adiutat כבל *prout conſummatio*, ex noſtro ſenſu, quamuis ibi *poena*, hic *impunitas*, ſpectetur. Minima nempe circumſtantia variat rem. Sed, inquis, *mors* improbi, quantumuis *cita* ac *lenis*, per ſe *poena*. Id alibi verum, in hoc conflictu minus prudenter aſſumeretur, vbi agitur de *poenis viſibilibus*, et *ſuppliciis*, ob ſcelera coelum prouocantia *inflictis*; vnde nobis de *Iuſtitia* Dei, et *exitio peccatorum* certo certius *manente* conſtare queat.

[Periculum faciam, num ad illuſtrationem huius difficilioris pericopae quidquam poſſim adferre. Miſeram adulteri conditionem hic deſcribi exiſtimo, vitamque maxime irrequietam. Vſ. 18. pro חלקתם *Vulgatus* legiſſe videtur חלקחו, cui lectioni nexus orationis non ſolum fauet, ſed eandem adeo requirit. Formulas על־פני־מים et בארץ hic coniunctas eſſe arbitror ad vniuerſalitatis notionem exprimendam, ſcilicet, *nullibi ſecurum eſſe talem hominem, terra marique vagum atque profugum, nec licere ipſi in ea loca ſe recipere, vbi ſit confluxus hominum, qui oblectandi cauſſa conueniant.* Vſ. 19. cum 20. arctiſſime coniunctus eſſe videtur, et comparatione quadam talis hominis exitium ob oculos ponit: *quem ad modum aquae niuis, calore ſolis exſiccentur, et a terra quaſi deglutiantur*, (verbum חטאו ex notione יחחטאו *auffugiunt, elabuntur*, Hiob 41, 17. optime illuſtrari poterit) *ita vt ne minimum quidem earum veſtigium appareat; ſic* (vſ. 20.) *memoriam adulteri ſolere deleri: ne matrem quidem* (aut ſi mauis, amicos coniunctiſſimos) *eum amplius curae habere; reputari eum pro mortuo, et a vermibus exeſo, nec vnquam commemorari.* Quoad vltima verba huius verſus, *et frangitur, vt arbor, iniquitas*, vix diuinando aſſequi quis poterit, an Auctor *celeris* potius *interitus*, an *totalis*, imaginem depingere voluerit. Poſterius membrum vſ. 21. ex priori interpretandum eſſe videtur, quod nimirum repetita vice Auctor aſſeruerit, *nullam prolem eiusmodi homini fore ſuperſtitem.* Pro ייטיב ex parallelismo reponendum eſſe arbitror תיטיב et ſupplendum לרח. Vſ. 22. pergit Noſter: *ſemper eum aliorum praeſidium implorare, cum, quum tutae tranquillaeque res omnes ſint, tamen pauore corripiatur.* Sequenti vſ. orationem ſupra coeptam continuat: *quaerere adulterum propugnatores, quibus nitatur, tutusque euadat; hos autem nullo modo veram ipſi efficere tranquilli-*

CAPVT XXV.

Verſ. 1. Et reſpondit Bildadus Suchites, dixitque. *vſ.* 2. Imperium et terror cum Ipſo; faciente pacem in Excelſis

tatem, quum ne illisquidem fidat, ſed ſemper vereatur, ne perfide cum ipſo agant, ipſumque tradant. Vſ. 24. hoc mihi velle videtur Auctor: *cito celeriter his praefidiis tandem priuari ſolere adulterum. Vog.*]

vſ. 25. Concluſio vehemens, et confidentiam ſingularem ſpirans, per quam ita prouocat Amicos, vt iis ſe os obturaſſe ſimul innuat. Vel inde colligere eſt, non de *poenis improborum* diſſeruiſſe Noſtrum, ſed de eorundem *impunitate*. Rectiſſime *Mero.* proinde, *Quod ſi non ita eſt, vt dico, Improbos tota vita florere, nec poenas dare, immania licet ſcelera patrent*, etc. *quis me falſi arguet?* Non ſic agimus, quando vel in Aduerſariorum ſententiam concedimus, vel ex parte ſaltem ad eam accedimus. Fruſtra eſt ergo Cl. *Schmid. Mercero* ſe opponens, atque ad totum ſermonem *Cap.* 23, 24. habitum haec referens, in hanc mentem nimis quam dilutam, ad ipſius vtique rationes, *ſi non ita res habet, vt hactenus per totum ſermonem dixi, quis mendacem faciet me?* Ad noſtras rationes nihil hic deſideres, ſed ſuppone *Iobum* grauiſſimis figuris deſcripſiſſe *ſupplicia improbis Capitibus immiſſa;* iam vel prouocauerit eos, quorum in ſententiam ex parte ſaltem deſcenderat, vel telum incerta manu ſparſerit, quod neminem ferire poſſet. Verbum, vt in re liquida, non addo: tantum monebo, quum ad *imprecationem* nonnihil inclinarem, occurriſſe mihi ad hunc *vſ. Quod ſi non* etc. pro *Quod ſi non ita Deus plectit ſceleratos illos, quis mendacem me faciet?* Ad *impunitatem* ſic alio flexu reuoluere-

mur; ſed multo coactiore. Non quadraret etiam ſatis illud, *Quis mendacem faciet me, et* לאל *εἰς τὸ μηδὲν ponet*, rediget, *ſermonem meum.* Eo inſinuatur non *imprecatione* vſum Noſtrum, ſed *audaci aſſeueratione*, quae aliquid *duri*, et in Deum *iniurioſi*, attuliſſe cenſeri poſſet. Hoc nihil aliud eſſe poteſt, quam *bonis oppreſſis, vexatis, vindictam clamantibus, florere improbos, et immaniſſima quoque ſcelera eorum impune dimitti.* Ad iſtam *Cynoſuram* nauigandum inter has *Syrtes*, ſi quis portum contingere velit. Me quidem eum tenuiſſe haud certus ſum; quin nimis vereor ne nauim confregiſſe iudicer, vndis decumanis oppreſſus et abreptus. Iis reſiſtere quitus non ſum, quantumuis memet ab hoc curſu ſcopuloſiſſimo reflecterem. Si quem felicior aura in ſtationem tutiorem deduxerit, erit quod, vel in naufraugio, mihi gratuler: hac alioquin tabula contento, quod eruendae veritatis ſtudio huc me prouectum, omnes boni, aequique, iudicabunt.

Verſ. 1. Vltimum hocce Claſſicum, quod a parte Triumvirorum ſonuit, magis receptui canentis videtur, quam praelium renouantis. Exiſtimem *Bildadum grauibus* hiſce *armis*, vt credebat, *Iobum* tandem voluiſſe *obruere*, et *elidere*, tanquam *laeſae Maieſtatis manifeſtum*, et *grauiſſima* quaeque *ſupplicia* vel hoc nomine *promeritum*, quod tam audacter prouocare, et iniuſtitiae quodammodo accuſare, omnibus ſuis diſputationibus, ſuſtinuiſſet Eum, qui immenſa tum potentia, tum ſanctitate praefulget.

vſ. 2.

celsis suis. *vs.* 3. Numquid est numerus turmis Eius? et super quem non stat lux Eius? *vs.* 4. Quid ergo Iustus

vs. 2. In priori colo non displicet *Hendiadysin* a *Iunio* expressum, *Dominatus, et iquidem formidabilis, est penes illum.* Quo tandem cunque pacto illud פחד acceperis illuc redibis. Cl. *Cler.* ad verbum המשל notat, secundum formam *Hiph.* significare potius *facere vt imperent*, Reges nempe. Hoc minus quadrat. *Cocc.* ob eandem *coniug.* adsciuit *efficax exercitium imperii*, siue *ἐνέργειαν potestatis supremae.* Anquirendum. Alterum colon, *Faciens pacem in Excelsis suis*, ab aliis refertur ad *orbes coelestes*, ab aliis ad *Angelos*, ab aliis ad *vtrosque:* quae omnia *nutu tremendo Omnipotentis* ita contineantur, vt *suauissima* inter omnes *pax* et *harmonia*, cum tanti Numinis reuerentia, sine vlla conturbatione, aut rebellione, constet. Consulantur *Calv. Merc. de Pined. Vauass. Cocc. Schmid.* aliique. Placet *de Pined.* qui *Iobum* vellicari autumat pro *insolenti*, et *seditioso, qui Diuinam illam coelestium mentium, sedumque, pacem, suis clamoribus interturbet quasi.* Eodem collineat *Cocc.* quum ait, *Bildadum* inferre hinc, *Deum homines μεμψιμοίρους, et disceptandi cupidos, in pacatas illas sedes suas non admissurum.* Idem, quamuis obscuriuscule, intentum a *Mercero.* Censoria grauitas, qua magnificae hae sententiae pronunciatae, talem aculeum exigere videtur. [Ill. *Michaelis* שִׁלּוּם effert *retributio. Vog.*]

vs. 3. Ad prius Colon disquiritur, quaenam hae *Turmae?* Sunt qui *Angelos* intelligant, sunt qui *stellas;* sunt qui *vtrumque*, quin et alia complura. *Iun.* certe *turmarios* vertens amplectitur *omnia coelestia* et *terrestria, quae iussa Numinis promptissime capessant.* Eodem tendit *Merc.* offerens *innumeras copias, quas paratas habeat Deus, si quiu Eum oppugnet.* Visatur et *Cocc.* cum *Myriadibus Angelorum* coniungens *fulgura*, atque alia phoenomena. Pulcherrima quoque Paraphrasis *Erud. de Pined.* iam non ἀσύγκλωστα miscens, sed scopum ipsum, si quid video, feriens, qui est, tanti Numinis esse, *Parcere subiectis, et debellare superbos.* Cl. *Schmid.* pro solis *stellis* pugnans, parum solido se ratiocinio tradidisse videtur. Mox plura.

Ibid. Maior dissensio circa posterius. *Merc.* I. *Super quem non stat*, manet, *lux eius?* q. d. *Ex eius luce accepimus omnes, et per Eum sunt omnia id quod sunt* etc. *Alii lucem accipiunt, quod nihil ei sit ignotum, atque in omnia penetret Eius lumen. Iun.* II. *supra quem non exsurgit lux eius?* i. e. *quem non superat lux bonitatis Eius? Lux Dei praecellit immensum quantum lucem Angelorum, et creaturarum omnium.* Cl. *Cocc.* III. sic potius dicendum fuisse censet, מִמִּי, vel מאור מי *prae quo*, vel *prae luce cuius.* Ipsi autem על in hac phrasi est vel *supra*, vel *apud*, vel *contra;* ambigenti interim *Solisne lucem* intelligat, an *fulguris: quae vt nemini non superstat, ita etiam stat contra quemuis, qui aciem aduersus eam contendit.* Cl. *Schmid.* IV. simpliciissimum arbitratur, *super quem* hominum *non exoritur*, vel *stat, lux Solis Eius?* vt *Matt. 5.* Idem a Clar. *Cler.* aliisque tenetur. *Lucem solis* cum iis quae praece-

Iustus esset mortalis cum Deo? et quid purus esset natus mulieris? *vs.* 5. Ecce vel ipsa Luna, non tentorium obtinebit;

dunt, simul complectitur V. Erud. *Vauass.* ita commentans, *Viden', vt vim et efficientiam rebus insciuit? vt easdem longa luce complet? Solique dedit in mandatis, ne quam praeteriret? Quid quod perspicacissimus est, vt non possit in causa tua non scienter versari. Et vero quae regio tam seducta, tam remota ab arbitris, quo non Prouidentiae luce peruadat? quae sensa animi tam abstrusa, quae non intercipiat?* Huc quoque inclinare videntur Doct. *Belg.* nec video quid obstet, quo minus de *gemina Luce visibili* et *inuisibili* cogitetur, nisi forte quod יקום *de Luce solis* valeat, *surgit*, quum de *Luce prouidentiae* commodius reddatur, *stat*. Scrupuli tamen huius perfacilis leuatio, si *stare super*, figurate accipiamus pro *Regimine, moderatione, praefectura, efficaci inspectione, et praesentissima cura*, in quem sensum קם בה قام بـه nec non عليه, עליה frequentantur. Ita *super quem non stat Lux eius*, erit, *Quem non Lux eius visibilis, quem non, illustrius adhuc pleniusque, Lux eius inuisibilis, infinita quadam virtute complectitur, sustinetque, vt inde et vitam, et vires, et omnia hauriat?* etc. Non malus inde nexus ad seq. *vs.* porrigitur. Examinari tamen denuo VI. meretur *Iunii* illud, *Quem non exsuperat lux eius?* Nempe quum *innumeras* Dei *turmas* induxisset *Bildadus*, i. e. *sidera visibilia, inuisibilia*, et *quicquid* in vtroque Mundo *splendide eminet* et *elucet* subsumit mox, *et supra quem non stat*, i. e. tanquam in culmine medio praefulget, *Lux eius*. Verbum קום in *Lumine Meridiano* κατ' ἐξοχήν vsurpari, vidimus ad *Cap.* 11, 17. Quod Clar. *Cocc.* obmouebat ממי, vel מאור מי, dicendum fuisse, non adeo stringit; nam in hoc quidem adspectu τοῦ *stare*, pro *in summo culmine splendere*, minus quadrasset מן *prae*, quum על *super* pulcherrime sedeat. Quid si vtrumque complectamur? VII. vt *supra quem non stat Lux eius?* ex *Ancipiti* sonet, *quas non creaturas vel splendidissimas sua luce solus sustinens, simul infinito illo splendore suo obscurat, et delet? haud secus ac Sol medium coeli culmen occupans, omnia praestringit non solum, sed et praestinguit.* Μηκέθ' ἁλὶς σκόπει Ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἀμέρᾳ Φαεινὸν ἄστρον ἐρήμας δι' αἰθέρος. *Ne mihi quaeras sole aliud fouentius interdiu lucidum sidus desertum per aetherea*, i. e. *a stellis et luna derelictum*, vt magnifice Lyricus *Olymp. Prim.* Ad illam imaginem sic forte concinnius cuncta digerere sit VIII. etiam ex *Ancipiti, Numquid numerus turmis Eius? Et supra quem non stat Lux eius?* Primus et literalis sensus, *innumerae in Coelo fulgent stellae, sed vnus omnes vincit, deletque, Sol.* Alter sublimior, *innumerae turmae Angelorum, Sanctorumque, quae in Coelo inuisibili vt totidem astra fulgent, sed increata Lux Diuinitatis cunctis immensum quantum praefulget.* Confer *Cap.* 4, 17. 18. 19. et *Cap.* 15, 14. 15. 16. et vix ambiges inde magnificentiam figurae huius captatam. Ad *vs.* 5. recurrent, quae huic coniecturae firmandae erunt. [*Gr. Alex.* et *Symm.* pro ארבו legerunt ארחו *insidiae eius. Vog.*]

vs. 4.

vſ. 4. Pauciſſimis hic defungi licet; apparet enim leuicula, nec inconcinna ſane inuerſione, idem extuliſſe *Bildadum*, quod *Eliphazus Cap.* 4. ex *oraculo*, ipſiusque adeo Numinis adſtantis ore, exceptum, inculcarat; atque *Cap.* 15. denuo infulſerat. Relegantur quae vtrobique dedimus. Suſpicor ideo Argumentum hocce tertio reſumtum, vt innuatur, haud alio opus eſſe, ac fuiſſe, ad omnes illas *Iobi* querelas, quin et glorias, deſlandas: ac proinde non eſſe quod cum tali amplius homine diſputetur, qui ne Oraculo quidem tam claro ſe conuinci paſſus fuerit.

vſ. 5. יאהיל σκηνώσει *tentorium habebit*, ſtilo ſublimiore traductum ad *ſtationem*, vt ſic dicam, *Lunae*, quam in *Campo Aetheris* magnifice tenere ſolet. Eam *ſtationem obtinere* non poteſt *Luna*, ſtatim atque *Sol ſurrexit*, nedum vt *eo ſtante*, et *culmen coeli tenente*, *occupare* eam queat. Ad decus figurae clariore in die collocandum obſeruo, *ſidera* comparari ab *Arabum* Poëtis cum *exercitu*, *Lunam* cum *Imperatrice*; omnibusque tribui *tentoria fixa* ſiue *tenſa*, et *detenſa*, quum vel *comparent*, vel *diſparent*. Idem *Schema* frequentatur in *Die*; et *Soli* praeſertim, vt *Imperatori*, *Auguſtale* attribuitur, ſiue *praetorium*, cuius iubar praeradians omnia obſcuret, ac caput ſubducere cogat. Magnificam imaginem habes quoque *Pſ.* 19, 6. *Soli poſuit* אהל *Tabernaculum in Coelis*. Alia complura ibidem, *ſcenae* iſti ſeruientia, quibus non immorabor; vt ſtatim mentem meam clarius exponam. Connectenda nempe haec cenſeo cum *vſ.* 3. *Super quem non ſtat*, et praefulget, *Lux eius*. Id gemina facie auxi. Ad vtramque reſpondent haecce noſtra; nam primo *literaliter*, *Ecce ne Luna quidem tentorium obtinet*, caput ſubducere coacta; *et ſtellae non ſunt limpidae in conſpectu eius*; ſcilicet אור *Lucis*, cui dominium traditum diei, vt eſſet illuſtriſſimum ſpecimen *Lucis inuiſibilis et inacceſſae*, *quam Deus habitat*; *ante cuius* item *praeradiantem ſalgorem*, hic alter eſt, et ſublimior, conſpectus, *nihil conſiſtat*, *quantumuis inter Coelites*, *ſanctosque*, *eluceat*, *atque praecellat*. Sic idem plane, ſed decentiſſime illuminatum, reddit *Bildadus*, quod *Cap.* 4. et 15. dederat *Eliphazus*. עד ירח *vsque ad Lunam* mihi ſimpliciter ſonat, *vel ipſa Luna*. Creber iſte vſus noſtrae *particulae*. Vide modo *Gen.* 6, 7. etc. Nempe *Luna* ſemper habita *Coeli Regina*, et poſt Solem *ſiderum facile princeps*. Notiſſimum illud; *Micat inter omnes Iulium ſidus*, *velut inter ignes Luna minores*. Ita locuti, ſine vllo ſcrupulo, *Graeci*, *Latini*, *Orientales*, iudicium ſecuti oculorum: quod genus cauillari, eſt operam ludere, liberasque Linguas nimis arctas ſub leges dare. Quaeritur cur *Solis* hoc in verſu nulla inſerta fuerit mentio. Cl. *Schmid* nimis ſecurus ſui; *Nos ſimpliciter*, inquit, *dicimus*, *Lunae tantum factam eſſe mentionem*, *vt termini ad quem*; *iam ſolem non eſſe terminum ad quem*. etc. *Si vero non terminum ad quem ſpectes*, *ſed dignitatem*, *et praeſtantiam*, *tam Sol quam Luna comprehendentur in verbis*, *et ſtellae non ſunt mundae* etc. Aliquanto magis ad rem *Cocc. Solis non meminit*, *hic*, *vbi Lunae*; *quia ſol ſplendet nobis*, *et vſ.* 3. *producta fuerat eius lux*, *vt argumentum quod natura humana illam lucem Dei non ferat*; *vbi et* Lux Dei *appellatur*. Subdit dein-

tinebit; et stellae non sunt limpidae in oculis Eius. *vs.* 6. Quanto minus mortalis, Vermis? et filius hominis, Lumbricus?

CAPVT XXVI.

Vers. 1. Et respondit Iobus, ac dixit. *vs.* 2. Quam iuuisti *eum*, cui non neruus! et amplum reddidisti brachium deficienti! 3. Quam consuluisti non habenti sapientiam, et scientiae sanae plurimam ostendisti! 4. Ad quem dixisti verba? et cuius ingressus spiritus ex te? 5. Gigantes gemunt sub aquis, et habitatores eorum. 6. Nudus est infernus coram eo, nec habet operimentum perditio. 7. Extendens aquilonem super vacuum, et appendens terram super nihilum. 8. Ligans aquas in nubibus suis, et non prorumpet nubes subtus eas. 9. Tenens vultum throni, et explicans super eum nubem suam. 10. Circulum vallauit aquis usque ad terminum, lucis et tenebrarum finem. 11. Columnae caeli contremiscunt, et pauescunt ad nutum eius. 12. In fortitudine eius congregata est maria, et prudentia eius percussit superbum. 13. Spiritus eius ornauit caelos, et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. 14. Ecce haec ex parte dicta sunt viarum eius, et cum audierimus vix modicum stillam sermonis eius, tonitruum magnitudinis eius quis poterit intueri?

Vers. 1. Et respondit Iobus, ac dixit. *vs.* 2. Quam iuuisti *eum*, cui non neruus! et amplum reddidisti bra-

deinde quae minus scenae huic respondent, *Quod autem Sol non sit mundus in oculis Dei, eo ipso intelligitur, quia stellae non sunt mundae.* etc. Secundum nostras rationes *Sol* nec nominari debuit, nec in censum venire potest, quippe cuius *Lumen praeradians* hic *Emblema* praebeat *Diuinitatis*, minora *Lumina*, et *sidera Coeli*, prae se delentis. [Pro יאריל *Gr. Alex. Vulg. Syr. Arabs*, et *Chald.* legisse videntur יָהֵל. *Vog.*]

vs. 6. Expeditior, et rotundior, nunc erit Conclusio, conformata item ad *Cap.* 4, 19. 20. et 15, 16, Notandum, *Vermem* et *Lumbricum* hic ita per *appositionem* locari, vt simul *comparationi* cumulandae subseruiant Literali videlicet adspectu haec duo sese referunt ad *splendorem* et *maiestatem Solis*, cui si *concedant*, fascesque velut submittant, *pulcherrima* illa et *lucidissima Coeli decora*, quid tandem non *Vermis* et *Lumbricus* faciet, qui nil nisi *corruptio* et *putredo?* Hinc iam porro sublimior sensus spon e effloresçit, atque hunc in modum completur: *Si absurdissimum, vt vermis et Lumbricus, cum sole contendant de claritate, quum astra fulgentissima Ei caput subducere cogantur; quanto absurdius, vt homo mortalis, labe ac tabe corruptionis suae diffluens, et Vermis ac Lumbrici similitudinem gerens, cum Fonte perenni Sanctitatis in contentionem descendat de iustitia, Eique puritatis palmam dubiam se facere posse glorietur; quum ne Sanctissimi quidem Angelorum Chori tantos sibi animos sumere sustinerent.* Habes telum satis vehementi manu intortum, quo iugulari potuisset Noster, si Aduersarius controuersiae fines non excessisset, quum *Iobus* de *Iustitia* tantum *causae* praesentis tam fortia locutus fuerit: et ipse in lire cereroquin non mala nimis acer Litigator. Quae porro de *Emblemate* gemino *Vermis* et *Lumbrici*, ratione *immunditiei* tum *Physicae*, tum *Moralis*, qua mortales laborant, hic dici possent, cuiuis ex facili occurrent.

Vers. 1. *Bildado* simili nunc artificio sese opponit Noster, quo *Cap.* 9. Viri impetum fregerat, *Eliphazi* simul Oraculum extra oleas adductum esse arguens. Redeatur ad ea quae *vs.* 1. et 2. ibidem discussa, et collata *Diuinae Maiestatis* ac *potentiae formidolosissimae* descriptione sane quam magnificentissima quae a *vs* 4. ad 10. contexitur, eandem nunc incudem tundi, in eundemque scopum omnia dirigi, facile intelligetur. Vt ergo ibi insinuatum ibat, *Infinitam Numinis potentiam sibi officere, quo minus causae suae iustitiam contra tantum Aduersarium euincere posset;* ita omnino existimarem, idem illud hoc in *Cap.* retinendum; quando vis contentionis illius adeo non remiserit, vt contra acrius sese animarit identidem, atque succenderit. Ad aciem responsionis, ac velut retorsionis *Iobaeae*, tenendam, attendi velim ad exteriorem formam

Argu-

brachium, cui nullum robur! *vſ.* 3. Quam conſuluiſti *et* cui nulla ſapientia! et ſolidam rationem affatim indicaſti! *vſ.* 4.

Argumenti a *Bildado* recuſi, *Deus Infinito Maieſtatis et Sanctitatis iubare praefulget: ergo ne Angeli quidem in comparatione Eius puri ſatis aut ſancti; nedum vt homo mortalis; et labe peccati infectus, Iuſtitiam ſibi coram Deo arroget.* Eximia, et luce meridiana ſplendidior, veritas; ſed minus verum ac ſolidum conſectarium, quod inde *Bildadus* eliciebat, ad exemplum *Eliphazi Cap.* 4. et 15. *fieri proinde non poſſe vt Iobus tam grauibus iudiciis plagisque Dei confoſſus, ſit innocens; et nil niſi contumaciam eſſe, ac perduellionem, quod tam animoſe innocentiam ſuam defendendam ſuſceperit, atque Iuſtitiam ſuam vel ad ſupremum Tribunal ſeſe peruicturum glorietur.* Huic ratiocinio, minus ſane iuſto, reponit iam Noſter, non ſine ſtomacho, et aculeo, *Contemplationem* Infinitae Dei Eminentiae et Maieſtatis, quae quidem omnibus Inferis ſuperisque iuxta formidoloſa, ſed abſurde inde colligi, *iniuſtum* eſſe, quem tanta illa et tam immenſa Maieſtas Numinis praegrauat, atque praeumbrat, niſi aliunde *impietatis* et *iniuſtitiae* conuincatur. Clarius ad ſingulos verſus cuncta dilucebunt.

vſ. 2. Acrimoniam, et irriſionem, ineſſe, omnes conſentiunt; ſed in diuerſa abitur circa verum ſenſum. Cl. *Cocc.* I. cum *de Pineda* ad *Deum* referri haec, cuius *Defenſorem* videlicet agere voluerit *Bildadus, nihil neceſſe*, et *minus tutum*, cenſet; magisque ad ſcopum, vt *imbecillem* et *inſipientem* intelligamus *Iobum et fratres eius*, i. e. *homines in tentatione et anguſtia conſtitutos; apud quos non Maieſtas Dei tremenda, et imperium, et pauor, amplificanda ſint, ſed gratioſa voluntas explicanda* etc. Eodem tendunt quae *Calv.* prolixe diſſerit *Conc.* XCV. cum quo faciunt *Deod. Piſc. Belg. Codurc.* etc. Facit et *Schmid.* in eo tamen *ſibi minus conuenire* monens *cum Interpretibus, quod illi Iobum hic intelligant tanquam reuera infirmum ſub afflictionibus ſuis; quum per ſalſam Ironiam potius ſe infirmum* nunc *vocet, ex opinione Bildadi* et *Sociorum, ratione Scientiae* et *peritiae in rebus Diuinis.* Laudo; ſed et *Iun.* laudandus, qui dederat iam, *Egregia vero dicta et ſalutaria, ſcilicet! maxime cum* (*vt vobis videmini*) *apud virum infirmum, abiectum, et ignorantem agatis.* Doct. *Belg.* ad *vſ.* ſeq. iſtam *ironiam* admittentes, eam et hic melius inſertaſſent. *Cocc.* ſerio et *Aegrum*, et *brachio deſtitutum*, et *inſipientem* ſiue *errantem*, ſemet nunc appellare cenſens Noſtrum, nimis remittit, in Perſonamque, quam *Iobus* hoc in certamine ſuſtinet, committit. Omnino tenenda *Ironia* illa *Iun.* et *Schmid.* quibus ſubſcriptum a Cl. *Mich.* et *Reim.* vel concedendum II. in ſententiam ſatis ſpecioſam Cl. *Cler.* ad *Amicos* haec reuocantis. q. d. *Fruſtra duorum Amicorum ratiocinationes confirmare conatus es.* Salſiſſime ſic לא כח et זרוע לא עז tangeret *Socios declamatores* verius quam *ſolidos diſputatores*, quibus *noua* hac *declamatiuncula*, nil niſi *Cramben* ferens *recoctam*, mirifice ſuppetias tuliſſet ſcilicet *Bildadus. vſ.* 3. et 4. prima fronte minus reſpondent; eos tamen non officere venuſtiſſimo

vſ. 4. Cui expoſuiſti ſermones? et halitus cuius exiuit ex te? *vſ.* 5. Manes Orcinorum intremiſcunt, de ſubter aquis; et

huic ſenſui, mox liquebit. Inter duo ergo poſtrema dubius animi, et ſuſpenſus, quid momenti in hanc vel illam partem ſit acceſſurum ex verſuum illorum enucleatione, experiar. Hic caue praeterfugiat ſingularis Emphaſis in לוא כח, per quam *Non-neruus* iunctim, figura *abſtracti* pro *concreto*, ponitur pro *homine cui nullus plane neruus;* quemadmodum et זרוע לא עז *Brachium non-robur*, eſt *minime robuſtum*, ſed contra *fractum, contuſumque*. Vtrumque in *Amicos* falſe, ſed ſerio; in *Iobum* non minus falſe, ſed ironice, quadrat, cum relatione ad conflictus acerrimos quibus inter ſe colliſi fuerunt Antagoniſtae. [Pro לוא et לא *Gr. Alex* legiſſe videtur לור et לר. *Vog.*]

vſ. 3 Cl. *Cocc.* I. ad *Iobum* hunc verſum ita reducit, vt *Ironia* quidem ſubſit interrogationi, *Quam conſuluiſti deſtituto ſapientia, et veritatem ampliſſime explicaſti?* at לוא חכמה *ironia* careat. q. d. Noſter, *Vis me, vt errantem, docere, vt imprudenter agenti conſilium dare; ſed confundis magis, et implicas.* Conſimiliter *Calv.* et *Codurc.* Vtrumque *Ironice* accepere *Iun. Belg. Schmid. Mich. Reim.* Placet. Nec tamen diſpliceret II. quod Cl. *Cler.* videtur voluiſſe, quamuis dubitari poſſit, an aliud adhuc intenderit, ita exponens, *Quam egregium conſilium inſipientibus dediſti, qui* imperitae *multitudini eruditionem tuam adprobaſti?* Fuere et alii quibus לרב *ad multitudinem et vulgus* ſonat: ſed fortius quid, et elegantius, ſpirat, *ad multitudinem*, pro *copioſe*, *abunde*, *ampliter*. Ad *Amicos* ſi reducas, hic ſenſus emerget aculeatiſſimus, *Quam conſuluiſti ei qui non ſapientia!* Ratiocinatori et declamatori inſipido non tantum, ſed et inſipienti: *atque ſolidam rationem copioſiſſime expromſiſti!* Nempe Amicos hactenus nullam תושיה *ſolidam ratiocinationem* aduerſus ſe intuliſſe arguit, ſimulque redarguit nouiſſimum huncce Catonem, qui tam *breui* et *leui* ratiocinatiuncula, quin repetitiuncula rei aliquoties iam auditae, ſe certamina haec finire, et ſopire, ſibi videbatur. In לרב *copioſe*, eſſe *Sarcaſmum*, quo *breuitati* illudatur praecedentis oratiunculae, annotatum a Cl. *Reim.* cui in ſolidum hoc, ſi quid ſubſit ſolidi, debebitur.

vſ. 4. Ad ipſum *Iobum* nunc quoque I. inclinat *Vatabl.* ita haec declarans, *cum quo putas te verba facere, an cum homine imperito? et a quonam accepiſti, quae dixiſti? Caluin.* II. *Conc.* XCV. *Hic locus ita expoſitus fuit, quaſi diceretur.* Quo ſpiritu loqueris? numquid Dei, an hominum? *Et hic quidem ſenſus non omnino reiiciendus* etc. *Sed ſi textus ſeries conſideretur, potius dicendum, Iobum oſtendere velle, Bildadi ſermones non fuiſſe apte propoſitos, quia animam ſuam non viuificarunt* etc. *tunc enim verbum Dei a nobis, vt par eſt, tractatur, quando dat nobis animum ad ambulandum, et corroborat nos, agilesque reddit, etiamſi fractis iaceamus tibiis; quin et in morte veluti conſtitutis vitam communicat.* etc. Haec ita complexus *Piſc. Quem conſolatus es tam efficaciter ſermone tuo vt anima moerore ſepulta reuixerit?* In confiniis et *Cocceius*, niſi quod

vlte-

vlterius adhuc tendat, *Cum quo indicasti verba? quem ignota docuisti? et anima cuius exiit a te? quinam ille cuius intercluſa anima coepit reciprocari a tuo adflatu? Eſſne inter viuos, quibuscum verſaris, an Mortui fortaſſis viuificabuntur per te? Nam ea locutus es, quae ad Viuificationem Mortuorum magis faciunt, quam Solatium Viuorum.* Quorſum acies intendatur, diſcas ex annotatione *Iunii*, *Quem putas me eſſe, vt talia apud me verba profundas? Ego vero amplius teneo, et ampliora de Deo praedicare poſſum. Quis itaque tam belle te docuit, et ad dicenda iſta veluti animauit? Mirum profecto fuerit, ſi ad tam feſtiuos, opportunos, et ſalutares ſermones tuos, Mortui ipſi non e ſepulcro excitentur, aut ex profundo emergant.* Ad *vſ.* ſeq. recurret. Doct. *Belg.* III. praefetunt ad vltimum Colon, id quod ſepoſuit *Caluin.* ſecuti *Deodat.* vt ſit, *Putasne illa tua Dei ſpirtu edita? Imo vero tuus te potius agitat et impellit Spiritus* etc. Huc concedit *Epiſcop. Elienſ.* Idem voluit Cl. *Cler.* dans, *A quo protuliſti haec verba! et cuius mens*, vel potius *flatus*, *adflatus*, *exiit ex te?* Notat את מי poſitum pro מאת מי *de cum quo*; vel et *cuiusnam* poſſe verti, quod את ſaepe *Genitiuum* ſignet, nonnante *Noldio* num. 24. Caue exempla illa firma putes: nedum hocce. Rectius *Belgae*, *cui*, vel *apud quem*; vt ſeſe deſignet *Iobus*: eſt enim perinde, ſtruasne הגיד אתו *docuit illum*, an *indicauit apud illum, cum illoque verba fecit.* Conf. *Eſech.* 43, 10. Non inuenuſte IV. Cl. *Reim.* ſic dictum acuit, *cui ſermones indicas? et cuiusnam ſpiritus ex te exit?* vt non obſcure tangatur *Bildadus* quod apud peritiorem ſeſe ea funditet; quae ne quidem e ſuo penu promſerit, ſed ab *Eliphazo* ſit mutuatus. Hoc cum *num.* III. ad quem magis propenderem, ita conciliari poſſet; V. *et cuius Spiritus*, flatus, inſtinctus, *ex te exiit? Non Dei* ſane, cuius *Oracula* te *fundere* cenſes; ſed *tui ipſius*, atque adeo *Eliphazi Spiritus*, et *adfectus*; quippe cuius *telum* illud *hebes*, et a me *retuſum*, denuo vibrare non erubeſcas. Clarius. *Non Numinis ſpiras Oraculum*, quod venerabundus adoro, *ſed Eliphazi prauam interpretationem, applicationemque, tibi ab illo Anteſignano veſtro inſpiratam velut.* Nempe ad *Cap.* 4. praeſtructum, ex ore ipſius Dei prolata fuiſſe ea verba, quae toties iam *Iobo* caſtigando, et confutando, admota eſſe vidimus.

vſ. 5. Subita nox diem ſolemque adimit; adeo ſpiſſis tenebris inuoluta haecce. Communis fere calculus tenet, poſt acrem illam *reprehenſionem Bildadi, Exordii* loco praemiſſam, accedi ad *Narrationem*, atque *praedicationem Infinitae* Dei cum *Potentiae*, tum *Sapientiae*, ſe in *Prouidentia* exerentis, ab imis Mundi partibus, ad ſummas vsque. Explicationis tamen ratio minime expedita, anſam praebuit *Iun.* et *Trem.* itemque *Cocceio* alienum nexum inſtituendi, atque verba haec in vnam ſententiam colligandi cum praec. *vſ.* ſecundum faciem modo indicatam. Nempe verſio *Iunii* habet, *Ipſi expertes vitae reformarentur; inde ab aquis etiam habitatores earum.* Intelligit, in poſteriori Colo, *Cadauera iam olim ſubmerſa, quae quaſi ius habitationis longinquitate temporis ſibi compararint in profundo mari.* Ad prius nihil annotatum, ſed apparet, tum ex ipſa verſione, tum ex iis quae ad *vſ.*

praec. iam anticipata, intendi in voce רפאים *mortuos sepulcris clausos*, quos, *Hyperbolica ironia*, tam *festiui sermones excitare* posse dicantur, vna cum iis qui *profundo mersi*, et obruti iacent. Aliter adhuc Cl. *Cocc.* qui censet *Iobum extenuasse*, in hoc Exordio, *orationem Bildadi vt non conuenientem eius scopo, nimirum αα. solatio aegri vs.* 2. *ββ. institutioni errantis vs.* 3. *γγ. praesenti institutioni et animationi viuorum, non mortuorum vs.* 4. 5. Illo adspectu *Ironia* haec *aculeata* tantundem valeret, ac, *videris sane non viuos docere* velle, *sed mortuos*. Verba ipsius *Cocc.* sic habent: *Ita aliena est ratio*, et oratio, *tua a praesenti negotio, ac si a viuis transires ad mortuos. Nam inter nos agitur de libertate fidelium ad Deum; tu in medium fers efficacem Dei voluntatem, quasi inter Manes doceres, Deum ex loco mortuorum facere posse locum viuorum, licet ille sit sub profundissimis aquis, et mortuos viuificare.* etc. Item: *Estne inter viuos*, quibuscum versaris, *is*, cuius anima a te exiuit, i. e. reuixit; *an mortui fortassis per te viuificabuntur? Ea certe locutus es, quae ad viuificationem mortuorum magis faciunt, quam solatium viuorum.* Aliter quoque cola interstinguit ὁ πάνυ, שכניהם non nectens cum מים, sed cum רפאים *Manes;* et ה interrogatiue capiens, ad hanc formam, *An Manes gignentur, de subter aquis, et habitatores eorum.* Addit, שכני רפאים *Habitatores Manium* poni pro שכני שאל *Habitatores Orci*, et רפאים pro שאל venire *Prou.* 2. 18. et 9, 18. *Esai.* 14, 9. Vel רפאים pro *Mortuis* alias adhibitum, vt *Esai.* 26, 14. *Ps.* 88, 11. hic esse *Locum mortuorum.* Multa hisce obduci possent, siue Linguam spectemus, siue rem ipsam. Iis tamen immorari haud lubet. Periti ea per se sentient. Basin, quae omnia haec sustinet, haud sane firmam esse, vno tantum verbo submonebo, nam serra contentionis non reciprocatur circa *Libertatem fidelium accedendi ad Deum* vt supponit Magn. Interp. sed an *Iobo liceat, citra notam contumaciae* et *rebellionis, Iustitiam suam defensitare aduersus Deum, cum Eoque congressum postulare.* De cetero laudem magni acuminis eximiis Viris deberi, in noua hac commodioris interpretationis via, ad locum impeditissimum, tentanda, grata mecum posteritas semper agnoscet.

Ibid. Difficultatibus haud exemta I. Cl. *Schmid.* sententia ita vertentis, *Gigantum Manes commouentur; inferius aquae* commouentur, *et habitatores earum.* Statuit 1. *Iobum* describere *summam Dei Maiestatem ab omnibus creaturis agnoscendam; ita vt terreantur qui irae Eius obnoxii, reuereantur, qui reuerentiam non excusserunt; obediant tandem omnia, potentiaque illius sustententur et creentur. Incipere itaque* 2. *a mortuis damnatis* etc. 3. *Hos appellari nomine* רפאים *Gigantum mortuorum, quod hi inter damnatos praecipui, per Metonym. Tandem* 4. *sensum esse, Maiestatem Dei, quam Tu Bilda de qualitercumque descripsisti a terra vsque ad summum coelum, ego agnosco se extendere ad ima vsque loca sub terra, ita quidem, vt contremiscant mortui damnati, commoueantur aquae, et quae sub illis, aperiat se Infernus, nec occultare se queat.* Si intra *regionem damnatorum* se continuisset haec interpre-

pretatio, satis apposita censeri potuisset; sed cum *Damnatis tremefactis*, non sane appositissime coniungi putem *aquas inferius commotas, earumque habitatores, pisces; omnes quidem*, ait Vir Doctus, *sed hoc loco praecipue vasta Corpora Cetorum et Balaenarum*, etc. Scilicet ad *terrorem* hoc facere putabat: sed vel *pisces Cetaceos in aquis*, cum *Manibus Gigantum in Orci tenebris*, vnam in sententiam colligatos, non adducor vt credam; nam quod Cl. *Reim.* id ideo fieri potuisse autumet, quod *in profundo versantes balaenae, viciniam velati colant cum regione mortis*, mihi quidem haud satisfacit. Magis arrideret, quod *Reim.* de suo promsit II. מתחת *Elliptice* sumendum pro *sub aquis sita Loca*, quorum *habitatores* sint vel *mortui* generatim, vel speciatim *mortui damnati*. Eadem dubitatio tenet Virum Doctiss. circa vocem רפאים, quae ei *porrectos*, *extensos*, ex *Origine*, signans, amplectitur omnes *mortuos* praecipue autem *damnatos*; qui *a facie Dei* dicantur *contremiscere*, ex significatione Radicis חול, quae adfert *dolorem* et *tremorem*. — — In *Iuuenil.* coniecturam exposui, רפאים ex *Origine* designare *proteruos*, *insolentes*, et 1. quidem *Gigantes*: 2. *Rebelles in Deum*, siue adhuc *in viuis*, siue *e vita discesserint*. Prouocabam ad Prov. 2, 18. et 9, 18. et 21, 16. vbi non alios quam *spiritualiter mortuos* intelligi posse tendebam. Veriuerbium tunc occurrebat ex רפה קנה *commoda mollique vita vsus fuit*, vnde procliuis via ad *insolentiam* etc. Non est cur poeniteat conatus in voce abstrusissima; nec tamen pedem in eo figo: omnino enim רפאים in tribus illis dictis *Salomonis* aliquid grandius, grauiusque, spirat, atque ἄδην *Orcum* oculis subiicit, *domui meretriciae contiguum*. *Prov.* 21, 16. *Aberrans a via maturae prudentiae* בקהל רפאים ינוח *in coetu, in Panegyri, Rephaim quiescet*. Admirabilis scena, quam non explent *mortui* simpliciter, non *Manes* in genere; sed *Manes damnatorum*, atque *ad Inferos ablegatorum a facie Dei*. Grauissimus Sarcasmus in verbo ינוח *quiescet, residebit*, qui peritos haud praeteribit: קדל supra quam dici potest elegans: et *Panegyrim Orcinorum* nemo temere improbarit. Idem Character *reprobationis* et *damnationis* elucet ex *Prov.* 9, 18. *Et nescit Rephaim existere ibi*, in domo meretricia; *in profundisque* שאול *Orci esse eius inuitatos*. Vides *Societatem Orcinam* cui *contubernales* fiant, qui *aquas furtiuas*, et *panem clancularium* venantur. Iterum de *adultera Prov.* 2, 18. *Subsidit ad Mortem domus eius: eiusque orbitae ad Rephaim*; Cl. *Cocc.* ad *Infernum*. Alii *ad mortuos* etc. Cl. *Guss ad Gigantes*. Nec *spiritualiter mortui* etiam *in viuis* adhuc numerati, satis quadrant, vt olim opinabar, quum, ad *Orcinos* illos qui in *abyssum perditionis* amandati, manifeste respiciatur. Cum aliqua iam fiducia non longe a scopo aberrandi, conspectum textus abstrusi praehibebo, III. *Bildadus Iobum* confecturus scilicet, et decretorio ictu jugulaturus, *Dominationem Numinis absolutissimam*, *infinito terrore armatam*, produxerat, adiecto insuper *immenso Maiestatis et Sanctitatis inaccessae fulgure* dicam? an *fulgore*. Ad haec Noster, intempestiua grandiloquentia derisa, ita redorditur, vt istam *Eminentissimam Maie-*

et Habitatores eorum. *vſ.* 6. Nudus eſt Orcus coram Eo; et non eſt operimentum perditioni. *vſ.* 7. Extendens

Maieſtatem, *quin et Sanctitatem*, non *ſuperis* tantum, ſed et *inferis formidoloſam*, oculis ſubiiciat; eoque ipſo oſtendat ſe haudquaquam concedere aduerſariis in religioſo ſenſu *de Dei Independentia*, et *Dominatione abſoluta*, qua nemini rationem reddere teneatur, itemque *de Eius potentia tremenda*, qua *Maieſtatem* ſuam *aduerſus refractarios* et *perduelles iuſtiſſime ſanciat*, vindicetque. Harum cogitationum plenus Vir ſanctus, in *Abyſſum* veluti deſcendit, ex praerupto, atque vt *Supera loca ſerena pace ridentia* ſub tanti Domini nutu, atque imperio, induxerat *Bildadus*, ita ipſe *ſedes Inferas* nunc in ſcenam adducit, cum *Manibus damnatorum*, quos maledictionis aeternae fulmen percuſſit. Hoc autem facit Noſter, non ſane vt carpat, aut criminetur, ſed venerabundus, ſed ſacro horrore tactus, ſimileque exitium ſe meriturum inſinuans, ſi quae hactenus de *innocentia* ſua aduerſus Deum egiſſet, ex *contumacia* et *rebellione* eſſent profecta. Secundum has rationes ſatis liquidas, omnia e limpido fluere incipient. הרפאים *Orcini*, *Manes damnatorum* יחוללו *cruciatu adficiuntur*, *contremiſcunt*, a חול, et quidem velut *parturientis doloribus conſtricti*. Magna imago: mens profunda; quae inculcat eos *ſub vinculis tenebrarum attineri et aſſeruari ad iudicium Magni Diei*. Poſſes quoque a חלל vnde formula חללי חרב, *confoſſi gladio*, vel potius *profani ad gladium*, *caedem*, et *lanienam ſaeuam*, vt *Eſai.* 53, 5. et 51, 9. vt ſit, *Orcini omnibus teli*s irae Diuinae *expoſiti*, ac velut *profanati*, *iacent*. מתחת מים *de ſub aquis* longe *infra profundiſſimas abyſſos aquarum*, procul a *celſis* illis et *ſerenis coeli regionibus*, ad *inferos* et *Tartara* amandati. ושכניהם *Et habitatores*, non *earum* aquarum; (quod, ſi *piſces* intelligeres, langueret; ſi *cadauera mari merſa*, minus quadraret) ſed *eorum*, nempe *locorum infernorum*, quae in מתחת מים comprehenſa. שכן ſic translatum *Pſ.* 94, 17. *ferme habitaſſet anima mea exſcidium*.

vſ. 6. *Belgae* in שאול amplectuntur geminam vim, *Loca profundiſſima terrae*, et praeſertim *Orcum damnatorum*, eodemque modo אבדון ad geminam *perditionem* extendunt, alteram *corporum conſumtorum*, alteram *animarum*. Haec, ſi *vſ.* 5. de *Reſurrectione* egiſſet, quod volunt Belgae, ſic ad *ſcopum*, quem fixi, reuocari poſſent, *ad tremendum Iudicis Supremi Tribunal viuos trahendos fore eos*, *qui nunc Orco praecipites acti*. Malim tamen quod et alios maluiſſe cerno, *Dei oculum infernas quoque ſedes damnatorum peruadere*. Adderem *Manum vindicem*; quando, vt praemunitum *vſ.* 1. et 5. Noſter nunc, ad *Bildadi* imitationem, *Terrorem Domini* admouet, eiusque ſacro ſe horrore penitiſſime imbutum demonſtrat. Illud *Nudus*, et *ſine Tegumento*, in *Oculum Manumque vindicem* procliue, percipias ex *Hebr.* 4, 12. 13. Vtrumque magis adhuc eminebit, ſi יחוללו a חלל deriues, ſic enim ex חללי חרב promta anſa

ad

dens *ille* Aquilonem super Chaos; suspendens terram super nihilum! *vs.* 8. Instringens aquas in nubibus suis; ita vt non

ad *formidolosissimam* illam *Gladii ancipitis aciem*, quae ibidem destricta.

vs. 7. Ad rem et linguam satis commode *Iunius* et *Trem.* quibus צפון *Aquilo* est *orbis terrarum, Synecdochice, quatenus Aquilo, vt superior pars Orbis nostri, incumbit inferioribus partibus; et omnes simul incumbunt Nihilo.* Ita תהו et בלימה idem fere designarent; itemque צפון et ארץ. *Rabbini*, quibus eadem mens sedit, *Aquilonis* titulum referunt ad opinionem illam vetustam, quae *plagas Septentrionales* solas fere *habitabiles* credebat, *Australibus* videlicet *nimio calore exustis.* Si *gradationem* seruandam ducerem, nihil aliud sequerer. Vel citra eam, magnum isti interpretationi locum concedo. Scilicet dubium esse nequit, quin respiciatur ad תהו ובהו *Chaos vastum confusumque*, ex quo *Orbis terrarum* potentissimo iussu eductus. Sic ergo *Aquilo expansus super Tohou*, sumi posset pro *Terra producta ex caeca congerie*, et *mole confusanea.* Sed quum *Tohou* signet *inhabilem* quidem, *aliquam* tamen *materiam* opportune additum, *suspendens terram super Nihilum*, non tantum ad *Creationem e Nihilo* docendam, sed simul inculcandum, *sustentationem*, et *prouidentiam cuncta portantem, veluti supra Nihilum suspensas tenere res creatas*, in *Nihilum*, vnde emersere, sponte redituras, nisi *Omnipotente manu sustinerentur.* Sic בלימה plenissimam vim et Emphasin exeret. Nempe Noster totus in eo est, vt *Dei tremendum, independens, et absolutissimum Dominium, Infinita potentia armatum*, iustis pingat coloribus. Ecquid hinc abesse potest *Creatio e Nihilo?* Ecquid *sustentatio*, et *suspensio* quasi, ne *in Nihilum* cuncta reuoluantur? Nemo dixerit, qui haec duo considerat veluti *Cardines*, super quibus *Independentia Dei* cum nititur, tum voluitur; quae nulla sane sine hisce duobus esse, vel concipi, potest. Fateor interim illustrius adhuc, et magnificentius, fore theatrum, si צפון *Hemisphaerium* nostrum, totumque adeo *Coelum*, complectatur per *Synecdochen.* Ei adspectui fauet 1. verbum נטה quod in *Coelo tentorii instar dispanso et distento* protritum. *Ps.* 104, 2. *Ies.* 40, 22. et 42, 5. et 44, 24. et 51, 13. *Zach.* 12, 1. itemque *Iob.* 9, 8. Fauet 2. eiusdem contextus collatio, vbi *vs.* 9. subnectuntur *sidera Borealia*, quibus opponuntur חדרי תימן *penetralia abdita Austri.* Concinne ergo omnia illa vno vocabulo *Aquilonis* renouata, oculisque subiecta. Nonnihil forte momenti 3. addere posset *Etymon*, non a צפן *condidit*, vt volunt, sed a צפה *speculatus est, e specula prospexit*, ductum, quae appellatio conuenit *Polo Arctico cum suis sibi sideribus.* Illud iam *Hemisphaerium* nostrum, *coelumque* vniuersum, dicitur *expansum super Tohu*, hoc est, *ex indigesta mole magnificentissime fabricatum*, in eandem *caecam confusamque congeriem* collapsurum, nisi manu Creatoris iugiter sustentaretur; atque ita *super* ipsum *Tohu* veluti *fornicatum*, et *ponderibus suis libratum, connixumque, stare* iube-

iuberetur. Est grandis non minus, quam vehemens imago, quales *Arabia* spirat, et inspirat; per quam *Tohu* repraesentatur vt *Vastum* aliquod *profundum*, in quod pulcherrima mundi machina sponte infracta, et dissoluta, abiret, Omnipotentis manu ei subducta. Confer vsum prouerbialem nostrae vocis *Esai.* 34, 11. Eodem cothurno dictum, *Suspendens terram super Nihilo;* quod supra satis declaratum. Obseruandum hic praeterea artificium, quod in sublimiore et sententioso Orientis stilo regnat, vt in duo Cola dispescantur, quae inter se indiuulso nexu cohaerent. Simplex oratio dedisset, *Expandens Coelum super Tohu* et *Nihilum; simul terque terram super vtrumque suspendens.* Hoc venustior ratio ita dispensat, et diribet, prout hic expressum. Crebrum est *Schema* in *Prouerbiis Salomonis*, vnde agmen exemplorum aduocari potest.

Ibid. Secundum seriem a nobis deductam progreditur Noster ad *Eminentissimam* illam *Dei Maiestatem*, quae Inferis iuxta Superisque tremenda, asserendam. Hoc magnificentissime exequitur, recluso theathro *Creationis*, *sustentationisque*, quo vniuersa haec mundi machina, *Coelum*, *Terra*, *Maria*, quaeque in iis sunt omnia, *e Nihilo euocata*, atque omnipotente iussu educta, *super Nihilum* veluti *suspensa* sustinentur, et conseruantur, ne ad *informe Chaos* non tantum, sed et *Nihilum* ipsum reuoluantur. Hoc adspectu vt nihil potentius, ad *Dei Independentiam*, et *Infinitam perfectionem*, supra excellentissimas quoque creaturas, euincendam; ita nihil efficacius ad *dependentiae* nostrae sensum, religiosumque tanti Numinis timorem, nobis incutiendum. Huc, ni me omnia fallunt, cuncta hoc Capite magno spiritu elata collineant; in quibus simul deprendere mihi videor validissimam retusionem omnium eorum, quae hactenus Nostro certatim impegerant Socii, a criminatione *Hypocriseos* progressi ad *impietatem*, cui tandem superadditus *Atheismus*. Conferantur quae ad *vs.* 1. praelibata; atque inde resumatur profundissimus ille sensus, merusque, summi Numinis, quo se penitus penitusque imbutum iam declarat Vir Sanctissimus, qui in omnibus suis contestationibus, et prouocationibus, nihil sane *derogatum* voluerat *Diuinae Eminentiae*, *Sanctitati*, *Perfectioni;* nihil quoque *sibi*, vt *Creaturae*, *arrogatum*, *contra*, nedum *supra*, *Deum;* sed qui tantum *innocentiam* suam, et *iustitiam praesentis causae* assertum iuerat, quae cum *Diuinae Maiestatis Infinita supereminentia*, et *absolutissima* etiam *potestate*, neutiquam pugnare censenda sit.

vs. 8. Pulcherrimae figurae; egregie semet sustinentes. Prima est, *Ligare aquas in nubibus*, metaph. desumta ab *vtribus*, vt obseruat *Merc.* citans *Ps.* 33, 7. et 78, 13. quasi נד pro נאד ibi positum esset. Rectius *Aceruum* istis in locis dederis; estque diuersum miraculum. *Vtres coelorum* occurrent infra *Cap.* 38, 37. vbi exempla adferentur. Nunc tantum conferam *Prou.* 30, 4. *Quis* צרר *colligauit aquas* בשמלה *in vestimento?* in *tenui linteo* veluti, vel *sacco percolatorio.* Confer *Exod.* 12, 34. *Ios.* 9, 4. 1 *Sam.* 25, 29. Apud *Arabes* صـــرّ est *strinxit;* inde speciatim, *instrinxit*, *nodauitque* crumenam, sacculum, qui صـــرّة, צרה, vt צרור

non rumpatur nubes transuersa sub illis. *vs.* 9. Firmans faciem solii; super quod nubilationem suam expandit. *vs.* 10.

צרור صرار est *funiculus stringens.* In Sacris צרור pro *sacculo* etiam tritum. *Hagg.* 1, 2. *Prov.* 7, 20. *Gen.* 42, 35. etc. Allusumne ergo ad *vesiculas* innumeras, vnde nubes conflatas tradunt Philosophi? Haud abludit a vero, habentque, qui haec profundius commeditari volent, quod ex appositissima imagine eliciant; quomodo scilicet aquae in nubes *attrahantur*, attractae *constringantur*, constrictae *detineantur*, detentae *percolentur*, et *destillentur*, ad terras pluuiis, imbribusque, foecundandas.

Ibid. Eodem colore orationis subnexum, *et non finditur Nubes sub iis.* Immensae illae aquarum moles gurgites, maria, vt sic dicam, coelestia, quae grauitate sua descendere nituntur, atque omnia perrumpere, inundare, perpetuoque diluuio mergere minantur, ne findunt quidem *tenuem* illam et *pellucidam* nubium *vestem*, quibus collecta et constricta sunt. Allusionem factam ad *Diluuium Noachi*, quum *cataractae coelorum* perruptae, et *Nubes* omnes *discissae* videbantur, non video cur negetur; quod enim *de Pined.* et *Schmid.* aiant, agi de *ordinario* et *consueto cursu Naturae*, quid ad rem? *Ordinarium* sane est, *non diffindi Nubes*, prouidentia nempe potentissima id orbi praestante, quod promissum *Gen.* 8. Ergo ad illud *Extraordinarium* sic alluditur, vt simul insinuetur, Omnipotentia Diuina nisi esset, *perpetuis diluuiis* omnia *obruenda;* quin in *Chaos* antiquum, *Nihilumque* adeo *suum*, relapsura fore.

Ibid. Habes *connexionem* arctissimam, quae *vs.* hunc non sinit subsistere in *generali contemplatione potentiae*, et *sapientiae* Diuinae; sed adhuc *specialius* adstringit ad id, quod *vs. praec.* fuerat expositum: *Deum coelos extendere super Tohu*, et *terram super Nihilum suspendere*, id est, *vocare ea quae non sunt, ac si essent, solo voluntatis efficacissimae nutu;* tum in *creando*, tum in *conseruando*, *sustentando*, *gubernandoque.* Hoc digito tetigisse satis: ad demonstrationem quippe, vberioremque deductionem, nullum spatium satis.

vs. 9. Cl. *Cocc.* vertit: *Firmauit faciem solii, obducendo ei nubem suam.* Notat, *Solium* esse *coelum Esai.* 66, 1. *Firmasse* dici vel, *quia aqua non irrumpit in coelum, sed infra in sua regione subsistit;* vel, *quia quasi claudit obducta nube.* Notabis praeterea פַּרְשֵׁז *obducendo* enunciatum, *infin. forma*, et ambigere praeclarum *Interp.* an non potius valeat ἅπαξ λεγόμενον hocce, *vltro citroque ducere*, quum *Nubes velum sit, quod nunc obducatur, nunc reducatur, firma et stabili coeli facie.* Vltimum illud conceptum ad mentem Eorum qui מאחז reddunt *confirmans*, *constabiliens*, *consolidans*, ad *serenitatem coeli* respicientes; vel et ad ipsum *firmamentum solidissime iunctum* et *coagmentatum* veluti. In *Lex.* vnum hocce tenet ὁ πάνυ, exhibens, συγκροτῶν *coagmentans faciem solii* i. e. *coeli*, et conferens 2 *Chron.* 9, 18. *et sex gradus solio, et scabellum auro tectum solio,* מאחזים *coagmentata.* Huc oculos intendisse

disse putem *Iun.* et *Trem.* dantes, *Continet superficiem solii, et expandit ad illud nubem suam.* Distinctius *Codurc. Coagmentans faciem solii. Intelligit* Firmamentum הרקיע *quod dicitur, comparatque illud Solio;* Nubem *autem Velo, quod Aetheri obtenditur* etc. Illustris est adspectus, quem magnificae huic orationi lubens inseruerim. Nempe כסא פני *Faciem solii* omnino explicandam censerem de *fornice supremi coeli nobis obuersa, et astris radiantibus distincta.* Eius *coagmentatio* et *suspensio super Tohu* et *Nihilum*, verbo אחז venuste, et signanter, expressa, quotidie nobis Omnipotentis *Creatoris* ac *Conseruatoris* immensam Maiestatem oculis ingerit, atque *supremi* illius *Regis* profundissima veneratione nos indesinenter feriret, nisi inter miracula viuendo, ad ea sensim sine sensu obstupuissemus. Super illam *exteriorem faciem solii sui* פרשז *expandit Deus nubem suam* ענגנ, vel vt *aulaea*, quae modo *adducantur*, modo *reducantur;* vel vt *tapetia*, super *coeruleum coelestis solii fundum, pauimentumque, strata.* Vtrumque quadrat ad Magnificentiam Regalis Aulae, et Sedis. Quid praeferendum sit, haud facile decernas; amant enim Orientales vtramque imaginem, et *Nubes* nunc *Aulaeis* comparant; nunc *tapetiis.* Radix פרש فرش ad vtramque notionem quoque se benigne porrigit. Origo verbi Quadriliteri, cuius vltimum elementum ingeniose *Auenar.* exculpsit ex זוז *splendor, copia*, vt sit *expositi splendide et copiose*, etiam nihil decideret, si vel firma foret, quae nunc tenui filo suspensa. Propendere tamen me fateor ad imaginem *Aulaei Pensilis*, quod *adductum, reductumue, Coeli Stelliferi conspectum*, i. e. *exteriorem faciem solii coelestis*, dixerim potius *conuexam aduersamque* eius *partem*, vel *oculis subtrahit*, vel, qua late patet, *conspiciendam praebet.*

Ibid. Ad vocem כִּסֵּה *Solium* recte annotauerat *Merc.* ה pro *Aleph* positum, idque tribus in locis fieri iuxta *Masoram.* Cl. *Guss.* gratis id dici arguit in C. L. H. et 1 *Reg* 10. 19. כסה non amplius de *throno* ipso seu *sedili* capiendum contendit, sed de eius *lateribus*, et *testudine*, *tegentibus sedentem*, vt כסה ibi valeat *Tegmen.* In nostro contextu autem *Coelum non propositum* ait *sub notione throni, vt alibi, sed tegumenti; quatenus occultat hominibus Dei maiestatem, visui etiam* ἀπρόσιτον. Talia surrepunt, quando loca extra seriem consideramus, et ad calculum Grammaticum nimis scrupulose sedemus. Si כסה hic non esset כסא *Thronus*, periret omnis gratia, ac dignitas, magnificae descriptionis; et nescio quae confusio, et humilitas sermonis, cuncta implicaret; quid enim vel magnum, vel clarum, in hac sententia? *Continens faciem Tegumenti; expandit super eo nubem suam.* Eam expressêrunt quidem *Syrus* quoque et *Arabs*, sed nemo audiendos censuit. Nimis crebra est commutatio τοῦ א in ה, et vicissim, quam vt *solium* hic non maneat *solium*, siue *Radicem* constituas כסה *texit, operuit*, vnde כִּסֵּא et כֻּסֵּא *sedes tecta, cooperta*, et deinde *Thronus; Aleph* vel *He Radicalibus:* siue כרס كرس *congessit, construxit*, vnde *Chald.* et *Syr.* כרסא, *Arab.* كرسي, *sugge-*

vſ. 10. Terminum circinauit ſuper facies aquarum; ad conſummationem exactam lucis cum caligine. *vſ.* 11. Columnae

ſuggeſtum; *ſolium*; iisdem literis *ſeruilibus*. De his alibi curatius.

vſ. 10. Plus difficultatis ſubeſt, quam prima fronte apparet. *Merc.* I. ad *Marinas* et *inferiores aquas* deſcendi putat, poſtquam de *ſuperioribus*, *quas* Deus *in nubibus contineat*, dictum eſſet, vt et iis *terminum praeſcriptum* eſſe, quem nunquam praetereant, inculcetur. *Ad conſummationem vsque lucis et tenebrarum*, exponit, *in perpetuum*; *quamdiu lucis et tenebrarum vices durabunt*. Idem hoc a *Iun.* et *Trem.* ita expreſſum: *Decreto circinauit ſuperficiem aquarum*; *vsque ad conſummationem lucis cum tenebris*. Id paulo adfectatius; nam omnino חק infert *terminum*, *limitem praefinitum*; quem eodem ſenſu fere hic tenent *Luth. Caluin. Tigur. Genev. Angl. Belg. Piſc. Druſ. de Pined. Vauaſſ. Codurc. Grot. Patric. Crinſoz. Guſſet.* in voce אור, vbi reddendum inſinuatur, *Modum ſuperficiei aquarum deſcripſit quaſi circino*, *vsque ad finem diei et noctis*. Additur pro ratione, *nam alias nec finis erit lucis in Paradiſo*, *nec tenebrarum in ſtagno ſulfureo*. Citra eam ſuus Viro Docto calculus conſtare potuiſſet. Cl. *Scheuchz.* II. arbitratur de *aquis ſuperioribus* et *inferioribus* ſimul contextum huncce explicandum eſſe; vt inculcetur tum *Nubibus aethereis*, tum *maribus*, *fluuiisque*, ſuos *terminos* eſſe *praeſtitutos*, ac *quaſi circino deſcriptos*, vt *exactiſſimum aequilibrium ſeruare* cogantur, quantumuis nonnunquam videantur turbare, et vel *coelo* vel *terrae* ſubuerſionem minari. Vltimum membrum eodem modo capit ſagaciſſ. *Philoſophus*, quo *num.* I. vidimus, cum quo haec ſententia ſic conuenit, vt molliorem progreſſum, tranſitumque, praeſtet ad *Coelum*, et *Maria*, *tempeſtatibus concuſſa*, *iterumque compoſita vſ.* 11. 12. Omnium ſubtiliſſime III. hoc in textu verſatus eſt Doctiſſ. *Nieuwent. Contempl.* XXV. *pag.* 630. vbi longe diuerſum *opus prouidentiae* admirationi noſtrae offerri autumat, quod ſe exerit in *finibus* ſiue *extremitatibus Lucis* et *Tenebrarum* exactiſſime *regendis*, ac velut *ad circinum dimetiendis*. Nempe *Lux ſolis colluſtrans orbem terrarum ex dimidia parte*, *ibi finitur*, *vbi altera pars incipit*, *opaca illa*, *tenebrisque obſita*, *quae in conum deſinunt vmbroſum*, *vltra terram longe proiectae*. Si hunc conſpectum teneamus חכליח ſignabit *confinia lucis et tenebrarum*, et quidem על פני מים *ſuper facie aquarum*, *ſuper globo terraqueo*, *qui ſoli obuerſus*, *circinatiſſime*, interuentu aquarum Orbi circumfluarum, ad dimidium vsque *illuſtratur*, auerſam partem *opacitate* et *vmbra nocturna inuoluente*, etiam *ad circini* accuratiſſimam *dimenſionem*. Addit Eximius *Philoſophus* חכליח etiam ſumi poſſe pro *extremitate*, ſiue *fine*; ita vt *finis lucis* ſtatuatur ad *medium orbem radiis ſolaribus illuſtrem*: *finis* autem *tenebrarum* in *extremitate* demum *tenuiſſima coni illius obſcuri*, quem opacitas terrae efficit. Haec admirabilis *Acuminis* plena; an et *Luminis*, ſolidaeque veritatis, diiudicandum relinquo illis, quorum in hoc genere

praepollet, cum acie, auctoritas. Mihi, ne quid diffitear, ipsa illa elimatissima subtilitas, quae vtrique sensui subest, suspectior; nec facile conceſſerim על פני מים *super facie aquarum* nihil aliud hic designare, quam *exactissimam* illam *circinationem quae interuentu* demum *aquarum efficiatur ad medium orbem terrae.* Commodius, simulque plenius, iudicarem, quod *num.* II. exhibui; nec tamen תכליח *consummationem Lucis cum Tenebris* ad *finem Mundi* pertinere persuadeor. Res et series potius exigere videntur IV. in תכליח *consummationem operis absoluti*, et *elaboratissime perfecti*, ex vsu Radicis כלה *Gen.* 2, 1. 2. Aliud longe est *Ier.* 33, 20. 25. *Si Foedera diei et noctis abolebuntur, ne dies et nox exsistant suo tempore;* indeque potius inferrem et heic loci *continuationem Lucis cum tenebris, earumque ordinem,* ac *orbem perpetuum, quem* Creator ac Conseruator potentissimus stupendis modis *decircinauerit,* atque *ad* diurnas nocturnasque *vices obeundas adstrinxerit* quam *exactissime.* Ista *descriptissima* et *exactissima ratio Lucis* ac *Tenebrarum*, meo quidem iudicio, voce תכליח expressa est. Fauet mihi vsus consimilis *Iob.* 11, 7. *An ad consummationem* עד תכליח, vel *exactissimam rationem, inuenies Omnipotentem?* Item *Iob.* 28, 3. ולכל תכליח *et ad omnem exactissimam rationem ipse inuestigans etc.* Nec aliter *Neh.* 3, 21. עד תכליח *vsque ad exactissimam rationem domus Eliaschybi; ad finem eius accuratissime dimensum.* Insigni *Metaph. Ps.* 139, 22. תכליח שנאה שנאתים *consummatione odii perosus sum eos.* Vides omnia conspirare in centrum *exactissimae commensionis.* Vetto itaque, *Statutum circinauit super faciem aquarum, ad exactissimam vsque rationem Lucis cum Tenebris:* i. e. vt *Lux*, et *Tenebrae, perennes voluere* possent *vices*, atque *Diem Noctemque* ordine haud interrupto Terris praestare. Haec sunt *Aeterna illa Foedera Mundi*, ad quae prouocatur *Ier.* 33, 20. 25. coll. *Gen.* 8, 22. Haec *Opificis* et *Gubernatoris* summi demonstrationem euidentissimam adferre vrget *Cic. Lib.* 2. de *Nat. Deor. cap.* 5. vbi *aequabilitatem motus, nunquam mentitam, conuersionem coeli, solis, lunae, siderumque omnium distinctionem, vtilitatem, pulchritudinem, ordinem,* ponit *Quartam causam*, eamque *vel maximam, quae notionem* Numinis *in hominum animis informarit* etc. Iterum *Cap.* 38. *Quis enim hunc hominem dixerit qui cum tam certos coeli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa et apta viderit, ea casu fieri dicat, quae quanto consilio geruntur, nullo consilio assequi possumus? An cum machinatione quadam moueri aliquid videmus, vt Sphaeram, vt horas, vt alia permulta, non dubitamus quin illa opera sint rationis; cum autem impetum coeli admirabili cum celeritate moueri vertique videamus, constantissime conficientem vicissitudines anniuersarias, dubitamus quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam Diuinaque ratione?* Item *Cap.* 39. *Restat altissimus, omnia cingens, et coërcens, coeli complexus; extrema ora et determinatio Mundi: in quo cum admirabilitate maxima igneae formae cursus ordinatos definiunt. E quibus sol, cuius magnitudine terra multis partibus superatur, circum*

eam

eam ipsam voluitur, isque Oriens et Occidens Diem Noctemque conficit etc. Adde et illa:

Cetera labuntur celeri coelestia motu:
Cum coeloque simul noctesque diesque feruntur.

Idem hocce spectaculum, quo nihil potest admirabilius esse, nihil pulchrius, *Iobus* hic in oculis mentibusque defixum voluisse putem, formula exquisitissima, *Circinauit determinationem*, et quidem עד תכריה *vsque ad consummatissimam et liberatissimam rationem Diei et Noctis*, reliquotumque *motuum*, ac *cursuum*, quos *Sol*, *Luna*, *sidera*, tum *vaga* illa et *errantia*, tum *inerrantia*, constantissime seruant, ac conficiunt. חק pro *Finibus descriptis*, habes in *Mari*, *Iob.* 38, 10. et *Prov.* 8, 27. 29. Collatio vtriusque loci et hic מים pro *aquis marinis* positas suggessisse videtur. Id tamen nimis abruptum, quum *vs. praeced. Coelum Nubibus velatum* obtulerit tanquam *magnificentissimum solium Regis aeterni;* vnde tam subito ad *maria* descendi non est consentaneum. Obseruo itaque istud חק etiam in *Coeli descriptione*, et *ambitu decircinato*, iustissimam occupare sedem. *Ps.* 148, 4. *Laudate Eum coeli coelorum, et aquae, quae supra coelos. Ipse enim iussit et creata sunt. Et facit ea stare vsque in aeternum.* חק *statutum posuit, nec transgreditur* quicquam eorum leges motionesque sibi praefinitas. Adde *Ier.* 31, 35. Ergo חק חג *statutum circinauit*, egregie quadrat in *immensum illum vniuersitatis complexum, ac circulum*, qui supra *Cap.* 22, 14 חוג שמים *decircinatus Orbis Coelorum* dictus. Non obstat על פני מים *super facie aquarum;* nam vel *prouerbialis* queat esse formula, *super materia liquidissima* et *fluidissima* illum *aethereum circulum descriptum* esse insinuans: vel pressius *super aquis coelestibus*, iisdem videlicet illis, quae *Ps.* 148, 3. 4. et *Gen.* 1, 6. 7. comparent. Plura addere superuacuum. *Systema Mundi* Nostro ex disciplina vereri heic obuersatum; secundum quod *Terra mediam obtinens sedem globosa, et suis vndique nixibus in sese conglobata, pendet; mari* primo, mox *aëre et nubibus circumfusa, super quas deinde Aethereus orbis sese expandat, vastissimo circumplexu cuncta comprehendens simul, colligansque.* Hoc sufficere debet *Iobum* commentanti, neque fas duxerim, vlterius pergere, atque in hanc vel illam partem *Philosophiae* aliquid ex hisce decidere velle.

vs. 11. Bene *Mercerus: Metaphorice haec dicuntur; non quod alioqui coelum* columnas *habeat, quibus nitatur, sed quod in vehementiore orbis concussione videatur nobis perinde ac si nutent eius columnae.* Idem voluisse crediderim *Drusium*, cui *Columnae coli* ipsum *coelum;* vt *columna aurorae* est *Aurora;* et *columna nubis*, ipsa *nubes:* et *columnae terrae* ipsa *terra. Cap.* 9, 6 Haec tamen minus accurate dicta, et digesta; nec exempla quadrant. Idem certe voluit *de Pined.* qui *coeli columnas* nihil aliud esse ait quam *ipsam coeli firmitatem* et *robur* Idem quoque *Pisc. Belg. Codurc Schmid Cler. Reim Scheuchz.* qui conferre iubent δυνάμεις οὐρανῶν *Vires Coelorum Matt.* 24. Expressius adhuc et illustrius *Vauass Coeli molitionem et fabricam columnis veluti subnixam inducit poëtice, et figurate;* q. d. *Totum nutu tremefecit Olympum.*

lumnae coeli contremiſcunt; et obſtupeſcunt ab increpatione Eius. *vſ.* 12. Robore ſuo conuibrat mare; et intelligentia ſua

Omnium expreſſiſſime *Caluin. Conc.* XCVI. *Verum quidem nullas eſſe columnas quae coelum ſuſtineant; ſed Iobus hic ſimilitudine vtitur, quia Vaſta Aedificia columnis ſuſtentantur, Si quis magnum Templum conſtruat, neceſſe eſt columnas adhiberi, quae tantam aedificii molem fulciant. Idem igitur de coelo iudicatur, quod quidem tanti aedificii ſpeciem habet, vt columnas requirere* videatur etc. In hac ſplendida *Metaphora* acquieſcendum cenſerem; praeſertim quum ea nobis repraeſentet *Coelum* vt *Templum* aliquod, ac *palatium* magnificentiſſimum, cuius *ipſi poſtes*, et *columnae*, ad *vocem imperioſam* tanti Numinis *intremiſcant*, et *attonentur;* nedum vt *creaturae rationabiles* ſacro Eius horrore percuſſae, infinitam iſtam Maieſtatem vereantur. Hic perpetuus *Iobi* ſcopus neutiquam ex oculis dimittendus; ſecundum quem חמה non ad *quietem* et *compoſitionem coeli commoti* pertinere poteſt, ſed neceſſario ad *pauorem attonitum, horroremque* illum *religioſum*, debet reuocari, quem et *Eſaias Cap.* 6. per *poſtes Templi concuſſos* inſinuatum voluit.

Ibid. Illuſtrandum reſtat vocabulum ירופפו. *Chaldaeis* רפרף eſt *nictare*, *motitare* oculos, alas, *vibrare tremulo motu.* Radix non רוף, ſed רפף. Cl. *Buxt.* quidem in *Lex. Thalm.* רוף admittit, citans ex *Bereſch. Rabb.* חלב רוף *Lac tremens;* ſed ad רפף reuocandum eſſe caue dubites. Notandum inprimis *Iob.* 9, 6. *Chald.* ſubſtituere מתרפפין in *Columnis Coelorum tremefactis.* Concinit vſus *Syrorum* item in *vibratione tremula.* Succinit denique late fuſa *Arabum* copia ſub رفّ et رفرف *Motitauit, palpitauit, tremulum vibrauit*, alas, oculos, etc. quae iam ex Fontibus expromere, et perſequi, haud licet. Venuſtiſſime ergo! *Columnae coelorum in tremulum vibramen coniiciuntur, et ſtupeſcunt*, vel *paueſcunt* etc. En aliud adhuc in linu Linguae abditum. רפף nempe etiam *vibrationem fulminum* ſignat apud *Arabes*, omnemque adeo *tremulam* et *coruſcum ſplendorem*, qualis e *laquearibus altis reſultat*, et *reuerberatur.* Hinc *Schema* exorietur, quo nil grandius, illuſtriusque, concipi poſſe autumem: *Columnae coelorum tremulum vibrare coguntur.* i. e. *inter fulmina*, et *tonitrua, ſublime Tectum Mundi, ſuper capita noſtra ſuſpenſum, quantum quantum eſt, intremiſcit, ad vocem increpationis Dei:* nedum, inquit Noſter, nos terrae vermiculi non contremiſcamus religioſiſſimo tanti Numinis pauore intimis medullis adfecti, ſed feroces aduerſus eum ſpiritus attollamus, quod mihi iam toties, ac ſi neſcirem quicum mihi res eſſet, obiectatum.

vſ. 12. Senſus eſt: *Robore ſuo vibrat, vibratis fluctibus tollit, mare: et intelligentia ſua ferit*, altis vulneribus haurit, *ferociam.* Prius Colon ad *fluctus commotos* pertinere, indubium ex *Ieſ.* 51, 15. et *Ier.* 31, 35. Poſterius minus liquidum. Ad *fluctus ſtratos* traxit fere omnes blanda quaedam vis, quae *percuſſionem* et *inflictionem vulnerum*

rum hic ad *edomationem tumidi Elementi* referendam esse facile persuadebat. Doct. *Beza* adiecit *Fulmina maris tumorem transuerberantia.* Hoc iam vereor ne plus quam *Dithyrambicum* sit, et Naturae legem violet. Durities haec *Schmidium* impulit ad *percussionem Cetorum.* Id expendi meretur, est enim et mollius, et accommodatius ad proprietatem verbi מחץ, quod a *concussione*, et *iactatione vrnae* in *puteo*, transfertur ad *vulnera altius inflicta*, *quibus vitalia hauriuntur.* Adisis *Opusc. de Defect.* Vocabulum רהב *superbiam* aliis, aliis *ferociam*, aliis aliud consignans, cum sua *Radice* necdum eo lumine perfusa, quae nebulas hic illic offusas discutere valeat. Videor tamen sine errore ex *Dialectis* proferre posse *formidolosum*, vel *formidabile quid*, in genere: vnde forte speciatim *formidolosa moles*, qualis est *monstri marini.* Eam vim suggerit *Esai.* 51, 9. *Euigila O brachium*, המחצבת רהב *quod exscidisti Rahab*, מחוללת תנין *dilaniasti Draconem.* Item *Ps.* 89, 11. *Tu contriuisti* כחלל *tanquam profanum ad caedem et lanienam* רהב *Rahab*, *et robusto tuo brachio dispersisti hostes tuos.* Alludi et ibi ad *monstra marina* patet ex *vs. praec.* adiecto et *Ps.* 74, 14. nec omisso *Esai.* 27, 1. Non sum nescius, magnos interpretes per *Rahab* intelligi velle *Aegyptum*, et praesertim *Delta* ita dictum: sed posterius illud neutiquam tam exploratum, quam summus *Bochart.* sibi aliisque persuasit, et negare ausim الريف *Elryf*, quod hodiernum est nomen *inferioris Aegypti*, quicquam commune habere cum Mystico titulo רהב *Rahab*, quo *Aegypti regnum vniuersum* in Sacris insignitur; a *formidolosa*, vt videtur, *mole potentiae.* Quid si רהב *formidolosa moles monstri marini*, speciatim quoque signauerit *Crocodilum*, atque inde *Aegyptus* appellationem istam induerit? Cogitent, et anquirant, Eruditi. Ad nostrum contextum generalior notio sufficerit *molis monstrosae*, siue *belluae marinae*, quam Deus dicatur מחץ *altis vulneribus transuerberare*, quum inter *tonitrua* et *fulmina* de quibus *vs.* 11. *commotis saeuis tempestatibus, mare* veluti *euertit* et *fundo emouet*, ita vt *Cete* et *monstra formidolosissima*, in litus *iecta*, vel ad scopulos *allisa*, male pereant, *telis*, *ictibusque* summi Numinis veluti, *confixa.* Non ergo ad *fluctus stratos*, et *sedatos*, pertinet posterius hocce Colon, sed eosdem vel maxime *concitatos*, et *coelum*, *terram*, *maria miscentes*, ad viuum depingit. Id scenae, scopo, nexui, ita respondet, vt mihi subito ex magnis hisce fluctibus in stationem satis tranquillam coniectus esse videar. Quid tamen, si רהב non designet *belluas marinas?* coniectura enim hactenus nitimur. Quid si רהב *tumorem* et *superbiam fluctuum marinorum* potius exprimat? In eos sane *formidolosae molis* appellatio non male etiam quadraret: nec tamen propterea ancoram bene iactam reuellere cogerer: quod מחץ ex *Origine* sua magis hic inclinet ad *fluctuum conturbationem*, quam ad *eorum sedationem*; est enim مخض et خاض proprie *iactauit vrnam in aqua commota*, vnde ad *vulnera grauiora* tralatio facta. *Camus: Verbum* מחץ *cum situla constructum valet, immissam in puteum vrnam iactauit huc illuc hauriendi ergo.* Redeatur

sua percussam haurit ferociam. Coelos differenat; prosternit manus ipsius serpentem ominosum.

vs. 13. Per spiritum ipsius

ad *Cap.* 5, 18. vbi exempla *Metaphorae* aggesta. Iam vero vt *puteus iactata vrna e fundo* veluti *commouetur*, et *totus conturbatur ab eo, qui illuc aquatum descendit;* ita Figura per sine illustri Deus hic induceretur *aquatum* quasi *descendens in Mare*, eiusque *fundum* ipsum *concutiens inter fluctus in Coelum consurgentes*. Consimili figura *Lignatum descendere* dicitur Deus, quum *Cedros Libani caedit inter tonitrua et fulmina Ps.* 29, 5. 7. Imago haec pulcre recinit *Capiti* 9, 8. vbi *Calcare vertices maris* dicebatur Deus, et *tumidissimos eius fluctus sub pedibus habere*, ad eos *sternendos* pro arbitrio, postquam potentissimo Eius nutu *celsos in Coelum vertices sustulerunt*. [Pro מחץ *Syr.* et *Arabs* legisse videntur מחיה. *Vog.*]

vs. 13. Series omnino exigit, post *tremefactas Coelorum columnas*, inter *tempestates tonitrubus* et *fulminibus grauidas*, eorundem *disserenationem*, et *pacatissimam aetheris tranquillitatem*. In hanc mentem nil pulchrius, sublimiusue, quam, *per Spiritum Eius coelum claror, nitor, splendor merus*, qualis est Aurorae, quum *tenebris fuscatus aër fulgore iucundissimo auresci*t, vt ait *Varro*. Radix שפר πρέπειν *pulchrum esse*, primario valuisse videtur, *vitere, renidere, claresc*ere, *dilucesc*ere. Inde *Chald.* שפרפרא *Aurora*, quae *Syris* ܫܦܪܐ, *Arabibus* سفر שפר, latiore tamen vsu complectens بياض النهار *Albedinem* et *claritatem diei*, vt *Gjaub.* docet. Materia *Originibus* deputanda. Vt autem prius Colon *differenationem coeli* exhibet, ita posterius ad *pacationem maris turbati*, post *stragem belluarum*, omnino referendum, vt membra membris respondeant; atque prius versui 11. posterius *vs.* 12. rite subcinat. Sic itaque vertendum censerem, *per Spiritum eius Coeli merus* fiunt *claror: manus eius prostrauit*, et in praedam abiecit, *Draconem marinum: Leuiathanem* etc. Hanc scenam sistit *Ps.* 74. 13. *Tu sciisso mari tuo robore conscidisti capita Draconum super aquis. Contriuisti capita Leuiathanis, eumque dedisti in praedam deserticolis.* Agnosco enimuero insignem *Allegoriam;* sed *Allegoria* omnis supponit *Literalem sensum*, cui sublimior superstruatur. Eadem ratio *Esai.* 27, 1. quod vt nemo *Mysticum* esse negauerit, ita *effecta potentiae Diuinae in belluas marinas* fundamenti loco substernenda esse item inficias inierit nemo. Redeundum praeterea ad *Esai.* 51, 9. vbi *Brachium Domini* inducitur *exscindens* רהב *molem formidolosam* מחוללת תנין *graui strage* in praedam *profanans et abiiciens monstrum marinum*. In eo argumentum esse *strati* et *sedati* simul *Maris*, docebit collatio *Ps.* 89, 10. 11. *Tu dominaris in superbiam Maris, quum tollunt se fluctus eius, tu mulces eos. Tu contriuisti* כחלל רהב *sicut profanum* ad caedem et lanienam omnem *formidolosum robur* monstri marini. Quando ergo et in nostra hac serie *vs.* 12. praecessit מחץ רהב *percussio letalis monstri marini* inter furentes procellas, quae *Mare e suis* velut *sedibus tollant*, non liberum, nec integrum, si quid video, interpreti,

nosum. *vs.* 14. En hae sunt extremitates viarum eius! et quid Sphaerula Verbi quod audiuimus! et tonitru Magnificentiarum Eius quis intelligat!

CAPVT

preti, חללה inde diuellere, atque *stragem* et *lanienam Cetorum* ex oculis dimittere, quae a *rad.* חלל prono alueo decurrit. Hanc prae חול vnde חולל esset *dolore adfecit*, commendat כחלל ex *Ps.* 89, 11. modo adductum.

Ibid. Duplicem subesse putem sensum. Si *Literam* I. spectemus, רוח *Spiritus* hic *ventum* commodissime designabit, vt existat, *per ventum eius*, fugatorem nubium, *Coelum lucida serenitas: manus eius prosternit* נחש בריח *Serpentem dirum, monstrum ominosum, infaustum, pessimi augurii:* de quo aliquid libatum in *Iuuenil.* Titulus ille in *Crocodilum*, et *alia monstra*, satis quadrat. Eximie autem conuenit *Serpenti antiquo;* quem *Leuiathanis* emblemate vestiri notum. Hinc sublimior II. conspectus sponte subnascitur; quo *Coeli Spiritu Dei, flatuque vitali, serenati*, vel *in serenitatem ridentissimam hilarati, post ingentes procellas*, commodissime repraesentant *renouationem* et *recreationem omnium rerum*, quam Deus Ecclesiae promisit, atque praestabit in consummatione seculorum. Tunc *Serpentem* illum *antiquum* penitus *confectum*, pedibusque suis subiectum, videbit Dei populus, de eoque glorioſissime triumphabit. *Merc.* cum *litera* aliquid *sublimius* requiri non diffitetur, quum *Esai.* 27, 1. *Satanam* allegorice intelligi monens, addit, *et hunc locum, si libeat, illuc secundario posse referri.* Mox tamen, quasi nimium dedisset, *Quum miranda Dei opera, in hac mundi fabrica, susceperit commemoranda, hoc loco haud temere Allegorias recipiendas censeo.* Implicuit eum τὸ חללה *formauit*, quod ad *Allegoriam* non quadrat. Interim non temere *Allegoriam* a nobis susceptam, vel initium grandisonae huius orationis vincat, vbi *Manes Orcinorum fulmine maledictionis aeternae percussos*, itemque *Orcum*, et *perditionem*, in argumentum tremendae Maiestatis Diuinae, tangi vidimus. Non abhorret ergo, vt et in eo terrore, oblique saltem admoto, desinatur. Sint interim iudicia libera, et quem *Allegoria* hic non delectat, ei *literam* nostram tenere lubens permitto; vel et commodiorem vestigandam committo.

vs. 14. Vocabulum שמע quid valeat, discussum supra *Cap.* 4, 12. vbi ex coniectura, fulta vsu *Arabici* سمع, obtuli *sphaerulam, lineam margaritarum;* et figurate, *seriem orationis, pulchre connexam, et tanquam gemmis*, ac *margaritis, distinctam.* Eam *Figuram* hic aptissime sedere, adfirmare ausim, *Ecce hae sunt extremitates viarum Eius! et quid* foret *nexa series* veritatum, *quae audita*, vel, *quam audiuimus*, (נשמע ad vtrumque se praebet) *de Eo? atque tonitru potentiarum Eius quis intelligat?* Vides efflorescere sua sponte distinctionem inter id quod omnibus ex aequo inculcant *Opera naturae*, et inter *Veritates ex reuelatione hauſtas.* Eas gemmula exquisitissima oratio-

CAPVT XXVII.

Vers. 1. Perrexitque Iobus sententiosum suum promere sermonem, et dixit. *vs.* 2. Viuit Deus, qui abstulit Iudicium

nis appellat Noster שמץ דבר *Sphaerulam Verbi*, ad imitationem *Eliphazi*, qui *Verbum* ad se *ex Reuelatione peruenisse* gloriatus fuerat, *vnde Auris eius* שמץ *Sphaerulam*, et *nexam seriem veritatum coelestium* accepisset. De illo *Verbo reuelationis* agi et hic, colligere est ex נשמע, siue *Audiuimus* vertas, siue *Auditum est* בו *de Eo*. Mollius fuerit בו ad דבר relato, *quod* Audiuimus. מה *Quid?* cum admiratione, et exaggeratione, vt *Eccl.* 11, 2. מה יהיה רעה *Quid futurum sit, malum?* etc. pro *quantum?* Item *Cant.* 5, 9. *Quid dilectus tuus prae dilecto alio?* Adde *Pf.* 8, 2. *Cant.* 4, 10. etc. Ita et hic, *et Quid verbum* illud reuelationis *ex veritatibus omnem captum supergressis contextum!* Quae non cogitatio istarum rerum ponderi infinito succumbat? Quae mens *Tonitru* illud *potentissimum Oraculorum Diuinorum*, quo, ex ore ipsius Dei, aures nostrae circumsonant, percipere valeat? ac non eo potius in sacrum horrorem, stuporemque, configatur? رعد وبرق *Tonare et fulminare* pro *Magnifica oratione percellere, in admirationemque rapere*, non *Athenis* notius, quam *Arabiae*. Speciatim ista formula, vel et alterutrum istorum verborum concelebratur in *magnificis promissionibus*, ansa arrepta a *nubibus pluuiam promittentibus*, dum vel *tonant*, vel *fulminant*, vel vtrumque simul faciunt. In *comminationibus* non minus haec duo frequentari, vel me tacente intelliges. En iam רעם גבורתיו *Tonitru Magnificentiarum Eius*, secundum omnem amplitudinem *Verbi reuelati*, quod tum *promissionibus*, tum *comminationibus suis*, Numinis immensi et Aeterni resonat et pandit Maiestatem; ac praesertim *Sanctitatis* et *Iustitiae infinitae* radiis oculos animosque praestringit. [קצות דרכיו *extremitates viarum* Dei, Noster opponere hoc in loco videtur *interiori* atque *penitissimae earum cognitioni*, et sequens רעם גבורתו שמץ דבר ש"ו. Egregie scilicet רעם *magnifica* et *copiosissima* Maiestatis diuinae *expositio*, vtpote oppositum, quadrat in שמץ דבר (cf. Cap. 4, 12.) *orationis fragmentum*, i. e. *leuem* maiestatis diuinae *adumbrationem*. *Vog.*]

Vers. 1. Nouum quid, et grande, habet formula noua, *perrexitque Iobus figuratam suam dictionem extollere*. Ea insinuatum videtur, post tam illustre et magnificum de Deo praeconium, quod non sine instinctu adflatuque sacro ediderat, eiusdem Numinis impulsu maiores Nostro animos accessisse, vt de Amicis in silentium transditis veluti triumpharet. Credibile est totum Confessum praecedentis Orationis flumine, lumine, fulgure perculsum, viro tam sublimia disserranti, et sublimiora adhuc de immensa Dei Maiestate sentienti, adstupuisse, eiusque veneratione perfusum fuisse. Credibile quoque, Amicos ipsos vehe-

dicium meum; et Omnipotens, qui amarulentam reddidit animam meam. *vſ.* 3. Etenim praeſentiſſima adhuc mihi mens

vehementer commotos, quod a Contemtore Numinis, eiusque gratia vacuo, talia et ſenſa, et verba, proficiſci non poſſe, facile agnoſcerent. Acceſſit extraordinarius, vt ſuſpicor, motus, ardorque, quo Noſter Deo plenus, Diuinum quendam hominem, vultu, geſtu, lingua, gerebat. Vel conuictus itaque, vel conterritus *Tſopharus*, quem tertius nunc orbis certaminum tangebat, ſilet. Silent et ceteri cenſores, atque victoriam quodammodo Noſtro concedunt. Hoc intentum videtur phraſi, *Et addidit, perrexit*, *Iobus* שאת משלו. *Mercero* eſt, *loqui per parabolas*, i. e. *ſermone figurato; quia ſub tectis verbis et ſimilitudinibus magna erat prolaturus:* vt *Cap. ſeq. parabolam de metallis attulit* etc. Clar. *Cocceio* valet *proferre ſententiam ſuam*, ἀποφαίνειν τὴν γνώμην. *Bolducius* indicari autumat a *contentioſo genere diſputandi* tranſitum factum ad *quietum* et *parabolicum docendi;* ſub alluſione ad מושלים *Parabolizantes*, i. e. *Doctores*, et *Oratores figurata dictione pollentes.* Haec ille ſatis docte; addens, quadraturum, ſi capiatur pro *aſſumere parabolam a Deo;* vt innuatur, *a Deo Noſtrum didiciſſe*, et hauſiſſe, *quae dicturus eſſet.* Non tamen *germanum* hunc *ſenſum* cenſens, in priori acquieſcit. Mihi poſterior multo vberior: quin verior, atque vnice quadrans. Nempe שאת משל *attollere ſermonem parabolicum, figuratum, ſententioſum, publicum*, ſi velis, *et in publico celebrandum*, videtur ſpeciali vſu dicatum fuiſſe *inſpirationibus*, et *ſententiis Deo impellente prolatis.* Hanc vim ſubiicit nobis crebra repetitio huius formulae *Num.* 23, 7. 18. et 24, 15. 20. 21. 23. Crediderim quoque adhibitam eam in *ſermone magna confidentia elato*, quum quaſi *victrix cauſa*, vel *ſententia, alta* et *clara voce inſonatur.* Huc ducit *Eſai.* 14, 4. *Mich.* 2, 4. *Hab.* 2, 6. Sic opportuniſſime, et ſingulari cum dignitate, phraſin hanc locatam apparet ad initium duplicis quaſi *perorationis;* quarum altera hic incipit: altera *Cap.* 29.

vſ. 2. Quanta cum confidentia ſeſe victoris inſtar inferat Noſter, declarat *Iusiurandum*, quo et quae dixerat hactenus de *cauſae* ſuae *bonitate*, et quae dicturus eſſet, ſancit. Religioſum Dei *timorem* non tantum, ſed et *amorem* ſanctiſſima illa *deieratione* per *vitam Dei* indicari, obſeruant *Hebraei;* quod per *vitam Regis non iurat, qui Eum non amat, nec reueretur.* Id plus momenti hic adfert, quam prima fronte cernitur. Nempe repetiturus *duriorem* illam querelam, qua *iniuriam* ſibi *a Deo factam*, *iusque* ſuum *euerſum*, dixerat, non ex *impietate*, et *irreuerentia*, id dictum oſtendit, ſed *ſalua pietate*, et *intima* ſummi Numinis *reuerentia.* Phraſin *Remouit iudicium meum* recte *Merc.* expoſuit *Iure meo me priuauit.* Nimis vehemens viſum *Cocceio*, qui mauult ſignificari, *Deum occultare quo in loco habeat Iobum, vtrum pro filio, an pro perduelle.* Sic *remouere iudicium*, eſſet, *excludere a congreſſu deſiderato.* Prius omnino retinendum: nam crimini data Noſtro haec ipſa verba ab *Elihu*

mens animi; ſpiritusque Dei in naſo meo. *vſ.* 4. Si loquentur labia mea iniquitatem, et lingua mea ſi meditabitur falla-

Cap. 34, 6. et quidem ea ſerie, vt liqueat משפט eſſe *ius*, *cauſaeque iuſtitiam*, quam ſibi *denegatam* et *detractam* innuat. Non eſt blaſphemum, nec a perſona *Iobi* abhorrens: ſed liberius tantum, et paulo crudius verbum, quod nihil aliud, rite excuſſum, ſonat, quam, *Deus me ſine culpa tam ſaeuum in morem adflixit.* Negas? ipſe Deus adfirmauit *Cap.* 2, 3. Non peierauit ergo Noſter, ſed impellente ipſo Numine hocce iusiurandum puro pectore et ore ſuſcepit. Ad *vſ.* 4. quid *Iureiurando interpoſito* confirmatum, deciſumque voluerit Noſter, aperietur.

vſ. 3. Illuſtris, et animoſiſſima *Parentheſis*, qua ſe ſaniſſime ratiocinari, quin Spiritu Dei agitari, inculcat Noſter; Iuriiurando ſuo pondus adſtituens mentis ſedatae, et quid iuraret probe perſentientis. *Chaldaeus*, ארום פסק חוב נשמתי במימרי *Quia abſolute adhuc anima mea in me ipſo.* Ita vertendum cenſerem. *Londinenſes* habent, *Quia defecit iterum anima mea in me:* pro quo *Cocc.* maluit, *Quia decidit iterum animam meam in me ipſo.* Haec parum clara. פסק כל עוד חוב et pulcre ſibi reſpondent, pro *omnino adhuc.* Eundem ſenſum exhibet *Targum Regium* ארום עד כדון כלא נשמתי בי *Quoniam vsque nunc vniuerſa anima mea in me: et Spiritus Dei in naribus meis.* Videtur כל ad נשמתי referre maluiſſe, vt ſit *vniuerſa animae vis*, *vigor*, *praeſentia* et *praeſtantia recte ſentiendi.* Non facile decernas quid praepolleat, vtrum, *Nam omne adhuc anima mea in me;* vt cohaereant eleganter voculae כל עוד, et, *omne adhuc* tantundem ſit ac, *omni ratione adhuc;* an potius כל נשמתי connexis, non quidem directe *vniuerſa anima*, ſed *vniuerſim*, *ratione vniuerſa.* Prius ſimplicius, quin venuſtius. Hinc exoritur, *Nam Omne adhuc*, vel *Omni adhuc*, *anima mea in me:* id eſt: Ne putetis me malis meis ita fractum, vt quid dicam, neſciam. Sentio quae locutus ſim, quaeque adhuc eloquar; nullum verbum ex ore meo exit, non meditatum, perpenſumque: *Mens animi* quippe *praeſens mihi*, et quidem כל עוד *Omni adhuc*, *in omni vigore; ſui ipſius probe compos, ſimulque conſcia ſibi omnis anteactae vitae, omnis habitae orationis.* Cl. *Cler.* eandem hanc conſtructionis viam ingreſſus, dilutiuſcule explicat, *Quamuis aeger ſim, etiamnum viuo, et ſpiro; adeoque probe animaduerto, quomodo Deus ſe erga me gerat.* Sequens colon ſimiliter; *vita mihi a Deo data, adhuc adeſt, in naribusque ſupereſt reſpiratio.* Non praefracte negauerim *Spiritum Dei in Naſo*, de *vita animali Diuinitus infuſa*, ſtilo ſublimiore, potuiſſe enunciari: loca tamen, quae allegat Cl. *Cler.* vt *Gen.* 6, 3. et alia ibidem appoſita, aliud haud dubie deſignant. Hic quoque *ſimplex reſpiratio*, et *vita*, nimis tenuis; nam *Parentheſis* haec inſerta ad iurisiurandi, quod daturus erat, vim ac religionem ſanciendam. Inculcat nempe ſe non transuerſum abripi perturbatione aliqua animi, nec temerario impetu accedere ad iurandum,

fallaciam. *vſ.* 5. Procul abſit mihi, vt iuſtificem vos, donec exſpirem: non remouebo integritatem meam a me. *vſ.* 6.

dum, ſed *mente compoſita, ſedata, graui*, per praeclaramque conſcientiam *erecta*, non ſine *Deo*, eiusque *Spiritu*. Poſſis intelligere *Spiritum Dei dantem omnibus vitam, et halitum*, quem in *naribus* ſuis eſſe dicat, quatenus Eius virtute *ſpirabat* adhuc, atque *facultates* ſuas *animales* ſimul et *rationales* rite poterat exercere. In hunc ſenſum *Elihu Cap.* 33, 4. רוח אל *Spiritum Dei* poſuiſſe videtur. Poſſis quoque *Spiritum Sanctificantem*, et *veritatis, virtutis, religionis ſenſu vitali adflantem*, interpretari, quo Noſter ſeſe *animari* profiteatur. Ita *Cap.* 32, 8. Obſtat nonnihil באפי *in Naſo meo;* quod aptius ad *vitam animalem*, quam *ſpiritualem*. Vide tamen an non is, qui *Spiritum Dei* habet *in corde*, non et *in Naſo* eum habere dici queat, quando Eius impulſu veritatem *animoſe* adſtruit, atque de Diuinis rebus *magna* cum *fiducia*, et *apertione oris*, diſſertat.

vſ. 4. Particula אם euincit hic demum ipſum *Iusiurandum* ſuſcipi; quod ſi iam continuaretur, omnino כי לא *Quod*, inquam, *non*, repetendum fuiſſet. Cl. *Schmid.* quidem tales mutationes alibi quoque obtinere dicit, ſed exempla haud quadrant. Alterutrum omnino tenendum; quod כי *Iurantis*, expreſſe *adfirmet*, vt 1 *Sam.* 14, 39. *Ier.* 22, 5. quum אם *neget vehementiſſime* per *imprecationem*, ſub iſto *ſi* concluſam. Ergo a כי ad אם tranſiliri, repugnat. Sed quid iam ſub *dira imprecatione* a ſe repellit Noſter, et quae tandem *materia* eſt huius *magni iurisiurandi*, quod ſe ex intima animi ſententia, et ex viuo religionis ſenſu datorum eſſe oſtendit? Ad ea quae in ſequentibus ediſſerturus eſſet Noſter, reſtringunt *Iun.* et *Trem* quorum *Paraphraſis* ſic habet, *Nihil tergiuerſabor, omnia bona fide, et ſine dolo malo, enunciabo, rationem duntaxat habens veritatis.* Conſentit fere *Cocc.* qui *iurare* cenſet *lobum, ſe verum, et ſerio locuturum.* Id videtur ſimpliciſſimum; exiſtimarem tamen grauius quid, et luculentius adhuc, ſubeſſe, quum tam *Solenne iusiurandum* poſt ſuperiora certamina, ad ſilentium iam redactis Amicis, interponitur, atque perorationi praemunitur. Eo videlicet confirmatum nunc ire voluit Noſter, ſe quicquid hactenus diſſeruiſſet, ex bono principio, tanquam coram Deo, ſub ſanctiſſimisque tanti Numinis oculis diſſeruiſſe, ſine vllo fermento vel *iniquitatis* et *malitiae*, vel *hypocriſeos* et *fraudis;* atque nec *pietati virtutique*, nec *Religioni* Deo *debitae*, quicquam detractum voluiſſe, ſuam *innocentiam* tam animoſe defenſando, Deumque ipſum prouocando in congreſſum, non ſine criminatione viarum Eius. Simile praeloquium *Cap.* 6, 30. vbi *omnem corrupti adfectus impetum a fermocinatione ſua afuturum* conteſtatur Noſter, vehementius diſputare incipiens aduerſus iudicia Dei ſibi incumbentia. Id ipſum ergo ordine, et iure, ſummo, nunc repetit, atque *leuatis* in coelum *manibus* ſolenniter ſancit, nihil a ſe dolo dictum, ſed ex puriſſima conſcientia, et religioſiſſima in Deum veneratione profectum eſſe illud integri-

vſ. 6. Iuſtitiam meam retineo, neque eam dimittam; non carpet *quicquam* cor meum de diebus meis. *vſ.* 7. Fiat, vt improbus, inimicus meus: et inſurgens contra me, ſicut iniuſtus.

tegritatis ſuae retinendae acerrimum ſtudium; ex iisdemque fontibus ſe porro quoque diſſertaturum.

vſ. 5. Cohaerentia in oculos iam ſponte incurrit. חלילה לי *Abſit a me*, tanquam *profanum* quid, et *abominandum*, *vt vos iuſtificem*, vos *iuſtos* in cauſa veſtra aduerſus me *pronunciem*, me *ſontem* agnoſcendo, atque *innocentiam* meam, qua me aduerſus tela veſtra, quin et Dei ipſius, inuolui, *e manibus dimittendo*, quaſi ea neutiquam tam *integra*, tamque *ſincera*, mihi adſit, quam gloriatus fui. Ardens Pathos! ſed ardentius adhuc, *Donec exſpirem*. Id in medio poſitum, vtrimque valet. Id nimirum dicit acerrimus ſui defenſor: *Citius vitam dimiſero, quam innocentiam illam meam, qua me inuolui, quippe quam, licet vel grauiora adhuc de me ſtatuantur, ad extremum vsque halitum propugnabo.* Hic ſubſiſtas, licet. Vide tamen an non vehementiore adhuc adfectu voluerit Noſter, *ſe hanc innocentiam ſuam ſecum veſtis inſtar emortualis deducturum in ſepulcrum: quin imo ſe ea comparere velle coram Deo, poſtquam animam exhalaſſet.* [Verba אם אצריק אחכם in Verſ. *Syr.* et *Arab.* deſunt. *Vog.*]

vſ. 6. Solide I. *Merc. Quam ſemel tuendam ſuſcepi innocentiam, nunquam miſſam faciam, ſed eam conſtantiſſime retinebo et defendam.* Ad יחרף non aeque bene ſupplet *me*, vt ſit, *non probro adficiet* me *cor meum a diebus meis* i. e. *quamdiu vixero non approbrabit mihi cor meum, quod iniuſte egerim quicquam, aut quod meam ipſe innocentiam prodiderim.* Satis appoſite *Vulgat. Neque enim reprehendit* me *cor meum in omni vita.* Praeclariſſima mihi conſcientia vitae anteactae. Conſimiliter *Genev. Nihil* mihi *exprobrabit cor meum a diebus meis.* Cl. *Crom.* ex خـــرف *delirauit*, non valde commode, *haud delirabit cor meum.* Commodius puto ex *Origine* verbi; *Non carpit cor meum de diebus meis. Cor* pro *conſcientia* tritiſſimum. Vide 1 *Ioh.* 3, 20. חרף *conuiciari*, *probro adficere* etc. primario valuit *carpſit*, carpendo ſtrinxit, vel ſtringendo carpſit. Notiones in *Arabia* ſeruatae ſub حـــرف et خـــرف. *Carpere* pro *obtrectare*, et *meritis detrahere* in omnibus Linguis regnat. *Cor meum non decerpit de diebus meis. Integer vitae, ſcelerisque purus, innocentiam meam mihi eripi non patior; quando conſcientia mihi adeſt integerrima; quae me nulla in parte condemnat. Ergo nec memet calumniabor.*

vſ. 7. In verbis planis ſenſus parum planus. Nimis acerbum I. illud *Olympiod. Quae in me inimici intorquent, calumniando, in eorum capita recidant;* quaſi eſſet telum in Amicos oblique retortum. Similis acerbitas II. in expoſitione *Merc. oportet impium eſſe et peruerſum, qui mihi hac in cauſa aduerſabitur.* Cum *aſſeueratione* paulo mitius *Iun.* et *Trem.* III. *Quisquis mihi in hac cauſa aduerſatur, tandem aliquando iniuſtitiae condemnabitur; prout factum Cap.* 42, 7. 8. In hanc fere ſententiam *Philip. Prophetiae ſpiritu haec dicere videtur magis, quam voto maledi-

iniustus. *vs.* 8. Quae enim spes Hypocritae, quum auaritiae indulserit; quum eliquatissime tranquillauerit Deus animam

ledicentiae. Hoc ipsum mitigans IV. *Cocc.* hunc praebet sensum, *Non tantum ego iuste metuo assimilari improbo, ne incidam in poenam eius, sed etiam abominor, et auersor, vos in iudicium improbi incidere.* Addit, *vulgaris ratio abominandi est, mandare malum hostibus.* Praeiuit *de Pined.* qui *Prouerbialem* censet esse *formulam*, in hanc sententiam, *Vos me impium esse tenditis. Ego vero tam longe absum ab impietatis studio, vt neque mihi, neque amicis meis, optem vllos impietatis fructus. Hos percipiant certe inimici et hostes mei. Sic* 1 *Reg.* 25, 26. *Fiant sicut Nabal inimici tui. Item Dan.* 4, 6. *Similiter Ouid. Hostibus eueniat tam foedi causa pudoris* etc. Idem iudicium *Pisc.* et *Belg.* Filum, et nota loquendi forma, exigunt, vt IV. interpretationi subscribatur. Ostendit nempe Vir Sanctissimus *quanto odio ardeat impietatis; quippe qui vel suspicionem eius, in se coniectam, toto pectore despuat, atque abominetur; dirissimam* omnium *imprecationum* hanc numerans, *vt quis similis fiat improbo.* Connexio sic videtur concipienda: *Manibus pedibusque obnixi id agitis, vt me vel impium esse fatear manifestum, vel saltem Hypocritam. Atqui nullum apud me nomen ominosius, odiosiusque; quippe ad quod totus horreo, et contremisco; non inueniens quid vel capitali hosti meo dirius imprecari possem.* Vides, hoc pacto, *imprecationem* nullam in cuiusquam caput vel oblique, vel directe, iaci; sed tantum insinuari a Viro sancto, quid *summum* apud se *gradum abominationis* et *diritatis occupet*, vt si quid capiti alicuius vouendum haberet ad perditionem tum temporalem, tum aeternam, *improbitate* vel *felicissima* nihil grauius reperiret. Non poenitebit contulisse *Codurcum.* Addidi, vel *felicissima*, quod simul inculcatum voluerit, se, quae de *Felicitate improborum* disputauerat, non sane disputasse ex inuidia, aut cupiditate consimilis sortis, sed tantum ad refellendam calumniam, aduersus se ob calamitates, et adflictiones, innocenti diuinitus immissas, concitatam; quasi esset vel רשע *improbus manifestus*, vel עול *Hypocrita*, *Operarius iniquitatis.* Vterque character enotatus *Cap.* 18, 21. Non exigua lux ex hac obseruatione exoritur, ad dissertationem insequentem a tenebris, quibus obuoluta est, vindicandam.

vs. 8. Quae huc vsque non bene conuenerant sententiae, longius discedere, et scindi, incipiunt; dissensionem illam augente vocabulo ישל, quod in diuerlissima distrahitur. *Ium.* et *Trem.* a נשל deduxerunt, quatenus est *excussit*, *decussit.* Clar. *Cocc.* in Lexico tentauit ישל pro יַשְׁלֶה a שלה *securus fuit:* item *errauit*; sed in *Comment.* dedit, *quando expellet Deus animam eius;* vt sit pro יַשֵּׁל a נשל. Simile quid dederat R. *Mordech. Quum errare fecerit animam eius* e corpore: vbi *expulsio* et *frustratio* concurrunt. Ab eadem Rad. שלה R. *Leui Quum tranquillauerit Deus animam eius.* Ex hoc fonte *Vatabl. Cum pacatam reddiderit animam eius:* i. e.

con-

conceſſerit ei viuere in ſumma tranquillitate in hoc mundo. Codurc. inclinat in eorum mentem qui a שלל *extraxit, ſpoliauit*, deriuarunt. Idem a me in *Iuuenil.* praelatum. Cl. *Mich.* cenſet ſic formam magis fieri *anomalam:* ſed vide an non minus *anomalum* יִשָּׁל pro יִשַּׁל, retracto accentu, ex יִשָּׁלֵל, cum *termin. Tſeri* in *fut. Kal*, quam ex יִשַּׁל vel יִשָּׁל a נשל. Aliud prolatum *Lib.* 2. *Orig. Cap.* 3. *par.* XI. vbi ſuſpicabar, ex שליה *ſecundina* audaciore metaphora dictum, *Quum ruptis ſecundis eiiciet Deus animam eius*, velut *abortiuo partu.* Coniectura haec ſubnata ex vſu verbi שלה apud *Arabes*, in *rupta ſecundina.* Accedit prouerbium iisdem tritum انقطع السلا *Rupta eſt ſecundina*, quum et *Mater* et *Foetus pereunt;* quod ad *Res deſperatiſſimas* ſolenniter applicatur. Ibidem יבצע ad Deum referre malebam, ex nota poteſtate *incidendi*, vel *abrumpendi*, vt ſit, *Quum abruperit, quum abortiuo partu excuſſerit Deus animam eius.* Id eodem recidit, quo pleraeque verſiones tendebant, vel a נשל, vel a שלל, ſiue iam *violentam mortem* intelligas, ſiue *naturalem*, vt Cl. *Schmid* ita conuertens, *Quae enim ſpes Hypocritae, quum exſcinditur; quum excuſſerit Deus animam eius?* Iſtam vim *intranſitiuam* adſciſcit ex *Ioël* 2, 8. vbi plerique, *non fauciabuntur* לא יבצער: at *Cocc non abrumpent* iter ſuum. Notionem *quaeſtus, lucri, furti*, hic nullo pacto conuenire cenſet. *Mortem naturalem* vrget ex eo quod *Deus* dicatur *excutere:* quaſi et in *violenta*, *Dei manus exerta* non foret. Talibus abſtinendum; atque ex ipſa ſerie decidendum, agaturne de *Morte immatura*, an *matura?* nam *abrumpere vitam* ad vtrumque ſe porrigit; itemque *Anima e corpore excuſſa* ad hoc et illud accommodata. Addere debeo, *Animam rupta ſecundina eiectam*, non in *praematuro* tantum *exitio*, ſed etiam in *maturo exitu* poſſe poni, quando videlicet *maledicta*, et *in deſperationem exitura mors*, pingenda. Si eam intendiſſet Noſter commodius adhuc ad Linguae genium a שלה in *Hiphyl*, יַשְׁלֶה pro יַשְׁלֶה ſumto, dari poſſet, *Quum abrumpet; quum ſecundinam* veluti *rumpere faciet Deus animam eius;* atque in *Morte* tandem et *Mater*, et *foetus, male peribunt*, id eſt, *Anima, cum omni* illa *felicitate, cuius opinione turgebat.* Eſt imago non iniucunda; quam retinere poſſis, etiamſi יבצע *Lucrabitur* vertere malis, in hanc ſententiam; *Nam quae ſpes Hypocritae, quum auidiſſime lucratus fuerit; quando Deus ruptis ſecundinis abortire faciet animam eius;* atque ita *omnes ſpes opesque* hominis illius eludet? Qui idem hic agi cenſebant, quod *Luc.* 12, 19. 20. inuenient forte in hoc adſpectu, quod adblandiatur; quamuis vel a נשל, vel a שלל *extracta, excuſſa*, quin *exſpoliata*, aut pro *ſpolio abducta anima*, non minus quadrare largiar. Quaeſtio tantum eſt, an hoc iam voluerit *Iobus*, et ſi voluerit, quodnam verbum pro Radice ſit adoptandum. נשל meo iudicio minimum habet iuris, nam יִשָּׁל pro יִשַּׁל a נשל ſpeciem vix habet. Allegatur a *Cocc.* חֵצָא pro חֵצָה, *Ier.* 48, 9. ſed vera radix ibi יצא.

יצא. Ex יְשַׁלֵּל a שלל contractum יְשַׁל, retracto simul accentu, paulo speciosius tendi posset: sed nemo negabit regularius futurum יְשַׁל vel יְשַׁל cum *kametschatuph* ad finem. A שלה citra vllam *Anomaliam* in *fut. kal.* exit יְשַׁל, per *Apocopen;* in *Hiphyl* autem יְשַׁל, ac proinde in gemino meo conatu nihil *inaequale*, nisi quod *Tseri* pro *Segol* in *penultima* compareat; quod et *Cocc.* ex יִשְׁלֶה *frustrabitur*, et R. *Leui*, ex eodem fonte, *in tranquillitate constituet* יניח בשלוה inducentes, non refugerunt. Manet tamen aliquis adhuc scrupulus, qui tum demum leuabitur, si ex forma *futuri kal* a שלה, quam יְשַׁל ex יִשְׁלֶה palam praefert, locus hicce constitui possit, atque ita explanari, vt *Iobus* hactenus quidem nihil remisisse, nedum mutasse in sententia acerrime defensa; sed cohaerenter ad eam disputasse, reperiatur.

Ibid. Non diffiteor me propensiorem nunc esse ad sensum illum, quem *R. Leui*, *Vatablus*, *Pagnin.* aliique amplexati fuere, a שלה *tranquillitatem*, et *prosperitatem*, consignante. His adducor rationibus. 1. Quod puncta apertissime hanc radicem offerant. 2. Quum saepiuscule Noster שלה in *felicitate* improbi vsurpauerit, hoc ipsum verbum nunc reposuisse videtur, ad mentem suam a detorsione, et sinistris iudiciis, vindicandam. Redi ad *Cap.* 21, 23. כלו שלאנן ושליו *Quantus quantus est, limpidissime defaecatus et tranquillus est* etc. Item *Cap.* 12, 6. ישליו *Eliquatissime tranquilla sunt tentoria* etc. 3. Si יְשַׁל forma *fut. Hiph.* scriptum esset pro יַשְׁלֶה, nemo vel minimum ambigeret, quin *tranquillabit*, *pacatam*, *eliquatam reddet animam eius*, vertendum esset. Atqui יְשַׁל *forma fut. kal.* pro יַשְׁלֶה eandem potestatem exerere potest: nam apud *Arabes* שלה שלא in *coni. prim.* est *eliquari*, et *eliquare; tranquillari* ad liquidum, et *tranquillare*. Dices cum Doct. *Merc.* hanc vim *transitiuam* in *kal* nusquam extare. Sed vide quaeso quid ex *kal* residuum? tria loca vbi *praet.* duo vbi *fut.* adhibetur *intransitiue*. An iam ea penuria sat arguit שלה *transitiue* non vsurpatum. Vel centum loca si extarent, pro vsu *intransitiuo*, ne sic quidem, feriei *transitionem* postulante, eam excludere par esset. *Manare* sexcenties *intransitiue* reperies apud Auctores, vt *emanare*, *dimanare*, *permanare*, et forte *promanare;* nunquam aliter compositis illis vsurpandis. Vix credas ergo recte dici, *fons manat aquam; Poëta manat versus;* et tamen *Horatianum, Poetica manat mella.* etc. Infinita talia in Linguis. Millies שוב *Redire* sonat in Sacris; *Reducere* rarum, et tanquam in angulo abditum, sub formula שב שבות *Reduxit abductionem.* Verbum מלא *impleri*, et *implere* passim. Quid si illius verbi quinque tantum loca *intransitiue* mansissent, et sextus *transitionem* exigeret; ecquae dubitandi ratio? Addatur 4. de *morte* omnes *spes opesque* improbi *ad nihilum redigente* agi *vs.* 19. etc. quem iustum ordinem nonnihil turbabis, si hic illum exitum anticipes. Denique 5. יבצע absolute positum, vt incisum, siue Comma per se efficiens, multo rotundius vertitur, *Auaritiam exercebit: Auare lucrabitur*

mam eius. *vſ.* 9. En clamorem eius audiet Deus; quum venerit ſuper eum anxietas. *vſ.* 10. Profecto in Omnipotente deli-

bitur, quam vel *abrumpet* animam Deus, quod ante propoſui, vel *abrumpetur*, *exſcindetur*, quod Cl. *Schmid.* volebat. Rogat quidem ille, quid hic *quaeſtus lucrumque?* ſed *vſ.* 16. facile arguat, *Lucrum per fas, per nefas, corraſum*, optime conuenire. Vſum conſimilem בצע τοῦ cernes *Hab.* 2, 9 *Eſech.* 22, 27. *Pſ.* 10, 3. *Prov.* 1, 19. Eo admiſſo, nil rotundius quoque, quam vt *cupiditati inſatiabili bonorum mundi* a parte hominis, accedat *Numinis indulgentia in longa, pacata, et tranquilla, eorum poſſeſſione ei concedenda.* Hoc phraſi ישל נפשו *Eliquauerit* i. e. *Liquidam, defaecatam*, et *tranquilliſſimam reddiderit animam*, ſignanter expreſſum, ſecundum thematis indolem, nuper in *Originibus* declaratam. Et mihi iam conferre liceat *Luc.* 12. 19. *Anima! multa habes bona repoſita in multos annos: quieſce; ede; bibe; hilaris eſto;* absque vt vlterius procedam. Scena inuerſa deinceps demum aperitur *vſ.* 13. et ſeq. ad finem capitis; quod non habebit *Cataſtrophen* legitime praeparatam, et adductam niſi praemiſſus fuerit *laetior* ille *conſpectus fortunarum ſuper vota fluentium*, quo *Hypocrita culmen felicitatis temporalis* ſaepe *attingit;* et ſibi arrogat תקוה *ſpem, fiduciam, firmam expectationem*, et quidem, quod probe notandum, *in Deum defixam, ob ſigna fauoris Diuini, et benedictionis*, vt videtur, per omnem vitam, viamque, *comitantis.* Ita *Bildadus* ſupra *Cap.* 8, 13. תקוה חנף תאבד *firma ſpes Hypocritae peribit:* et *Tſopharus Cap.* 11, 20. תקותם *ſpes firma eorum crepatio animae*, ſiue *mera deſperatio.* Nobilis in primis locus *Prov.* 11, 7. *Quum moritur homo improbus, perit ſpes firma*, qua *magnifica omnia* de Deo *crepare* ſolebat, *ob proſperitatem* nempe *temporalem ſecurus*, et partem ſibi gratia Numinis vindicans; ſupra ipſos etiam pios, cum adflictionibus colluctantes. Hac anſa *expectationem religioſam*, vel *ex religionis radice natam*, ipſamque adeo *Religionem* denotare coepit, vt ad *Cap.* 4, 6. et alibi ſubmonui. Ex his omnibus exſurgit tandem ſententia reliquae *Iobi* contentioni aptiſſima, qua *Hypocritae* adſcribit תקוה *expectationem fauoris Diuini, ex longa fortunae indulgentia conceptam.* Eam tamen vtpote *putri radice nixam*, et *in ventum abituram*, procul a ſe auerruncat; et ne *hoſtium* quidem *capitibus* pernicioſius aliquid voueri poſſe inculcat; quippe quae hominem ſtulta imaginatione faſcinans, ſic tandem dementat, vt nunquam reſipiſcere, atque ad veram pietatem, felicitatemque, emergere queat. Ad hanc rationem מה תקוה *Quae ſpes?* vel *quid expectatio?* non abſolute negat vt volunt Interpretes; ſed comparate, quo innuitur, *Hypocritam* habere *exſpectationem*, et quidem ex *Religione natam*, quatenus Deum *ore* colens, non *corde*, Eundem ſibi propitium credit, *firmiterque ſibi perſuadet*, eo quod *perpetua* ipſi *felicitas* Diuinitus contingat.

vſ. 9. Haerent hic omnes interpretationes, quas inſpicere licuit: et ferme dicere auſim, ſemet ſuo telo

telo tandem confixisse *Iobum*, si id dixerit, quod ad h. l. proferri solet. Sane a *Iobi conditione adflictissima* non solum, sed et *conclamatissima*, quod toties ipse lamentatus, toto coelo alienum est, vt *Hypocriticae spei* ita illudat, *Numquid clamorem eius audiet Deus, quum venerit super eum anxietas?* Vult dicere, ait Cl. *Schmid quantumcumque* et *quam miserabiliter clamet, non exaudiet eum Deus in adflictionibus.* Ita insultare *Hypocritae* potuisset *Eliphazus*, et fecit, *Cap.* 22, 27. vbi Nostro simul non obscure obiicit *longos clamores necdum exauditos*, nec *exaudiendos* nisi resipiscat. Si ישל signaret *euulsionem*, vel *expulsionem animae*, omnino צרה ad *mortis angores* restringendum foret; vt doceatur, *Hominis huius clamores in extremo illo articulo esse repellendos.* Sed vel sic non vnum maneret incommodum, secundum *Hypothesin* a *Iobo* acriter defensam, *improbis Mortem* quoque *facilem plerumque contingere, nullis doloribus corporis, nullis animae angoribus: εὐθανασίαν*, inquam, *placidissimam;* quae esse nequit sine *summa animi securitate; nullo supplicii metu turbata, sed Numina sibi propitia spondente.* Hoc ipsum comprehensum in phrasi, *Eliquauerit Deus animam eius*, qua *securitas limpidissima* in *vita* et in *morte* exprimitur, vt patet ex *Cap.* 21, 23. Istam *securitatem*, ex *felicitate temporali* natam, sustinebis, si cum assueueratione vertas, *Ecce* vel *profecto clamorem eius audit Deus; quum superuenerit ei anxietas.* Deum adeo facilem experitur, et propitium, vt *si quid mali eum tetigerit, ad primum clamorem exaudiatur*, atque *a calamitate vindicetur.* Id oppositum *Eliphazi* promisso *Cap.* 22, 26. 27. *Supplicabis illi, et audiet te.* q. d. Nunc quidem *coelum* tibi *clausum*, quod *ore*, non *corde clames* contrito, et sincero. Atqui, inquit Noster, surdae ad piorum querelas aures Dei, eorum calamitatibus in longum protractis; quum *Hypocritae* praesentissimam Numinis opem experiri soleant, si quid aduersi ipsis acciderit. Agitatum in *Psalmis* argumentum; vbi crebra mentio *prosperitatis*, vel *liberationis*, improborum, dum *probi* interea *luctu* et *moerore* consumti, *coelum* frustra *precibus fatigant.* Nihil aeque *securitatem carnalem* nutrit; nihil *cor Hypocrisi infectum* magis in *confidentiam* inflat: vt iure meritissimo tanquam causa praecipua enotetur, quae תקוה *spem de Dei fauore*, et *gratia singulari* ingenerare soleat. ה אמתי *He veritatis*, vel *adfirmationis*, aliquoties habuimus, vbi *interrogationis* esse credebatur. Vide *Cap.* 4, 6. 21. et 8, 11. et 20, 4.

vs. 10. Impeditiores adhuc fiunt rationes eorum, qui ad *poenam Hypocriseos* haec reducunt, iterum per *interrog.* negantem prolata sententia. *Num super Omnipotente delicias aget* etc.? Cl. *Reim.* in aliorum versionibus *Cohaerentiam* desiderans reddendum censet, *si delectaretur Omnipotente, inuocaret Eum omni tempore:* quasi ratio daretur, *cur Deus non audiat Hypocritam in rebus aduersis clamantem.* Eodem aciem intendit Eleg. *Crinsoz. Si delicias suas in Omnipotente habuisset, posset Eum inuocare omni tempore.* Mihi si ישל *vs.* 8. notaret *Mortem*, ita locus hicce accipiendus videretur: *Num super Omnipotente delicias aget; Eumque inuocabit omni tempore? etiam extre-*

deliciabitur: inuocabit Deum omni tempore. *vſ.* 11. Docebo vos de manu Dei: quod penes Omnipotentem non

extremo illo, et *omnium anguſtiſſimo?* Num poterit *ſpe vita* et *firma* in Deum, tanquam *in Rupem ſalutis defixa*, *terrores Mortis vincere*, *ac triumphare?* Id ſatis ad rem. Sed *Cataſtrophe mortis vſ.* 19. demum venit. Itaque vide an recipi queat, quod ad *liquidum* et *ſecurum animum* Hypocritae, in verbo ישׁל, et ad *liberationem eiusdem ex anguſtiis*, ſtatim ac *clamare* occeperit, non male quadrabit: *Sane de Omnipotente delicias aget; Deum vocabit omni tempore.* אם ſuccinit ה in *aſſeuerationem: Ier.* 31, 20. etc. Eſt depulſio, et retorſio eius, quod *Cap* 22, 26. dixerat *Eliphazus; Tunc ſuper Omnipotente delicias ages; et attolles ad Deum faciem tuam:* i. e. poteris *tuo* Eum *iure inuocare*, *de eiusque fauore gloriari.* Iſtam ſententiam non firmatum ire voluit, debuitue, Noſter, ſed potius eneruare ſtuduit. Reponit ergo, *Atqui et Hypocritae gloriantur de Dei erga ſe fauore*, et *Numen ſemper laetum*, *propitiumque*, *ſuo* velut *iure*, *in vota vocant*, *omni tempore.* התענג ſingulari pollet emphaſi et gratia, inferens *delicatum*, et *ſuperbum* quaſi *gaudium*, quale eſt *Amatoris*, *ſperatam ſuam poſſidentis.* Hinc pulcherrime transfertur ad *Delicias animae fidelis in Deo exultantis: Pſ.* 37, 4. *Ieſ.* 58, 15. etc. Nil impedit interim, quo minus ad *gloriationem* et *ſuperbiam ſpiritualem Hypocritarum*, ſerie illuc ferente, applicetur. Vide *Eſai.* 57, 4. Vides *ſpem Hypocritae*, *ſuis coloribus illuminatam*, quando ei *ſuperba* quoque in Deum *gloriatio*, et *laetitia* attribuitur: ſimulque ſentis quam apte haec praeſtructa, ad irreparabilem huius hominis ruinam tanto plenius oculis ſubiiciendam. Hoc pacto idem ferme conſpectus emerget, quem exhibet *parabola Matt.* 7. de eo, qui *Domum* ſuam *ſuper arena aedificat*; quorſum *Emblemata vſ.* 18. manifeſto ducunt. Is ſibi, rebus ad vota euntibus, quoad viuit, pulcre videtur beatus, de ſalute ſua, et gratia apud Deum, altos gerens ſpiritus, atque vana fiducia etiam fidei et ſpei piorum, nutanti nonnunquam, et luctanti cum aduerſis, illudit. Suſpicio incidit, loco ſic conſtituto, aculei quid ſubeſſe, quo Amici cauere iubentur, ne *rebus aduerſis* hominis *probi* inſultantes, eumque *Hypocritam* et *improbum* eſſe contendentes, ipſi reperiantur *Hypocritae*, ob proſperitatem ſuam ſcilicet magnifice nimis de ſe, et pietate ſua, ſentientes; atque ſibi prae miſero Amico ius ad gratiam et communionem Dei velut arrogantes. Eos hac in parte ab *Hypocriſi* plane intactos nemo dixerit. In Comm. *Hieron.* reperies *Hypocritam* hic exponi *falſum in amicitia* et *doloſum*; atque in *Amicos* dictum cenſeri, qui *Iobum ad Tartarum auaris rapuerint votis.* Hoc iam violentum, vt et reliqua ibidem proſtantia. Si *Sodales* tanguntur, ictus non niſi ex obliquo in eos recidit, in *veri ominis Hypocritas*, ob *florentiſſimam proſperitatem ſibi placentes*, et *ſecure ſemet paſcentes*, directus.

vſ. 11. Nouis difficultatibus Viri Docti implicantur pro ſua quisque

non celabo. *vſ.* 12. Ecce omnes vos vidiſtis: et ad quid hoc vanitate vaneſcitis? *vſ.* 13. Haec eſt portio hominis im-

que *Hypotheſi*. En quid mihi occurrerit ad nexum ſalebroſiſſimum. אורה alii in fut. vertunt *docebo*, alii in praeſ. *doceo*. Retineo *praeſens*, *Doceo vos;* idque ad *praecedentia* ſimul et *ſequentia* ſic refero, vt *Iobus*, qui ſibi ſocios viciſſe videbatur, (et vicerat) iam tandem oſtendat, *ſe veram viam Dei cum Hypocritis eſſe declaraturum*, *in qua exponenda non leuiter offendiſſent ſodales*. Habes aliquid, quod Filum et Ordo diſputationis ſponte ſuggerit. Habes item, quod ad ſilentium iam redactis Amicis, et aeſtu concertationis deferuente, ſibi ipſi quodammodo debebat Noſter; ſaltem *Veritati* ac *Religioni*, quam violatam ſane noluit, id dare debuit, vt poſt *acres* illas *contentiones*, quibus *perpetuam Felicitatem improborum*, et *Hypocritarum*, extulerat, ſub finem declararet, quid *de* illorum ergo *ſorte* ac *conditione apud Deum ſentiret;* ne quid mali forte vlceris fouiſſe crederetur. Id conſignare incipit cordatiſſime *vſ.* 7. et *vſ.* 8. ſpecialius *ſpem Hypocritae* explodere aggreditur; eam prius delineans a parte illa formoſa, qua praeſtringit, et faſcinat, non aliorum tantum oculos, ſed ipſius hominis a ſemet deluſi. Ponit itaque primo, *animam* eius a Deo ipſo *eliquatam* veluti, per *proſperitatem opimam*, et *tranquillitatem ſecuriſſimam*, quam *nullae faeces turbent*. Addit, ſecundo, *Numinis fauorem praeſentiſſimum in malis, ſi quae forte ingruerint, ad preces eius depellendis*. Cumulum imponit, tertio, *ex gloriatione in Deo*, tanquam *ſuo*, quem *omni tempore* ſibi *propitium experiatur;* ſecus ac *vere pii* et *religioſi*, quibus talia incidunt tempora, vt Deus faciem ipſis ſuam ſubduxiſſe, iisque in hoſtem conuerſus eſſe videatur. Cernis tales lineas, quas *Hypocritae ſpem* pingere volens, haud facile omiſerit, egregie ſimul quadrantes in praeſentem *Iobi conditionem*, *adfectionemque*. De his omnibus iam non immerito pronunciat Noſter, *Doceo vos de Manu Dei*, i. e. *de iis quae Deus agere ſolet; quae in curſu prouidentiae eius, et regimine rerum humanarum, ſeſe manifeſte exerunt*. Attexit, *Et quod cum Omnipotente non celo; non abnego; non fucato colore eludo*. Id fecerant quodammodo Sodales, qui ita in *Hypocriſin* declamauerant, vt quod *cum Omnipotente eſt*, ratione viatum Eius, in peccatis, per longam conniuentiam, transmittendis, non ſine fuco negauiſſent, et experientiae contraria docere ſuſtinuiſſent. Poſſes quoque, *Doceo vos per Manum Dei*, i. e. *ſpiritum intus in me agentem;* quorſum *Chaldaeus* tendebat, a *Merc. Druſ.* aliisque ita laudatus, vt ferme ſubſcribant. *Caſtal.* certe reddere non dubitauit, *Docebo vos Diuinitus*. Quod alii habent, quae *in manu Dei* ſunt, ad prius, quod praetulerim, ſponte ſua redit. Si vrgeas vim *fut. Docebo* ad praecedentia non minus aptum reperietur; q. d. Noſter, *Vidi vos in magno errore verſari circa Regimen prouidentiae;* itaque *Docebo vos Manum Dei; tempus eſt, vt verum conſpectum harum rerum, de quibus multa in vanum diſſeruiſtis, vobis pandam*. Vides, hoc pacto, ſequentia ſimul includi poſſe, quin debere; quatenus ſe de

Exitu Hypocritarum certiora, et cum Dei viis coniunctiora, editurum esse inculcat.

vs. 12. Sensus est: *Ecce omnes vidistis*, vix aliter capi posse, quam, ex serie versu praec. deducta, *vidistis Hypocritas florentissimos*. Ecce *experientia discere debuistis*, quae ego de *Gloriatione Hypocritarum*, deque *Numinis erga eos indulgentia per totam vitam*, antea disputaui, et nunc extra feruorem disputandi, repeto. *Quare ergo vanitate euanescitis?* Quare *experientiae*, quare etiam *conscientiae vestrae* obluctamini, tendendo *Hypocritis*, *auarisque* opum *raptoribus*, *aduersa omnia in terris* euenire, iisque *viuis* ac *videntibus praedam suam extorqueri*, vt pro *Exemplis iustitiae Diuinae* inseruiant, quum omnibus *oculos in fronte gerentibus* manifestum sit, eos plerumque *tranquille viuere*, *tranquille mori*, atque in *familia opulenta* et *florente saturos rerum* ac *dierum exspirare*. Ita hactenus disputauerat Noster, nec video cur a sententia ista deflexisse statuatur. Pertinent haec omnia ad תקוה *spem Hypocritae*, tanquam laetum quid, pulcrumque, extollendam; quam tamen cum *infelicissima sua sorte* commutatam se nolle testatur *Iobus*, iam vere *Iobus*, id est *fide inuicta armatus*, et *Martyr*, vt sic dicam, *pietatis*, cum qua vel *diram mortem* subire malit, quam *placidissimo* illo *fine* impiorum *finiri*.

vs. 13. Fateor quum ad *vs.* 10. suspicio mihi commota, Amicos ibi, vt et *vs.* 8. 9. pungi, quod *secure nimis* et *arroganter* sese *efferrent*, simul mentem mihi pepulisse similem fere conspectum huius *pericopae*, quam ipsorum fere phrasibus in capita Amicorum retorserit Noster, denunciando ipsis perniciem sibi intentatam, si in ista *Hypocrisi*, *arrogantia*, et *violentia* erga insontes a Deo adflictos, perseuerarent. Talem *adfectum* Nostro subinde surrepsisse nil mirum; reuera enim non *inclementer* tantum, sed et *insolenter* tractabatur a *Censoribus supercilioſis*. Tale illud *Cap.* 19, 29 *Metuite vobis a gladio* etc. Item *Cap.* 13, 7. 8. 9. et 6, 14. Mire praeterea congrueret talis peroratio in Eum, qui iam victorem se ferens, par pari quodammodo retulisset. Non acquiesco interim in hac *Hypothesi*, a qua multa me retrahunt, sed cum ordine, et euolutione materiae, inter *Iobum* et *Amicos* discussae, coniunctissimum arbitror, vt nunc tandem Noster declaret, quid ipse sentiat de *sorte*, et *conditione* talium *Hypocritarum*, quos Deus patitur *in terris florere*, *superbire*, *triumphos agere*, *per nefas omne ad culmina rerum grassari*; *eoque in fastigio fortunarum ad mortem vsque vigere*, *atque adeo magnifice superbis Mausolaeis inferri*. De tam *illustri persona* cogitandum hic esse, omnia arguunt. Disputatores Viri principes; controuersia ipsa ad talem semet restringens, quin et diserte alligata in superioribus; itemque hoc ipso Capite; nam *vs.* 8 יבצע infert *quaestum auaritia inexplebili corrasum*. ישל item *opimam* non minus quam *tranquillam* signat *fortunam*. Hoc versu עריצים manifesto ducit ad *Tyrannos praepotentes*. *Vs.* 16. 17 18. porro comparebunt *Thesauri* a longo *congesti*, et *constructi*, in *Domo splendida* illa quidem, et *magnis opibus subnixa*, sed quam *tinea* rodat, id est *Maledictio Dei suo tempore eruptura*, *ad potentiam malis artibus exaedificatam funditus euertendam*, *sub ruinisque suis* sepe-

improbi apud Deum: et haereditas *quam* violenti ab Omnipotente auferunt. *vſ.* 14. Si multiplicantur filii eius, ad gla-

ſepeliendam De tali iam *Hypocrita*, animi ſui ſententiam aperire incipit Noſter, oſtenditque ſe quum *Felicem* Eum *viuere* et *mori* dixerat, humano more diſputaſſe, ad Amicorum tela retundenda: de cetero neutiquam dubitare, quin et *Domus* talis *improbi poſt mortem* illius tandem aliquando peius *ruitura* ſit, quam *conſurrexerat;* et *anima* eiusdem *graſſatoris* confeſtim expertura ſit, dari Deum *hypocriſeos* et *impietatis* ſeueriſſimum vindicem; qui ſibi *ſub larua religionis* non patiatur illudi, ſed qui viciſſim ſpes et imaginationes omnes vani cordis deludat; in exitium aeternum praecipitato, et turbine irae a facie ſua diſturbato illo, qui caput in coelum auſus fuerat efferre.

Ibid. Habemus iam clauim, vt confido, illuſtris huius pericopae. Apparet enim ſtatim, quanta cum Emphaſi nunc ille חנף *Hypocrita*, idemque *Lucripeta inſatiabilis*, qui *vſ.* 8. 9. 10. *Deum ſibi propitium gloriabatur*, appelletur אדם רשע *Homo impius;* nec non עריץ *Exactor tyrannicus;* qui *Pſ.* 37, 35. eſt רשע עריץ *Improbus violentus palmae inſtar expandens ſeſe in terris.* Adde ex oratione *Eliphazi Cap.* 15, 20. idem hocce coniugium vocum, רשע et עריץ, per quas ibi *Iobus*, ſimilesque *Iobo diuites*, *ſub perſona religionis graſſantes*, ex eius mente, deſignantur. Illius hominis *poenas* longe aliter iam delineandas ſumit Noſter, quam *Amici* fecerant: vt ex collatione *Cap.* 15. vbi *Eliphazus;* et *Cap.* 18. vbi *Bildadus; Cap.* 20. vbi *Tſopharus* declamant, vnam eandemque incudem tundentes, apparebit. Nempe non deſiſtens a ſuperiore ſententia, ſed eam vlterius confirmans, oſtendit nunc, iſtam *ſcenam felicitatis temporalis poſt fata demum euerti.* Idem inſinuauerat *Cap.* 21, 19. 20. 21. *adfectui* tamen nonnihil ibi indulgens, et *ſupplicium viuo* potius *ac videnti infligendum fuiſſe* contendens. At hic non diſputans, ſed docens, *repoſitam* agnoſcit *in theſauris Dei poenam*, qua *et Domus iniuſtis artibus ad* maximam *potentiam prouecta*, et *ipſe iniuſtus*, *exſcindantur. In theſauris*, inquam, *Dei repoſitam, poſt Mortem* ſcilicet; vt ex *vſ.* 20. clariſſime videre eſt. Idem inculcatum formulis חלק עם אל *portio cum Deo*, et נחלת *Haereditas ab Omnipotente percipienda;* quibus et *Tſopharus* vſus *Cap.* 20. fine. In priori עם creditur poſitum pro מעם, *de cum Deo.* Cl. *Schmid.* non male obſeruat, *cum Deo*, eſſe *in decretis Diuinis*, *quae Deus ſecum habet recondita*, *ſuo tempore exequenda.* Ita planiſſime *Deut* 32, 34. *An non illud reconditum mecum? obſignatum in theſauris meis?* Deſignantur iudicia grauia quidem illa, ſed et tarda, *poſteritatique* demum ſuperuentura, ſecundum illud *Habak.* 2, 9. הוי בצע בצע רע לביתו *Vae auaritiam auaram exercenti*, *peſſimam ſuaemet domui: in alto nidum ſuum ſtruendo.* etc.

vſ. 14. Ad verum ſenſum rite conſtituendum, obſeruo ita digeſtam videri hanc enucleatiſſimam tractationem, vt *primo* exponantur *Iudicia Diuina* in *poſteritatem*, et

familiam praepotentem, *improbi*, *post Mortem eius*, incubitura, ad male parta male dissipanda. *Secundo* depingatur *thesaurus* cumulatissimus *Irae* eiusdem *in ipsam improbi personam effundendus* statim *ad Mortem*, et *vltra eam*, quum iam incidit in Manus Dei viui; atque ad Tribunal iusti Iudicis comparere coactus fuit. *Prior* pars a *vs.* 14. ad *vs.* 19. deducitur. *Posterior* a 19. ad finem capitis decurrit. In hac *generali partitione* potuisset *Iudicium*, sub quod *Diues beatissime*, vt videtur, *moriens*, et *beatam*, florentemque hactenus, *relinquens Familiam*, confestim *cadit*, praemitti, adiecta dein *maledictione posteritatem* et *Domum* eius *extirpatura*; sed dedita opera ordo commutatus; et initium factum a *poenis ad huius vitae Oeconomiam pertinentibus*, vt inde ad *poenas longe grauiores Oeconomiae futurae* transcendatur. Id nemo male digestum dixerit. Digestius merito censeatur forte, tum ob rationem obuiam; tum quod *vitae futurae iudicia illa* a nobis non nisi *per Fidem* hactenus *apprehendantur*: quum priora illa in *sensus* et *experientiam* nostram incurrant. De iis ergo prius actum, vtpote proxime *Controuersiam* spectantibus: *visibiles enim plagas in domum improbam immittendas* maxime vrserant Amici Addiderim, in *inuisibilibus poenis* finire maluisse Nostrum, quod illarum vis nullo fine terminetur, sed in omnem aeternitatem sese extendat. Incipitur ergo a *Maledictione visibili*, quae *improbum Raptorem* feriat *post Mortem*: non autem *in vita*; vt Amici tetenderant. In ea euoluenda legitimo ordine proceditur. Venit nempe primo *numerosissima*, eademque hactenus *opibus* et *diuitiis florentissima*, *progenies*, quae *beati*, vt gloriantur, Patris, *beatam* et *opulentam cernit haereditatem*; atque *perpetuam* sibi *potentiam* et *gloriam* in culmine rerum despondet. Huc vocat אם *si*, quod est *concedentis*, vel *innuentis* tale quid locum habiturum, vt vel ex *vs.* 16. manifestum. *Si creuerint* ergo et *multitudine*, et *fortunis Filii eius*: itemque *Nepotes* צאצאים, *splendida germina*, *si excreuerint*, *seque laetissime diffuderint in terris*; *Gladius* tamen *vindex* tandem *in eos destringetur*, atque *per omne genus malorum*, Diuinitus *instantium*, *ad summam egestatem* et *inopiam opulentissima* illa *familia*, *male partis superba*, *reuoluetur*. Habes quod Sacrae Literae, quod profanae etiam, quod denique *Experientia* omnium, et *Dei Iudicia* in Mundo, testantur, ac sanciunt. Coniunxi in vnam seriem duo membra, quae sublimioris styli elegantia disiunxerat. Naturalis nempe structura erat, *Si Filii eius et Nepotes laete excreuerint*; erunt *ad Gladium*, et *non saturabuntur pane*. Si quis *disiunctionem* retinere malit pressius, ad *aetatum distinctionem* nil decesserit nobis. *Gladium vltorem Dei* iam bis habuimus *Cap.* 15, 22. quorsum reflecti putem: et *Cap.* 19, 30. Pro eo ברק *fulgurans acies* inducta *Cap.* 20, 25. Adde *Ps* 7, 13. et 17, 13. Non excludo *Bellum*, *formidolosissimum* illud *flagellum*, quo Deus *Iudicia* sua *in terris* exercet; et *quo* tanquam *Gladio Iustitiae iniustitias*, *auaritias*, *rapinas Mortalium*, publice vindicat: sed nec Emblema hoc fine includo. Confer *Ps.* 78, 62. 64. vbi חרב bis districtum, non sine notabili discrimine. Existimarem *vs.* 62. *Gladium* latiore sensu positum, quam *vs.* 64. vt prior designet

Gla-

gladium: et germina eius, non satiabuntur pane. *vs.* 15. Residui eius in mortem sepelientur: et viduae eius non flebunt.

Gladium vindicem quem ipse Deus vibrat: posterior *gladium hostilem in manu hominum.* Locus inspectus mentem meam penitius inspiciendam dabit. Sub priore comprehenduntur *omnia illa mala*, quae *vis saeua belli secum trahit*; videlicet *caedes* non tantum et *lanienae*; verum etiam *vrbium, aedium, agrorum incendia, populationes, euastationes; pecorum praedarumque abactiones; violationes corporum; captiuitates*, et *abductiones in seruitutem*; quae et alia mala innumera hic Nostro obuersata, ad ostendendum, quommodo in *via vrdinaria* prouidentiae *opes ex rapinis et spoliis pauperum corrasae* iterum *soleant dissipari*, ne de iis *tertius quartusue* gaudeat *haeres.* Est *Doctrina verissima*, et *Regula* ferme *perpetua:* quam et Amici ante oculos sibi propositam habuerant; sed a qua impetu disputandi multum deflexerant; *in praesenti Calamitate Domus Iobaeae* hanc ipsam *Dei vindictam* manifestissime conspici contendentes. Verissime ergo Noster *vs.* 11. *Edocebo vos de Manu Dei. Doctrinam* male a vobis explicitam, peius applicitam, iusto in lumine collocabo.

vs. 15. Ambigitur primo, an *viduae non plorantes* pertineant ad *patrem improbum*, an ad *posteros.* Deinde haud conuenitur in sensu. *Merc.* I. *Viduas pluraliter dicit, quod saepe plures vxores haberent: Vel non improbi tantum vxorem, sed et eius filiorum innuit.* Clar. *Schmid.* in eadem sententia versans, *Non video*, inquit, *quid obstet, quo minus et propria vxor* improbi, *et vxores filiorum ac nepotum* intelligantur. Posterius vnice tenet II. *de Pined.* quod non insolens, vt *plurali* adiungatur *singulare* distributiuum. Rationem autem *cessantis luctus* reddit, *vel quia simul cum viris suis eadem lue perimentur: vel quod mali mole obrutae, se potius, quam maritos, lugere cogentur; vel quod tot malis deplorandis nullae sufficient lacrymae.* Placuere haec Cl. *Cocceio*, ita notanti, *Non plorabunt* viduae, *quia simul morientur: vt Ps.* 78, 64. *coll.* 1 *Sam.* 4, 19. 20. *Vel quod in cumulo miseriarum occalluerint, nec vacare possint solenni planctui ob propriam miseriam. Esech.* 24, 20. *Vel quia maior planctu calamitas.* Posterius illud intendi *Ps.* 78. 64. vix dubium; nec tamen ibi excluserim *solemnia honestioris sepulturae;* vt duplex *profanatio dignitatis Sacerdotalis* ibi signetur; altera *quod Gladio ceciderint, qui Sacrosancti erant;* altera quod *honesto et solenni funere caruerint.* In hanc mentem rectissime et hic *Doct. Pisc.* et *Belg.* III. *Viduae non plorabunt, solennes exequias celebrando.* Nollem additum, *quia exosi erant ob improbitatem*, id enim et extra formulam, et praeter rem; quum nil *viduas* has *pias* statuere iubeat. Alii IV. trahunt ad *morborum* et *malorum saeuitiem, ob quam gratulanda potius mors illa veniat, quam comploranda.* Omnino tenendum V. quod de *sepultura honestiore*, et *solenni planctu viduarum*, mos Orientis sponte suggerit Totum genus loquendi cognoscas ex illo *Hamasae*

Heus confossionem Senioris longaeui et decrepiti!

Quae excitabit maximum Leſſum cum adflictione et eiulatu.

Ad haec *Tebriz. innuit ſe confodiſſe virum principem; ac propterea Leſſum maximum*, ſiue *conuentum mulierum lugentium celebriorem nominat.* Habes *Leſſum maximum* virorum principum; qui ſupponit *medium*, *media fortuna vtentium*; et *infimum* ſiue *plebeium* Ergo *nullo Leſſo honeſtari*, *infimo* eſt *inferius*; ſiue id fiat ob *infamiam*, ſiue ob *luem*; ſiue ob *deſolationem* et *inopiam tantam*, quae nec *linteum ſepulcrale* relinquat *viduae*, nec *priuam foſſulam*, ad mariti *cadauer cum* aliqua *ſpecie honeſtatis humandum*, aut *comploran-dum.* Poſtremum hocce *ſcopo* et *nexui* maxime reſpondet. Deſcribitur videlicet illa *reuolutio fortunarum*, *qua Domus opulentiſſima*, *quae ex iniuſto Mammona excreuit ad ſummum gradum ſplendoris et dignitatis*, *maledictione notabili Dei iterum decreſcere ſolet*, *et ad extremum inopiae ac vilitatis deprimi in ſeris poſteris.* Cernis, credo, ſponte, *viduas* non eſſe *Patris improbi* illas, ſed *Poſterorum* eius, et quidem שרידים *Reſiduorum*, qui ſine *re*, et *nomine*, ad *medicorum* conditionem redacti. Cernis quoque, *in morte ſepeliri*, vberius, commodiusue, exponi non poſſe, quam *Mortem* ipſam *habere pro ſepultura:* nec *foſſula* gaudere *propria*, in quam *contrudantur.* Cernas denique velim hanc *abiectiſſimam mortem*, et *inſepultam* vere *ſepulturam*, *ſuper terra putreſcere*, videlicet, vel et *in abditum* aliquem *angulum tumultuarie defodi*, oppoſitum eſſe *ſuperbae Tumulationi*, *improbis parentibus* tributae *Cap.* 21, 31. etc. et mox *vſ.* 19. quoque tangendae. Non ergo ad *Improbae Domus conditorem* haec *maledictio*, et *poena*, referenda, niſi Noſtrum ſibimet contrarium inducere lubeat, ſed ad *poſteros* eius, et *ſeros* Nepotes proroganda, quos vindictam Numinis tandem aſſequi, et exequi, nunquam ſane negauerat Noſter, ne quidem *Cap.* 21. ſed diſerte agnouit, obiectionem inde motam refutans *Ibid. vſ.* 19. 20. Ceterum, quamuis אלמנותיו *Viduae eius*, pro *eorum*, ad שרידים *Reſiduos* commodiſſime redeat, per ſolennem *Hebraismum*, non incommode tamen τὸ ו ad *proſatorem* ſic applices, vt *viduae eius*, ſint, *ad Familiam eius pertinentes.* Similis plane conſtructio *Pſ.* 78, 64. vbi *Viduae eius* non redeunt ad כהנים, ſed ad *populum vſ.* 62. de quo et dictum erat כהניו *Sacerdotes eius.* Ad eandem normam et hic שרידיו *Reſidui eius*, improbi ſcilicet: i. e. *abnepotes eius*, et *vltima poſteritas*, quae ex *ſtirpe* Diuinitus *maledicta* ſupererit, *opulentae* Domus *cladem*, et *ruinam* veluti *teſtans*, et *circumferens vita trepida*, ac velut *fuga*, et *mendicatione*, *ignominioſa.* Confer quae ad *Cap.* 20. 26. de vocabulo שריד notaui, quod conſtanter adfert *fuga elapſum e graui clade.* Phraſin figuratam Amici adoptans *Iobus*, ſimul ſententiam eius corrigit, ad normamque accuratiorem experientiae reducit. Huius *Doctrinae*, et *veritatis capitalis*, non Sacri tantum Libri, ſed etiam profani, refertiſſimi ſunt; in *Tragoediisque* praeſertim Veterum materia haec crebro tacta; ad illud *Aeſchyli* confirmandum in *Eumenid. vſ.* 540. ἐς τὸ πᾶν δέ τοι λέγω βωμὸν ἀϊδέσαι Δίκας, μηδὲ νιν, κέρδος ἰδὼν, ἀθέῳ ποδὶ λαξ ἀτίσῃς, ποινά γὰρ ἐπέδαι, κύριον μένει τέλος. *In ſumma edico tibi*, *Aram Iuſtitiae reuerere*; *neque Eam*, *Lucrum ſpectans*, *im-*

flebunt. *vſ.* 16. Si cumulauerit vt puluerem argentum; et inſtar luti parauerit veſtem. *vſ.* 17. Parabit, et iuſtus induet:

impio pede calcitrans inſultes; poena namque aderit; fixusque manet finis. [Pro חִבְּכָה tam parallelismus membrorum, quam *Syrus* et forte etiam *Gr. Alex.* reponere ſuadent חִבְּכִינָה. *Vog.*]

vſ. 16. Opulentae Domus *Fortunas*, *auare*, et *iniuſte*, *aggeſtas*, grandibus figuris expingit Noſter. Vocula אם *ſi*, non eſt *incertam*, ſed *certam* ponentis *conditionem*. Nam, vt ſupra vidimus, cardo quaeſtionis verſatur, non circa omnes *improbos*, quod minus recte vulgo ſupponitur, ſed circa *improbos Lucripetas*, *Raptores* et *Oppreſſores* ſimul *pauperum*. Talis iam, Deo non conniuente tantum, ſed et indulgente, ac frena Tyrannidi laxante, dicitur *coaceruare argentum tanquam puluerem*. Apud *Arabes* צבר صبر in II. *coniug.* frequentatur pro *citra pondus aut menſuram accepit aliquid per cumulum*; et صبرة eſt *cumulus frumenti*, *lapidum aceruus*, et ſimilia, Apparet *Dialectos* amicas ſociare dextras, ſeque inuicem illuſtrare. *Zach.* 9, 3. extat eadem formula, quae haud dubie *Prouerbialis*. Additum *ibid.* quod eiusdem monetae, *et ſicut Lutum platearum Aurum*. Non mirabere ergo et hic, ex eadem officina, *inſtar luti ſi parauerit veſtem*. Comparatio iſta tum *copiam* pingit, tum *vilitatem* vel *pretioſiſſimae veſtis*, inde *oriundam* in domo diuite, ſecundum *Luculli* profuſionem, qui rogatus *centum Chlamydes purpureas* ad *ſcenam* ornandam, dubitansque, num praebere poſſet tantam veſtem, *poſt paulo ſcribit* ei qui munus erat editurus, *ſibi millia quinque eſſe domi chlamidum; partem vel tolleret omnes*. Nempe, vt addit *Satyricus*;

Exilis domus eſt, vbi non et multa ſuperſunt,
Et dominum fallunt; et proſunt furibus.

Orientalium luxuries hoc in genere infinita. Non poenitebit adiiſſe *Boch. Hieroz. part.* 2. p. 617. vbi *Veſtes in Theſauris congeſtas*, et *repoſitas* a Veteribus, docet. Locis a Viro Magno adductis, addas licet *Eſai.* 23, 18.

vſ. 17. Pulcherrima *Epanados*, qua *poſterius priore loco* redditur. In verbis omnia per ſe lucent. Senſum ipſum obſcurat nonnihil *Hypotheſis* recepta, agi de *Improbo in vita ſua exſpoliando* omnibus hiſce *diuitiis* et *ornamentis*. Haec *Merc.* ita commentari coëgit: *Opes ab improbis ſaepe immodico labore congeruntur; quibus non liceat ipſis vti; vel quod non audeant attingere prae auaritia; vel quod illis adimantur iuſto Dei Iudicio, vbi illis vti frui ſperarant. Vſura autem et fructus ſaepe aliorum eſt, vt Iuſtorum. Sed haec non ſemper. Imo contra ſaepe Iuſtos egere, improbos affluere videas.* Menti et Scopo *Iobi* haud adeo congrua haec, vt nec alia ab aliis allata. Recta collineabis, ſi hos *theſauros improbitatis a longo congeſtos*, *poſt Mortem Raptoris diſſipari*, et *in praedam iuſtioribus poſſeſſoribus concedi*, ſtatuas *poſteri* eius tanquam *iniuſtis Haeredibus* ex illa *opulentia* ad *ſummam* tandem *inopiam* detruſis.

induet: et argentum innocens partietur *vſ.* 18. Aedificauit tanquam tinea, Domum ſuam: et ſicut tugurium quod fecit

vſ. 18. Hanc *lentam*, ſed *vertam*, *ruinam Domus improbae*, ad ſummam felicitatem euectae per iniuſtitiam, et oppreſſionem, duae excellentes figurae depingunt. Prima eſt, *Aedificauit Domum ſuam* כעש *ſicut tinea*, vt *Vulg.* habet, vel *ſicut tineae*, vt alii malunt. Ea vox a *Rad.* עשש iſtam vim haud dubie poſſidet. Sed et aliam obtinet a *Rad.* עיר *Iob.* 9, 9. vbi *Arcturum* plerosque vertere vidimus. Hanc *Iun.* et *Trem.* duce *Ab. Eſra* huic quoque ſedi ſic aptant: *Vt aedificauerit quaſi Arcturi Domum ſuam; erit velut tugurium quod fecit cuſtos.* Referunt ad *praetorium ſplendidum*, et *magnificam ſubſtructionem*, *qua velut coeleſtem domum ſibi fieri curauerit* improbus. Addunt tamen, *Denique velut in coelo fuerit ſua ſententia.* Id iam *figuram* pro *litera* ſubſtituit; vel et cum ea coniungit. Cl. *Cler.* quaerit, *Quid Arcturo cum domo caduca?* Atqui *Iunio* non *caduca*, ſed *magnifica* et *ſuperba Domus* obuerſabatur, *inter ſidera ipſa* veluti *reſplendens*, quae ad *tugurioli humilem conditionem* ſit redigenda. Si conſtructio paulo magis faueret, defendi poſſet illuſtris imago, relata ad *Fortunas ſplendidiſſimas Improbi.* Certe *inter ſtellas habitare* vel *Nidum ſuum locare*, alibi quoque in Sacris occurrit; et *decideris ex aſtris* apud *Cic.* Speciatim *Arabes*, ad *ſummum culmen ſplendoris* et *gloriae* deſignandum, adhibere amant الفرقدان *Alpherkedan* dictas *duas ſtellas circa Polum Borealem;* quippe quae ſupra reliquas omnes emineant. Obſtat, vt dictum, *Iunio*, conſtructionis ratio, quae *Vaw* ſic conuerti, vix ac ne vix quidem patitur. Addere auſim, multo ſignantius ad ſcopum *Iobi*, *ſicut tinea*, ſi modo *imaginis* illius *grauitas* enucleetur. Id feliciter praeſtitit *de Pined.* cuius ſumma huc redit, *Tinea rodendo ſibi aedificans domum, eandem ſimul ſubruit, ſibique veſte breui conſumta exitium creat. Non aliter impius alienas res mordendo, et vorando, Domum ſuam erigere et ſtabilire molitus, eandem ſimul demolitur, opibus et fortunis, quas iniuſte corraſit, excutiendus.* Idem et *Caluin.* egregie praeſtiterat: *Tinea corrumpit et perdit omnia, vt ſibi Domicilium paret, et quicquid inuenit, arrodit, damno et diſpendio alterius ſuam ſibi domum conſtruens, in qua tamen nihil praeter corruptionem, et putrefactionem, Sic improbi praeclara quidem palatia conſtruunt, ſed ſimul, vt tinea, corruptionem ſecum in ea inferunt; et poſt aliquem ſplendorem Domus eorum deiicientur.* Cernis ad *ſplendidam aedificationem* Diuitis reflecti, quatenus ea *ſplendidiſſimae fortunae* indicium facit; quod facile concedi poteſt, ſi modo *Figurae* praecipuus relinquatur locus. Eam Doct. *Belg.* vnice hic tenent; meliore iudicio quam *Piſc.* qui ſoli fere *literae* inſiſtit. Iſta autem *figurata vis* ſententiam noſtram de *Oeconomia* huius *Cap.* et *Materia* aduerſus Amicos ad mentem *Iobi* perorata, valide adfirmat. Nempe nemini non compertiſſimum, *opulentas* ſaepe *Domos*, ac *Familias*, ex *iniuſto Mammona exaedificari;* easque non ſtatim corruere, viuo ac vidente

Raptore

Raptore, sed aliquamdiu in posteris stare, ac durare, sine vllo metu ruinae, vt videtur. Interim tamen Domus illa vere ruinosa, atque intus velut erosa, tanto grauiore lapsu concidat necesse est, quanto altius excreuit; vt fixus maneat terminus rerum, *Male parta, male dilabi.* Emblemati *Tineae* subest simul *vis prouerbialis*, quae *Maledictionem* intus *caeco* et *lento morsu exedentem* adfert. Vide *Psl.* 39, 12. *Hos.* 5, 12. quaeque ad *Cap.* 4, 19. dicta. Ibidem voculae עש, *Arabice* عثّ, aliquid lucis additum. Deleo itaque coniecturam, quae olim adblandiebatur, *Aedificat vt Nidum domum suam*, ex عشّ: nam nec Figura illa tam luculenta: et scrupulus, cui tunc adhaerebam, nullus, si כעש cum Cl. *Cocc.* resoluas כבית העש *sicut domum tineae;* vel, quod praetulerim, cum *Hieron.* reddas, *vt Tinea.* Doct. *Deod.* ita struens, *Aedificabit, sed Domus eius erit vt Tineae*, minus commodum credidit *Tineam* inducere *aedificantem*, quae nil aliud quam diruat. Sed in eo dicti vigor, quod ex *Ironia* et *Oxymoro* conflatum, quo *Tinea aedificans* introducitur, ita *Domum* suam in veste, vel ligno, *exstruens*, vt simul eandem *destruat* atque subuertat.

Ibid. Secunda similitudo etiam peruenusta. Eius vim plerique constituunt in *breuitate vitae* vel *felicitatis* improborum. *De Pined.* in *Custode* dupliciter *impium auarum* repraesentatum notat, primo, *quod aliena, non sua predia seruet;* secundo, *quod non integrum annum, sed breui quodam, certo, et definito tempore anni, in custodia sit, et temperaria tantum vmbraculi habitatione vtatur. Ita nec propriam, nec perpetuam, atque aeternam, esse possessionem Diuitiarum. Quanta igitur stultitia, tantum operae et solicitudinis ponere, in erigendo tugurio, quod breui collapsurum, aut deserendum!* Addit, *per Sarcasmum irridere videtur magnificentissima mortalium aedificia, et Arces munitissimas, vocando Tuguria rustica, et perangustas casas. Quid enim erigere possit homo nisi Tuguria; et non nisi ad breuissimum tempus?* Haec omnia, in se bona, et ingeniose dicta, non optima fient, si *Literam* premas, vel et ad *breuissimam* et *vanissimam Impiorum felicitatem* ea referas, eodem sensu, quo Amici. Contrarium nempe nunc vrguet Noster, *Cladem* et *subuersionem* istam *posteris incumbere* demonstrans, in quorum ruinis appareat, omnem illam *Fortunam Domus opulentae, ad instar leuidensis casulae, sponte defluere*, atque nihil aliud fuisse quam *Vmbraculum Custodis, alienam vineam ad tempus seruantis:* vt *eam* deinceps *cum suis fructibus*, et *vindemia, vero possessori*, ac *Domino*, relinquat. [Quid *Syrum* et *Arabem* mouerit nomen נצר hoc loco vertere *vmbraculum*, me quidem plane fugit. Legerunt forte נְצוּר. *Vog.*]

vs. 19. Mira dissensio distrahit Interpretes, in contextu vbi amicissima consensio eos iungere potuisset, et debuisset, nisi verum Filum e manibus fuisset elapsum. *Merc.* I. *Diues iacebit*, morietur, *nec colligetur*, scil. ad populos suos; i. e. *non sepelietur. Hoc dicit, quod honore sepulturae sit carituras, in maius dedecus* etc. *Et hoc saepe fit, sed saepe etiam non fit.* etc. Cl. *Cocc.* II. negans *sepeliri* huic loco satis quadrare, substituit, *Diues decum-*

fecit custos vineae. *vs.* 19. Dives cubabit; sed Nihil colligetur: oculos suos aperit, et nullus est. *vs.* 20. Apprehen-

decumbit, et non aggregatur coetibus, *Num.* 12, 15. *Acuerit* aliquis *oculos suos, nuspiam est.* Ita האסף *aggregari coetibus* hic valeret *viuere*, et *versari inter homines;* quod exemplo caret: nisi forte, vt *Num.* 12, 15. *recolligi* in coetum, est *conualescentis a lepra*, ita hic *valetudinem restitutam* captauit praecl. Interp. cui et שכב *decumbere*, hic non *morientis*, sed *aegrotantis* est, quando gradationem versui huic inesse statuit, ita procedentem, *decumbit, non aggregatur, nuspiam est.* Plurimis *cubare* hic est *cubitum ire.* Inde *Iun.* et *Trem.* III *Dives cubat, quum nihil dum interuersum est; vbi oculos suos aperit, nihil adest.* Hoc est, *simul atque euigilat, bona sua periisse videt.* Consimiliter *Pisc. Impius Dives cubitum ibit, et in lecto iacebit, absque vt aliquid ablatum sit; sed antequam iterum surgat, iam de bonis illius ablatum fuerit multum.* Idem tenet Cl. *Cler. sententiam* vocans *claram.* Mihi parum clara ea videtur, vtpote *Iobi* instituto haud respondens; nec sane neruosa. Languet quoque IV. quod Doct. *Belgis* visum, *Dives decumbit* dormiturus, *nec* morte *colligitur* adhuc: *aperuerit oculos* de nocte euigilans, nec mali quicquam metuens, *nullus est*, subita pernicie oppressus. Agmen coget V. *Vulgatus*, rotundissime dans, *Dives cum dormierit, nihil secum auferet; aperiet oculos suos, et nihil inueniet.* Sensus multo vberrimus, *in Morte Diuiti omnia relinquenda, nec Opulentiam suam Eum secuturam.* Pauci inde discessissent, nisi לא יאסף minus rite sic conuerti autumassent: quamuis non valde tractum, *Nil colligetur*, pro *nihil secum auferet de bonis praesentis vitae;* quod *Lyran.* aliique exhibent. *Caietan.* tamen maluit, *non congregabitur ad Societatem Iustorum;* in quam mentem a multis accepta Formula solennis נאסף אל אבתיו *Collectus est ad Patres suos.* Argutius, quod captauit *de Pined.* cui *Non colligi* valet *morti et exitio tradi;* ex vsu verbi *Ps.* 27, 10. *Dominus colligit me*, pro *eripit a morte.* Posterius hocce onerat sententiam, non ornat. *Caietani* illud nimis sublime, credo, iudicabitur. Prius, *nihil auferet secum*, ex *Non colligetur*, etiam aliquid habet non omnino laeuigatum, ad vnguemque politum: quamuis illud reliquis omnibus anteponere non dubitem; quippe in quo neruose comprehensum, quod pluribus deducitur *Ps.* 49, 17-21. *Ne timeas quum Dives factus fuerit Vir* etc. *Nam in morte nihil omnino secum feret; neque descendet post eum gloria eius* etc. Habes *Diuitem in media opulentia placide* ac *suauiter decedentem;* quem *omnis* sua *Fortuna*, et *Felicitatis imaginatio, post Mortem destituit, instar Somnii auolans, e manibusque* vno momento *dilapsa.* In hunc iam sensum vide VI. an non et rotundius, et plenius se praebeat, *Dives cubabit, at Nihil* factus *colligetur: oculos suos aperit, et Nullus est.* Nil cumulatius concipi potest. עשיר ad *Improbum Raptorem* ita se refert, vt *praesentem* eius *statum* exprimat,

q. d.

q. d. *cum maxime opulentia omni circumfluens*, tum *possessa*, tum *sperata*. ישכב *decumbet*, *mortem oppetet*, ex formula solenni שכב עם אבחיו *cubuit cum patribus suis*. 1 *Reg.* 2, 10. et 11, 43. et 14, 31. et 16,28. et 22,40. atque ita semper in Libris *Reg.* et *Chron.* tam de *Malis*, quam de *Bonis*. In nostro Libro absolute frequentatur, vt *Cap.* 3, 13. et 14, 12. etc. Ibi *sepultura* simul inclusa, quum alias dici soleat, *occubuit*, *et sepultus fuit*. Pulchre *Ps.* 88, 6. שכבי קבר *Cubantes sepulcri*; alibi עפר *pulueris*; vnde et Noster *Cap.* 7, 21. *Nunc in puluerem occumbam*. Absolute iterum, et adspectu iucundo, *Ps.* 3, 6. *Decubui, et dormiui*. Nempe משכב *cubile*, etiam pro *sepulcro* venit: vt *Esai.* 57, 2. *Requiescent super Cubilibus suis*. Caue proprium credas piis; nam et de Regibus gentium idem Vates magnifice, *Cap.* 14, 18. שכבו בכבוד *Decumbunt cum gloria quisque in Domo sua* i. e. *Monumento*. Ad eam rationem et hic, *Diues decumbet*, *Hypocrita*, idemque *Raptor*. *Contingat ei vt in mediis Diuitiis placida quiete obdormiscat; et splendide tumuletur*. Posterius hoc vis sententiae suggerit; qui enim *Diues decumbit*, et *cum maxime Fortunatus*, in *Fortunata* et *opulenta Domo*, is *Diuite* quoque *Sepultura honestatus* per se intelligitur; etiamsi verbum שכב non directe illuc tenderet. Est aliud adhuc. *Diues decumbet* etiam Hypocrita ille, non *re* tantum, sed et *spe duraturae* in posteris *felicitatis*; et *benedictionis*, *se*, *suamque domum*, post fata, *prosecuturae*. Haec est illa תקוה *firma expectatio* quae *vs.* 8, 9. 10. praestructa, vt ad hanc *Catastrophen* peruenireturus. Vt autem ibi *gloriationem in Deo* illi homini datam vidimus, ita vix est vt *Diues* non simul sublimiore sensu illuc quoque feratur. De illo mire et misere falso mortali, decenter non minus, quam grauiter, subnexum, *at Nihil colligetur*. Iterum obseruandum, נאסף *Colligi*, in *Morte obita*, itemque *sepultura*, ei annexa, praecelebratum esse; vt vis fieret Linguae, si aliud in hac serie quaereretur. *Colligi ad populos suos* habes *Gen.* 25, 8. et 49, 29. 33. *ad patres suos*, *Iud.* 2, 10. absolute *Num.* 20, 26. *Aaron colligetur et morietur ibi*. Item *Esai.* 57, 1. *Ante malum*, vel potius, *propter malum*, *colligitur Iustus*; illustris locus 2 *Reg.* 22, 20. *Ecce colligam te ad patres tuos*, *et colligeris ad monumenta tua*. Patet inde, *Colligi ad patres*, secundum popularem loquendi rationem, *statum* signare *animae a corpore disiunctae*; siue *abitum ad plures* Ergo post שכב *decumbere*, quod propius *Corpus* tangit; rectissime נאסף *colligi*, *ad pluresque abire*, quod *Animae* magis proprium; vt sic pulcherrimus gradus ex *Mundo Visibili* cogitationem nostram subito transferat in *Mundum inuisibilem*; ibique *Hypocritam* cernamus ex *Diuite*, et omnia *laeta* ac *prospera somniante*, vno momento *Nihil* factum, et *re*, *spe*, *ope* omni, ad aeternam confusionem, *nudatum* atque *excussum*. לא *Nihil*, substantiue, ἐδὲν, τὸ μηδὲν, et quidem, pro serie, *Nihil*, ratione *felicitatis temporalis*, et *aeternae*. Exempla congesta ad *Cap.* 4, 21. Adde 22, 20. *Graecis* speciminibus adiungas velim *Pind. Nem.* 6, 1. 5. ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι· διήργει δὲ πᾶσα κεκριμένα δύναμις

δύναμις· ὡς τὸ μὲν ἀδὲν· ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς ἀιεὶ ἕδος μένει ἀρχνός. *Vnum idemque genus hominum et Deorum: ex vnaque Matre ſpiramus vtrique. Diſcrimen conſtituit vis quanta quanta diremta: quatenus illud quidem* hominum *Nihil: Aereum vero tuta ſemper ſedes manet Coelum.* Ibi *Schol.* quoque τὸ μὲν ἡμέτερον γένος τὸ μηδὲν ἐστι, καὶ ταπεινόν. *Noſtrum quidem genus, ipſum Nihil eſt et humile.* Vides τὸ μηδὲν deſignare *extremam humilitatem, infirmitatemque,* atque adeo *mortalitatem*, cum omnibus eius *miſeriis* et *aerumnis.* Eleganter etiam ὁ καὶ ἡ μηδὲν, *Hic et haec Nihil*, ſtruitur, in *perſonis quorum ſpes opesque funditus periere. Sophocl. Electr.*

Τὴν μηδὲν εἰς τὸ μηδὲν δέξῃ

Nihili factam ad Nihil recipe.

Compellat *cineres Fratris*, vt *miſerrimae*, et ad deſperationem redactae, eadem *vrna claudi* liceat. Magnifice igitur elatum, *Dies cubat*, in *mundo viſibili*, *at* τὸ μηδὲν *Nihil*, vel μηδεὶς *Nullus* factus, *colligitur ad plures.* Nempe omnis illa *imaginaria felicitas* Hypocritae vna cum ipſo *exſpirat;* et *anima* nullis amplius praeſtigiis deluſa, ſe criminibus ſuis *ſub maledictione* ſempiterna conſtrictam tandem perſentiſcit. In hunc ſenſum adiicitur, *Oculos ſuos aperit, et Nullus eſt.* Mirum, in tam euidenti Charactere, ad aliud reſpici potuiſſe a Doctis interpretibus, quam quod *Luc.* 16, 23. de *Diuite* conſignatum, *Tollens oculos ſuos in tormentis.* Nempe *oculi* mortalium dum viuunt *clauſi*, ac *praeſtigiis faſcinati* velut, *aperiuntur* demum poſt *mortem;* atque nonniſi in *poena euigilant*, quos *culpa alto merſerat ſopore.* Formam loquendi habes et *Gen.* 3, 7. in materia cognata. Retinerem quoque vim *ictus oculi*, ſiue *momentaneae* et *ſubitae Cataſtrophes*, quam multi hic captarunt; male tamen in *alium* transferentes, quod in *ipſum Hypocritam* admirabiliter quadrat; *Oculus aperit et Nullus eſt: vno momento ſe periiſſe, aeternumque periturum eſſe videt*, et iam reapſe experitur. [Pro יאסף *Syr.* et *Arabs* legiſſe videntur יוסף et ſuppleuerunt *ſurgere.* Lectio maſorethica ſaluo ſtat talo. *Vog.*]

vſ. 20. Excellentiſſima *deſcriptio irae Diuinae*, ad inſtar *Diluuii*, et *Tempeſtatis*, omni vi ac mole ſua in *Hypocritam* ingruentis, et quidem, vt ſeries euincit, poſt *Mortem;* quum *in Manus Dei viui* iam *incidit*, qui *ſub larua pietatis, impietatem exercuerat*, atque *felicitatem perpetuam*, ex fortunae indulgentia, *ſibi deſponderat.* Qui ad *praeſentis vitae mala* haec applicanda cenſent, vt implicitas, ita diſſonas valde, rationes habent. Alia ergo *ſcena* nobis quaerenda, in quam omnia haec *dira* et *horrenda* expectant, omnemque ſuam vim exerere queant. Eam nuſpiam inueniri poſſe autumem, quam *in ſtatu poſt Mortem*, quum iam *Hypocrita placide defunctus*, et *magnifice ſepultus*, ſubito ſe *Nullum* eſſe experitur; atque in *Tenebras exteriores amandatur*, et *aſpelitur a facie* Dei, haud ſecus ac *ſtipula turbine acta*, vt tandem ſcelerum meritiſſimas poenas dependat. In hanc mentem *Vulgat.* et Latini fere Commentatores collineant; quos tamen nimiae ſubtilitati indulſiſſe haud diffiteor. Luxuriat etiam nonnihil in materia grauiſſima *de Pined.* quamuis de cetero rem ipſam *Paraphraſi* prolixiore non male complexus ſit. Hoc in *vſ.* cur בלהות

pet

hendent eum, ſicut aquae, externationes: noctu furatur eum procella radens. *vſ.* 21. Tollet eum Eurus, et ibit: et

per *inopiam* conuerſum ſit ab *Hieron.* non exputo, niſi quod eam captaſſe videatur ex *vſ. praec.* Deſignantur *dirae coeleſtes*, et *Furiae mentis conſternatae;* vt ſupra Cap. 18, 14. monui. Illae תשוּג *aſſequuntur* tandem *nocentem*, eumque *corripiunt:* et quidem כמים *inſtar aquarum*, *immenſo* velut *agmine* ac *gurgite;* quando illi homini ſua *crimina*, et *ſcelera*, ſub conſpectum dantur, cum *execratione* ipſis annexa. Ea *execratio* per *ludicis ſententiam* ei inſinuata, comparatur cum *turbine radente*, qui *de Nocte* ipſum *furatur:* i. e. *nil tale opinantem rapit*, et *in exitium propellit.* Confer *Pſ.* 50, 3. 4. Nota formula *ſicut Fur in nocte*, etiam de *Die Iudicii* adhibita ab Apoſtolo. An et hic alludatur ad *Noctem mortis*, et *tenebras exteriores*, in medio relinquo. Difficultates, quae huic explicationi obmoueri poſſunt, ſub finem remouebuntur.

vſ. 21. Miſſis variis ſententiis, filum modo ſuſceptum pertexam. De *litera* tamen paucula praelibanda. Alluſum haud dubie ad *ventum vrentem*, et *venenatum*, quem *Arabes* סמום *Samoum* vocitant, et חרור *Harour;* cum hoc tenui diſcrimine, quod *Harour* a *colore adurente*, חרר, nomen trahens, *Nocturno* potius *vento* tribuatur; vt *Samoum*, *peſtifer* et *ſiderator*, שמם, *diurno* magis competit. Vterque dicitur שער סמום *percutere venenato aeſtu*, atque vocabulo שערה in Sacris paſſim deſignatur. Huius *peſtiferi venti* creberrima mentio in Itinerariis eorum, qui *Orientem* peragrarunt; vnde diſcimus non ſolum *momento perimi*, *qui eo adflantur*, ſed et *corpora* eorum *horrendum* plane *in modum foedari*, *nigreſcere*, *computreſcere.* Adiſis ſatis amplam et curioſam deſcriptionem talis venti, ex *Thenenotio* adductam, apud Cl. *Cler.* nec omitte *Sadium* in *Guliſt.* p. 352. Hinc anſa porrecta Orientalibus, *ad diriſſimum exitium* hoc Emblemate pingendum. *Tim.* p. 320. *Et bibendum dedere iis poculum venti venenati, diurni ac nocturni, idque exſorpſerunt.* Docte, et ad intimum Linguae genium *Harir. Conſ.* 27. *Auertat Deus, vt trucidem quem vulneraui, atque nocturnum meum ventum venenatum ſuperaddam diurno.* Graui figura *Alcor. Sur.* 35, 20. *Non ſimiles ſunt caecus, et viſu praeditus; non tenebrae et lumen; non vmbra, et ventus calidus nocturnus.* Per *vmbram* intelligit Dei *Benedictionem* et *gratiam*, vt per *ventum Calidum*, *aeternam maledictionem*, et *poenam.* Eodem adſpectu et hic, *Tollet eum Eurus, et abibit:* q. d. *Tempeſtas irae* et *maledictionis Diuinae ſubito correptum iſtum hominem rotabit*, et *in perniciem abripiet ſempiternam.* ילך *ire*, abſolute *perire*, *ire in maximam malam rem. Eſai.* 50, 11. et alibi ישערהו *procelloſe abripiet*, rectiſſime interpretes: addatur tantum vis illa *aeſtus viſcera perurentis*, quam *Origo* ſub סמום conſeruata miniſtrat. *E loco eius*, intelligeſis, *vbi* antea *ſtabat; quemque ſe obtenturum*

et tempestate aestuante auferet eum e loco suo. *vs.* 22. Et iniiciet se in eum, neque parcet: a violentia eius fugiendo fugiet. *vs.* 23. Complodet *quisque* super eos manus suas: et sibilabit super ipsum e loco suo.

CAPVT

rum sperarat. Insignite quatenus מקום sic sumtum sistit *pristinum gradum felicitatis, quem in Mundo tenuerat;* quin et *eum, quem sibi in vita futura arrogarat.* Confer *Cap.* 8, 18.

vs. 22. Plurimi, quod ישלך carere videatur *suppositio, Deum* inserunt, qui *immittat in eum tela sua.* Vel רעות *mala,* et *flagella:* vel *ista* quae praecessere *terribilia.* Id ferri potest. Infelicius Cl. *Cler. Hostis,* vel *globus latronum, immittet in eum* tela, *non parcus* in iaciendo. Reliqua dilutius adhuc, *procul a manu eius fugiet,* i. e. *refugiet hostis, nec expectabit similibus armis se arceri.* Continuasset saltem *trepidam fugam illius,* qui *telis* vndique obrutus. Pulchra structura, quam ex *Nachmanide* laudauit *Merc. Et irruet in eum* ventus, *neque parcet.* Non improbo, vt dixi, ad *Deum* tacita mente rediri, et *tela* simul suppleri. Patentissimum id praebet conspectum suppliciorum; quae alia ingerenda; *fugiente* semper improbo, sed nunquam *effugiente.* Mirifice tamen blanditur, *et immittet* vel *proiiciet se,* ventus ille visceratum peruastor; *super eum;* atque *omni* sua *mole* ac *violentia* in ipsum *incumbet.* Ista *violentia* pulcherrime hic expressa per יד *Manum, ventis* quoque tribui solitum stylo Orientis. *Tim.* 321.

Et rasit eos Ventus interitionis,
vt arenas radit Manus procellae.

Ibn *Doreid.*

Compulit aquam eius pluuiam
manus Euri

Elegantissime ergo, *proiiciet se super eum tota irae Diuinae moles,* ac *tempestas,* atque *omni suo impetu in eum desaeuiet; nunquam remissura: ita vt aeternum fugere cogatur, absque vt vnquam effugere queat saeuissimum hunc turbinem.* Ignoratio huius vsus peperit nobis *opulentiam e manu Diuitis fugientem.* Item, *a plaga eius* improbi, *fugientem comitatum eius.* Nec non, *manu Dei celeri morte confectum,* atque ita *profugum* velut improbum. Quin, *veloci lapsu in ruinam aeternam datum, manu Domini non tenente ad saluandum.* Ipse *Ramban* nimis argutus, *a manu venti fugientem* inducens, *quod ventum* veluti *praeuertat, in exitium abiens, ne eum Eurus assequatur.* Alii denique *negatione* repetita dantes, *et non fugiet,* sententiam corrupere: quae *fugam sempiternam* exhibet, cum *ignominia, clade,* et *consternatione,* vt *Cap.* 20, 24. visum. Exprimitur nunc appositissime conditio eorum *qui quaerent mortem, nec inuenient.* Haec demum *maledictio cumulatissima;* et *perditio sine fine perditura.*

vs. 23. Quum et hic *Ellipsis* videatur esse *subiecti,* diuersimode suppletur. Sunt I. qui ad *Amicos condolentes,* et *stupentes,* traxere. Alii II. referunt ad *Illusionem* aliorum hominum: vel in *genere,* vt

Merc.

Merc. Pisc. etc. *Vnusquisque videns* improbum *perditum*, *manibus plaudet:* vel *in specie*, *iusti* vt *Caietan.* et quidem, *qui in locum improbi successerunt*, vt *Schmid.* argutiuscule ממקמו *e loco eius* premens, quasi esset *ex hoc ipso loco vnde aufugere coactus* impius, pii *complodent manus*, *eumque exsibilabunt.* Ad *Deum* III. inflectere ausi *Iun.* et *Trem.* per Ἀνθρωποπάθειαν. Flexerant et Veteres, vt *Nicet.* in *Caten.* et *Hieron.* etc. quos secutus *de Pined.* in paraphrasi repraesentat *Dei triumphum de hoste in barathrum miseriae praecipitato.* Non est absonum; nam *Prov* 1, 26. consimile *Schema* offert. Malim tamen IV. cum Cl. *Cocc. impersonaliter*, vt *vno* posito *plures* intelligantur. Eo pertinere censet *adf. plur.* in כפימו, vt sit, *Complodent manus suas:* ad quam normam quoque expressum עלימו *super eos*, *soni* et *sensus* causa; quum *vniuersa Hypocritarum natio* Nostro obuersetur. Suspicabar V. citra *Ellipsin* teneri posse *Ventum* illum *turbinem*, cui quum יד *Manus* data sit *vs.* 22. nunc כפים sublimiore adhuc cothurno addantur, *Ventus ille complodet super illis manus suas: et super quolibet sibilabit e loco eius.* Venusta non minus, quam grauis figura. *Ventus plaudit alas*, *complodit manus*, quando *vehementi sono fertur*, *et omnia per auras verrit* Idem *exsibilat* veluti, quae *rapido* et *stridente turbine aufert e suis sedibus.* Ad *Tempestatem irae Diuinae* innocens caput *desaeuituram* si traduxeris, habebis simul *triumphum* illum *Iustitiae*, quem *num.* III. intentum vidimus: vnde nec II. et IV. *num.* abludunt. Non diffitebor me nonnihil huic coniecturae audaciori tribuere; nec tamen in ea pedem figere sustineo. Tutius arbitror quod IV. proposui, sensu *indefinito*, *complodent* omnes *super iis manus suas.* *Quiuis Sanctorum*, *qui Iudicia Dei* in Hypocritas *spectabit.* Illos *Spectatores in terris* si constituas, et quidem *eo* ipso in *loco* vbi periit Hypocrita, pro *amplissimo vniuersitatis theatro* eligis *angulum angustum.* Aio ergo *Coelites* omnes hic *explosores* induci, et *delusores* eorum, qui *Deum* voluerant *ludificari.* Nec obstat ממקמו *e loco eius;* quasi inferret *locum in terris*, vbi improbus *habitarit*, et *supplicium luerit:* nam exilior est *litera* illa, quam vt in censum venire queat: quicquid *Pisc. Schmid.* etc. tendant. Dilutius adhuc *Merc.* ad *Risores* retulit, *e loco vbi quisque erit*, *illusuros.* Id nihil ad rem. Omnino *hominis* huius *Fortunae* per *Locum* denotantur, vel *pristinae vnde decidit;* vel *praesentes in quas incidit.* Si prius, ממקמו valebit, *super eum e loco suo* deiectum. Si posterius, habebis, *ob locum eius*, et *statum miserrimum.* Confer *Cap.* 18, 21. prius nunc sonantius iudicarem; ex *vs.* 21. commodissime resumtum.

Ibid. Finiissem, nisi difficultates restarent e medio remouendae. Quod enim Recentiores tam magno consensu ad *poenas visibiles* respexerint, non sine iustis grauibusque causis factum, credere par est. Princeps ratio I. haud dubie, quod quum *Familiae improbae visibilis maledictio* et *interitio* delineari coepta esset *vs.* 14. 15. 16. 17. in *Patrem* tanto magis *irae diraeque* coelestes *visibiliter expetere* debere viderentur. Atqui id nec *Experientiae* adeo consonum, et a superioribus disputationibus *Iobi* plane dissonum; qui *Filios* quidem *puniri*

CAPVT XXVIII.

Vers. 1. Profecto est argento scatebra; et patria auro, quod conflant. *vs.* 2. Ferrum e puluere eruitur, et lapis

tandem aliquando, sed *Patres* ipsos *impunitos abire* insinuauit *Cap.* 21, 19. 20. 21. Quum autem ibi cum *adfectu* disputans, istam *impunitatem* nimis tetendisset, recte et ordine nunc temperat sententiam, eamque ab omni impietate prudenter vindicat, *poenas inuisibiles* post Mortem agnoscendo, *consummandas per Iudicium vltimum.* Illius *Terrores* sane hic simul obuersatos Viro Sanctissimo, *Materia* ipsa et *modus deductionis* arguere videntur: nam qui de *tota mole maledictionis Diuinae in Caput scelestum effundendae* disserit, non potest non illuc omni mente ac cogitatione ferri, etiamsi *Nouissimum* illum *Diem* non diserte exprimat. Relege sis, quae *vs.* 13. et 14. praemunita. Sed iam II. hoc ipsum minus verisimile visum, *diserte* de *poenis vitae Futurae* actum in hoc acerrimo conflictu. Sane et nos supra non semel cum Eximio *Mercero*, aliisque, inculcauimus, illuc non egressos videri nostros Disputatores. Addidimus tamen temperamentum, nec in totum istam *Oeconomiam* seponendam, satis insinuatum, et, ni me omnia fallunt, euictum. Tunc eo non pergendum monui, quum *Materia* ipsa, et *status Quaestionis*, ad *visibiles afflictiones*, et *poenas* restrictus, illuc gradum proferre non sinebant. Nunc longe diuersa res est: nam *Religio* et *Veritas* a Nostro exigebant, nimis vehementes illas sententias de *Felicitate perpetua improborum*, in *vita* non solum, sed et in *morte*, mitigaret, ad iustioremque normam elibraret. Id magnifice ab eo praestitum hoc in *Capite*; in quo nisi cum *Maledictione visibili* in *posteritatem Improbi incubitura* post eius obitum, coniungamus *molem irae Diuinae eum, post vitam felicissimam, grauissimo* tamen *exitio mactaturam*, nec suum *Iobo* systema hactenus constabit, nec ordo rerum iusto filo euoluetur: nec sententiae vibrantissimae verum illud pondus, ac decus, quod admirationem nobis, et sacrum horrorem, incutit, condigne satis sustinebunt. Ad III. argumentum, ex *vs.* 21. et 23. illatum, quasi *Locus* nos adstringeret ad viri *Domum*, et *sedem in terris*, non est, quod vel verbum addatur. Finiamus ergo, et iam *Capitis* huius *summam, Analysinque*, sponte semet sub oculos, manusque, dantem, cuiusuis industriae *colligendam* ac *deducendam* relinquamus.

Vers. 1. Admirabile, et sapientia, ac pietate, profundissima plenum Caput. *Castal.* respici hic censet, ad *spem hominis pii, oppositam spei Hypocritarum. Eam in Religione positam, omnium quae expetuntur rerum esse pretiosissimam. Sed eam non quaerendam, vbi quaeruntur quae a mortalibus solent expeti, aurum et gemmas rimantibus ex imis terrae visceribus. Sapientiam in suo cuique animo quaerendam.* Eodem fere spectat Cl. *Cler.* quum *ostendi* ait, *quanta industria, quanto labore etiam, homines scrutentur metalla, gemmasque: dum sapientiam, rem omnium pretiosissimam, quaerere negligunt.* Cl. *Reim.* idem intenten-

tendisse videtur; nisi quod adhuc arctiorem copulam det cum *vs. vlt. praec. Cap. An non merito tales stulti deridentur, qui lucro perituro inhiantes, de veris sapientiae thesauris minime solliciti fuere.* Addere mihi liceat nil commodius, nec vberius dari posse, ad sensus *Cap. praec.* a nobis declaratos, quam vt post *conspectum Hypocritae Mundum lucrantis, sed irreparabile damnum patientis quoad animam,* infinitum *pretium* ac *pondus pietatis* inculcetur caecis *mortalibus, in viscera terrae descendentibus ad falsas Diuitias* inde *eruendas;* quum *coelestia* interim ac *vera bona* parum curent, atque adeo pro his vanis ac fugacibus rebus vendant. Hanc grauissimam materiam si quis tractandam sumeret, non posset eam tum copiosius deducere, tum validius adstringere quam hoc ipso sub nexu *Diuitis ad culmen opulentiae prouecti in mundo, sed mox in barathrum aeternae miseriae demersi, quod Dives fieri in Deo* neglexisset. Celare tamen nequeo, non omni ex parte expeditum id mihi videri; siue *Cohaerentiam* spectemus, siue *Modum deductionis.* Certe, si huc vnice fuisset collineatum, seriem aliter adhuc instituendam fuisse, facile animaduerteret, qui partes vniuersas diligenter expenderit. Videatur itaque an liquidius omnia habitura sint, si statuamus magnificam hanc *perorationem* pro *Coronide* impositam vniuersis disputationibus, qua *Amicorum,* qua *Iobi* ipsius, ad inculcandum; *Tremendas plane, et nobis imperuias esse vias Dei; quod vt Maiestate, et Potentia, ita Sapientia quoque Solus polleat. Ad eam hominibus aditum esse praeseptum; atque ita praeclusum vt qui viscera terrae sibi patefecerint, ex imisque tenebris abditissimas eius opes eruerint, ad sapientiae thesauros, et venas multo pretiosiores, nulli queant peruenire; quantumuis eas studiosissime indagent. Nil aliud ergo relictum mortalibus, in caeca velut caligine rerum iacentibus, quam vt procul adorent, Deumque inaccessam habitare lucem agnoscentes, in Eius timore, et fuga criminis, omnem suam sapientiam collocent: donec secula vanitatis praeterierint, atque ex praesentis vita tentationibus, et fluctibus, in tranquillum portum inuehi detur.* Hoc ampliore conspectu multa mihi videor lucrari; nam et sic *in Causam suam* satis animose adhuc *instat* Noster; et Amicos grauiter reprehendit; et quae crudius disseruisse videbatur de *perpetua felicitate improborum in terris,* prudenter denuo temperat; *pietatem summam* esse *sapientiae,* et *principium bene viuendi,* ac *moriendi,* coelesti quodam adfectu, et lumine orationis, declarans.

Ibid Nescio cur tam liberaliter pronunciet Cl. *Cocc.* de *pericopa* hinc ad *vs.* 12. procurrente, *Nihil ea facilius.* Transcripsit Cl. *Schmid.* Nimis vereor, ne sub manibus multo difficillima reperiatur. Ne hic quidem *vs.* omnino planus. *Partic.* כי quibusdam redundat; aliis infert *Nam;* sed plerisque adfirmat, *Certe, profecto;* quod praeferendum יש *est, existit praesens solidumque,* non sine adfectu dictum, deinceps sentietur. מוצא *exitus, egressio e visceribus terrae,* secundum plurimos, *Cocceio,* aliisque, est *vena* ipsa *metalli. Vulgat* maluit, *principium venarum.* Captasse videtur ex vi interiore formae, *Locum vnde quid exit,* siue *enascitur.* Id arripere possent, qui *metalla e*

viua radice excrescere, *ramosque* velut *diffundere*, statuunt. Incommode *Pagn. Est argento latebra.* Forte *Scatebra* a manu eius exierat. Plerique *exitum* dedere potius quam *venam*, quia non tam agitur de *productione* metalli *in terra*, quam de eius *eductione ex fodinis*. Clar. *Schmid.* in hunc sensum attentus, ex post. *hemistichio* supplet מקום מוצא, vt sit, *Locus exitus*. At מ *Locum* saepe formans, directe יש מוצא exprimi patitur, *est Locus exitus* id est *vbi e vena eruitur*. Nempe verisimile, vtramque vim conspirare. מוצא מים est *scaturigo aquarum*. מצא רשא est *Locus herbidissimus*, *scatens* quasi *herbis*, *Iob.* 38, 27. Consimiliter hic, *Est sane Argento scatebra; dantur quam plurima loca vnde Argentum diuite* quadam et *inexhausta vena exit*, *vel eruitur: sunt nobiles* in terris *Argentifodinae*. Adiectae mox *Aurifodinae;* מקום לזהב dictae. Nonnihil haeretur in structura seq. verbi יזקו *Conflant;* quod huic membro alligari solitum, ambiguum fecit, num de *Arte*, an de *Natura* deberet accipi. *De Pined.* ad ipsius *Naturae mirabile opus* referendum censet, *Vulgato* velificans, qui dederat, *Auro locus est*, *in quo conflatur*. Habes *Officinam subterraneam ipsius terrae Matris*. Nempe et *Aurum* eruitur, quod *statim suum* est, *nec coquitur*, vt ait *Plin. Lib.* 33, 4. non tantum *Balucem*, siue *grana minutiora*, quaerentibus offerens, sed *Lapides*, et *Massas*, quae *denas libras excedant*. Interim et *natura* verbi, et *forma plur.* magis ducunt ad *conflatores homines:* nec tamen satis teres quod *Merc.* bifariam supplens, vel אשר בו, vel אשר משם, det, vel, *locus in quo aurum conflant*, vel, *vnde conflant*. Magis adhuc vnguem offendet, si cum Cl. *Schmid.* addideris אחר, *Locus auro*, *vbi fundunt illud homines*. Atqui מקום ipsam *Fodinam* haud dubie signat, non *Locum* vbi *effossum aurum purgatur ab hominibus*, et *lotum*, *tusumque*, *coquitur*. Vt e limpido fluant omnia, יזקו ad vtrumque membrum redire iuberem. מקום *Locum* autem augeo hic singulari elegantia, qua sonat *patriam terram*. Ita *redire in Locum suum*, est ad *Lares proprios reuerti*. Venustissime ergo, *Est Argento scatebra; et patria Auro;* quod *conflant* mortales. Suppleo simpliciter אשר; ad *argentum* aeque ac *aurum* sese referens, quemadmodum et זקק *vtrumque metallum* vsu suo amplectitur. Ita sumendum מקום patescit ex *vs.* 12. 20. 23. vbi eadem venustas indicabitur. De cetero ad *Scopum* illum, quem fiximus, illustrandum, egregie conducunt *Pliniana* in praef. *L.* 33. *Metalla* nunc, *ipsaeque opes*, et *rerum pretia dicentur: tellurem intus inquirente cura*, *multiplici modo*. *Quippe alibi diuitiis foditur; quaerente vita aurum*, *argentum*, *electrum*, *aes: alibi deliciis*, *gemmas et parietum digitorumque pigmenta: alibi temeritati*, *ferrum auro etiam gratius inter bella caedesque*. *Persequimur omnes eius fibras*, *viuimusque super excauatam etc. Imus in viscera sacrae parentis; et in sede Manium quaerimus opes* etc. Reliqua eadem granditate, et grauitate censoria.

vs. 2. Qui ad *vs. praec.* rationem dare volebant, cur *Argentum* praepositum esset *Auro*, hic silent de *Ferro* ante *Aes* nominato. Talia plerum-

lapis fusilis, aes. *vs.* 3. Finem posuit horridae caligini; et ad exactissimam vsque rationem ipse perueſtigans; lapidem horri-

plerumque argutiora, quam solidiora. Sed quaeritur, cur vbi reliqua etiam *Metalla* e *terra* proueniant, *Ferrum ex ea capi* dicatur. *Merc.* respici putat ad *Matricem* ferri *terram faeculentam.* Idem intendit *de Pined.* monens *materiam ferri nimium terream, et non nisi puluerisinstar, quae deinceps arte compingatur, in ferrumque solidetur.* Addit, *forte innui ferri fodinas non esse tam abditas, tamque profundas, quam auri et argenti.* Opinio *Merc.* quae plurimis placuit, displicet Doct. *Schmid. quod ferrum e puluere non dicatur fieri, sed sumi.* Responsio paratissima, si quis receptam sententiam tueri velit; nam *sumi*, vel *tolli*, hic est, *magna copia promi*, et *proferri in vitam.* Nempe *Optimum, idemque pessimum* tamen, *est vitae instrumentum*, vt iterum cum *Plin.* loquar; *siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria; vites squalore deciso coginus iuuenescere omnibus annis. Hoc extruimus tecta, caedimus saxa, innumerosque ad alios vsus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia; non cominus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato; quam sceleratissimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem vt ocyus mors peruenireat ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus.* Sentis, quanta *Emphasi* dixerit Noster, *Ferrum e terra tollitur; magna copia expromitur;* veluti *vltro se manibus offerens* et *ingerens.* Sic מעפר *ex puluere*, nihil aliud sonaret, quam *ex terra*, illa *communi Matre* veluti, vel *Nutrice*, id sponte *suppeditante.* Dices, *Aurum* et *argentum* indidem quoque *subministrari.* Recte vero; sed in *Ferro* signatior ista phrasis; simulque ad *Matricem* eius forte alluſum; quod non definio.

Ibid. Minus commode in postremo Doct. *Tigur. Et lapis, vt aes, funditur.* Verum, sed loco minus aptum, vt Clar. *Scheuchz.* quoque fassus. *Vulg.* liberius, sed magis ad rem, *Et Lapis calore solutus in aes vertitur.* Bifariam *Merc.* vel, *et Lapis funditur aes*, pro *in aes;* vel transitiue, *et lapis fundit aes.* Sic צרף adhibitum putat *Cap.* 29, 6. Consonat *Plin. L.* 34, 1. 2. *Aes fit ex lapide aeroso, quem vocant Cadmiam. Fit et ex alio lapide, quem Chalciten vocant in Cypro, vbi prima fuit aeris inuentio.* etc. Alii, vt discrimen generis videtur, maluere, *e lapide funditur aes:* sed iam נחושה *foem.* cum *masc.* יצוק parum consistit: nam *Esech.* 1, 7. 1 *Reg.* 7, 45. 2 *Chron.* 4, 16. diuersa ratio structurae. Hinc *Cocc. Et lapidem fundit* homo *in aes.* Paulo coactius. Magis, quod *Schmid.* tentat, *et lapidem fundit* terra *aeneum.* Mihi alia coniectura subnata ex *Cap.* 41, 15. 16. vbi יצוק non est *fut.* in *kal*, a צרף, sed *Pahul* יצק, directe sonans *fusum, conflatumque metallum;* et quidem ἄκλιτον, vt sit, *fusum quid, massa fusa.* Similiter *Cap.* 29, 6. malim, *petra fusa, in summamque duritiem metalli conflata velut.* Hinc existit, *et Lapis fusus, aes.* Repetas, *e terra tollitur;* vt sit periphrasis *Aeris*, et alluſio simul ad

Matricem eius, *Lapidem aerosum*. Habes iterum copiam paratissimam *Metalli*, cuius et *Bona*, et *Mala*, simul Nostro obuersata, vt in *Ferro* vidimus.

vs. 3. Subita caligo oculis circumfunditur; vt vix dispicere sit, vbi simus; et quam in materiam altius nos rapiat Noster. Dabo geminum conatum. 1. *Terminum ponit tenebris, et ad exactissimam subtilitatem ipse*, Homo, *perscrutans est: Lapide caliginis et vmbrae mortis.* אבן *Lapis* pro *Libella, perpendiculo*, *Zach.* 4, 10. Figura sublimiore inde *Esai* 34, 11. *Extendet super eam* קו תהו *Lineam Tohu; et* אבני בהו *Lapides Bohu.* Non signatur *Libella fallax, corrupta, inepta aedificationi*, vt Cl. *Cocc.* censet; sed *extendere super aliquem Locum Lineam et Libellam Tohu Vabohu*, est, eum *redigere in merum* et *verum Chaos:* quod mihi nunc eadem grandiloquentia vocare liceat *Chaos examussitatum*, atque ad *confusionis Normam accuratissime exactum.* Sic recte Clar. *Vitr.* Simili sublimitate efferri potuit *Lapis horridae Caliginis* et *vmbrae mortis*, pro *perpendiculo illuc penetrante;* eiusque *spatia*, ac *mensuras*, ad *exactissimam rationem exequente.* Sic imagine valde sublimi, Homo viscera terrae scrutans, *ad Manesque ipsos*, vt *Plin.* supra locutus, penetrans, vt *metalla* profundissime latentia eruat, inducerur tanquam *Artifex industriosissimus*, *Libellam habens in manu*, qua ipsam *vmbram mortis* veluti *metiatur*, *caliginosissima antra* sibi *aditum praebere cogens.* Id *generatim* hoc in versu intendi, non videtur in dubium vocari posse: quum enim praecedat, *Metalla* ex *intimo* terrae *sinu* ab homine *erui*, nil propius, quam vt nunc subnectatur, *Densissimas tenebras, quibus illae* in meditullio terrae *defossae*, improbo eiusdem conatu *euinci*, et *perrumpi* potuisse; haud secus ac si *Libella vmbrae mortis* ei in manum tradita fuisset, cuius ductu *vastissimam* quoque, et *horridissimam caliginem*, *sub leges* suas *mittere*, atque *in penetralia Mortis viuos fossores immittere* valuerit. En 2. aliud adhuc, vicinum, eodemque recurrens. Nempe אבן *Lapis* per *Excellentiam* notus pro *Fundamento.* Inde אבני בור *Lapides putei Esai.* 34, 19. sunt *fundamenta*, et *imae sedes putei.* Est et ibi Figurata locutio, ad *imum gradum perditonis* et *ignominiae* tendens. Non eadem, sed simili figura, heic, *Ad exactissimam rationem perscrutur* homo חשך tenebras: *Ipsum Lapidem* fundamentalem quasi *horridae caliginis et vmbrae mortis*, i. e. *ipsum terrae Centrum.* Illa imago videtur obuersata Veteribus, ex quorum mente *Paraphr. Chald.* nobis dedit: *Et finem omnem ipse perscrutans est;* אבנין מפולמן רמן חמן נפק חשוך וטוהי מוחא *Lapides vaegrandes, informes, ex quibus prodiit caligo et vmbra mortis.* Alludit ad *Tohu vabohu;* et videtur innui, ipsum *Chaos* ab homine penetratum quasi, dum centrum terrae rimatur. Vtraque imago habet sublime illud, quod in hoc Libro regnat. Prior requirit *praep.* ב: vt sit, *in lapide* באבן. Posterior supplementi haud indiga. Habet et hoc, praeterea, quod insignius crescat oratio, si post *perscrutans ipse* חשך *tenebras*, subsumatur, *Lapidem* ipsum *tenebrarum et vmbrae mortis.* Si iam cum illo *Centro*, et *imo fundamento*, hic coniungere lubeat

horridae caliginis et vmbrae mortis. *vſ.* 4. Rumpit alueum de cum pede montis; illi vero obliuioni traditi a pede, extenuan-

lubeat *ſaxa* et *ſilices in viſceribus montium*, eorumque *fundo*, ac *radice*, *latentes*, egregium Anceps exorietur, quod ſimul ſiſtat *profundas* e quibus *metalla* effodiuntur *cauernas*. In תכלית eandem vim teneo, quam ad *Cap.* 26, 10. inductione firmaui. Si malis, *ad omnem extremitatem*, vel *ad perfectionem omnem vsque*, eodem redibit. Sed ſignantius, *ad libratiſſimam* et *exactiſſimam rationem*.

vſ. 4. Cimmeriae tenebrae; quas me exſuperaturum vix ſperare auſim. *Eleg. Crinſoz.* audaciſſimum illum et giganteum laborem, *metalla e viſceribus terrae effodiendi*, verſu noſtro expreſſum autumans, eum reddere ſuſtinuit, *ſibi perrumpit* homo *voraginem*, *vt ſe ſeparet de* viuentibus; *et vt vadat in loca pedi inacceſſa*. *Vna vena vix exhauſta eſt, quin aliam anquirat.* Splendidus ſenſus; quem tamen non tam vis Linguae accendit, quam acumen ingenii, dantis, quod materia ipſa exigere videtur. נחל *Vallis*, pro *voragine ſubterranea*, non ſatis ſtabilitur ex *Pſ.* 18, 5. coll. *Pſ.* 23, 4. Alia ibi ratio *metaphorae*. מעם גר *Il va d'avec* les vivans, *abit de cum* viuentibus, nulla ratio ſtructurae, vel Linguae, permittat. הנשכחים etc. *Loca obliuioni data a pede*, pro *viis* illis *inuiis* quas ſibi aperit Foſſor metallorum, ſpecioſum, ſed non adeo aptum. *Obliuioni mandantur a pede*, quae olim *frequentata*, *deſeruntur*. Poſtremo דלו מאנוש ad *venas ab homine exhauſtas* reduci, et mox נעו ad *homines qui alias venas indagent*, nimis liberum. Commodius a Cl. *Cocc.* extrema haec ad *Foſſores deſidentes in profundum*, et *palantes per cuniculos*, iunctim relata. Hoc mihi *coniecturam* mouit, הנשכחים מני רגל *obliuioni datos a pede.*, pulere pingere *Foſſores funibus ſuſpenſos*, et *demiſſos* in *Fodinas*, vt iam *alitum* quandam ſimilitudinem induant, non ſurſum, ſed *deorſum volantium*. Non mea eſt imago haec, ſed *Plinii*, *Lib.* 33, 4. *Alibi rupes inuiae caeduntur, ſedemque trabibus cauatae praebere coguntur. Is qui caedit* funibus pendet, *vt procul intuentibus ſpecies nefaria quidem, ſed* Alitum *fiat*. Pendentes *maiore ex parte librant, et lineas itineri praefigunt. Itur qua* inſiſtentis veſtigiis hominis *locus non eſt. Manes trahuntur ad homines, vt vitium importent.* Habes in illo, *itur qua veſtigiis inſiſtentis hominis locus non eſt*, ipſum illum characterem, quem Noſter voluiſſe videtur. Habes *Homines* ſub terra *pendentes*, et *Alitum ritu* natantes in vaſto inani. Sed turbat nonnihil, *ſpecies nefaria quidem.* Doct. *Pint.* ſcribere iubet, *ſpecies ne ferarum quidem, ſed alitum fiat.* Summ. *Gron.* tentat, *Species natantium quidem, ſed alitum fiat.* Mollius quid deſiderarem. Interim habemus tales, quos *pes deſtituiſſe*, et *obliuioni dediſſe* videtur; quando *officium* ipſis *ſuum negat*, vel *praeſtare nequit*, in *mundo* illo *ſubterraneo*. Eodem reducerem דלו מאנוש *ſubſidunt ab homine*, quod capere eſt, vel, *vltra fines datos homini*; ad *inferos*, *ipſosque Manes*, vt *Plin.* non ſemel: vel, *prae homine, prae*

quam homini fas est; eodem sensu: vel denique, *attenuantur prae homine*, in profundum demissi, vt non amplius *homines* videantur, sed *Manes*, et *Vmbrae mortuorum*. An *Plinio* sic *nefaria* sumta *species*? Non dixerim. *Nefas* tamen κατ' ἐξοχήν refertur ad *Inferos;* vnde *nefaria species* esset *spectrum, Vmbra ex Inferis emersa*. Melius sic foret, et mollius, *nefaria species quaedam, sed alitum*. Num tale quid caprauerit *Plinius*, videant Critici. Pulchre succinit נעו *vagantur, palantur*, vt *vmbrae*, *speciesque* hominum, non *homines*. Plus tribuerem his coniecturis, si prius membrum responderet. Verbum פרץ *transitiuam* et *intransitiuam* vim possidet. Ex posteriori notione 1. dari posset *Eruperit torrens de cum accola*. Nempe *Torrentes e montibus auri argentique feracibus deuoluti, diuites* illas *venas hominibus detexere*, vel *nudando* loca illa, vbi metalla latebant, vel eorundem *ramenta*, quin et frustra pura puta secum vehendo, indicia thesauri in visceribus montium abditi. Si id voluerit Noster, sequens ה per *Ecce* redditum *auiditatem* signabit *mortalium*, ad *Metalla* his vestigiis *rimanda*, atque e *centro terrae extrahenda*. Sed quid si a גרר  *traxit*, גר  sit *pes montis*, eiusque *basis*? Sic foret, *Eruperit torrens de cum pede montis; Ecce obliuioni dati a pede*, mortales, *prae homine attenuati sidunt deorsum, vagantes per inuia* et *inaccessa antra* etc. Vide interim 2. an mauelis, *Rumpit, perrumpit, vallem de cum pede montis*, homo, aditum sibi parans ad terrae penetralia; *Ecce* autem fossores *obliuioni mandati a pede etc.* Ita נחל *Vallis, alueus; canalis*, non incommode hic designaret *canales deorsum actos*, quos sibi homo in montibus metalliferis immenso labore effodit, vel potius ferro et igne effringit. Certe *Plin. L.* 33, 4. *Canalicium Aurum*, vel *Canalicnse*, vocari ait, *quod puteis foditur marmoris glareae inhaerens, venarum canalibus per marmor vagantibus*. Quid si *vena* ipsa *metalli*, in *monte Aurifero*, dicta fuerit נחל *canalis, alueus?* Non abhorret; et est multo commodius, quam *vena*, a *Latinis* vsui huic dicata. Hae *venae metallicae* aliae *profundae*, id est *recta deorsum euntes;* aliae *dilatatae*, siue *per latitudinem* montis *expansae;* aliae *obliquae* et *transuersae*, sunt *veri aluei*, et *canales*, in quibus *metallum* tanquam in natiuo *lecto* suo continetur; vt appellationem נחלים *alueorum* iis inditam fuisse a Veteribus, plus quam verisimile censeri possit. Hinc iam tandem simplicissimum hocce emergeret; *perrumpit* homo *alueum, metalli pretiosi* scil. cui מוצא *scatebram* esse *vs.* 1. dictum fuerat; idque מעם גר *de cum basi montis*, sursum et deorsum rimaturus; *Ecce autem obliuioni dati a pede, attenuantur*, vel *sidunt, prae homine*, ad *Inferos* et *vmbram mortis*, haud secus ac *vmbrae diuagantes*, extra *solis*, et *vitae, ditionem* veluti, ac fines. Desinam in insigni descriptione immensi moliminis, quam *Plin. L.* 33, 4. strinxit. *Tertia ratio* auri inueniendi *opera vicerit Gigantum. Cuniculis per magna spatia actis cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura vigiliarum est: multisque mensibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant; siduntque rimae subito,*

tenuantur prae homine, vagantur. *vſ.* 5. E terra exit panis; et quod ſub ea, verſum tanquam igne. *vſ.* 6. Locus Sap-

ſubito, et opprimunt operarios; vt iam minus temerarium videatur e profundo maris petere margaritas. Tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus ſuſtinendis. Occurſantes ſilices igni et aceto rumpunt: ſaepius vero, quoniam in cuniculis vapor, et fumus, ſtrangulant, caedunt fracturis, fractariis, *CL. libras ferri agentibus; egeruntque terram humeris noctibus ac diebus, per tenebras proximis tradentes. Lucem nouiſſimi cernunt* etc. Lege et *Senecam Nat. Qu.* 5, 15. vbi eandem hanc inſaniam exagitans, *Auaritiam* ait, *venas terrarum lapidumque rimatam, in tenebris male abſtruſa quaeſiſſe: lucem a tergo reliquiſſe; hominem ad ſidera erectum defodiſſe, et in fundum teluris intimae merſiſſe, oblitum dierum, oblitum naturae melioris* etc. Non eſt credibile, in ampliſſimum huncce campum, inuitante materia, haud ingreſſum eſſe Noſtrum: praeſertim quum ſic *Scopum* recta feriret; et ſuperioribus contentionibus aptiſſimam coronidem imponeret. Explicationi vltimo loco poſitae nec diffido, nec tamen planiſſume confido. Crepera eſt lux; nec ſatis benigna ad omnem dubitationem dirimendam. [*Vulg. Syr.* et *Arabs* verba מֵעִם־גָּר protulerunt מֵעַם־גֵּר. *Vog.*]

vſ. 5. *Iun.* et *Trem.* hunc et ſeq. *vſ.* incommodius in vnam periodum colligantes, hunc ſubiiciunt ſenſum: *Quamuis ſaepe in ſubterraneis ſpecubus venae terrae ſulfureae, ſiue natura ſua, ſiue ferramentorum ictibus irritatae, ſiue lucernis inflammatae, in homines exardeſcant; tamen non deterrentur illi* etc. Ergo ad *contemta pericula* pertinet horum iudicio Ad *audaciam improbam foſſorum* aliter relatum a *Caſtal. Agunt per magna ſpacia cuniculos, et terram ſubeunt, non ſecus ac ignis facit. Quin etiam occurſantes ſilices igni et aceto rumpunt, dum illic gemmas et aurum quaerunt.* Calculum huc confert *Cocc. vſ.* 5. 6. *Parentheſi* includens, reddensque, *Et* quod *ſubtus eam* eſt, *vertitur tanquam igni.* Accedunt his partibus Doct. *Crinſoz* et *Reim.* Senſus tunc foret, *Ferro* et *igne interiora terrae viſcera perrumpi, et ſubuerti* ab *hominibus*, in *Almam matrem* ſuam nimium quantum ingratis. Huc certe tendit locus *Plinii* a Cl. *Cocc.* appoſitus: *Perſequimur omnes terrae fibras, viuimusque ſuper excauatam* etc. *Imus in viſcera eius etc. tanquam parum benigna, fertilique, quaqua calcatur.* Hoc pacto נהפך inferret *ſubuerſionem*, et *ruinam* velut *Naturae*, vt *Plin. Lib.* 33, 4. loquitur; vbi *inſana* haec *molimina* terram a *ſedibus* ſuis *ſubruentium* multis exequitur. כמו אש *tanquam igni*, באש, nihil habet, quod merito offendat. Officit nonnihil, quod *vſ.* 9. ad has *ruinas* et *euerſiones ſubterraneas* potius ducere videatur. Difficultas ſolui forte poſſit, aſſumto duplici aſpectu, altero *generali*, totius *terrae*, cuius *inferiora ſubruuntur* et *vaſtantur*; etiamſi *Alma Parens* illa, mortalibus *panem* et *victum* tam largiter fundens, violari non debuiſſet; altero *ſpeciali*, in *ſilicibus montium perrumpendis* et *a radice conuellendis.*

dis. Non infitendum tamen נהפך *conuerſionem* quoque adferre poſſe, eoque manu nunc ducere illud כמו *tanquam igni.* Si ad verum *ignem rupibus frangendis* adhibitum reſpiceretur, dicendum fuiſſet במו *per ignem*, non *ſicut per ignem.* Offeram proinde geminam, quam conſtructionis ratio admittit, faciem. *Et* quod *ſub ea, conuertitur ſicut per ignem.* Vel, *Et ſub ea conuertitur velut ignis.* Vtrumque ſeſe praebet ad *Sulphur Naturae*, quod *Chemici* vocant, cuius *igneo*, et *penetrali, vigore, per omnes terrae fibras diffuſo, Metallica corpora*, et *gemmae*, ac *lapides pretioſi*, generantur, atque perfectionem ſuam nanciſcuntur, admirabili quadam *conuerſione, commixtione*, et *temperatione Elementorum.* Illuſtrabunt haec, quibus occulta Naturae miracula clauis Chemiae recluſit, ſi veriſimile factum, iſtam *ſubterraneam officinam* nunc tangi. *Vſ.* ſequens mirum in modum huic adſpectui fauet. Series quoque fauebit vnice, ſi cum Cl. *Cocc.* verſus 5. 6. *Parentheſi* diſcluſeris, 4. et 7. inter ſe propius connexis. Sine *parentheſi* ſic continuare poſſis, poſt *vſ.* 4. Nempe *terra*, illa *Benigna Mater*, non *ſurſum* tantum *feraciſſima*, ſed et *deorſum* eſt *profuſiſſima, perpetuum* quoddam *conflatorium omnium diuitiarum*, et *rerum mirabilium, exercens*, ad quas perſcrutandas, et eruendas, vltro hominem quaſi inuitat.

vſ. 6. Ex conſpectu ad *vſ. praec.* dato, quo *Alma Mater Terra* dicitur non *ſurſum* tantum, ſed et *deorſum foecunda*, ad hominem *ſuis opibus inundandum*, occurrit mihi I. hic ſenſus, ad *ſeriem* et *ſcopum* ſatis quadrans, *loco Sapphiri Lapides eius*, terrae; *et glebarum auri, pro ipſo:* homine. Hoc eſt, *Terra homini* tam *benigna* eſt, vt *Sapphiros*, aliasque *lucidiſſimas gemmas* ei procreet, ac profundat, maxima copia, haud ſecus ac *lapides:* ſimiliterque *glebas auri.* Conſtructio ſic digerenda: אבניה מקום ספיר ועפרות זהב לו *Terrae eius Lapides* ſunt *loco Sapphiri*, *et glebarum auri, ipſi.* מקום *Locus*, pro *gradu honoris, dignitatis, pretii*, non videtur vel durum, vel praecarium. Grandis ſententia; *Diues Natura nil aliud quam Lapides formans, in iis producendis tam ſplendida eſt, et munifica, vt Gemmarum locum, honorem, pretium*, inter homines obtineant, quae ipſa pro *lapidibus format* et *fundit.* Similis ratio poſterioris membri; *Lapides*, et *maſſas concretas*, fingens opulenta Natura, fingit *Glebas auri;* atque ita hominem *Gemmis* et *auro inundat* veluti. Pulcher luſus ex ambiguo, oriundus ab אבן *Lapis*, proprie *maſſa concreta firmius.* Ea tum *Lapidem vulgarem*, tum *pretioſum*, tum *metallum*, ſignare apta. עפר non ſolum *puluerem*, ſed et *glebam* ſonare, notum. Mollius forte fuerit, ſi Colon poſterius non cohaereat cum מקום prioris, ſed ita transferatur; *Et pulueres* vel *glebae auri, pro illo. Natura* tam *profuſe largitur aurum*, vt *puluerum* et *glebarum inſtar* illud paſſim *abiiciat.* Ita *Lapides* et *pulueres* ſibi pulcre ſuccinent; et *prouerbiali* quadam *ratione* ſimul, *profuſiſſimam abundantiam* deſignabunt. Sed II. retineatur מקום pro *Loco* ſtrictius dicto, et quidem *Natali*, idemque ferme ſenſus exibit; *Locus natalis Sapphiri Lapides eius; et pulueres*, vel *glebae auri, eidem*, loco. i. e. *Lapides formans Terra*, *ſimul*

Sapphiri lapides eius; et glebae auri *sunt* ipsi. *vs.* 7. Viam hanc nulla nouit volucris; eamque ne oculus quidem accipitris

simul Gemmas in medio eorum conformat; nec non glebas fului metalli. Nempe *auri venae* inter *marmora* et *silices* reperiuntur in montibus; et *Gemmae* non in molli *terreno*, sed *inter saxa* et *cautes* fere *nascuntur*. Sic, non iniucundo acumine, *Terrae gremium superius* et *mollius panem*, *inferius* et *lapideum gemmas* atque *aurum profundere* diceretur, *ad hominem* omnibus *bonis rebus*, et *diuitiis, cumulandum*. Possis et hic struere, *Lapides eius*, terrae, sunt *Locus* natalis *Sapphiri*, *et puluerum auri, ei*, homini, vel, *pro eo.*

vs. 7. Perplacet constructio Doct. *Belg. Semitam istam non cognouit volucris rapax* etc. Sic cum *praecedentibus* quidem proxime cohaeret, sed ad *sequentia* quoque simul se extendit. Si in fine *vs.* 5. *Subuersio terrae per cuniculos* intellecta, illuc cum *Crinsoz.* et *Reim.* redeundum: sin *conuersio* et *constatio* eiusdem *in metalla*, per *ignem* Naturae *subterraneum*, ad *vs.* 4. respiciendum: vel et ita continuandum; *istam viam* qua *gemmas* et *metalla* scrutatur homo, *nescit eam ales rapax:* etc. עיט *Auem praedatricem* proprie sonat. Inde Αετός et Αετος *Aquila*, dicta videtur *Bochart.* Grandis imago, qua *Aui praedatrici intentatam iter capessere* dicitur *Homo* in viscera terrae *audacissimus* descendens *praedator.* כחיט non *semita*, sed *via munita*, cum delectu posita, ad *magnitudinem* et *molem operum subterraneorum* depingendam. Aliquid *prouerbiale* subesse huic comparationi, non est dubium. Certe e posteriori Colo vis illa relucet; vbi איה *acutissima visu*, eademque *rapacissima*, auis, *hanc viam oculo perstrinxisse* negatur. Esse speciem *Accipitris*, quam Veteres *Aesalonem*, Galli *Emerillon* vocitant, demonstratum a *Boch.* in *Hieroz.* pag. 2. p. 194. de cuius *acerrimo visu* sic *Arabs.*

Caesius, cuius nunquam fallunt oculi:
Nec venator videat, quod ille videt.

Hic vices inuersae: *Homo metalla ex intimis terrae visceribus eruens, acutius cernere*, et *vestigare*, *dicitur* suam *praedam*, quam *celebratissimae* illae *venatrices*. Hoc a Viro Magno ibidem quoque insinuatum ad huius loci illustrationem; cuius consensus nobis hic vt gratissimus, ita grauissimus accedit, ad totius *periodi sensum* illum et *conspectum*, quem tenendum esse iudicauimus. Addo, quum *Oculus Accipitris viam* hanc *vel strinxisse* negatur, simul alludi ad reliquas dotes huius alitis, mira *audacia*, et *volandi pernicitate*, pollentis: cui *Homo*, *subterraneo quodam volatu* ad *imam sedem vmbrae mortis*, per *praerupta, aeternisque tenebris damnata loca*, *descendens* palmam tamen praeripiat. Confer *nefariam* illam *speciem Alitum*, quam *Plin. Fossoribus metallorum* dedit, ad *vs.* 4. supra. Verbum שדף ad *Cap.* 20, 9. illustratum. Eo nil opportunius ad praesentem materiam. *Codurc. peregrinum* esse *verbum* notat. Quo iure, non video. Rarior vsus, et vis minus perspecta, hanc ei suspicionem mouerunt.

vs. 8. Aliquid lucis debetur *Periphrasi*, bis tantum occurrenti,

בני שחץ.

pitris perſtrinxit. *vſ.* 8. Non calcarunt eam ferae animoſiſſimae; non ſuperbius ſe intulit ſuper eam Leo. *vſ.* 9. In

בני שחץ. LXX. *υἱοὶ ἀλαζόνων. Chald. Filii Leonum.* Inde שחץ apud *Thalmud.* inter nomina *Leonum.* Mirifice *Vulgat. Filii inſtitorum.* Audiuerat credo *Hieron.* aliquid de vſu verbi شخص apud *Arabes*, *peragrauit regiones.* Idem tamen *Cap.* 41, 25. dedit, *Filios ſuperbiae.* Nempe ibi ridiculum fuiſſet *inſtitores* inducere; qui hic, vbi de *auro* et *gemmis* conquirendis agitur, quadrare videbantur. Quicquid tamen eruditi puluerisſparſerit *de Pined.* non eſt iuſta nunc exaggeratio *inacceſſae* huius *viae*, quod illuc *nulli* peruenerint *inſtitores.* Omnino *ferae rapaces*, et *audaces*, hoc nomine ſignantur. Hoc nemo in dubium amplius vocat: ſed dubitatio circa genuinam vim phraſeos necdum diremta. *Merc. Filios elationis* aut *ſuperbiae* amplectitur. Alii malunt, *filios animoſitatis* et *audaciae.* Cl. *Cocc. filios ferociae* reddens, monet שחץ *Arabibus* eſſe *μετεωρίζεσθαι magno corpore eſſe.* Hoc *Bocharto* in *Hieroz. par.* 1. p. 718. 719. placitum, *filios proceritatis* danti, ex eodem hoc fonte. Vtrobique tamen *ferocia* plenius quid fert, quam *proceritas;* quae hic nonnihil languet. Sentias ex Viri ſummi expoſitione, ad l. h. *Attollitur humana induſtria ex eo, quod vt aurum et gemmas effodiat ex terrae ſinu, ea loca peruadat homo, quae neque auibus peruia, neque* feris procerioribus, *quantumuis hominem ſuperent mole ac vaſtitate corporis.* Quid ad rem? Fortius quid ſpirat *animoſitas*, vel *ferocia*, quam vtique nec *Arabes* ignorant, quibus شخص eſt ارتفع *efferri.* Speciatim in *oculo ſublato, intento*, et *acrius fixo*, frequentari amat; vnde שוחץ شاخص *abſolute* eſt, *apertos fixosque habens oculos.* Inde porro, *intrepide pergens, et recta quaquauerſum tendens, inconniua* velut *acie.* Character dilucet infra *Cap.* 41, 26. vt ibid. oſtendam. Nil aptius quoque heic loci; *Non calcarunt eam*, qui omnia calcant audaci oculo, et greſſu, *Filii viſus inconniui; obtutus aperti, fixi, aduerſus terrores omnes offirmati.* Habes cum aliarum ferarum tum *Leonum*, ſignatiſſimum characterem, quorum *vis* praecipua *in oculis;* vnde et مبصر *videns*, per excellentiam dictus apud *Arabes quod praedam ſuam, vel de nocte, videat eminus, ad eamque recta contendat.* Hinc ὀξυδερκέσατον θηρίον *Bocharto* אריה et אריה appellatum creditur, a ראה *vidit*, vt λέων a λάω, λεύσσω, item *video.* Haec perſequi, iam nec lubet, nec licet. Colligo tantum, nil opportunius hic inferri potuiſſe, quam *Filios acerrimi viſus, nocturnas praedas agere ſolitos, lucem vix ferentes; in cauernisque montium habitantes, quorum oculum nulla vel denſiſſima caligo conterreat.* Hi tamen ad *cauernas* illas *immenſis orgyis ſub terram actas, in quas Foſſores metallorum ſe demittunt, accedere non ſuſtinerent.* Id valet לא הדריכוהו *non calcarint* potius, quam *non calcarunt;* poſterius enim ſimpliciter *acceſſum*, prius *auda-*

In glaberrimum silicem mittit manum suam; subuertit a radice montes. *vs.* 10. In petris riuos diffindit; et omne pre-

audaciam quoque *accedendi* negat. Non excurro in magnum locum, a *Plinio*, aliisque, saepe tactum, de *Nocte* vere *inferna*, quam *Fossores metallici* extra *solis* et *diei viam*, *cognitionemque*, ad *lucernas* omni momento *vaporibus* crassis, *flatibusque*, extinguendas, patiuntur. Nempe *ad metalla damnari*, est, *ad inferos amandari*; et *viuus mortui* ac *defossi* sortem subire.

Ibid. De *audacia accedendi* ad loca aeternis tenebris horrentia egisse Nostrum, confirmat posterius Colon. In eo ערה vsu *Hebraeo ornari*, *ornare se*, magno consensu ex *Chald. Dialecto* exponitur, *transire*. Apud *Arabes* cum *transitu*, *cursum* quoque designat عبر et praesertim *vehementem*, *infestumque*, qualis *Leonis in praedam ruentis*. Vide tamen quid Cl. *Guss.* tentarit. Is sub ערה *transeundi* notionem expungi posse censens, hic dat, *Leo se non exornauit super illo*. i. e. *maiestatem suam non ostentauit*. Subdit, *quia maiestas a Leone inseparabilis*, *eius* aduentus *in locum*, *et* ostentatio maiestatis *in loco*, *pro eadem re habentur*. *Posterior locutio in Poëmate graui praefertur*. *Adde*, *quod ratio haberi possit* iubae, *qua erecta Leo se exornat*, *quando praedam nactus est*. Speciosum; sed longiuscule circumductum. Plausibilius fuerit, forte, si redeatur ad *Originem* רוֹ ערה, quae sub עבר asseruata, *parauit se*, *accinxit se paratu*, et *ornatu*. Inde porro, *Magnifice*, vel *Animose*, se intulit. Vicinum est, nec tamen idem, quod *Cap.* 40, 5. excellenti figura elatum, ערה נא גאון *Ornatus nunc incede magnificentia* etc. Hinc formare queas לא נאה עליו שחל *Non superbus se super eo intulit Leo ferox*. Ea phrasis extat *Iob*, 10, 16. יגאה כשחל *Qui se superbe infert vt Leo*. Quidni et יערה? Cothurnus *Iobi* hanc imaginem amplecti suadet. Nil tamen decido; quum عبر quatenus *cursum* infert *praedantis*, mirifice etiam quadret. Vterque adspectus insignis, ad *audaciam accedendi* ad talia loca, *fames* licet et *cupiditas praedae* stimulent, *Leoni* detrahendam. Sentias, si, quod vis comparationis exigit, ita haecce resoluas, *viam* hanc *intentatam Aliti rapaci tentare ausus est Homo* etc. *et quo ne audacissimae quidem ferarum sese inferre sustinerent*, *illuc Auri sacra fames humanum genus intulit*, *Terrae ditissimo gremio inuitante*, *vel et irritante*.

vs. 9. Scopum omnino ferire videntur qui ad *Metallurgorum immanes* illas *fossiones in terrae visceribus* haec reuocant, per quas *montes* tanquam *a radicibus conuelluntur*, et *durissimae* etiam *petrae improbo labore euincuntur*. Ita longe plurimi, nec infimi interpretum, inter quos Doct. *Tigur. Cast. Iun. Pisc. Belg. de Pined. Cocc. Patric. Guss. Cler. Crinsoz. Reim.* etc. *Drus.* dubitanter, *immittit manum suam etc. vel Homo*, *vt metalla inde eruat*, *vel Deus*, *vt potentiam suam ostendat etiam in ea quae durissima*. Alia adhuc dubitatio *Codurci*. Is *stertere* pronuncians *eos qui haec ad Deum referunt*, *anceps* ait, *num opera in aurifodinis intendantur*, *an aliae fluminibus deducendis de-*

stina-

ſtinata. Cl. *Schmid.* valde infelix in vniuerſa hac pericopa, *foſſores metallorum* explodit, *probe ridiculum* dicens, quod *Piſc.* et alii de iis cogitarint. Ipſe ſtatuit, *Iobum pergere in admirandis Dei, in quibus hoc quoque ſit, quod licet hominibus impoſſibile videatur,* Subuertere montes, *inueniatur tamen, et experientia probetur, Deum id praeſtare.* Quid ad rem? *Sed,* inquit, *quem montem foſſores vnquam radicibus ſubuerterunt? Magnum opus non niſi in Deum cadit.* Non digna ſatis Viro Docto captio. *Plinium* in *praef. Lib.* 33. et *Cap.* 4. legiſſet. Nonnulla iam ſuperius excerpta. His adde, *Tamen in ſilice facilior exiſtimatur labor. Eſt namque terra ex quodam argillae genere, glareae mixta, Candidam vocant, probe inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediuntur, et iisdem malleis,* fractariis; *nihilque durius putant, niſi quod inter omnia auri fames duriſſima eſt. Peracto opere ceruices fornicum ab vltimo caedunt, dantque ſignum ruinae, eamque ſolus intelligit in cacumine montis peruigil. Hic voce, ictuue, repente operarios reuocari iubet, pariterque ipſe deuolat. Mons fractus cadit in ſeſe longo fragore, qui concipi humana mente non poſſit, et flatu incredibili. Spectant victores ruinam naturae* etc. Legatur quoque *Sen.* N. Q. L. 5. 15. in egregio illo excurſu quo *vaſtos* et *inſanos* hominum *labores in Aurifodinis* perſtringit. חלמיש *ſilex glaber,* ideo quoque hic poſitus, quod *pretioſiſſimae metallorum venae* inter *marmora,* et *duriſſimas* fere *cautes,* ſerpant. Eadem ratio *gemmarum,* hic ferme latitantium. Huic ergo interpretationi palmam dare ſeries, ſcopus, omnia, iubent.

vſ. 10. Clar. *Schmid. Quid ſi interpretemur, ſuppleto* אשר, *in petris riuos diffindendo educit, et omne pretioſum* quod *vidit oculus eius.* Nouum opus Dei hic proponi contendit Vir Doct. *prorſus ieiunos eos videri* pronuncians, *qui haec iterum de metallorum foſſoribus accipiunt; quippe qui Maieſtati verborum nimium quantum detrahant.* Parcius iſta viris. Non valde digeſtum ſane, quod ipſe habet; *Deus poteſt per montium rupturas in lucem producere, quicquid pretioſum in illis videt, quod praeter Eum nemo videt.* Addit, *Forte eo reſpicitur, quod quando petrae diffinduntur, aquae erumpentes gemmas et aurum ſecum vehere ſolent.* Ad *opera foſſorum* in *Aurifodinis* reſpicitur a plerisque, quos ſupra laudaui, cum quadam tamen differentia. Nam *de Pined. Nicetam* ſecutus, cogitat de *magnis fluminibus, qui excifis rupibus, et montibus petroſis, in riuos multos deducantur ad alueum perſcrutandum, et pretioſa quaeque inde eruenda.* At reliqui deſcribi ſtatuunt *corrugos,* quos vocat *Plin. L.* 33, 4. a *corriuatione,* vt putat, dictos, quum *flumina magno labore et impendio ducuntur in Aurifodinas, ad ruinas montium lauandas.* Habes ibidem, *ad hoc perficiendum, caedi rupes inuias, et cogi ſedem praebere cauatis trabibus* etc. Additur deſcriptio *piſcinarum, quae in ſuperciliis montium cauari* ſoleant, *in quibus emiſſaria, vnde, repleto ſtagno, excuſſis obturamentis, erumpat torrens tanta vi, vt ſaxa peruoluat.* Sentis nihil *detrahi Maieſtati* locutionis, quum *Homini* tribuimus, quod non *niſi Homini plusquam humana molienti,* vt ad *theſauros* terrae *abditiſſimos* peruenit,

pretiosum vidit oculus eius. *vs.* 11. A fletu flumina religat et obsignatissimum quodque expromit in lucem. *vs.* 12. At

niat, conuenire potest. Diceret quis, meliori iure, aliquid Maiestati summae videri detractum, si de ipso *Deo* tanquam incredibile quid haec proponerentur; vltimo etiam Colo, quocunque tandem modo coloretur, aliquid absoni semper tracturo. Ad *hominem* perfacilis, et iustissima applicatio. Non possum interim, quin submoneam, *Figurate* forte prius Colon esse accipiendum, vt *homo in rupibus riuos excidere* dicatur, quatenus *Auri, Argentique, venas illas diuites sibi pretiosum illud metallum fundere cogit.* Hoc tamen non recipio, nisi *vs.* seq. ad eandem figuram sese reduci patiatur.

vs. 11. Vim sententiae spectasse videntur potius, quam verborum LXX. et *Vulg.* I. dantes βάθη ποταμῶν ἀνεκάλυψεν, *profunda fluuiorum scrutatus est.* חפש ex חבש *scrutari* quoque exponere ausus *Castal.* II. *Ex lacryma perscrutatur fluuios.* Applicat *Metallurgis, qui vbi rupes lacrymare vident, eas excauant, ad corrugos eliciendos.* In vicinia III. *Cler. e fletu flumina ligat;* i. e. *e stillantibus guttis colligit maiora fluenta, ad faciendos corrugos.* Cl. *Reim.* id amplexus. Contraria ratione *Iun.* et *Trem.* IV. *A fletu flumina obligat.* i. e. *corrugos pro arbitrio obturat obicibus, ne vel tantillum stillent.* Concinit *Cocc. Ne lacrymam* mitterent, *fluuios obligauit etc.* Id tendit ad *aquas fodinis* vicissim *exclusas per obturationem canalium.* Idem fere intenditur a Doct. *Pisc.* et *Belg. V.* nisi quod latiore adhuc sensu ad *obturationem* ipsorum *fontium* respiciant, ne *subterraneis fluuiis operae turbentur.* Similiter *Codurc.* vertens, *Fluuiorum cursum sistit, vt ne fleant* quidem, *et guttas emittant.* Adde *Vauass. Patric. Crinsoz.* ad *siccationem fluuiorum* in genere magis respicientes. Cl. *Scheuchz.* VI. ad *Tigur. Vers. E fletu flumina colligit,* hunc elicit conspectum, quod *quum in fodinis omnia perpetuo* velut *fletu madeant* et *stillent,* indeque *subterranei lacus* existant, *aquae* istae ab operariis *emittendae* sint, atque aliorsum *deriuandae.* Ego VII. adolescentulus olim hic videre mihi videbar *illam audaciam hominis, qua sibi etiam ex fundo maris, et intimis recessibus scopulorum, diuitias parat.* Vertebam itaque, *scopulos fluentorum spoliat:* מִבְּכִי pro מִבְּכִי legens, a נבך, quod *Cap.* 38, 16. occurrere autumabam; et ex *Arab.* خبس adscisens vim *spoliandi.* Multa multo audacius iecta, etiam a prudentissimis Criticorum, *Boch. Cocc. Vitr. Guss.* etc. quum vnum modo punctulum immutetur. Non insisto interim; nam centies expertus sum, nil pellacius isto genere. Si tamen נבכי ים *Cap.* 38, 16. sint *Loca scopulosa maris,* vt istic loci disquiretur, nostrum מִבְּכִי ista quoque notione mactari posset, sine vlla mutatione, a מִבְּכִי *Locus* נְבָכִים *scopulorum,* cum *Iod Paragog.* quod dicitur, siue potius *pleonastico,* vnde esset, *Locum scopulosum mihi fluentorum* maris *spoliat,* indeque *Margaritas,* diuitem praedam, pretiosa pericula, *audacissimus vrinator rapit.* נהר de *fluento,* siue *impetu fluente maris,*

At Sapientia vnde inuenietur? et quisnam locus Prudentiae? *vſ.* 13. Non nouit homo taxationem eius; neque inuenitur in

ris, vſurpatum *Ionae Cap.* 2, 3. خبس *manu cepit*, *ſpolium retulit*, cum חבש خبس *vinxit, religauit*, adfinitatem habet, quatenus quae *manu capimus*, et pro *ſpolio auferimus*, veluti *vincta* et *prehenſa ducimus*. Exiſteret hoc pacto, cum *viſceribus terrae effoſſis*, ad *gemmas* et *metalla* eruenda, *Marium* quoque *fundus* tentatus, ad *conchas margaritiferas* inde extrahendas. Haec vt vt ſpecioſa forte, talia tamen non ſunt, in quibus vel ipſe conquieſcam, vel ab aliis acquieſci velim. Tutius concedi putem in ſententiam Doct. *Belg.* num. V. vt hoc *vſ* iam rotundetur, et compleatur, quod de *operibus* et *moliminibus Metallurgorum* diſſertatum fuerat. Quicunque de Fodinis conſcripſerunt, *Machinas Hydraulicas* celebrant, aliasque *inuentiones*, et *artes*, quibus *aquae ſubterraneae exhaurian-tur*. Hoc vere eſt *flumina ligare*, *vincire*, *frenare*, *coërcere*, ne *fleant*, *lacrymulamue* mittant; quando vbi *ſcaturigo* videbatur *perennis*, et *inexhauſta*, efficitur tandem tanta *ſiccitas*, vt ne *fletus* quidem, i. e. *ſudor*, aut *mador roſcidus*, remaneat. Ita *flere* apud Latinos eſt *rorare*, *tenui rore*, vel *ſudore madere*, in *terra*, in *parietibus*, in *ſignis*, in aliis. *Lucan. L. 7. 163. Rorantia fletu ſigna.* Audacius *Lucr.* 2, 631. *Sanguine fleti;* vbi alii *pleti;* pro *repleti.* Tenendum *fleti*, pro *madefacti rore ſanguineo*, ex veteri Lingua, quae *fletum* pro *lacrymis madentem* agnouit. In rem praeſentem deducet hoc eiusdem L. 1. 350.

In ſaxis ac ſpeluncis permanat aquarum
Liquidus humor, et veribus flent omnia guttis.

Eadem venuſtate auctum fuiſſe בכה, quod eſt بكي *vlt. Vaw* et *je*, non eſt cur dubitemus. Inde ortum بكا *vlt. Aleph* de *Camelo*, in *Camuſo*, قل لبنها *parum lactis reddidit.* Dicebant nempe بئر بكي *puteus flens*, pro, *tenui aqua praeditus;* ſiue *ſudans*, et *rorans*, non *ſcaturiens*, ac *fluens*. *Fletus* iam, ſic translatus, traxiſſe videtur verbum חבש, quod ſpeciatim eſt *faſcis obligauit*, ad *fletum, fluxumue, comprimendum.* Ad eam ſane rationem nonnulli auſi, *a fletu flumina faſciauit.* Conferendum quoque, quod Cl. *Guſſ.* ſub חבש ad h. l. tetigit. Senſus itaque huius *vſ.* cum *praeced.* ſic completur, *Naturam ipſam rerum leges veluti recipere ab homine, ad opes abditiſſimas e meditullio Terrae educendas in lucem, eumque nunc Flumina efficere, vbi non erant: nunc exſiccare, vbi erant, ipſa ſcaturigine extincta.* תעלמה *Obſignationem* proprie notare, indicatum ad *Theſauros quaſi ſub ſigillo Naturae conditos.* יוציא אור *Educit lucem* pro לאור *in lucem*, nihil habet quod offendat. Forte tamen grandius adhuc, *ſignatiſſimum* quodque *educit Lucem*, atque *clarum facit diem.* Cothurnus talia lumina ſublimioris ſtructurae adfectat.

vſ. 11.

in terra viuentium. *vſ.* 14 Abyſſus dicit, non in me illa: et mare dicit, non mecum eſt. *vſ.* 15. Non dabitur

vſ. 12. Expeditior dehinc via. Hic pauciſſimis defungi licet, ob ea quae in Limine diſcuſſa ad *vſ.* 1. vnde et *nexus*, et *ſcopus*, ad noſtram mentem, eluceſcet Confirmatur quod ſupra propoſuimus, per formas loquendi hic adhibitas; *At ſapientia vnde reperietur?* Homo *ſignatiſſima* quaeque *in lucem producens, vbi tandem inueniet ſapientiam;* atque *ex qua* veluti *natiua ſede, vena, fodina, eam veſtigare* et *eruere valebit?* מקום *Locum* pro *patria terra*, et *ſede* hic ſumendum, *vſ.* 1. admonui. *Interrogationem* hanc inferre *Negationem fortiſſimam*, qua Homini *aditum* ad *ſapientiam* praeſeptum, et *ſigillo* veluti *impoſito* hactenus *praecluſum* eſſe, inſinuetur, quiuis cernit. Eo ipſo autem reliquas ſententias plus infirmari ſentiet, qui eas ad hanc *connexionem* examinare inſtituet.

vſ 13. Plerique ſtatuunt, duo hic dici diſtincta, quae naturali copula cohaereant; primo *Hominem neſcire quam pretioſa ſit ſapientia:* ſecundo, *eam quoque inter homines non poſſe reperiri.* Addunt alii, inter quos *Cocc.* et *Schmid. peccato caecatum hominem, ſatis digne ſapientiam aeſtimare non poſſe.* In ſe verum, ſed ſedi huic minus aptum. Ex *vſ.* 15. et ſequentibus, aliud nunc agi apparet: et ex *vſ* 17 et 19. liquet ערך hic capiendum non de *interiori valore*, qui dicitur; ſed de *pretio quo* quid *conpenſari*, aut *coëmi*, queat. Huc ducit proprietas vocis quae infert *collationem* et *contentionem duarum rerum, ut appareat quaenam melior.* Hinc exſtitit notio *taxationis, aeſtimationis*, qua indicatur *pretium pro aliqua re pendendum.* Sic naſcitur ſimpliciter; *Neſcit homo pretium quo comparari queat* Vt *inaeſtimabilis eſt ſapientia*, ita *nullus homo* quicquam tam *pretioſum noſcit, poſſidet, promere valet*, quod eius ערך *aequiualens pondus* dici mereatur. *Infinita* eſt *ſapientiae dignitas; maria* et *terras praeponderans.*

Ibid. Poſterius Colon ita cum praecedenti copulandum cenſet Cl. *Schmid. Non nouit homo pretium eius, multo minus inuenitur in terra viuentium.* Id longius abit a vi *praepoſ.* ר; et hiatu non caret. Rotundiſſima eſſet ſententia, ſi ad ערך rediret τὸ חמצא, *Non inuenitur taxatio eius in terra viuentium. Nihil* tam *pretioſum in Terris*, quod cum *ſapientia comparari* queat, nedum *eam aequiparare.* Nil commodius ad *vſ ſeq.* Nomina *ſegolata* plerumque *communis* ſunt *generis.* Eo magis adblanditur, quod *ſapientiam inter Homines non reperiri vſ.* praec. inculcatum abunde Si quis ad *ſapientiam* referre malit, haec poterit eſſe copula; *coeleſtem* eius cum *dignitatem*, tum *ſedem;* atque *excellentius* hoc *mercimonium* in terris fruſtra quaeri. Pulchre *Epiſc. Elienſ Eheu! haec*, ſapientia, *non poteſt coëmi omnibus quae homo miſer danda haberet pro ea: neque res eſt quam vlla pars Mundi huius ſuppeditet.* [Pro אָרְכָּהּ *Gr. Alex.* legit אָרְחָהּ *viam eius. Vog.*]

vſ. 14. Statuunt omnes, eſſe inſignem *Proſopopoeiam*, qua *Abyſſus*, et *Mare* inducantur, conteſtantes ſolenniter, *Sapientiam*

dabitur aurum pro ea; neque appendetur argentum, pretium eius. *vſ.* 16. Non aeſtimabitur auro Ophyrio, Soham

penes ſe haud reperiri. Hoc non valde ſimplex, et clarum, multas peperit expoſitiones alias aliis argutiores. Sed vereor ne omnes Interpretum iactus praeter ſcopum eant; non ad *Sapientiam*, ſed ad *Aeſtimationem*, et *pretium*, *qua illa acquiri* poſſit, re et ſerie vocante. Hinc exoritur ſenſus dilucidus, idemque cum longiore *Exegeſi* illa, in quam Noſter mox exſpatiatur, vnice connexus, *Abyſſus dicit*, *Non eſt in me ea* ערך *taxatio*, *aequiualens ſapientiae pondus* ac *pretium*. *Mare item* fatetur, *Non eſt mecum*. Hoc pacto loquuntur duo illa ſecundum naturam ſuam, et confeſſionem edunt valde pulchram, ipſisque decoram, *ſe* quidem *abundare Gemmis*, *Auro*, *Margaritis*, *alia Merce pretioſiſſima*; *ſed nihil in ſinu opulentiſſimo continere quod cum Sapientia vel nominari mereatur*; *nedum eam* ערך *aequare* ac *penſare valeat*. תהום *Abyſſus* et *Centrum terrae*, *Gemmas* et *Metalla*; *Mare margaritas*, et *aliam pretioſiſſimam mercem*, fundens. Id plenius quam ſi תהום *inferiora* ים *ſuperiora maris* interpretemur. Quod ſi autem היא non ad ערך redire contendatur, ſed ad חכמה *ſapientiam* ipſam ſic ſenſum conſtituendum ducerem, *Abditiſſimi ſinus terrae et maris conſona voce teſtantur*, *ſe quidem Gemmas*, *Aurum*, *Margaritas*, *aliam infinitam opulentiam*, *in vitam humanam effundere*; *ſed ſapientiam nobilioris* eſſe *ſeminis*, et *originis*, ad cuius *coeleſtem lucem* ac *ſplendorem*, omnes illi *radii*, *ignes*, *luces*, *ſplendores lapillorum* et *metallorum*, quibus in admirationem rapiuntur mortales, euaneſcant, atque in merum nihil abeant. Ita *Terra* et *Mare* teſtimonium ferent Naturae ſuae conſentaneum, atque cum ſerie ſequente etiam ſatis coniunctum.

vſ. 15. Sequitur pulcherrima *Epexegeſis*. In ea quoad nexum, et ſenſum, omnia lucent. Aliquid tantum obſcuri in quibusdam appellationibus *Auri*, et *Gemmarum*, quarum genuina vis necdum ſatis declarata. Talis in hoc *vſ* vox סגור, *Auri genus* ab *includendo* dictum, quod *in theſauros recondatur*, vt *Merc.* aliique volunt. *Originibus* aptior materia, quam Commentationi huic. Poſterius Colon a Cl. *Cocc.* venuſte expreſſum, *Non appendetur Argentum pretii eius*. Alii per *Ell.* τοῦ ל *in pretium*; vel per Appoſitionem, *Argentum pretium*. Optio libera.

vſ. 16. Mihi ipſi grauis fierem, nedum Lectori, ſi hic diſcutere aggrederer, quicquid Viri Docti ad ſingula fere vocabula diſſentiunt. סלה iudice *Mercero*, proprie eſt *ſternere humi*, vnde *aeſtimandi* ſecundaria notio ei ducta videtur, quod *merces aeſtimandae iuxta ſe inuicem ponantur* etc. Clar. *Guſſ.* hanc *Originem* vt genuinam amplexus. At *Cocceio* סלה contra eſt *attollere*, *eleuare ad aequalem ſuperficiem*, vnde ad *ponderationem* translatum cenſet. Apud *Arabes* سَلَا *Eleuationem*, et *ſublationem in altum*, adfert. Adfine شَـــال eandem vim poſſidet, ad *Librationem* et *bilances* quoque traductum.

Nec-

ham pretioso, Sapphiroque, contra. *vs.* 17. Non certabit ei aurum, et Crystallus pellucida; aut permutatio eius vas

Necdum tamen liquet; et *Originibus* ram hanc delego. Ibidem de כחם vlterius disquiram, quod inter *Auri* nomina; a *colore* secundum *Cocc.* Aliis aliunde. *Vulgatus* כחם אופיר *Tinctos Indiae colores* reddidit, quos exponere coacti Doctores Pontificii, adferunt, pars *vestes picturatas*, pars *lapides diuersicolorios* pars *materiam tinctilem;* de quibus late *de Pined.* In *Hebr.* et apud LXX. esse *Aurum Ophir* agnoscit *Vauassorius.* Aliis כחם *Gemma*, vel *Monile.* אופיר *Ophir* duplex, docente *Boch.* G. S. p. 138. vna in *Arabia*, altera in *India.* Hic de *India* agi non verisimile censet ὁ πάνυ *quod aetate Iobi, qui Iacobo Patriarchae pene aequalis, ad terras illas necdum accessus patuerat.* Origo ei a ופר وفر *abundauit opibus.* Haec, et alia, aliud in tempus seponenda. Ad שהם non parua etiam dissensio. *Onyx*, vel *Sardonyx*, plurimos calculos aufert. Adeatur Cl. *Braun.* de V. S. et *Bernard.* ad *Ioseph.* a سهم *sagitta*, *stria*, dictam autumans gemmam, quod *candidis* ferme *zonis cingatur.* Clar. *Cler.* ad *Gen.* 2, 12. eandem coniecturam offert. Aliquid lucis mihi ferre posse videtur شهم variis notionibus prostans apud Cl. *Gol.* ab *igneo ardore* propagatis. Sic existeret *Lapis coruscis micans ignibus*, per excellentiam. Isne *Adamas*, aliusne, alibi discutiendum. יקר *pretiosi* Epitheton *Gemmam principem* arguit. Ne ספיר quidem dubio exemtum, quum *Sapphirum* plerique, *Cocc. Robinum*, vel *Pyropum*, malit.

vs. 17. Iterum in diuersa trahitur זכוכית, a זכך *pellucidus fuit*, aliis *vitrum*, aliis *Crystallum*, aliis *Adamantem* consignans. Tria haec congenera esse summus Noster *Boerhauius* indicat in *Elem. Chem.* p. 51. Cl. *Schmid.* posterius sequens, satis speciose addit, *Forte Aurum et Adamas* dictum pro *Adamas in auro.* Mihi non displicent quae olim pro *Crystallo* produxi, collato زجاج זגוג, mutatione solenni τοῦ כ in ג, quam et *Chaldaei* in זגוגית factam arguunt. Addo nunc figuram *Hendiadysin*, vt *Aurum* et *Crystallus* veniant pro *artificiosissimo* et *pretiosissimo vase Crystallino.* Apud *Plin. Lib.* 37, 2. memoratur *Trulla Crystallina ingentis pretii;* et duo *calices Crystallini*, quos *Nero in suprema ira illisos fregerit*, *seculum* videlicet *suum sic puniens*, *ne quis alius ex his biberet.* Certe *vas* aliquod circumscribi verisimile, tum ne toties *Aurum* frustra repetatur, tum quod seq. Colon *Vas aureum* quoque exhibeat פז *aurum solidum* esse, haud liquet; nam פזז valet *Leuis*, *agilis fuit*, vt in *Animaduersionibus* ad V. T. ostendimus. Viri Magni *Boch.* et *Huet.* nomen proprium statuunt, truncatum ex אופז *Vphaz*, quod et *Ophyr.* Quisque suo in sensu abundet, donec plenior dies omnem dubitationem decernat. Circa constructionem paululum scrupuli incidit ob *negationem* repetendam, pro *Et* substituto *Nec.* Id refugiens *Schmid.* mallet, *vt sit permutatio vas auri purissimi.* Id commodissimum foret, si *vnum*

vas aureum. *vſ.* 18. Ramoth et Gabiſch ne memorabitur quidem, et tractio Sapientiae prae margaritis. *vſ.* 19. Non

idemque vas intenderetur in vtroque membro. Malim tamen diſtincte, *Non certauerit ei auro reuincta Cryſtallus*, Trulla Cryſtallina; *aut permutatio eius* fuerit *vas auri Phaſii*. In tali ſerie *Non*, menti ſponte obuerſans, elegantius omittitur. ערך venuſtiſſime locatum, inferens ex gemina poteſtate *aeſtimandi*, et *aciem inſtruendi*, quaſi *concertationem de valore*. A Cl. *Schmidio* quoque indicatum.

vſ. 18. Ad *Ramoth* et *Gabiſch* nihil ſolidi, aut certi, adfertur. *Excelſa* et *Eminentia*, quae *Vulgat.* vt aliquid ſpeciei iis addi poſſit, ex רום *altum eſſe*, et גבשושית *Chald. collis eminens*, nimis vaga. Prius occurrit adhuc ſemel *Eſech.* 27, 15. Poſterius *Eſech.* 13, 11. 13. et 38, 22. in phraſi אבני אלגביש *Lapides magnae grandinis*. Per ראמות ex ראם *Rhinoceros* nonnulli arripuere *pellem Rhinocerotis*; alii *eius cornu*; cum iis facit *Codurcus*, monens alterum *Gabyſch* poſſe capi pro *Gemma quae ex Draconibus petitur; Pyropo; Carbunculo; qui Arabibus Gabſchi*. III. *Grot.* priorem vocem *Coralia* a *Rabbinis* exponi notans, alteram haud dubie eandem eſſe pronunciat cum *Arabum* جبس *Carbunculus* ſiue *pyropus*. Reſcribendum جبس, vel جبشي vt cum *Codurci* illo *Gabſchi* conſonet. Clar. *Cler.* ait גביש etiamnum apud *Arabes* eſſe *Pyropum* aut *carbunculum*. Scire vellem, ex quo fonte haec hauſta; nam nihil tale vel in *Camuſo*, vel in *Gjauhario*, vel in aliis *Lexicographis*, reperio. In *Camuſo* الجبس exponitur *congelatus*, et *grauis*, ſiue *tardus*, *ſpiritu*. Eſt deriuatum ſoliuagum, *Radicis* deperditae جبس, quae ſecundum iſtam expoſitionem *primario* notaſſe potuit *frigore concreuit*. Ea vis obtinet etiam ſub affin. جبس גמש. Inde apud *Eſech.* אבני אלגביש *Lapides grandinis* non incommode deſcenderent. An *Curalium* quoque ſic dictum a *concreſcendo*? cuius videlicet *Baccae candidae* et *molles ſub aqua*, *exemtae confeſtim durantur et rubeſcunt*. An potius *vniones* ſic κατ' ἐξοχήν dicti, quod *Grandinem* referant? Huc *Iun.* aliique concedunt. Mihi haud liquet.

Ibid. Extra ſeriem abit *Vulgat.* I. *Trahitur autem ſapientia de occultis.* Doct. *de Pined.* redditum mallet ex LXX. II. ἔλκυσον σοφίαν ὑπὲρ τὰ ἐσώτατα, quaſi inſinuaretur *Sapientiam prae omnibus theſauris occultis eſſe attrahendam*; vel et *longanimiter ſeminandam* ex vſu vocis *Pſ.* 126, 5. Arceſſitum. Illa ἐσώτατα et *occulta* ex פנים quatenus *Intus* conuertitur, arrepta a Veteribus. *Aquila* III. illuc quoque reſpiciens, γλυκὺ δὲ σοφία παρὰ τὰ περίβλεπτα. *Tractio* ei, vel *ſuctio* rei dulciculae, vt acute *de Pined.* vel *attractio*, et *excerptio* ex aliis rebus omnibus. Apparet iam tum in obliuionem miſſum, quid פניונים proprie ſignarit. *Rabbini* et *Noſtri* diuiſi, aliis *Lapides pretioſos* generatim, aliis *Curalia*, aliis *Margaritas*, aliis *Pyropos* vel *carbunculos*, amplexantibus. Nimis argute *Druſ.* IV. *quod poſt ſe trahit*

Non certabit ei Topazius Arabiae Cuschaeae; neque auro puro contra aestimabitur. *vs.* 20. Vnde ergo Sapientia veniet?

trahit Sapientia, *pretium* eius; nisi idem inrenderit quod *Grot.* V. dans, *Attractio Sapientiae praemargaritis:* i. e. *Sapientia propendet. Graeci dicunt* ἄγει. Recte: sed propius erat, ἕλκει. Cl. *Cocc.* et *Cler.* huc accedunt. Ita planissume ἑλκὴ *tractio* est *pondus, pretium, momentum bilancis,* vnde inter alia apud *Hesych.* exponitur ῥοπὴ· βάρος· σαθμός. Pulcherrima imago; qua in lancem coniicitur hinc, *quicquid* est פנינים *Gemmarum,* vel *vnionum;* illinc *sapientia;* quae his omnibus immensum quantum *praeponderare* reperiatur. Nempe τὰ πλεῖον ἕλκοντα βαρύτερα νομίζουσι, *quae plurimum trahunt grauiora censentur,* vt ait *Plato.* Admirabili venustate *Polyb.* L. 8. 16. Ἀνὴρ ἕλκων τὸ τῆς πράξεως σάσιμον *Vir tanti incepti pondus trahens,* i. e. *sese ei suscipiendo, sustinendo, exequendo, parem, atque adeo plus quam parem, probans.* Item L. 12, 16. ἐκ οἷδ' ὅπως ἐκφέρεταί δόξαν, ὡς ἕλκων τὴν τοῦ συγγραφέως προσασίαν, *Nescio sane quo pacto opinionem abstulerit eius, qui praestantiam Historici trahat.* Qui *grauem* et *praestantissimum Historicum impleat.* Si Veteris Linguae *Hebraeae* maior nobis copia esset, exemplis abundaremus consimilis elegantiae, quam verbum משך *Trahere* ex procliui induit. Quod autem ad פנינים attinet, *Margaritaene,* vt cum plerisque visum et *Bocharto Hieroz. part.* 2. p. 681. an *Gemmarum insignitius* aliquod *genus;* commodiori iterum occasioni seponendum. Si *vniones* notarentur, locus esset coniecturae eleganti Cl. *Guss.* Vk cui משך est *series longior Vnionum filo immisso simul iunctorum.* Adfine est משכה *armilla* apud *Arabes.* Fateor bonam sic nascī figuram, qua משך חכמה esset *Baccata series sapientiae,* vel *collo,* vel *armo* aptanda: sed vereor ne hic nimis quaesita sit. Mihi quidem ὁλκὴ et simplicius quid, et grauius simul, nunc adferre videtur.

vs. 19. Verbum ישרך et hic duplici vi auctum, quam indicauimus ad *vs.* 17. פטדת כוש aliis est *Smaragdus Aethiopiae,* aliis *Topazius Arabiae;* nam *Topazium Aethiopiae* nulla Veterum auctoritate niti, docuit ὁ πάνυ *Geogr. Sacr.* pag. 211. vbi *Chusch* non tantum *Aethiopiam,* sed et *Arabiae* partem interiorem ad *Mare Rubrum* porrectam, notasse, dubitationi exemit. *Topazium* primitus *repertam in insula Arabiae quae Chitis vocatur,* tradit *Plin.* 37, 8. addens *Iubam* dicere, *Topazon Insulam in Rubro mari, stadiis CCC. a continenti, nebulosam, et ideo saepe quaesitam nauigantibus. Nomen accepisse, quod Topazin Troglodytarum lingua sit quaerere.* Haec Insula, *Topazii patria,* ad *Chusitidem* pertinebat. Rectissime ergo *Topazius Chuschaeae;* vel *Chuschaeorum.* Etymon *Iubae* frigidum, et merito suspectum. τοπάζιον, pro quo et πάζιον scribi monet *Hesych.* cum פטדה *Radicalem conuenientiam* habere monuerunt Viri Doctiss. *Ar. Mont. Castel. Braun. Bern.* etc. Sed quid valuit Radix פטר, et vnde *Gemmae* id nominis inditum? Cum *Auenario* dicere

veniet? et quisnam locus Prudentiae? *vſ.* 21. Etenim obſignata eſt ab omni viuente; et a volucre coelorum eſt occul-

פטר eſſe *Quaeſiuit*, et inde τοπάζειν eſſe deriuatum, eſt ludere; non docere. *Forſt.* ad *peregrina* hanc vocem ablegauit; *Aethiopicam* vel *Troglodyticam* eam ſupponens. Sed iſti *Aethiopes*, apud quos *Topazius* naſcitur, ſunt *Arabes*. Forma quoque manifeſte *Arabica*, ſiue *Hebraea*, a radice פטר. Eam ſi a longa obliuione reuocarim, ecquid erit pretii? Tritiſſimum apud *Arabes* فصد פצר, quod in *Camuſo* eſt شق العرق *fidit*, ſpec. *venam.* in 2. *diffidit.* In 4. افصد الشجر *findere fecit Arbor;* itemque in 7. انفصد الشجر *fiſſa fuit Arbor*, انشقت عيون ورقه *fiſſi ſunt oculi foliorum eius.* i. e. *protuberarunt* et *eruperunt gemmae foliorum.* Ad mutationem του ט in γ adeatur *Clav. Dial.* Eſt ergo פִּטֻּר proprie *protuberatio gemmae cum fiſſione corticis.* Idem et פִּצֻּר فصد *fiſſio, ruptio;* vnde פטרה *Pitda*, *Pitsda*, et *Potda*, *Potsda;* et mox per transpoſitionem *Dopaz*, *Topazius*, a *protuberatione* ſic dicta, quippe quae *ampliſſima gemmarum*, vt *Plin. Lib.* 37, 8. docet. Ei *ſimilitudine proxima Callais*, *in rupibus oculi figura extuberans*, *leuiterque adhaerens*, *nec vt agnata petris*, *ſed vt appoſita;* ait idem. Adde *Strab. L.* 16. *Epiphan.* etc. En פטרה فصدة *gemma oculi inſtar extuberans e ſede in qua naſcitur.* Haec *Cuſchaeis* illis, ſiue *Troglodytis Arabibus*, de quibus *Plin.* fuit *Potſed*, vel *Pozda;* vnde *Graeci* mercatores *Topazion* ſuo more, et ore, conſtarunt, in τοπάζειν neſcio quid argutantes deinde, quod Criticos multa ſecula exerceret, eſſetne vox *Graeca*, an *Troglodytica.* Vide *Salm.* in *Solin.* p. 763. vbi Vir ſummus non feliciſſime in hiſce verſatus fuiſſe reperietur; contra rem et rationem ſtatuens *Topazium* a *Topazo* inſula nomen traxiſſe; itemque *Sapphirum* dictam, ab inſula eiusdem ſinus *Arabici*, Σαπφειρίνη, in qua eruebantur *Sapphiri.* Haec contra ſe habere, et *Inſulis* illis nomina indita a Gemmis ibi reperiundis, dubitari nequit.

vſ. 20. Nonnihil deflectit Doct. *Merc.* cenſens Noſtrum nunc *docere vnde petenda ſit Sapientia*, *et vbi inueniri queat.* Longius abit *Cler.* ita *Paraphr.* concepta, *Si quaeratur vnde orta ſit Sapientia*, *et vbi ſit prudentiae locus*, *nemo poſſit quaeſtioni reſpondere.* Cl. *Cocc.* hic paulo obſcurior. Veritati proximus *Schmid.* ex ſuperioribus *inferri* tandem ſtatuens, *Sapientiam nuſpiam locorum in hoc mundo inueniri*, *aut erui poſſe.* Huc collineatum, ſcopus ad *vſ.* 1. fixus praemonſtrat. Nexum ſic commodiſſime reſumas, *Haec* iam *Sapientia*, tam pretioſa, omnibus Gemmis et Theſauris immenſum quantum antecellens, vnicumque vitae bonum, vnde tandem eruenda datur? aut qua in ſede ſeſe inueniri patitur? Nulla. Omnis ad eam aditus praecluſus; quum in *fallacibus* et *fugacibus bonis Natura* nimium quantum

tum *profusa* reperiatur. Quid a Nostro intendatur, ad finem diluceſcet.

vſ. 21. Recte monet *Merc.* כִּי *Et* positum pro *Quum*. Similiter *Cocc. Etenim*. Eodem redit *Schmidii*, *Nimirum*. *Nempe*. Ad נעלמה ingeniose *de Pined. Neſcio quid*, inquit, Virgineum *atque caſtiſſimum videtur ſapientiae tribui in voce abſcondi. Alma* Virgo *Sapientia. Eſt enim eadem vox a qua* Virgines *dicuntur abſconditae*. Reſpicit ad עלמה, quae *ſignata virgo*, ex *origine* in *opuſc. de def.* adducta; illud *abſcondi* proprie eſſe *obſignari*. Inde et hic, *Namque obſignata eſt, ſigillo* quaſi *clauſa, ab oculis omnis viuentis*. Ad *virgineam caſtitatem* hic alluſum dici patior; ipſe non dixerim. Qui alluſionem iſtam adhamaret, adiungere poſſet et aliam in verbo נסתרה *velo occultata*; nam et *Virgines* κατ' ἐξοχὴν dicuntur مستترات מסתרות *velatae, poſt velum latentes*. Grauioris curae eſt quo ſenſu haec poſita ſint, examinare; nam verba clara; res ipſa minime. Nonnulli I. כל חי reſtringunt ad *animalia bruta*; vt iis, nec non *volucribus coelorum*, negata dicatur *ſapientia*. Aliis II. *omne viuum* notat *homines carnales ſenſibus obtemperantes*; ac praeſertim *Vulgus* illud *craſſius*, quod terrae adfixum. His addi volunt *volucres coelorum*, ad *Philoſophos*, et *eos qui ſapere* videntur *in mundo*, denotandos. Habes in Comm. *Hieron.* vbi etiam reperies *ſpiritus malos*, *Auibus* aſſimiles *Matt.* 13. Speciosiore *Allegoria* III. multi tum *Iudaei*, tum *Chriſtiani*, cum *Hominibus Angelos* hic complexi. *Munſt.* et *Iſid. Clar. Aues Coeli*, inquiunt, *putantur eſſe Angeli Dei, qui non nouerunt omnia myſteria Dei*. Cl. *Cler.* IV *Angelos* huc inferi haud ferens, ſub *Auibus* maluit *ſublimiorum contemplationum peritos*; vt ſit, *Sapientiae penes nullum omnino hominem reperiunda, ne eos quidem, qui ſublimiora contemplari, et alta capeſſere ſolent*. Animi pendeo, quo tendat Cl. *Cocc.* V. ſic commentans, *Intelligimus et hic et vſ.* 13. *non modo corruptum hominem, ſed hominem qui vllo modo terreſtris aut animalis dici poteſt* 1 *Cor.* 15, 44. 45. *adeo ſcilicet, vt nec* homo integer *ſapientiam nouerit*, καθὼς ἐχι. Per volucres coeli *quidam* Angelos *intelligunt; de quibus* 1 *Petr.* 1, 12. *Epheſ.* 3, 10. *Sed ſimplicius eſt, quod neque in imo, neque in ſummo animali naturae, videatur ſapientia*, h. e. *ſapientiae Auctor, fons, et ſcatebra. Nam quid* volucrium oculis *cum Sapientia, quatenus ea vox ſignificat cognitionem rerum ſiue diuinarum, ſiue humanarum*. Niſi fallor, *Volucribus* ſtricte dictis locus negatur, per easque iam figurari ſupponitur *hominem integrum*, et *perfectum*, quatenus adhuc κοινὸς, vt *Adamus in ſtatu integritatis*. Vix diſcerno interim, quid velit illud, *imum et ſummum animal naturae*. Plurimi VI. citra *Allegoriam*, *omne viuum* referunt ad *Homines* generatim ſumtos, et *in terris* adhuc *degentes*: quibus adiungantur *Aues*, *quae coeleſtia* et *ſublimiora loca petere ſolitae, nuſpiam tamen ſapientiam reperiant, quippe quae apud ſolum Deum reſideat, et in eius Mente inueniatur; nuſpiam alibi, vel ſurſum vel deorſum, in quantumuis arduis, remotis, abſtruſisue locis*. His fere verbis vſus *Merc.* cum quo conſpirat *de Pined. Simplex et germanus ſenſus eſt, in regione ſublunari et aetherea, quam*

occultata. *vſ.* 22. Perditio et Mors dicunt; auribus noſtris audiuimus auditionem eius. *vſ.* 23. Deus intelligit viam

peruagantur, nusquam inueniri ſapientiam, vt cuius Origo ſupercoeleſtis. Vauaſſ. VII. *Ne aues quidem, volatu petentes altiſſima loca, ex quo plurima circumſpiciant, deprehendant eam, et obſeruent.* Si ad *literam*, vereor ne argutum magis, quam ſolidum quid, extuliſſe videatur Noſter; quis enim vel ſuſpicetur *Aues ſedem ſapientiae forte noſcitare.* Haereo interim, nec quid ſequar, ſatis diſpicio. Totam *literam* deſerere, vix tutum: ei ſoli inhaerere, nimis dilutum. Videamus ergo VIII. an *cinnus* ſatis aptus ex geminato adſpectu conflari queat. *Omne viuum*, eſto, *quicquid animantium in terris verſatur:* item, *volucris Coelorum, quicquid aethereas domos ſublimi volatu circumluſtrat.* Habes *incolas*, vt ſic dicam, *inferiorum*, et *ſuperiorum ſedium;* prior claſſis complectitur et *bruta*, et *homines ratione praeditos*, etiam *ſubtiliſſimos* illos, et *viuidiſſimos*, quorum *ingenio nihil* videtur *imperuium:* poſterior, *Alites* omne genus, et eorum Emblemate appoſitiſſime hic repraeſentatos *Coeleſtes Spiritus. Ab* horum *omnium oculis obſignata* et *obuelata* dicitur החכמה *ſapientia*, quatenus in ſe ſpectatur vt *Archetypon omnis perfectionis*, cuius *vi* et *efficacia* vniuerſitas rerum e Nihilo educta, *ſubſiſtit* atque etiamnum *ſuſtinetur.* Id patet ex *vſ.* 23. 24. 25. 26. et *vſ.* 27. preſſius adſtringetur. Cl. *Cocc.* ex parte noſter; diſtinguens *inter Sapientiam quae eſt Exemplar et Finis; et eam quae eſt Vmbra et medium. Illam eſſe apud Deum, quin* ipſum *Deum, ac* proin *ſoli Deo notam. Hanc a Deo in nobis, vt Sapientiae illius radium.* Noſtri quoque ſunt, qui *Angelis* ipſis hanc *Sapientiam* detrahi ſtatuerunt. Contra nititur Cl. *Schmd.* hoc argumento, *Noſtrum loqui de Sapientia quae etiam cadit in homines*, nempe *Timore Domini;* ergo *magis adhuc in Angelos* Sed facile videre eſt, aliam eſſe faciem *Sapientiae* homini a Deo commendatae, aliam, cuius *poſſeſſor* ſolus Deus; ad quam nulla ſcilicet acies creata penetrare queat. Haec eſt illa *Sapientia*, de qua *Cap.* 12, 13. magnifice Noſter, quamque comitantur, et ſtipant, *potentia, conſilium, prudentia, gloria*, et חרשיה *ſolidiſſima* et *exactiſſima ratio vſ.* 16. *ibid.* Monuimus ad iſtum contextum, *ſcintillas* et *radiolos* harum rerum *lucere in Creaturis, ipſum Fontem eſſe penes Deum*, quo *clauſo*, omnis *perfectio creaturae obſcuretur*, et *extinguatur.* Inde hicce tandem ſenſus emergit, *Sapientiam quae ſit omnium rerum cauſa, norma, ratio exactiſſima*, tanquam *ſigillo praecluſam eſſe omnibus Creaturis, infimis, mediis, ſummis*, tum quae *in terris*, tum quae *in coelis* verſantur. Hoc verum *primo* in *beſtiis* et *volucribus*, quibus quamuis a Deo tributa ſit incredibilis quaedam vis, et ſagacitas, circa ea quae ad eorum conſeruationem ſpectant, etiam ſupra ipſos homines, *Cauſas* tamen *rerum* et *naturas* ignorant Idem quoque verum in *Hominibus* et *Angelis*, qui quantumuis lumine *rationis*, et *intelligentiae* ſublimioris gaudeant, atque in Naturis rerum vel contemplandis, vel veſtigandis, excellant, tamen *ad* earum *interiorem*, et

omni-

omnibus numeris absolutam rationem, sese penetrare nequeant, sed tum *opera*, tum *vias* Dei, *obuelatis* quasi *vultibus* adorare cogantur; quippe qui minimis quoque rebus characterem impresserit Infinitatis, quae nonnisi ab Ente infinito possit comprehendi. Hoc *Scopum*, quem supra praefixi, recta ferit, atque *vias* Dei *celsiores* esse insinuat, quam vt earum incomprehensibilem sublimitatem metiri conemur; quippe quod nihil aliud esset quam pugillo suo Oceanum, aut vlna Coelum, velle complecti. Si interim IX *Angelos* huc non insertandos esse iudicaretur, *Ales Coelorum* referri posset ad *Homines excellentissimis facultatibus praeditos*, tum *ad Naturae arcana inuestigandum*, tum *ad subtilissime* ex eius principiis *ratiocinandum*; vt quasi *Aquilae sublimi volatu efferri* videantur, ad *Coelum* et *terras* perlustrandum. Vniformior sic forte erit totus contextus, in quo *omnis viuens* et *Bestias*, et *Homines vulgares*, designabit: *Ales Coelorum* autem, cum *Aquilas altiuolantes*, tum *ingenia Aquilina*, quibus *principatus sagacitatis* cuncta *perneestigantis* defertur.

vs. 22. Grande Schema; profundus sensus. Acute cogitatum quid exhibet *Episc. Elienf. Mors optima est informatrix, et sepulcrum vnicus locus, vbi aliquid de ea* sapientia *discere nobis liceat. Sed omne illud quod nobis haec duo narrare possunt* (*quod tantum a plena enarratione abest, quantum rumor a certa cognitione*) *est, breui omnes ad aequalem conditionem* mortis *fore redigendos; quando sane non magni fuerit momenti, felicesne fuerimus, an infelices.* Haec in se spectata, pulcherrima: sed seriei minus apta; nec ad praesentem *Iobi* adfectum. Est et hoc probe notandum, formulam *Auribus nostris audiuimus auditionem eius*, non *minuere*, sed *augere*, et *distinctam* potius *perceptionem* inferre. Illuc certe tendunt loca *Iob.* 42, 5. et *Ps* 18, 45. et *Esai.* 66, 19. *Nah.* 3, 19. *Hab.* 3, 1. Adde *Ios.* 9, 9. vbi non sane *tenuis auditio*, quamuis *e longinquo ad aures allapsa*, sed *fortiter feriens*, ac *terrorem incutiens*. Item *Ios.* 6, 29. *Ier.* 6, 24. et 50, 43. Ad eam rationem grauissime et heic: *Perditio et Mors dicunt, Auribus nostris intonuit, atque etiamnum intonat, eius imperiosa, et potentissima vox, ex immenso interuallo ad nos allapsa, qua sentimus, experimur, scimus, Sapientiam habitare in Excelsis, eamque possideri ab Eo qui in Aeternitate residet, aeternus ipse et infinitus.* Secundum hunc adspectum *Perditio* et *Mors* introducuntur vt *personae Auribus* et *Lingua praeditae*; quae et sciant vbi habitet *Sapientia*, et Eius *sedem* ac *Fontem* homini indicare queant, si modo has *Duces* et *Doctores* non recusset. Hanc sublimem *Prosopopoeiam* nunc a Nostro conceptam, dubitare nequeo: sed ambiguus adhuc sum quid per *Abaddon* et *Maueth* intelligendum habeam. *Nihilum* et *Materia informis*, 1. praebent quidem contemplationem plane admirabilem, quatenus ab iis tunc *Sapientiae* summae *vox audita*, quum *Deus vocaret ea quae non sunt, ac si essent*: sed cum subtilius est, tum audacius, *Abaddon* conuertere in *Nihilum*, et *Spacia imaginaria*, quae Docto *Italo* eleganter *Immensi Campi del Nulla*. Quod *Ill. Grot.* 2. conuenientius ad naturam vocum dedit, *quod omnes res compositae in sua principia redeunt, ingens est Sapientiae*

diuinae testimonium, est quidem aliquid, sed granditatem huius *Prosopopoeiae* non explet. Dicamus ergo 3. *Perditionem* et *Mortem* esse id quod vocabula ista suo sono adferunt, *destructionem* et *dissolutionem* rerum tum *animatarum*, tum *inanimatarum*, quae arguit, eas omnes non *a se* esse, sed ab *Alio*, *e Nihilo* iussu Omnipotentis *euocatas*, atque a nutu et Numine Eius ita dependentes, vt ne ad momentum quidem *durare* ac *subsistere* valeant, Deo manum sustentatricem subducente, ac spiritum vitae retrahente. Hoc pacto reuera *Perditio* et *Mors* testimonium publicum ferunt, et alta voce clamant, penes *Deum tremendam* esse *Maiestatem*, Eique soli *Sapientiam essentialem* competere, quae vt *infinita*, ita a *finitis creaturis* ne *concipi* quidem, nedum *capi* queat. Sequentia hunc adspectum vnice commendant. Non possum tamen quin locum concedam sensui haud inconcinno, quem *Syrus* et *Arabs* amplexi, cum propiore nexu *vs.* seq. vbi *Perditionem* et *Mortem* adhuc *loquentes* concipiunt, et *profitentes*, Deum *ipsis notam fecisse viam sapientiae* etc. Et his Interpretibus formula *Auribus audiuimus auditionem*, non *ninuit*, nec *negat*, sed disertim *confirmat*, atque *Diuinitus* illas *edoctas* insinuat, *vbi* et *quid* sit *Sapientia*, ad eam Hominibus demonstrandam, et commendandam. Si *Sapientia vs.* 20. sit *vna eademque* cum *Timore Domini vs.* 28 nil rotundius, aut grandius, dari posse existimem; siue *Perditionem* et *Mortem* sumamus, de *Dissolutione animae* et *corporis*, cum *putrefactione* in *sepulcro:* siue etiam *mortis aeternae horrores* simul assumamus: vtrumque nempe tremendam penes Deum Maiestatem esse clamans, Eius religiosum metum cunctis incutit et insculpit. Quomodo ad hunc sensum sequentia disponenda essent, sigillatim indicabitur.

vs. 23. Ad mentem istam *Syri* et *Arabis* I. continuatur *concio*, vt sic dicam, *poenitentialis Perditionis* et *Mortis*, significantium Deum *ipsis notam feciisse viam sapientiae*, quippe qui solus *Locum* eius *noscitet*, atque *indicare queat*. In הבין pro *declarare*, *notum facere*, nihil duri, vel inusitati: sed לנו addendum fuisset, ad hunc sensum constituendum. Ellipsis interim tolerari posset, si cetera hunc nexum postularent. Etiam ex *Hebraeis* et *Christianis* nonnulli II. paulo aliter continuant, vt *Perditio* et *Mors* testentur, *Solum Deum intelligere viam Sapientiae* etc. Doct. *Merc.* III. mauult esse *subiectionem*, qua ipse *Iobus* subdat mox, *Solum Deum intelligere viam* et *rationem Sapientiae:* vel *viam qua ad eam peruueniatur;* quippe quae *penes ipsummet residet*, atque *in Ipsius mente inueniatur*. Addit, *Non quod non in hominibus etiam inueniatur*, *sed quod neget natura in illis inueniri* etc. *Ex gratia videlicet est*, *non ex natura*, *et de ea quantum vult*, *et quibus vult*, *distribuit*, *atque communicat*. Monet quoque, quosdam *Hebraeos* pro הבין legisse הכין *Deus aptauit viam eius*. Nempe absonum videbatur, *Sapientiam* quodammodo poni *extra Deum*, si dicatur *Viam ad Eam intelligere*, *et eius Locum nouisse*. Hoc etiam *Mercerum* mouit, vt דרך *viam* per *rationem* exponeret primo. Secundum tamen haud dubie rectius, quia *via*, et *Locus*, sibi inuicem respondent. Hoc interim plus difficultatis trahit, quam vulgo sentitur;

viam eius; et Ille nouit locum eius. *vſ.* 24. Nam ille ad fines terrae aciem vibrat; quod ſub vniuerſo coelo videt. *vſ.* 25. Quum faceret vento Libramentum; et aquas appenderet

tur; et Cl. *Schmidium* pertraxit ad interpretamentum valde frigidum, *intelligit viam* et *noſcit locum eius*, *ad dandum eam hominibus*. Contendit nimirum agi de *communicata ſapientia*, ſenſumque ita conſtituit: *Solus Deus intelligit qua via homines ad Sapientiam peruenire poſſint, et vbi illam inueniant. Via autem illa eſt, vt accedatur ad Deum, apud quem eſt Sapientia.* Scopus non recte fixus, irritum parit iactum. Vir Doctus ait *Iobum* oſtendere, *ſe ad impietatem prolabi nec debere, nec velle: quia ſola pietas vera ſapientia.* Si hoc verum, iam nimis Rhetoricatus fuerit Noſter, qui *pietatis* ſibi *ſuae* conſcius vtique, non dixiſſet, *Sapientiam in hoc Mundo nuſpiam reperiri*, et *aditum ad eam omni viuenti praecluſum.* Vt aliquid lucis IV. infundam loco, qui quamuis *lucere* videatur, reuera *obſcurus*, obſeruo, omnino continuandam *Proſopopoeiam* inſignem *vſ.* praec. ſusceptam *praeter* omnem *expectationem*, et ſingulari plane, ac *paradoxo* quaſi, *Schemate*, non tam cito poſſe finiri, quaſi vel per *ſubiectionem* vt *Merc.* vel per *concluſionem*, vt *Schmid.* volebat, plenius *edoceatur*, quod *Perditio* et *Mors docere* non poterant; vt pote ad quas *vix tenuis famae aura*, de ſapientia, *eſſet perlapſa.* Imo vero *Perditio* et *Mors* hic tum *bene inſtructae*, tum *inſtruentes*, et *docentes* inducuntur; earumque *Sermo* ad finem vsque Capitis propagatur. Hae iam *Monitrices* mortalium, figura decentiſſima, *Sapientiam* quoque *perſona* conueſtiunt, eique *Locum* et *Sedem* aſſignant, vbi *ſuis opibus beata Domina habitet.* Quum autem *Deus* dicitur *intelligere viam Eius*, i. e. *aditum* et *acceſſum ad eam*; et *noſſe Locum vbi diuerſetur*, per משׁל *figuratam orationem*, more Orientalium, inſinuatur, *Solum Deum poſſeſſorem eſſe Sapientiae, neque eam a quoquam alio attingi*, nedum *capi*, ac *poſſideri.* Vides *Sapientiam* non eſſe *pietatem* illam, pro qua tendebat *Schmid.* ſed eſſe eam, quam *Deus Triunus* poſſidet, *ſupremam Sapientiam*, cuius *ſcintillae*, et *radioli*, tantum, ab *intelligentiſſimis creaturarum, ad menſuram gratiae, virtutis*, et *perfectionis*, ipſis impertitae, *capi*, et *poſſideri* queant.

vſ. 24. Ad rationes *Syri* et *Arabis Perditio* et *Mors* pergunt, et indicant, Deo in facili fuiſſe, et *cognoſcere Locum Sapientiae*, et *notam facere ipſis viam eius*; eo quod *oculus* eius *terras* et *coelos circumluſtret.* Id iam paulo coactius, ſi *ſapientia* hic ſit *Timor Domini.* Quid nobis ſedeat iam ex parte indicatum. *Proſopopoeiam* omnino retinendam duco. Inducitur autem Deus, non indecenter, a *duabus Magiſtris* hiſce, *Perditione*, et *Morte*, tanquam *fulmineo* ſimul et *immenſo oculo praeditus*, ac *proinde ſolus aptus*, venia ſit phraſi, *ad Sapientiam cum inueniendam in ſua ſede, tum comprehendendam, et pro legitimo peculio ſibi vindicandam.* Abſonum dices, *Sapientiam a Deo inueniri, et occupari, quum in ipſo reſideat,*

et

et ex ipso emanare debeat, tanquam perenni eius fonte. Esset sane, nisi משל *figurata oratio* tales fictiones captaret, et quiuis styli illius non ignarus, statim sentiret quorsum haec tendant. *Illustri* nempe *Schemate* sic pingitur, et sub conspectu, etiam rudissimorum, ponitur, *Deum esse infinitum, cuius oculus coelis ipsis patentior*, et *ictu fulmineo potentior, cuncta simul et semel comprehendat: ac proinde Eum solum Sapientiae capacem; quippe quae absoluta et perfecta esse nequeat, nisi omnia quaecumque sunt, fuerunt, erunt, clarissimo in lumine collocata patescant, atque vno simplicissimo actu Intuitionis praesentia sistantur.* Huc facit verbum יביט, quod cum יראה coniungendum, vt ad vtrumque membrum vis vtriusque pertineat, in hunc sensum, *nam ipse vibrantissima*, siue *intentissima, acie, Coelum, simul et terras*, vno quasi nictu, nunquam conniuo, aut remisso, *circumlustrat*· הביט proprie *tremulum vibrare*, *vibrantem* oculi *aciem intendere*, ἀτενίζειν, vnde יביט יראה ἀτενίζει ὄρᾳ, quam structuram dabit *Ps.* 22, 18.

vs. 25. Magis hiare incipit quod *Syrus* et *Arabs* secuti, vertentes, بحكم *qui fecit*, الذي جعل etc. Cl. *Schmid.* etiam non sine hiatu, *vt faciat vento pondus, et* vt *aquas disponat mensura.* Consimiliter *Merc.* dat, *Ad faciendum*, siue *vt faciat vento pondus* etc. alium tamen sequens nexum: *Quum ventus et aër sit leuissimus, et omni pondere careat, Deus tamen illi pondus facit, quum suum vento cuique modum et rationem praescribit, quo tempore, et quo velut pondere*, i. e. *qua vehementia et impetu spiret* etc. Haec ita ligat: *Pergit ostendere Deum in prima rerum creatione omnia fecisse summa Sapientia, vt non in alio quam in Ipso sit quaerenda.* Posteriora haec a *Scopo* non abeunt: in prioribus *Philosophia* non agnosceret amplius *aërem omni pondere carentem.* Cl. *Cocc.* ad rem: *Flagellari aërem, et in hanc illamue partem, pro ratione temporum, et animalium vsu, continuis ictibus impelli, leuius, grauiusque, incumbere, certis per annum varietatibus regi, nonne Sapientiae artificium est?* Eadem ratione Doct. *Belg. Patric. Crinsoz. Scheuchz.* qui praesertim conferendus, ad משקל *libratissimam* illam *rationem venti*, quam Deus omnibus terris pro situ, et conditione sua, assignauit, accuratius percipiendam. Cl. *Schmid.* id sequens quod in *Merceri* expositione supra tetigimus vtj minus exactum, *vento pondus factum* dici putat, eo respectu, *quod rebus incumbat quasi, tanquam pondus, et arbores ac plantas incuruet* etc. Ita quidem *Plin.* L. 2, 48. dixit, *ventos maiore pondere incursuque illatos, si late siccam nubem ruperint, procellam gignere, quae Ecnephias Graecis.* Sed facile apparet Nostrum omnes omnino *ventos, maximos, minimos*, complexum; ac proinde nihil aliud quam *elibratissima ratio* eorum hic attendi potest. Necdum interim discussum, quo *nexu* subditum illud לעשות, sitne *vt faceret*, vel *quum faceret*, cum reflexu ad *primam creationem* vt *Merc. Belg.* etc. an potius *vt faciat*, ad *gubernationem* cum *creatione* includendam, quod vrguet Cl. *Schmid.* et *Cocceio* quoque placitum. Mihi *Quum faceret*, seriei, et *schemati* simul, accommodatius videtur; nam ad *primam creationem* adscendi, patet ex *vs.* 27.

vbi

deret ad dimensionem. *vs.* 26. Quum faceret pluuiae statutum; et viam coruscationi tonitruorum. *vs.* 27. Tunc vidit

vbi Cl. *Schmid.* ad suam illam rationem τὸ אז *Tunc*, nec non reliqua verba, dilutissime exponere coactus fuit. Ex nostra mente repraesentatur *Deus* solus *idoneus Sapientiae possessor* per *Prosopopoeiam* continuatam, vt *Qui* in *Creatione Mundi* ostenderit *se habere oculum omnia simul et semel contuentem, atque infinita penetratione pollentem, ventos exactissima ratione elibrando, et aquas ad mensuram appendendo; iis legibus et regulis motuum ordinatis, quas ne tantillum quidem egredi valeant.* Non excludo ergo *Gubernationem*, sed *Creationi* principem locum assigno, atque agi existimo de *Sapientissimis* illis, et omnem *captum humanum transscendentibus regulis motus*, secundum quas ipsi quoque *venti*, *aquae*, *imbres*, *fulmina*, *ire* coguntur. Haec qui praestare potuit, ille demonstrauit, se *scire* vbi *habitet Sapientia*, omnemque eius *vim*, et *efficaciam incorruptibilem*, infinita mente esse complexum: de quo ad *vs.* 27. plura.

Ibid. Verbulum debetur postremae phrasi, exquisitissimae sane, et ex intimo Naturae sinu depromtae: *Aquas appendere mensura.* Ita *Merc. Cocc.* etc. Miratur *Schmid.* et praefert *aptare, disponere*; quod מדה *mensura* sit adiecta. Exiguum discrimen dices; sed est grandius, quam prima fronte apparet. Si *Schmid.* sequare, simplicem habes *figuram*, qua *Aquae*, *Maria*, *Flumina*, *Fontes*, intra certam *mensuram* dicuntur *fluere*, quam ipsis *admensus* Deus. Si *Merc.* et *Cocc.* geminata existet figura, quae simul *Librationem exactissimam* inferat, qua aquarum infinita illa vis, et moles, constantissime *Aequilibrium* suum seruat, ad *Legem altitudinis* omnem suum motum, fluxumque, conformare coacta. חכן pro *Librare* nollem in dubium reuocasset Vir Doctus. Speciatim est *exigere* et *examinare ad libellam*; vnde *Ps.* 75, 4. *Ego* תכנתי *libraui, ad libellam exegi, columnas eius.* Huc respici, subtilissime coniectum ab Eximio Philosopho in *Contempl. Mund.* pag. 819. 820. vbi etiam obseruat מדה *mensuram* aliquando notare *altitudinem.* Vt hoc ipsum clarius euadat, moneo מדד proprie esse *tendit, extendit in longum, latum*, et *profundum.* Inde transfertur non ad *mensurationes liquidorum*, sed ad *dimensiones corporum* triplici hoc respectu. Admirabili ergo venustate, et luce, figuratum, *Librare aquas dimensione illa triplici, ad omnem proportionem aequilibrii, quam semper et vbique obseruare coguntur.*

vs. 26. Paucis. חק *statutum datum pluuiae*, haud dubie est *Lex*, et *Modus*, quem egredi nequeant *aquae Coelestes.* Concinne *Cocc. Pluuias vel pfecade rorare, vel guttis stillare, vel imbre fundi, cuius aquilegis ingenium, nisi Diuinae rationis est?* Habes sub conspectu, quae hic dici, vel cogitari, possunt. Sequens חזיז aliis sonat *nubem*, aliis *nimbum*, vel *procellam*, aliis *fulgur.* Teneo, quod ad *Cap.* 38, 25. olim dedi, esse *fulgur coruscum, et crenatim* quasi *incisum*, ex حز. *Origines* id firmabunt. *Asyndeton*, quo

vidit eam, et recensuit eam; consummauit eam, atque etiam perueſtigauit eam. *vſ.* 28. Et dixit homini, en timor Domini Sapientia; et recedere a malo prudentia.

CAPVT

quo nonnulli volunt, *viam fulgetro, tonitrais*, haud placet. Rectius plerique *coruſcationi*, vel *fulguri tonitruorum*. Intelligeſis *quod ignium tonitrua comitari; interque Nubes cum fragore colliſas, elidi* ſolet: *via* profecto *libratiſſima* item, atque ad *Regulas motus*, in *Elemento* omnium *rapidiſſimo*, exacte conformata. Reliquam Lampada *Philoſophis* trado.

vſ. 27. Inſignis *Apodoſis*, et concluſio, ad ſuperiora. Ex mente *Syri* et *Arabis* qui duas *Magiſtras* ex *vſ.* 22. adhuc loquentes concipiunt, *Deus Sapientiam vidit, declarauit, conſtituit*, et *inueſtigauit, orbem terrarum* condens, quum ſimul *conſtituit*, atque *Homini edixit, Timorem Domini Humanae Sapientiae* eſſe *ſummam*. Habet, quod prima fronte blandiri queat. Simile quid exhibet *de Pined.* ſed paulo confuſius: *Cum certis Legibus vniuerſitatem creaturarum a ſe conditam conſtringeret Deus, in eam potiſſimum Sapientiam et Legem reſpiciebat, qua hominem eſſet gubernaturus, et quam oportebat hominem ſeruare* etc. Noſtra ratio, quam vniuerſum Schema mihi ſimpliciter ſubiicit, ſic habet *Perditionem* et *Mortem*, ex *Perſonarum* illa *fictione*, quam ad finem vsque pertexi diximus, teſtari, *Numen* illud *Tremendum*, quod *ex Nihilo omnia producere valuit, atque etiamnum ſuſtinet, ac gubernat ſapientiſſime, ſolum capax repertum, quod et Sapientiam incorruptibilem in ſua ſede oculo inconniuo intueretur, et omnem eius vim, atque efficaciam immenſitate ſua complecteretur*. Recorderis velim, eſſe משׁל *parabolicam repraeſentationem*, per quam, ad genium Orientis, ſumma venuſtate ob oculos ponitur, vt iam aliquoties inſinuatum, *Sapientiam ſolidam non niſi abſoluto rerum Domino, et Creatori, conuenire*. Ad ſingula verba paucis. 1. *Vidit eam*, eſt, praeter alia, quae omitto, *Eius pulcherrimam faciem ſolus videre valuit*. 2. *Recenſuit eam*, commodius, quam *enarrauit*, vel quam, cum Hebraeis, *deſcripſit eam* בספר *in Libro*, quod nimis argutum. *Recenſuiſſe* autem dicitur Deus *Sapientiam*, tunc quum Orbem conderet, quod omnes *numeros, rationes*, et *ſummas ſummarum* Eius, *numeratiſſimas ſibi eſſe* eo ipſo oſtenderit. 3. *Aptauit eam*, rectius putem ἠκρίβωσε αὐτὴν *accuratiſſime inquiſiuit*, vel *perquiſiuit eam*, vt 1 *Sam.* 23, 22. Poſſis quoque, *exactiſſimam* et *ſolidiſſimam* eius *ſummam ſubduxit*. 4. Denique, *perſcrutatus eſt eam*, valet, *eius abditiſſimos* et *profundiſſimos ſinus pertentauit. Immenſitatem Sapientiae immenſus aequauit*. Laudandus mihi Doct. *Crinſoz.* qui ad hanc ferme rationem feliciter et rotunde dedit, *Tunc Sapientia praeſens eſt oculis Eius; diuerſos eius calculos cernit; eosdem inter ſe comparat; eandemque ſequitur in combinationibus ſuis, et profundiſſimis intentionibus*. Muta *praeſens* in *praeteritum*, et habebis quod *Schemati* noſtro examuſſim reſpondeat.

vſ. 28.

CAPVT XXIX.

Verſ. 1. Et perrexit Iobus victricem ſuam tollere ſententiam, dixitque. *vſ.* 2. Quis dabit me, ſecundum menſes

vſ. 28. Ad calculum *Syri* et *Arabis* I. iam tandem ediſſeritur quaenam ſit illa *pulcherrima* et *pretioſiſſima rerum*, illa *admirabilis Sapientia*, nempe *Timor Domini*. Doct. *de Pined.* cum ſuperioribus hoc ipſum ita contexuit; *Non exigit Deus ab homine, vt vel terras peruagetur, vel maria tranſcurrat, vel reconditos ſinus eorum penetret, ſi diteſcere velit opibus Sapientiae; ſed tantum, vt quam ille commonſtrat Sapientiam, amet, et Numen cognitum veneretur, ac colat.* Laudat *nexum Vatabli*, illud *Et dixit*, ſic aptantis, *Dum haec faceret Deus viſus eſt quaſi dicere homini, quid eſſet vera Sapientia, videl. Cuſtodia Diuinae legis.* Noſtra ratio ſic ſimpliciſſime habet, *Perditionem* et *Mortem* grauiter introduci tanquam duas *Monitrices*, quae *mortalibus* inculcent, Deum qui *abſolutam, omnibusque numeris perfectam, Sapientiam, a ſe* ſolo *comprehendi* demonſtrauit in operibus Naturae, in quibus Diuina plane vis, et *immenſitatis viſibilis*, vt ſic dicam, *ſpecies elucet*, ſimul *oſtendiſſe* Homini, ac velut *clara*, et *ſonora, voce edixiſſe*, *Sapientiam* omnem, ad quam *Creatura adſpirare*, et *peruenire*, poſſit, ſitam eſſe in *Reuerentia Domini:* ſecundum illam *Gnomen* Scholae Coeleſtis, ראשית חכמה *Initium Sapientiae*, imo vero, *princeps pars, et vis, Sapientiae, eiusque eminens culmen*, eſt, *Timor Iehouae.* Verum. Quam magis quis colluſtratur lumine Dei, et *Sapientiae Coeleſtis* ſit particeps, tam magis ſubſidit in profundiſſimam *Numinis ſapientiſſimi* venerationem, et adorationem, agnoſcens apud ſe nihil aliud eſſe, quam guttulam ex immenſo Oceano, aut radiolum a Patre luminum ſecum communicatum. Habes, quod ad *vſ.* 1. inſinuatum, *pietatem, eſſe ſummam Sapientiae*, et *principium feliciter viuendi* ac *moriendi.* Hanc vnam felicitatis viam *Homini* a Deo datam, commendatamque, appoſitiſſime teſtantur *Perditio* et *Mors;* quod ea deſerta, vel neglecta, neceſſario ad *Perditionem* et *mortem aeternam* deueniatur, vt qui *Sapientiſſimus* ſibi videbatur, tandem reperiatur *ſtultiſſimus.* Haec proſequi, atque ex *rationis*, et *reuelationis*, lumine vlterius demonſtrare, ſibi quisque poterit; nemini enim non *dictum*, *edictum*, *inculcatum* Diuinitus, atque vel *ex ſenſu Mortalitatis ſuae* penitiſſime *inſculptum*, *Timor Domini*, *Hominis Sapientia*, *et recedere a malo*, *illa* demum vera, et ſalutaris, *Intelligentia.*

Verſ. 1. Dubitari nequit, quin ad finem perducta ſuperiori Oratione, *Iobus* interquieuerit aliquantum, viſurus num quis denuo in aciem cum ipſo deſcendere ſuſtineret. Quum nihil a parte Sociorum, quamcumque tandem ob cauſam, moueretur, Victorem ſeſe iterato inferens Vir Sanctiſſimus, Epinicium, vt ſic dicam, canit, atque omnes praegreſſas Actiones, conteſtationes, querimonias, legitimas fuiſſe, demonſtrare nititur. Eum in finem enarrare incipit ſingulares plane benedictiones, olim Diui-

menſes antiquos! ſecundum dies *quibus* Numen me cuſtodiebat! *vſ.* 3. Quum ſplenderet iſta Eius Lucerna ſuper caput

Diuinitus in ſe collatas, atque congeſtas, tanquam in Virum Dei, et Iuſtitiae, ac Religionis, ſtrenuiſſimum Defenſorem, cum ampliſſima ſpe, et fundatiſſima fiducia, eas vsque et vsque cumulandas fore. Has tamen omnes, qua res, qua ſpes, ita nunc ſibi in perpetuum ademtas, vt ignominiam, et Maledictionem, cumulatiſſimam, tum ab hominibus, tum a Deo ipſo, experiri cogatur, haud ſecus ac ſceleroniſſimus mortalium, quum tamen *innocentiae*, et *virtutis conſummatiſſimae*, teſtes, Deum ſimul, hominesque, habeat; et ad geminum hocce teſtimonium praeclariſſima cum conſcientia prouocare poſſit, et auſit. Quantum lucis nobis ex *Scopo Iobi* ſic conſtituto adfulſurum ſit, deinceps pateſcet. De phraſi *Tollere ſententiam*, quatenus *victricem cauſam* infert, redeatur ad *Cap.* 27, 1.

vſ 2. *Piſc.* cenſet, *Iobum crimine impatientiae ſemet purgare voluiſſe, depingendo ex quanta gloria* et *felicitate*, *ad quantam ignominiam* et *calamitatem detruſus eſſet, citra culpam aut noxam; ac proinde mirum non eſſe ſi toties in acerbiſſimas eruperit querelas de ſua ſorte.* Id *Adfectui Iobi* rite reſpondere, quiuis ſentit. Eſt *votum* hocce *indignantis* quaſi, atque *iniuriam* ſibi *factam teſtantis.* Dices *indecens*, et *arrogans* nimis. Videtur, ſed non eſt; ſi attendas ad *perſonam* quam Noſter vniuerſa hac diſputatione ſuſtinuit, *Iuſtum* ſeſe, et *Sanctum*, et *Dei reuerentiſſimum* non ferens, ſed vincens. Hoc qui euicit, decentiſſime exclamat, *Quis dabit, quis praeſtabit, quis efficiet me, vt ſim ſecundum menſes antiquos*, mihi immerenti ereptos. Inſtas, ſic *liberrimae* Dei *gratiae* derogari. Bene inſtas, ſed ſimul confirmas expoſitionem noſtram, quae bona non eſſet, niſi aliquid ei ſubeſſet, in quo *modum exceſſiſſe* Noſter reperiatur; vt merito ei ſuccenſere potuerit *Elihu*, quod *in oculis ſuis Iuſtus eſſet, Cap.* 32, 1. Ad Linguae vim obiter notetur, nimis quaeſitam eſſe, et duram, conſtructionem *Iun.* et *Trem. O ſi quis daret mihi* vt *tanquam menſibus praecedentibus, tanquam diebus* praecedentibus, *Deus conſeruaret me.* Torſit eos כימי in *regimine* poſitum, quaſi vox קדם repetenda foret. Rectius ſuppletur *Relatiuum* אשר, quod ſaepe praecedenti voci addere *formam conſtructam* notum. Poſſis et arctius, vt *Deus cuſtodiebat me*, deſignet *ſtatum illum vitae, in quo cuſtodiam Dei ſigularem plane expertus fuerat*, cui ימי in *form. conſtr.* eleganter praemittitur; vt in illo אחרי לא יועילו הלכו *poſt non proſunt ambulant Ier.* 2. etc. Id eodem redit. In verbo ישמרני *cuſtodiebat me*, attenditur vel *cura paſtoris*, vel *vigilia excubitoris*, aut *praeſidariae ſtationis.* Confer φρουρεῖσθαι 1 *Petr.* 1, 5. In voce קדם *Poëticam Hyperbolen* indicauit Cl. *Guſſ.* qua *proſperitas amiſſa* proponatur *vt remota multis ſeculis.* Reuera קדם *longum olim, ſecula*, atque adeo *Aeternitatem antegreſſam* ſignat; eandemque vim apud *Arabes* conſtanter obtinet قديم, vnde

caput meum: ad Lucem eius tenebras perambularem. *vſ.* 4. Qualis extiti in diebus Autumnitatis meae; quum Arcanum

vnde قُدْمًا, *olim, antiquiſſimis temporibus, ante longa ſecula.* Videri poſſet nimium, ſed attende 1. *Miſeros* hic loqui ſolere, quibus *dies* velut *anni*, et *anni* tanquam *ſecula.* 2. Adflictiones *Iobi* vt grauiſſimas, ita *in longum tempus protractas* fuiſſe; ſub iisque non *dies*, non *menſes*, ſed *annos* veriſimiliter ab eo exactos. 3. Eadem formula dolenter ſignificari, *cum memoria priſcae felicitatis, ſpem eiusdem recuperandae abiiſſe.*

vſ. 3. Omnia lucida. Ambigitur tantum ad הִרּוֹ, ſitne *intranſitiv.* et *kal*, cum pleonasmo *adf. Quum ſplendeſceret illa Lucerna eius* etc. an *tranſitiv.* ex *Hiph.* per *contractionem* pro הֵהִרּוֹ *Quum ſplendere faceret etc.* Poſterius tenent *Merc. Cocc.* omnes fere; etiam *Schmid.* duplicem dans rationem. 1. quia verbum in *kal* nuſpiam pro *ſplendere* extat: 2. quia ſaepe verba *imperfecta med. rad.* in *Hiph. He* abiiciunt. Nos nullum *Hiphyl* ſine *He* agnoſcimus, et ריב aliaque, nobis purum putum *kal.* Prius, nimis anxium. Apud *Arabes* هَلَّ in *kal* conſtanter *intranſitiue ſplenduit; emicuit laetius* etc. Niſi ergo ſtatuas הלל in *kal* quoque *tranſitiuam vim* tenuiſſe, nihil effeceris. Ea quidem paulo molliorem facit ſtructuram; ſed *intranſitiua* notio mihi grandius quid et ſonantius nunc ferre videtur, per illum *Pleonasmum*, tam tritum in Sacris, vt adhaereſci non debuiſſet. Vide modo *Num.* 23, 22. et quae Cl. *de Dieu* ad *Eſt.* 7, 5. Figura *Lucernae ſuper capite pendentis* quaſi, illuſtrata ad *Cap.* 18, 6. *Lucerna* autem *ſuper capite reſplendens* hic non ſolum figuram praebere videtur *ſingularis proſperitatis*, et *benedictionis*, quae Noſtrum *vbique comitata fuerit*, ſed etiam *illuminationis extraordinariae*, et *collaſtrationis Coeleſtis*, quae Ipſum *effecerit Virum Dei dictis* et *factis potentem.* Huc facit *Emphaticus Pleonasmus*, de quo ante. Eodem quoque vocat formula poſtrema, *Ad lucem eius perambulabam tenebras.* Non quadrant *pericula*, et *calamitates*, in quas implicitus fuerit Noſter, niſi cum Cl. *Cocc.* generatim ſic explices; *Homo naturaliter caecus eſt, et in tenebris verſatur; improuidus futurorum: accedunt caſus, et pericula quotidiana. Illuminationis Diuinae eſt, actiones regi in bonum, conſilia euentibus ſecundari, pericula ſoſpitem exire.* Eo collineauit et *Olympiodorus*, per *tenebras* intelligens *caecos vitae fluctus, quibus iactatus, ad Diuinam legem reſpiciat, vt illo velut ſidere, ac Cynoſura, directus iter ſuum conficiat.* Doct. *de Pined.* plenius, *Diuina lux disiiciebat omnes tenebras, ne vnquam illas ſentirem; ſed laetus, alacerque, pergerem; nullis difficultatibus impeditus, et vndiquaque felix.* Id vere eſt, *ad lucem Dei perambulare tenebras.* Non omittenda interim videtur *Prophetica* illa *illuminatio*, et *gratia*, qua pro aliis quoque *Tenebras diſcutere, Ducemque fidiſſimum* ſe *in rebus* maxime *dubiis* praeſtare ſolebat.

vſ. 4. Huc manifeſto vocat *Secretum Dei ſuper tabernaculo.* Poſterius illud prius expediemus, quod inde lux ad primum quoque Colon, magna obſcuritate inuolutum, reditura ſit. Nonnulli *Hebraeorum* per סוד *Arcanum Dei* intelligunt *Angelos comites*, et *ſtipatores piorum: Pſ.* 34, 8. R. *Salom.* accipit pro *ſocietate piorum Tabernaculum Iobi frequentantium.* Alii *Magiſtri* ſic, *Quum arcana ſua mecum communicaret Deus, vt prouiderem imminentes calamitates, easque cum meis effugerem.* Hoc iam *lucem Propheticam* adfert. Sed *Merc.* tenuiore ſenſu maluit, *Arcanam* Dei *voluntatem*, et *occultam prouidentiam*, *quae omnes Iobi res rexerit.* Faſſus tamen סוד magis deſignare *Commercium*, *ad arcana conſilia communicanda* hunc quoque ſenſum apponit, *Quum Dei conſortium eſſet in meo tabernaculo;* vel, *quum in tabernaculo meo gauderem Dei ſocietate; comitante, aſſiſtente, et protegente me Deo.* Cl. *Cocc.* in eadem voce agnoſcit *ſecretum* et *familiare contubernium*, *quod paucos admittit participes:* vt *ſup.* 15. 8. et 19, 19. *Pſ.* 25, 14. *Prov.* 3, 32. Cumulatius, quod Cl. *Schmid.* exponat, *ſummum fauorem*, et *arctiſſimam coniunctionem*, *qua Deus ſedem quaſi ſuorum intimorum conſiliorum fixerat ſuper Tabernaculo Iobi*, etc. Idem clarius adhuc expreſſum a *Codurc.* *Cum eſſet Domus mea quaſi Fanum*, *aut Sacrarium*, *ex quo Oracula pandebantur.* Mihi dubium nullum videtur relinqui, quin *Arcanum Dei ſuper Tabernaculo* Iobi *relucens*, exprimat *Dignitatem*, et *Auctoritatem*, *Prophetae*, cuius Domus vel ob *Doctrinam ſalutarem*, vel ob *Oracula* quoque frequentabatur. Hoc ipſum ad multa in ſequentibus facilius expedienda praelucebit.

Ibid. Videamus an et ad hanc facem tenebras prioris membri euincere queamus. Ante omnia videndum, quid חֹרֶף valuerit, *Autumnumne:* an *Hyemem?* alterutrum enim *anni tempus* ſignari nemo negat. Plerique volunt *Hyemem*, quod ea ſit ὄνειδος et *probrum anni*, inquit, cum aliis, Cl. *Cocc.* Eo acumine non contentus Cl. *Guſſ.* addit, *Hyemem omnia intra tellurem retundere*, *quale quid in nobis efficiat opprobrium et pudor*, *quo vultus viri*, *cum tota hilaritate*, *apparere ceſſat.* Semper emiratus fui, quo modo ſibi in talibus tantum ſumere auſi fuerint Viri Docti, ſine vlla alia auctoritate, quam magni nominis, et ingenii, nimium ſibi haud dubie indulgentis. Id genus *Etymologiarum* non poteſt non mancum exire, quamdiu Radicis *Origo* clauſa. Aperiri primum debuiſſet vnde *opprobrium*, *ignominia*, *blaſphemia*, ſuccreuiſſent, ante, quam de *Hyemis* veriuerbio quicquam tentaretur. Aperiunt *Arabes*, quibus خرف eſt *carpſit*, *ſtrinxit*, *ſtringendo decerpſit fructus.* Eadem vis *ſtringendi* ſub حرف primaria: indeque *acies* dicta, حرف, quod *ſtringat.* Hinc iam habes ſponte *calumniam*, *exprobrationem*, *opprobrium* etc *quo alicuius nomen ſtringitur*, *carpitur*, *laceratur.* Habes et *Hyemem*, ſi velis, quod *ſtringat*, *deſtringat* omnia. Sed caue tam manifeſtum credas, ac cenſet *Guſſ.* ex *Pſ* 74, 17. et *Zach.* 14, 8 eſſe *Hyemem;* nam alii pro *Autumno* pugnant iis ipſis locis; accedente *Gen.* 8, 22. vbi *Autumnus* multo commodior, quam

Hyems.

Hyems. Id vel sine auctoritate *Dialecti* series, et res ipsa ibi suggeret; nisi iam praeiudicata opinione illuc accessum sit. Hoc latius alibi discutiendum. Nunc rogo tantum an non naturalius sit, vbi διχοτομία temporum anni, per קיץ וחרף, *Ver* et *Aestatem* vt *Calidiora* iungi, itemque *Autumnum* et *Hyemem* vt frigidiora; quam, inuersis vicibus, *Hyemem et Ver*, itemque *Aestatem et Autumnum*, connecti? Sed hoc ipsum quoque alibi latius. His rationibus iam addita diserta auctoritas *Dialecti*, *Autumno* suum ius in perpetuum addicit, non exclusa tamen *Hyeme*, vbi bipartita temporum ratio eam includere iubet. Absolute interim positum חרף esse *Autumnum*, docet constans vsus *Arabum*, quibus magis placuit forma خريف חריף, vt קציר *messis*. Nomen et omen rite expressum a *Gjauh. Vna tempestatum anni* חריף *dicta, quod in ea fructus decerpantur.* Ipsum *Thema* sic declaratur, *Qui fructus colligit dicitur* חרף, *isque fructus vocatur* מחרוף et חריף *form. partic.* etc. Hinc *pomarium* מחרף مخرف, et מחרפה مخرفة. Item אחרף أخرف *conj.* 4. *ingressus est autumnum;* et אחרפת השה أخرفت الشاة *Autumnalem foetum edidit Ouis.* Inde חרוף خروف *agnus*, proprie *fructus autumni.* Tandem خرفة חַרְפָּה est *omne illud quod e fructibus carpendo colligitur. Autumnitas*, id est: *prouentus autumni.* Hinc iucundo prouerbio percrebuit التمر خرفة الصايم *Dactyli Autumnitas aestiuantis.* Non dubitabis ex omnibus hisce, quin *Esai.* 18, 7. verba קץ et חרף notent *Aestiuos* et *Autumnales fructus colligere.* Cur *Bestiae* dicerentur *Hyemare* super *Arbore nuda*, et nec *folia* nec *fructus* praebente, equidem non intelligo. Vicisse videor חֹרֶף esse vel *Autumnum*, vel *Autumnitatem*, tum *tempus anni* signans, tum *fructus illo tempore carpi solitos.* Graecis ὀπώρα vtrumque etiam amplectitur; dicta quasi ὀπῆ ὥρα. Id vocabuli pulchre ab iisdem translatum ad *maturitatem Iuuenilem*, et *Pubertatem plenis nubilem annis.* Ita *Pind. Isthm.* 2. *vs.* 7. 8.

Ὅστις ἐὼν καλὸς, ἔσχεν Ἀφροδίτας
Εὐθρόνε μνάστειραν ἄδισαν ὀπώραν

Quicunque formosus existens habebat Veneris
Pulchrithronae procam, suauissimam Autumnitatem.

Idem *Nem.* 5, 10.

Ἔπω γένυς φαῖνεν τέρενναν
Ματέρ᾽ οἰνάνθας ὀπώραν

Nondum gena ei protulit teneram
Matrem vitis florentis Autumnitatem.

Hoc est, *nondum Lanugo genas vestiens pubertatem prodebat.* Consimiliter *Aeschyl. Suppl.* 1005. pulcherrime Ἀλληγορεῖ

Τέρην ὀπώρα δ᾽ ἐυφύλακτος ἁδαμῶς.
Θῆρες δὲ κηραίνεσι καὶ βροτοί τι μιν
Καὶ κνώδαλα πτερῶντα, καὶ πεδοσιβῆ.
Καρπώματα σάζοντα κηρύσσει κύπρις.

Tenera Autumnitas non facilis ad seruandum.

canum Dei esset supra tentorium meum. *vs.* 5. Quum vsque Omnipotens mecum esset: in circuitibus meis pueri mei. *vs.* 6.

Bestiae ei infestae, et homines:
Et animalia alata, et pedestria.
Fructus extreme maturos annunciat Aenus.

Agitur de *violentia* quam *Danaïdes* timendam haberent in terra peregrina, ob *pulchritudinem maturam*, et *cum maxime vigentem*; quam Poëta vocat *Autumnum*, *fructu maturo* et *stillante*, *illectantem*. Eaedem *ibid. vs.* 1022. sic respondent.

Ἐμῆς δ' ὀπώρας ἕνεκ' ἐν θάρσει, πάτερ.

Autumni mei ratione bono animo es, pater.

Graeca hac figura vsus *Horat. Od. L. II.* 5, 10. 11. *Tolle cupidinem immitis vuae: iam tibi lividos distinguet Autumnus racemos, purpureo varius calore* In eandem metaph. traiectum quoque μετόπωρον *senescens autumnus*, siue *tempus autumnitatem collectam sequens*: vnde *Euripidaeum* illud τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλὸν *pulchrorum quoque senescens autumnus pulcher*. Secundum istam rationem vides locum dari *Adolescentiae*, vel potius *Iuuentuti* iam *maturae*, qua *Iobus* tanquam *Vir iuuenis*, in *pleno vigore aetatis*, nec non *fortunae*, *Domum* vidit *florentissimam*, et *numerosa* mox *prole beatam*. Graphice *Ouid. Metam.* 15, 200. vbi ostendit *Annum aetatis nostrae imitamina peragere* quatuor suis tempestatibus, cuius quasi *pueritia*, *ver*; vt *iuueni valenti* similis *Aestas*; quam

Excipit Autumnus posito feruore iuuentae
Maturus, mitisque inter iuuenemque senemque:
Temperie medius, sparsis per tempora canis.
Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu.
Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.

Ad hanc rationem *Autumnus vitae* erit *Aetas virilis*, *suis fructibus foeta*, et *exuberans*; quam a *Iobo* hic intentam nemo in dubium, credo, vocasset, nisi *Hebraeis* חֹרֶף *Hyemem* designare sibi persuasissent. Hinc omnis illa fluctuatio, quam supra exposuimus, orta. Nobiscum facit praeter *Merc.* et *Caluin.* nimis tamen circumscripte hunc *Autumnum vitae* includens *a vigesimo quinto*, *ad trigesimum quintum vsque annum*. Noster quoque Cl. *Hott.* in *Thes. Phil.* p. 507. vbi *ex genio Ling Arab. se dies Autumni reddere* dicens, scrupulum reliquerat multis, quasi pugnarent inter se *Dialecti*; quas amicissime conspirare ostendi. Cl. *Crom* ad مخرفة *Pomarium* respiciens, hinc non abludit: non opus tamen *Horto*, vbi forma magis *Autummitatem*, siue *Autumnalem maturitatem*, inuitat. *Nicet.* in *Caten.* planissume ad hanc mentem, *Quando velut frugiferae arbores bonis eram vsquequaque onustus; fortunis, muneribus, familia, conspicuus* etc. Eodem fertur paraphrasis *Episc. Elienf.* Talis vir figurate dici potest اخرف *Autumnum agere vitae*, ὀπωρίζειν; qua occasione forte et احرف in *Camuso* expositum *Creuere bona eius, et prosper, ac numerosus euasit.* Hoc in

vſ. 6. Quum lauarem greſſus meos in butyro; et petra fuſilis apud me in Riuos olei. *vſ.* 7. Quum egrederer ad por-

in *Originibus* anquirendum; vbi vtramque *Radices* حرف et خرف cum notionibus quamque ſuis vna ſtirpe teneri oſtendetur. Cl. *Cler.* חרף *Hebraeis* aeque, ac *Arabibus*, prio *Autumno* vſurpatum fuiſſe agnoſcens, eum heic minus aptum cenſet, quod *virilem aetatem*, aut *ſenectam* potius, denotare deberet. *Senectam* omittere debuiſſet, quae *Hyems vitae*. Cur *aetas virilis, vigens*, et *vitae fructus maturrimos ferens, carpensue*, non quadret, haud ſane video, quum nullam aliam *Aetatem* ſeries rerum admittat.

vſ. 5. Neſcio quid languidi ſpirat, *Quum adhuc mecum* Deus: quum *necdum a me diſceſſiſſet*. Senſit *Cocc.* monens עוד inferre nunc *permanſionem*, qua *vsque* et *vsque* ſe Deus *familiariorem ſe Noſtro faciebat* etc. Ridet: et conuenit cum *Origine*, quae ſita in *iteratione*, et *continuata repetitione*: vnde et העיר *teſtari*, quaſi *iterum iterumque aſſeuerare*. Ad ſequens colon ambigitur *Liberoſne* intelligat, an *famulam turbam?* Vtrumque iungunt *Merc. Cocc.* etc. Solos *ſeruos* mauult *Schmid. Herum cingentes, ad iuſſa capeſſenda*. Mihi ſi alterutrum eligendum, *Liberi* multimodis praeplacerent, nam *patrem familias* pingit, *notorum turba circumſtipatum*. Hi ſoli digni nominatim nunc exprimi; quum famulitium vix locum hic mereatur.

vſ. 6. Vtroque in membro nonnihil variatur. הלוכים aliis *greſſus*, ſiue *pedes* notat, aliis *vias*, ſiue *deambulationes*. יצוק nonnullis *intranſitiuum*, plerisque *tranſitiuum*, a themate צוק, quod alias *arctum eſſe* ſonans, nunc a יצק *fundere* notionem mutuari creditur. Quod ad rem ipſam, ſimpliciſſimum cenſet I. *Merc.* vt *Hyperbole* ſit, *qua* in priori colo *tanta copia lactis ſignificetur, vt vel pedes in butyro poſſent lauari:* in poſteriori, *tanta copia olei vt quemadmodum e rupe fontes oriuntur, et flumina, ſic indidem riui olei funderentur*. Citat in hunc ſenſum *Deut.* 32, 13. Idem minus adhuc commode *Vatabl.* expreſſerat, *Quando tanta mihi erat copia olei, ac ſi fuiſſet Petra in oleum fuſa*. Non multum hinc diſtat II. *Schmid.* praeferens, *Quum lauarem vias meas butyro* etc. addensque, contra *Merc.* quaſi, *Non eſt magna abundantia tantum habere butyri, vt pedes eo lauare quis poſſit; ſed ſi etiam viae, quocunque ſe vertit, butyro fluant, ea demum ingens affluentia*. Nollem Viros Doctos vt ſuam tollant, aliorum ſententiam nimis premere. An *Mercerus* iſtam *pedum lotionem in butyro*, vna *actione* abſoluit, vt negandum fuerit, magnam abundantiam per eam deſignari poſſe? An non *quotidianam* quaſi *lotionem* potius intellexit? An non in eo ſumma adfluentia? Si dicas, id neminem facere, vel feciſſe, rogabo, an ergo quis *vias lauerit* vnquam *butyro?* Fidiculis non torquenda improprie dicta. Si, citra *Allegoriam*, nil aliud figurari tendas, quam *ſummam affluentiam*, aio decentius eſſe *Greſſus*, vel *pedes lauabam butyro*, quam *vias*. Quam difficile ſit inter tales formulas firmo ſtare talo, percipias ex eo, quod ad aliud mox delabatur *Schmid.* ſubdens; *Vide-*

portam, ſuper vrbe; atque in Foro conſtituerem ſedile meum. *vſ.* 8. Videbant me iuuenes, et occultabant ſe; et decre-

tur reſpici ad duras vias, quemadmodum mox petrae *mentio fit.* q. d. *non tantum prata et agri, in quibus multum pabuli, butyro fluebant mihi; ſed etiam durae viae, in quibus incedebam.* Quaeris diſcrimen? ſine *Allegoria*, per meram *Hyperbolen*, *durae viae* ſunt *loca ſterilia, impaſcua;* at *Allegorice* deſignantur per *duras vias, incommoda* et *aſpera rerum.* Haec vnice in oculis habuit *Caluin.* III. *Dicit ſe ſuper Butyro ambulaſſe, vt plantae eo vngerentur: et id quod maxime durum erat, etiam ipſi in delicias et ſuauitatem conuerſum; ita vt quaſi ex communi hominum conditione exemptus natauerit in deliciis.* Tangit *Mercerus;* et *duriorem* vocat *Allegoriam.* Mihi ea molliſſima; certe cothurno *Iobi* aptiſſima. *Lauare greſſus butyro*, eſt *incedere per butyrum.* Id *figurate*, primo, eſt, *vbique mollem* habere et *commodiſſimum greſſum.* Allegorice, ſecundo, valet, *nihil aſperi*, et *aduerſi*, *ſentire in vita; nullam ſoli, per quod graderis, duritiem*, vel *ſalebroſitatem*, *experiri.* Ita Formulae *incedere per ſpinas*, *per ignes ſuppoſitos cineri doloſo;* et contra, *incedere per roſas*, *per ſericum*, etc. ſuum decus Allegoricum nemini non ſponte inſinuant. *Arabs* hoc ſuo more effert, *incedere per butyrum:* vnde altior Cothurnus mox format, *Lauare greſſus in butyro.* Poſterius Colon, ita concinnius expreſſeris: *Et petra fuſilis*, i. e. metalli fuſi inſtar duriſſima, *mecum fluenta olei.* יצוק forma *part. pabul*, a יצק crebrum in Libro hocce, pro *ſoliditſſimo* et in *metalli duritiem conflato.* Eſt *Epitheton* grandiſonum *Rupis;* fortius adhuc aliquid reſonans quam חלמיש צור *Deut.* 32, 13. et alibi; *glaberrima tactu*, i. e. *pura puta petra.* Vidit Cl. *Guſſ.* ſub יצק, vbi vertit, *Et rupes ſolida (ſine interſtitiis inter partes) mecum erat riui olei:* h. e. *manabat oleo; et in oleum reſoluebatur prope me. Emphatice et Hyperbolice.* Laudo, et iam IV. ſuperaddo, *miraculoſam omnium rerum adfluentiam, quae alicui Diuinitus confertur, non ſine admiratione aliorum, tantae benedictioni adſtupentium, et in eo ipſo Manum Dei agnoſcentium.* Hoc *Allegoria* noſtra conſignari, dubitare non patitur *Deut.* 32, 13 et *Pſ.* 81, 17. *Pſ.* 114, 8. [Vſ. hic in Verſione, *Syr.* et *Arab.* deeſt. *Vog.*]

vſ. 7. Recte monuit *Mercerus* cum reliquo Choro interpretum, שער, *portam, locum Iudicii* deſignare, ob rationem nemini non notiſſimam. יצא *Exire* infert *deſcendere in publicum, prodire e domo ſua in Forum.* Sed cur tam ſignanter additum קרת עלי? Triuium ſe mihi offert ſcrupulo huic leuando. 1. *ſuper vrbe*, ad perſonam *Iobi* reflexum, dare poteſt, *vrbi praepoſitum, principem Ciuitatis.* 2. *ſuper vrbe* ad *portam* relatum, erit, *porta vrbi praeſidens, Tribunal vrbi iura dicens.* 3. *ſuper vrbe exibam portam verſus*, magnifica phraſi magnificum pingit virum, qui *per vrbem* exiens *ad Forum*, quaſi *ſuper vrbe eminet* inter *procedendum*, atque *oculos* et *ora* in ſe conuertit ſalutantium. [Pro שער *Gr. Al.* legiſſe videtur שַׁחַר vertit enim ὀρθρίος; et pro עלי קרת *Syr.*

cum

decrepiti ſtabant, *loqui* ceſſabant. *vſ.* 9. Principes continebant verba; et manum ponebant ad os ſuum. *vſ.* 10. Quod

cum *Arabe* וקראתי Iidem denique pro אבין, אבין. *Vog.*]

vſ. 8. Summam venerationem ſibi ab omnibus exhibitam luculenter exequitur. נערים *Iuuenes*, mihi videntur eſſe *pars coetus*, cui *Iobus* vel *intererat*, vel *praeſidebat*; vt *Iuuenes*; ſint *Iuniores in comitiis*, vel *populi conuentu*. Nempe vox haec *Decrepitis* oppoſita, poteſt adferre *viros Iuuenes*, *ad publicum accedentes*, et vel *Conſiliis*, vel *Iudiciis*, admotos. Hi *Iobo* praeſente, vel et praeſidente, *occultabant ſe*, h. e. *tanta Viri reuerentia tenebantur*, *vt ne biſcere quidem ſuſtinerent*, *ad aliquid in medium proferendum*; *ſemet velut in angulum ſubducentes*. Eodem aſpectu et *ſenes grandaeui*, *ſummae* cum *auctoritatis*, tum *prudentiae*, vbi coram *Iobo* iis loquendum eſſet, *ſtabant*, i. e. *haeſitabant*: quin imo *ſubſiſtebant*, atque velut *attoniti haerebant*, linguam praecludente profundiſſima veneratione, qua *Iobum*, licet aetate inferiorem, vt *Virum Numine plenum*, proſequebantur; atque ad *Lumen* eius facem ſuam accendere geſtiebant. קרם *ſtare* in omnibus Linguis protritum, pro *ſtare attonitum*; *Haerere*. Occurrit hoc vſu *Pſ.* 109, 28. *ſteterunt*, et *perplexi facti ſunt*. Item עמר pro *ceſſare a loquendo*. Infra *Cap.* 32, 16. Sequentia huc manifeſto feruntur.

vſ. 9. Creſcit oratio, et iam Viri principes, muneribus honoribusque conſpicui, venerabundum in ſilentium confixi inducuntur. Exilius paulo videtur, quod *Merc.* et *Schmid.* illud *cohibere ſermones* referant *ad orationem a loquentibus compreſſam ſuperueniente Iobo*, *vt ei primum votum concederent*. Idem *Schema* ſeruandum, quod *vſ.* praeced. inchoatum. Recte Cl. *Cocc.* *In foro Iobi*, *Duces ipſi*, *ac magiſtratus*, *vocem tenent*; *Iuri accipiendo*, *conſilio audiendo*, etc. *vacantes*. *Ipſi principes populi nec mutiunt*, *et in populi numero Leges*, *praecepta*, *monita*, *conſilia*, *attenta taciturnitate excipiunt*. שר *latius patet*, *quam* נגיד, *et* illius *qualecumque imperium*, huius *in totum populum poteſtas eſt*. Rectiſſime etiam monitum a *Merc.* formulam *ponere manum ad os*, iam non pertinere ad *oſculum venerationis*; vt nonnulli volebant; ſed ad *ſilentium admirabundum*, *quo verbis Iobi adſtupebant*. Nota formula ex *Prov.* 30, 32. et *Iob.* 21, 5. cui ſimilis illa, *digito compeſce labella*. — — *Sapientiae Diuinae*, *in Iobo relucentis profunda veneratio*, omnes *in ſtuporem* quaſi *defigens*, non aliis figuris illuſtrius potuit conſignari. Confer *Ieſ.* 52, 15.

vſ. 10. Grandius adhuc aliquid, in eandem rem, ſuperadditur. Non male *Merc.* *Proceres etiam me loquente*, *aut praeſente*, *vocem continebant*, *et abſcondebant quaſi*. *Quos loqui pudet etiam ſeſe abſcondere ſolent*, *vna cum voce*. Poſterius colon ſic explicuit, *Lingua eorum adhaerebat palato* q. d. *ſilebant mihi cedentes et ex ore meo pendentes*. Tam graues figuras haud dubie captauit Noſter, ad aliquid plane *Extraordinarium*, hoc in genere, inculcandum; videlicet *talem* ei *Honorem*, atque adeo *ſacrum timorem*, *ab ipſis principibus populi*, *exhibitum*, *qualis non niſi Viro Diuinitus illuminato*,

Quod ad vocem Eminentium, comprimebantur; et Lingua palato eorum agglutinabatur. *vſ.* 11. Nam auris audiebat, et beatum praedicabat me; atque oculus videbat, et atteſtabatur mihi. *vſ.* 12. Quoniam vindicabam inopem quiritantem;

et Auctoritatem plusquam humanam gerenti, tribui ſolet. Iam non opus disquirere, *in totumne conticuerint*, an *poſtremi ſententiam tulerint*; id enim rem, ſcopumque, haud tangit. In conſtructione prioris Coli eſt aliquid minus planum, ac teres. Plurimi cum *Merc.* 1. *Vox principum occultabantur*, poſitum cenſent, pro *occultabatur*: vt verbum ſequatur propinquius, quum ad remotius ſit referendum. Talia *Syntaxis Hebraea* profert. Audaciuscule 2. *Iun.* et *Trem. Eloquentes anteceſſores occultabant ſe*: quaſi קול נגידים eſſent *vocis anteceſſores*: vel potius, *vocem anteceſſores*; ex noto *Graecismo*; qui ſane et bonus ſaepe *Hebraismus*. Per non abſimilem formam 3. *Cocc. Vocem principes occulebantur*; quod נחבא *occultari magis* perſonae *quam* voci *videatur conuenire*. Clar. *Schmid.* aliud ſe dare putans, idem reddidit, *Vocem Ducum* quod attinet, *occultabant ſe, nec emittebant vocem.* Eſt valde ſpecioſum, et me quoque ratio, a Cl. *Cocc.* adducta, huc impellit. Sed *Origo Radicis* חבא recluſa priori forte ſtructurae palmam aſſeret. Eſt *occultauit tanquam ſub vaſe ſuperimecto.* Inde apud *Arabes* خبا *vlt. Aleph.* et *Jod*, latiore vſu *Occultatus fuit ignis*, pro *reſedit, reſtinctus fuit.* Ad eam rationem *Vox occultata*, eſſet *compreſſa, cohibita, extincta.* Vel ſic tamen tertia illa ratio obtinere poterit, quoad *vocem principes comprimebantur*, *ſuperiore auctoritate, et Sapientia, velut oppreſſi.*

vſ. 11. Aliquid dubii circa nexum, et ſenſum. *Merc.* I. vt *rationem* accipit ſummae illius venerationis, q. d. *Auris quae me audierat loquentem, vel quae meam ex aliis audierat famam, me beatum praedicabat ob ſapientiam, grauitatemque: item, oculus meam magnitudinem videns, mihi teſtimonium reddebat de beatitudine mea, vel vitae integritate.* Eſt in his aliquid non vniforme; nam aliud eſt *audire loquentem*, aliud *audire famam.* Poſterius amplexus *de Pined.* II. qui confert Exemplum *Salomonis* 1 *Reg.* 10. cuius *praeſentia non minuerit famam; ſed longe ſupergreſſa fuerit.* Ad priorem rationem preſſius III. *Epiſc Elienſ. Quin tantum abeſt vt Tyrannum egerim, quod mihi obiectum Cap.* 22, 5. 6. *vt nulla fuerit auris, quae ſententiam a me datam audiret, quin laudaret Integritatem meam, neque oculus erat me adſpiciens poſtquam locutus eſſem, in quo non obſeruare poſſes venerationem mei.* Eodem collineat *Cocc.* niſi quod IV. latiore adhuc conſpectu vtatur; *Homines quae dicebam, quaeque faciebam, approbabant; et Diuinum quid mihi ineſſe agnoſcebant.* Habes hoc pacto *aurem perculſam* et *in admirationem raptam*; itemque *oculum ſplendore Viri praeſtrictum* dicam? an *praeſtinctum?* quippe in quo *Sapientia*, et *Virtus*, *Extraordinaria*, cum reliquis Donis *Virum Dei* conſummantibus, relucerent.

vſ. 12. Satis commode connectit *Merc. Aperte ſignificat hunc ſibi bono-*

tem; et pupillum; cuique nullus opitulator. *vſ.* 13. Benedictio pereuntis ſuper me veniebat; et cor viduae cantillare faciebam. *vſ.* 14. Iuſtitiam induebam, et illa induebat

honorem tantum habitum, tantamque auctoritatem conciliatam apud omnes, non vana quadam opinione, ob potentiam, opesque; ſed quod afflictis opem ferret etc. Optime *Cocc. Vocula* כי nam, *rationem notat Iudicii illius. Nonne enim ſingulare eſt eligi* Hominem a Deo *inter omnes* Eximium, *vt ſit* Inſtrumentum *clementiae, ac potentiae ſuae, ad incolumitatem miſerorum, atque iniuriam patientium* etc. Ferit: nam *Iobus* ſemet deſcribit vt *Iuſtitiae acerrimum vindicem*, qui vt malis omnibus *Terrorem*, ita bonis *Amorem*, et *ſummam* ſui *Reuerentiam*, commouerat; ad ipſum, tanquam *e Coelo delapſum ſtatorem Religionis*, ac *virtutis*, ſuſpiciendum. Characterem quadrare nemo inficias iuerit.

vſ. 13. Idem nexus. Idem character. Praeter id quod *Merc. Cocc.* alii annotarunt, adſciſci velim *publicas acclamationes*, et *fauſtas comprecationes*, quibus Noſter vndique cumulabatur, tanquam *ſidus* aliquod *ſalutare*, *pereuntibus* ſub ſaeua potentiorum tyrannide, et viduis deſolatiſſimis, *praeſentem* ferens *lucem, opemque*. Arguriuscule hoc ipſum captatum a *Bold.* quaſi has demum *veras* eſſe *laudes* inculcaret Noſter, quas dat multitudo. Non admiſerim quoque *Cor viduae iubilans* dici, *ob ſexus verecundiam, quae publicas acclamationes a mulieribus fieri non permittit.* Imo vero *Cor iubilans* complectitur quoque *cantum*, et *laetas voces*, ex *cordis abundantia profuſas.* Talia non notarentur, niſi ſubtilitas quorundam ſibi in talibus placeret.

vſ. 14. Splendidae figurae. Solide *Merc. vt veſte aſſidue indui quis ſolet inter homines verſaturus, ſic mihi indumenti loco fuit Iuſtitia; ei exercendae iugiter inuigilaui: vnde et, quemadmodum eam indui, hoc eſt, ſectatus ſum et magno ſtudio obſeruaui, ſic ea me induit veluti; et ornamenti loco fuit* etc. Minus apte ולבשני poſteriori *Hemiſtichio* additum a nonnullis, quaſi eſſet, *et induit me iudicium meum tanquam pallium.* Sic magna pars gratiae perit, quae ex *Antanaclaſi* eodem in Colo enitescit. Dignitas *Schematis* ſentietur ex vſu tritiſſimo verbi لبس *induit*, tum *rem*, tum *perſonam*, ad *familiariſſimam conſuetudinem* exprimendam; vnde apparet *induere iuſtitiam*, eſſe, eam tum *habitu*, tum *exercitio quotidiano*, ſibi *familiariſſimam*, ac veluti *domeſticam, efficere.* Ea *Iuſtitia* viciſſim *cultorem* ſuum *induit*, quum eum reddit *Illuſtrem*, atque Ei *Iuſti, Sancti, Religioſi, Viri Decus*, et *Nomen*, adſtituit. Hanc *gloriam*, et *Laudem*, ſi ex ſolido efflorescant, *vera* hominis *ornamenta*, ſequens colon depingit: *ſicut Pallium et Cidaris* erat mihi *Iudicium meum.* Paulo ſubtilius *Merc.* trahit ad *conſpicuitatem*, vt *Iobi aequitas omnibus dicatur conſpicua fuiſſe, inſtar veſtis extimae, ac tiarae.* Crediderim tamen eum idem voluiſſe, quod *Cocc.* qui obſeruat eſſe haec *Ornamenta Regia* et *Sacerdotalia. Eſech.* 21, 31. et *Eſai.* 62, 3. ac proinde ſenſum eſſe, *eandem ſibi Maieſtatem peperiſſe* exercitium habitumque Iuſtitiae, *quam ſolent Or-*

bat me; tanquam pallium et cidaris iudicium meum. *vſ.* 15. Oculi eram caeco: et pedes claudicanti Ego. *vſ.* 16. Pater Ego egenis: et litem, etiam ignotiſſimi perſcruta-

namenta illa Regibus et Sacro Sanctis capitibus conferre. Non placet *Schmidio*, ſimplicius cenſenti, *etiam* hoc colon *accipere de circumpoſitione et adhaeſione, tanquam pallii, et cidaris: atque has veſtes nominatas, quod Iudices Pallio et Cidari ornati in forum procederent.* Idem hocce luculentius executus *de Pined.* qui מעיל propterea malle eſſe *Interulam*, *quae nunquam* a *Noſtro deponebatur*, *ſed ei intime adhaerebat.* Similiter *Bolduc. Vauaſſ.* etc. verſione *Vulg.* inuitante. Non diffiteor *Schema* inde *floridum* exſiſtere, vt Noſter inſinuatum eat, ſe *non*, *vt alios Iudices ſaepe*, *ornamentis illis externis ſolummodo conſpicuum pro Tribunali ſedisſe*, *ſed Aequitatem ipſam pro Pallio*, *et Cidari*, *ſibi circumpoſuiſſe*; in quem ſenſum et paraphraſis Ill. *Patricii* concinnata. Habet tamen prior ille adſpectus adhuc magnificentius quid, et ad ſeriem noſtram vberius; manente interim, quam amplector, alluſione illa ad *Ornamenta Iudicum*: vt per *Iuſtitiam* ita *a ſe cultam* dicatur viciſſim *excultus magnifico pallio*, et *cidari Laudis teſtatiſſimae*, omnibus inſignibus Regalibus, vel Iudicialibus, ſanctioris. Confer quae *Cap.* 19, 9. praelibata.

vſ. 15. Preſſius literae inſiſtens *Chryſoſt.* *oculis* et *pedibus captos* intelligit, aut *alio* quo *vitio corporis laborantes*, quibus *Iobus* non *per ſeruos*, ſed *ſuismet manibus*, ſuccurrerit. Reliqui fere Interpretes, qua Veteres, qua Recentiores, *figurate* hos *caecos* et *claudos* acceperunt: ſiue in *genere*, pro *ignorantibus*, et *errantibus*: ſiue in *ſpecie*, pro iis qui *Duce* et *Patrono* deſtituebantur in cauſis ſuis etc. *Chryſoſtomi* adſpectus minus ſeriei aptus. Tenendus itaque *tropus*, quem Doctiſſ. Interpretes rite illuſtrarunt: niſi cum *de Pined.* vtrumque complecti mauelis. Hunc conſuluiſſe non poenitebit; multa enim commode cogitata adpoſuit: inter alia *Iudicem* et *Principem* eſſe quidem *Caput* rerum, ſed qui ſimul *oculus*, et *pes*, eſſe debeat *vel viliſſimis ſuorum* etc. Hoc ipſum a Noſtro intendi, non dubitarim.

vſ. 16. Pulchra *Paronomaſia* neminem non aduertit אב לאביון. Ea clarius adhuc emicabit, ſi *Radicem* vtriusque vocis attendamus, אבה, cuius *origo* אבי *voluit*. Doct. *Merc.* exponit *patrem ſubleuantem* et *alentem*. Cl. *Schmid.* mallet *Patrem in iudiciis defendentem*; et *patrocinantem*. Talia diſcuti nollem; nam omnes facile intelligimus *Paterni Nominis amplitudinem* nullis finibus terminari. In *Diw. Hud.* extat, quod huc ſpeciatim quadrat.

Pater hoſpitum, et pupillorum,
quum nemo numeratur Pater.

Similiter *Tebrizius* ad *Hamaſa*, *Dicitur* Pater Orphanorum *de eo qui fouet eos*, *quantumuis frequentes adueniant.* Plura non addo; nam et his careri potuiſſe iudicabitur, quum nulla non Lingua *Patrem* ſic frequentet. In poſteriori colo vix ſtare queat, *Litem* quam *non noram*, *perſcrutabar.* Nimis malus

scrutabar. *vs.* 17. Et confringebam caninos eminentes iniusti; et ex dentibus eius excutiebam praedam. *vs.* 18. Proinde dicebam; in Nido meo exspirabo; et vt Arenam ampli-

malus Iudex, qui incognita causa pronunciat. Hoc *Mercero* ansam dedit, ad cogitandum de *causis ad ipsum non delatis, quas tamen diligenter vestigarit, et scisitatus sit.* Doct. *Schmid.* priori opinioni adhaerens, eam sic colorat, *agi nunc de iis qui forum, et fori processum, non norunt, vt qualis causa sit Iudex ex iis cognoscere nequeat.* Sic parum lucramur. In promtu erat, *Causam* hominis *plane ignoti diligentissime perscrutabar.* Egregius character Sanctissimi Iudicis. *Ignotis*, et *Peregrinis*, *in Oriente*, *ne aditus quidem ad Iudicem; nedum vt causae eius scrutandae dignetur vacare.* Sensere *Castal. Cler.* alii, haud dubie, vi sententiae ducti.

vs. 17. Figura splendidior, quam vt vel verbulum ei illustrandae addatur. Ad מתלעות *Molares* vulgo, obseruo tantum proprie esse *Dentes qui longius ex ore eminent*, a תלע *prominuit.* Tales ferme *ferarum*, ac praesertim *Aprorum.* Cum *feris rapacissimis* autem hic collatos *oppressores miserorum*, palam est. His *Caninos confringere* non potuit Noster, neque *praedam e dentibus excutere*, nisi *intrepide* semet infinitis *odiis*, *periculisque*, obiiciendo. Magnus locus: quem ingredi tamen haud vacat.

vs. 18. Magnificam descriptionem *gloriae*, et *felicitatis*, qua vt *Iustitiae*, *Virtutis*, et *Religionis*, *stator* ac *propugnator*, olim floruerat, excipit *spes*, et *fiducia*, *radicibus firmissimis nixa*; qua sibi huius *Eximiae Benedictionis constantiam* et *perpetuitatem* promittere potuerat; atque adeo debuerat. Ita scribo, vt occurram cogitationi cuiuis hic promtae, atque a Commentatoribus passim notatae, nimium sibi indulsisse Nostrum, qui spes tam longas inchoarit, neque *inconstantiam et vicissitudinem rerum humanarum* satis attenderit. Tritus in hunc sensum locus, *dicebam in festinatione mea, non vacillabo in aeternum; sed te faciem abscondente conterritus fui.* Talis tamen *confessio*, si omnia expendantur, non adeo nunc quadrat; nec series rerum, ac sententiarum, vllo pacto patitur, vt *festinationi*, ac *iudicio praecipiti*, adscribatur, quod Noster tanquam *solidissimo fundamento superstructum* proponit. An non, si *confessionem* hic ederet Noster *nimiae fiduciae*, ex tanta prosperitate conceptae, suo se telo confoderet, et tum praecedentibus querelis, tum secuturae adhuc contestationi, neruum incidisset? Cl. *Cocc.* sensisse debuit, quum spei huic tres subdit rationes. 1. *a constantia Dei in benefaciendo.* 2. *a perseuerantia* Iobi *in bono.* 3. *ab aliorum etiam hominum opinione.* Addit, *Iobi spes, de qua hic sermo, non est absoluta, absque omni formidine contrarii;* (*vide Cap.* 3, 25. *et* 10, 13.) *ideoque in illa non fundabatur gaudium eius: sed in alia de qua Cap.* 6, 10. *et* 13, 16. *et* 19, 25. 26. 27. *Probabilis tamen erat, et fulta reuelatione Dei aliqua. Poterat illa meliori spe esse contentus; sed erant* δεδεδλωμένοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου *Gal.* 4, 3. *Itaque sperabant et metuebant adfectu prope mercenario.* Postrema melius abfuis-

abfuiſſent. Priora etiam minus recte habent; nam *Cap.* 3, 25. *et* 10, 13. longe aliud intentum. Media admitto, nempe *ſpem probabilem*, *et Dei aliqua reuelatione fultam:* addiderim, *ſpem abſolutam*, *absque formidine contrarii.* Per *contrarium* intelligo, non *miſerias ordinarias*, *mortalitati* noſtrae velut *debitas*, quas nemo ſanus, nedum ſapiens, ad ſe haud acceſſuras ſperarit; ſed *Extraordinarias*, quales nunc experiebatur, cum *ira* et *maledictione* Dei, vt putabat, coniunctas. Dices non quadrare, quod ne quidem in mentem ei venire potuerit, *ſe eousque a Deo fore deſerendum*, quum *tot fauoris Diuini praeſentiſſima pignora haberet.* Atqui id ipſum nunc Noſter inculcat; oſtendens ſe tum ob *ordinariam*, tum ob *extraordinariam* illam Dei *in ſe gratiam*, *feliciorem* ſibi *vitam*, *mortemque*, *promiſiſſe*, quam nunc calamitoſiſſimus mortalium *ſubeundam* ſibi cerneret. Vides *ſpem probabilem; ſolido fundamento nixam; abſolutam;* quam *ſi non fouiſſet*, *gratiae* ſibi *collatae derogare*, et *diffidere* debuiſſet. Clauem dediſſe me ſpero, qua tum inſignis hicce contextus, tum reliqua omnia, commodius aperiri poſſit.

Ibid. Prius colon, haud dubie prouerbiale, clarius videtur, quam eſt. *Vatabl.* I. *Moriar cito*, *ac citra moleſtiam longae aegritudinis.* Captauit, quod et pluribus placuit, in *Nido*, *Lectulum:* monetque *de Pined. Tyrannos ferme non mori in Nido*, *Lectoque ſuo*, q. d. *quod Tyrannus non eſſet*, *ſed Pater populorum*, *ſe placidam mortem inter amplexus ſuorum ſibi ſpopondiſſe.* Adiectum a *Vatabl.* II *Cum nido meo* i e *in medio liberorum meorum:* quem ſecutus *de Pined. ſi nidum dicat pullis plenum*, *ſignificabit mortem in medio liberorum*, *qui parentis amantiſſimi oculos clauderent.* Vtrumque complexus III. *Merc. Moriar Domi meae*, *tranquille et ſuauiter*, *inter meos liberos*, *eos ſuperſtites relinquens; neque exul cogar e domo et bonis pulſus alibi mori.* Conſimiliter *Cocc.* קן *Nidum* pro *pullitie* hic poſitum obſeruans, ad *ſuperſtitationem domus*, et *liberorum*, reſpexit. *Schmid.* IV. id nimis reſtrictum cenſens, per *Nidum* intelligit *omnia illa in quibus hominis felicitas temporalis conſiſtit*, *et quae poſſidet: ſicut nidus aui eſt*, *quicquid illa poſſidet praeter corpus ſuum.* Eadem latitudine et *Merc.* deinceps ſub *Nido* dederat *Patriam*, *Domum*, *familiam*, et *bonorum affluentiam*, non corrigens ſe, ſed explicatius reſumens, quod antea fuerat poſitum. Subtile, nec tamen omnino extra oleas V. quod *de Pined.* ſubiungit, *Forte etiam* Nidus *ſignificabit eminentem vrbis locum*, *in quo* Regia *ſtructa*, *vtpote in optimo et munitiſſimo loco: quod Obad. vſ.* 4. *eſt inter ſidera poſuiſſe Nidum.* Ad hoſce explicatus VI. obſeruo, nimis inſiſti in *felicitatem externam*, et *fluxam*, quam non adeo *propriam*, *perpetuam*, *ſtabilemque*, ſibi deſpondere auſus fuiſſet *Iobus*, pro ſua ſapientia. Hoc ipſum anſam dedit tales *ſpes*, vt *nimias*, carpendi. Ego ob ea, quae modo diſcuſſa, exiſtimarem, ſublimius quid in hoc *Nido* intentum, ad quod ſuperiora illa *acceſſionis*, ſi forte, inſtar habeant. Nempe *Nidus* non tantum *Domum*, *Liberos*, *Patriam*, *Fortunam*, figurare aptus, ſed etiam *pacatiſſimum*, et *iucundiſſimum*, *ſtatum animae*, *ſemet in Deo poſſidentis*, *cum viuo ſenſu gratiae* et *Benedictionis*, *vsque et vsque perennaturae.* Hic omnino *Nidus* ille

in

in quo *Iobus* perennem felicitatem, ſpe haud ſane improba, praecipiebat olim: atque in quo ſe exſpiraturum, ſanctiſſime confidebat. Hic *Nidus*, vere *ſupra ſidera poſitus*, talis ei merito viſus, vnde *excidere* nunquam poſſet; quod Eum non *ſuperbia* ſtruxiſſet, nec *imaginatio*, ſed ipſius *Dei Manus*, tam munifice *ſeruum* ſuum *ornans;* atque *Coeleſtibus donis*, *religioſiſſime exceptis*, *habitisque*, ſupra omnes mortales *mactans*. Emblema ſic adhibitum, videtur deſumtum ab *Aquilis*, in *celſiſſima rupe nidulantibus*. Hoc *Orientalibus* protritum fuiſſe, nemo ambiget. Extat *Obad. vſ.* 4. de *ſecuritate inacceſſa*, quam *Edom* ſibi deſponſabat. Per *accidens* nempe ibi *malum* fit, quod ex ſua natura *bonum*. Ne *Graecis* quidem *Latinisque* ille *Nidus* proverbialis incognitus; qui ſecundum ſeriem, in qua locatur, exponendus. Cogites forte iſtum *Nidum* nimis hic *ſublimem;* neque *Eum* nunc intendi, quod reliquis omnibus Fortunis euolutus Noſter, ex *Gratia* tamen Dei non excidiſſet, ſed cum hac ipſa, vel ſic, ſe exſpiraturum confideret. Si ita me vrgeas, negabo etiam *Domo*, *Liberis*, *Fortuna*, *Felicitate*, *temporali*, *excidiſſe* eum: nam nec per *iram* et *maledictionem Dei*, vt opinabatur, inde excidit, et omnia cumulatius ei reddita, in iisque ipſis exſpirauit. Vides ergo ex praeſenti *Adfectu* de mente *Iobi* indicandum, qui ſe non de *Fortunis*, *opibus*, *Domo florentiſſima*, *deiectum* conqueritur; quippe qui dicere potuerat in recenti adhuc vulnere, *Deus dedit*, *Deus abſtulit*, *ſit Nomen Domini benedictum:* ſed e *Nidulo* ſe *ſuo praecipitem actum*, hoc eſt, *gratiam Diuinam ſibi immerenti ereptam*, *cum eaque Sanctitatis*, *Iuſtitiae*, et *pietatis*, *pulcherrima ornamenta ſibi per vim velut detracta*, acerbiſſime deplorat. Nimis ſaepe ex oculis dimittunt Doctiſſ. Interpretes id vnde *Iobus* nunquam, vrgentibus Dei plagis, oculos deiiciebat, quod *Calamitates hae* tam ſaeuae, tam horrendae, tantisque terroribus intus et extus ſtipatae, *tanquam in Caput ſceleratum*, et *Nocens*, *immiſſae* viderentur, *ad eum e terra viuentium pro Exemplo vindictae Diuinae eradendum*. Id creberrime ſupra a Noſtro tactum, ab Amicis pro certo concluſum, hinc vtique abeſſe non debet, ad ſenſum illuſtris pericopae rite conſtituendum. Quomodo ea, quae ad קן in *Iuuenil.* tentaui, cum hoc adſpectu conciliari poſſent, ſub finem indicabo.

Ibid. Ad poſterius membrum, ſententiarum notum exiſtit trium, quum חול *Arenam* aliis, aliis *Phoenicem* auem, aliis denique *Palmam* arborem, deſignare videatur. Prior vertendi ratio nititur vſu conſtanti huius voculae; media anſam, praeſidiumque, ſumit ex *Nido;* tertia ex ſeq. *vſ.* firmamentum quaerit. Luſtremus. Plurimos I. calculos aufert, *Et tanquam Arenam multiplicabo dies*. Bifariam. Nonnulli 1. inuitante innumero *Arenae* numero, traxerunt ad *conditionem beatam*, qua Noſter poſtquam expiraſſet, fruiturum ſe crediderit: Vel et ad *Reſurrectionem*, et *vitam aeternam*. Habes apud *Munſt.* et *Iſid. Clar.* Per quam incommode Plerique ergo 2. reſpiciunt ad *dies* huius *vitae*, *multiplicandos quam copioſiſſime*. Ab his partibus ſtant *Chald. Syr. Arabs. Rabbini* multi: *Vatabl. Caluin. Merc. Druſ. Iun. Piſcat. Belg. Angl. Genev.* etc. *Bolduc.*

Bolduc. Codurc. a *Vulgato* discedentes: *Cocc. Boch. Schmid. Patric. Crinsoz. Cler. Reim.* etc. Formula prouerbialis, qua *maximus numerus per Arenam* et *puluerem* signatur, tritissima in Sacris, profanisque. *Gen.* 13, 16. et 22, 17. *Num.* 23, 10. *Ios.* 11, 4. *Iud.* 7, 12. 1 *Sam.* 13, 5. 2 *Sam.* 17, 11. 1 *Reg.* 4, 20. *Ps.* 78, 27. et 139, 18. Singularis exempli est 1 *Reg.* 4, 29. vel 5, 9. *Dedit Deus Salomoni Sapientiam et intelligentiam multam valde, et amplitudinem cordis*, vastissimam scientiam, *sicut arenam super litore maris.* Consimili ratione κόνις et ψάμμος in *prouerbium* abiere, vnde ψαμμακόσια, *innumerabilia;* itemque illud *Apollinis.*

Οἶδ' ἐγω ψάμμε τ' ἀριθμόν, καὶ μέτρα θαλάσσης.

Consonat *Horatianum, Numeroque carentis arenae.* Vide et *Ouid. Metam.* 14, 136. Haec, et alia, a Viris Doctis adducta, huic expositioni litem moueri vix patiuntur. Ipse tamen *Merc.* II. magis inclinat in opinionem veterem, per חול designari *Phoenicem*, illam *viuacissimam auium:* tum quod *Nidus* praecesserit; tum quod *Masor.* annotet, כחול venire בחרי לישבי *duplici* siue *diuerso significatu.* Obseruat etiam *Kimch.* Doctores *Academiae Näardensis* ad *Euphraten* legisse חול *Chul*, pro *Chol;* vt *Phoenicem* ab *Arena* distinguerent. In *Zohar*, *Etymon* dari huius חול *Chul*, a חיל quod est *Robur*, monuit summus *Boch. Hieroz. part.* 2. p. 818. etc. vbi alii quoque *Magistri* in partes aduocantur, qui *Graecam* fabellam nouo colore ornarunt, *solam Phoenicem de fructu vetito non comedisse; ac propterea immortalitatis honore mactatam.* Non ausim accedere: nam חול *Chul*, vel *Chol*, nec a חיל *Robore*, nec ab حول *Annus vertens*, qui *Bocharti* lusus pro *Phoenice*, quicquam habet, in quo pes figi queat; etiamsi ex *Plinio* adduceretur insuper, *cum huius Alitis vita magni conuersionem Anni fieri, iterumque significationes tempestatum et siderum easdem reuerti. Lib.* 10 *C.* 2. Restat III. *viuacissima* arborum, *palma*, *Arabiae* nobilis *Phoenix*, quam LXX. et *Vulgat.* amplexi, illi ὥσπερ φοίνικος, ad vitandam ambiguitatem, hic *sicut Palma*, reddentes. Subscripsit *de Pined.* existimans *Truncum palmae* expressum a Senioribus, tum *propter firmitatem*, tum *propter gradatos illos corticis pollices; quos faciunt rami singulis annis decidentes; sic vt in* Trunco palmae *multi anni queant numerari.* Id subtilius, quam necesse. Sufficit esse *Arborem dignitate, pulchritudine, vtilitate*, et *viuaci vigore*, omnium facile *principem:* quam vocabulo חול designatam, ex collatione *Arabici* نخل נחל in primis conatibus nostris firmare studuimus: productis aliquot exemplis, vbi inchoata a *Nun*, et *Quiesc. Med. rad.* communem vim possident: vt נפח et פוח *spirauit.* נמל et מול *praecidit.* עש et نعش *plaustrum*, Idem obseruatum fuerat a Cl. *Crom.* Ne autem quis ad קן *Nidum* adhaereret, monebam, *Nidum* quoque figurate dari *palmae;* ad *sedem natiuam* indicandam: vel et a *rad.* قن קנן, in qua inest *firma compactio*, qualis est *funis, ex fibrillis palmarum plexi*, posse reddi, *Expirabo cum firmitate mea et vt palma multiplicabo dies.* Certe קן *Nidus*, non aliunde videtur dictus

&tus quam a *fibris firmiter connexis* et *compactis*, de qua *Origine* alibi: ac proinde non extra fines Linguae *Hebraeae* abirem, si *compactionem* illam *firmam* hic tenerem, atque ad *viuum sensum Gratiae Diuinae*, cum *vigore* et *robore vitae spiritualis*, applicarem. Interim, vt par est, *Nidi* notionem praeferri, facile fero: neque quod de *palma* protuli, adeo mihi firmum, et tutum, vt in eo penitus conquiescam. Eam quidem amplecti suadet *vs.* seq. sed *varietas* et *densitas Emblematum* in sublimiore stylo Orientis tanta, vt inde argumentum satis validum duci nequeat. Donec ergo haec omnia ad liquidiorem rationem perducantur, accedere mihi liceat ad priorem sententiam, paulo aliter explicitam. Eius durities in eo potissimum sita, quod *Sapientiae Iobi* vix conueniat, vt *innumerabiles vitae dies* vel sperarit, vel promiserit sibi. *Male factum* plurimi censent, non quidem quod dulci fortuna ebrius fuerit, sed quod sibi indulserit paulo plus quam par erat, ex imbecillitate humana. Alii *iure* id *factum* et *non abs re*, disputant; quod *Longaeuitas*, inter *Benedictiones illius temporis*. Neutri faciunt satis: nec series rerum patitur, vt *Longaeuitas* absolute intelligatur; quippe quam Noster nunquam sibi tam certo addixisset. Intellexerim potius *Dies laetos*, *amplos*, *amplitudinem*, *dignitatem*, *gloriam immortalem* Iobo *addituros*, per *exercitium Iustitiae*, et *virtutis* ac *Religionis patrocinium*, ad quod ipsum *Diuinitus electus*, et *constitutus* esse videbatur. Ita ימים *Ps.* 34, 13. et 1 *Pet.* 3, 10. itemque supra *Cap.* 9, 25. *Dies mei prae cursore leues aufugerunt; non viderunt bonum* i. e. *non attulerunt sensum boni;* vel, *non exhibuerunt mihi illum fructum proprium, et perpetuum, quem mihi spoponderam.* Dices, non euitari incommodum, quum et sic vtique prominuerit Noster in annos plus quam Nestoreos. Respondeo, aliud esse, *spem vitae longissimae fouere* in *genere*, aliud *speciatim* ratione plus quam probabili persuasum esse, *Deum* nobis *vitam prorogaturum* in *longos* vsque *dies*, vt quod opus, munusque, sub eius auspiciis, et donis ad hoc ipsum collatis, feliciter coeptum, ad speratum quoque finem, fructumque, perducatur. Si notior nobis esset *Iobi persona*, et *Extraordinaria* illa *vnctio*, qua tum *Iudicis*, tum *Doctoris*, *munus* fortissi ustinuit, rectius de huius phraseos potestate iudicare possemus: satis tamen lucis nobis et ex praecedentibus, et ex consequentibus, adfulget, ad concludendum, ארבה ימים *multos amplosque faciam dies*, referri debere ad *multitudinem* et *amplitudinem rerum*, quas se, sub tam Eximiae Gratiae influxu, gesturum esse sperarat; atque adeo laeta cogitatione occuparat. Hoc latiore sensu, כחול *sicut Arenam amplificabo dies*, cum *numero* simul admittit illam *amplitudinem*, qua gloriose, i. e. *ad Egregium publicum, Gloriamque Dei:* vixisse censemur. Ita *Salomon*, Exempli gratia, cui data *amplitudo cordis vt arena in litore maris*, הרבה ימים *dies amplificauit*, *gloria Sapientiae florentissimus* etc. Sic duo *Cola* sibi iucunde succinunt, *spemque pulchram* nobis sistunt, homine Sapiente, Sancto, Numinis pleno, dignissimam: quae etiamsi nunc fefellisse videretur, haud fefellit tamen; sed largo foenore Nostrum cumulauit; quando hae ipsae calamita-

amplificabo dies. *vſ.* 19. Radix mea aperta erit ad aquas: et ros pernoctabit in ramo meo. *vſ.* 20. Gloria mea noua erit

mitates maiorem ei et *auctoritatem*, et *amplitudinem*, conciliarunt, glorioſiſſime reſtituto in integrum, vt non ſuis tantum popularibus, ſed et ſeculis omnibus, admirationem Diuinae gratiae, ſplendidiſſime in tanto hocce viro relucentis, commoueret.

vſ. 19. Iucundiſſimae figurae; quas alii in *praeſenti*, alii in *praeterito*, alii *in futuro* connectunt. *In praeſenti*, ſic; *Dicebam*, *multiplicabo dies* etc. *Radix* enim *mea aperta* eſt etc. Ita *Vulg. Pagn. Merc.* etc. In *praeterito* ſic: *Radix* namque *mea aperta erat* etc. Ita *Vatabl. Caiet. Piſc. Belg Cocc.* etc. In vtroque *fundamentum ſpei* ſiſtitur. Ipſam *ſpem*, *in futuro*, maluere *Iun.* et *Trem. Radice mea explicata ad aquas*, *ros pernoctabit in ramo meo. Gloria mea erit* vt *nouella apud me* etc. Etiam *Schmid.* huc calculum confert. Grauior diſſenſio circa ſenſum Cl. *Cocc.* שרש *Radix* ſpiritualiter eſt *Fides*, *qua accipimus ſalutariter omnia bona a Deo.* Per *radicem apertam ad aquas*, figurari putat, *affluentiam gratiae et benedictionis Diuinae omnigenae*, *atque omnis temporis*, *vt nulla eſſet non modo interruptio*, *ſed et nulla pars aut forma ſui*, *quae benignitatis non participaret.* Per *ſegetem* denique intelligit *ramos*; omnia in *praeterito* conuertens, *Radix mea erat aperta ad aquas*; *et ros pernoctabat in ſegete mea*: i. e. *multitudine ramorum*; prout vocem קציר *Cap* 14, 9. ſumtam vidimus. Subiungit, *haec quidem ſpiritualem habere ſententiam*; *neque tamen vigorem corporis et ſtatus excludi*; *qui priſcis expectandus fuerit ſecundum literam Legis* etc. Addit praeterea, *piorum ſpem omnem in ſpirituali vigore radicari. Impiis quidem virorem et vigorem quoque attribui*, *ſed eum mere externum eſſe*; *non enim* patere *eorum* radicem *ad fontem* aquae viuae, *ſed ad putidas huius aeui lacunas*, *nec* rorem *incumbere* ramis *illorum*, *qui veram afferat viuacitatem*: *adeo vt ſi in hoc ſeculo non* retorreſcant *quoad* ſtatum *et* ſpeciem; *tamen in morte quicquid habent* vigoris, *vna cum* virore *extingui.* Habes adhuc preſſius, quid per *Radicem ad aquas explicatam*, perque *rorem in ramis pernoctantem*, intendi cenſuerit ὁ πλὴν, *vigorem* nempe *virorem*que *laetum ſtatus*, tum *externi*, tum potiſſimum *interni.* His cum acumine, lumen ineſſe, nemo negarit: nec dubito quin *Merc. Piſc. Belg. Patric. Crinſoz.* aliique qui *florentiſſimam* olim *conditionem Iobi* hic ob oculos poni ſtatuunt, vtrumque *adſpectum*, *Corporalem*, et *Spiritualem*, coniunctum voluerint. Si itaque in *praeterito* verſiculus hicce conceptus, nihil vberius dari poſſe putem. Malim tam *in futuro* ſuſceptam orationem ita continuare, *Radix mea aperta erit* etc. Nempe oſtendere hic incipit Noſter *ſpes ampliſſimas vitae beatioris*, *in gratia Dei*, et *vberrima* eius *conſolatione*, *tranſigendae*, *cum omni fructu tum interno*, *tum externo*, *Coeleſtis illius vnctionis*, *quam largiſſime in ſeſe effuſam fuiſſe* demonſtrauerat. In *Allegoria* ſic concepta, *Radix* eſt *principium viuum*, *firmusque vigor*, *Gratiae* Noſtro

colla-

collatae. Ea *aperta*, id est, *explicata*, et *bibendo latici expansa ad aquas*, ob oculos ponit *iugem* illum *influxum Spiritus Sancti*, et *donorum eius*, quibus se *exuberaturum* quoque *iugiter* crediderat; praesertim in obeundis muneribus illis, in quibus se hactenus *Virum Dei* praestiterat, cunctisque probauerat. *Ros super Ramis pernoctaturus*, vel *generatim* idem illud grata varietate pingit; vel *specialius* designat *Benedictionem* Dei, et hominum simul, *Nostro superuenturam*, tam *laetos Ramos*, *eosque fructibus onustos*, *explicanti quaquauersum*. Id plenius. *Ramos suos pandit* Vir Sanctus, tanquam *Arbor iustitiae*, quum *ad multos Sapientiae*, *pietatis*, et *virtutis suae*, *vim salutarem extendit*: super illis *Ramis recubat*, et *pernoctat*, *Ros*, quum *Deo*, *hominibusque*, *grata* illa *officia*, *meritas* quoque *benedictiones*, et *laudes*, reportant; quas cum *Rore* comparare solent *Arabes*. Iisdem *ros* depingit *pulchritudinem roscidam*, vt sic dicam, et *recenti semper vigore placentem*. Et ea egregie quadrat. Cernis *Dies amplissimos quos sibi* Noster *venturos* haud vana vtique spe praecipiebat; qui et deinceps ei venerunt, atque expectationem eius cumulatissime implerunt. Si quis existimet *externas* quoque *Fortunas* spectandas, non intercedo; modo ne id quod infimo gradu stare debet, principe loco collocetur; quodque exiguam particulam effecit apud virum vere magnanimum, opumque contemtorem, votorum eius summam constituat.

vs. 20. *Publicam*, non *priuatam*, *Personam suam* attendisse Nostrum, hic versus, et sequentes, manifesto, arguunt. Recurrit et heic, quod *vs. praec.* tactum de *connexione*; quum aliis placuerit *in praesenti*; *Gloria mea est etc.* Aliis *erat* etc. Aliis, *erit*, etc. *Merc.* I. in *praes.* q. d. *Gloria mea subinde in dies renouatur*; *tantum abest vt imminuatur mea auctoritas*, *vt in dies magis ac magis augescat.* Item, *Arcus meus* i. e. *robur*, *ac potentia*, *cum abundantia felicitatis*, *nouas subinde vires recipit*, *ac velut reuirescit.* Non absimiliter II. *Cocc.* sed in *praeter.* *Nullo die iudicium hominum de me minuebatur*; *quin in dies glorioſior fiebam* etc. *Arcum dicit auctoritatem*, *qua possit multos deterrere ab iniustitia*, *non tantum cominus congrediendo*, *sed et eminus cominando* etc. החליף *est* se permutare *scil. de veteri in nouum*, *de debili in robustum.* *Iob.* 14, 7. *Esai.* 40, 31. In *Futur.* III. *Iun.* et *Trem.* *Gloria mea erit*, vt *nouella apud me* etc. monentes simul, esse *allegoricam figurationem a plantis*, *quae irrigantur*, *et perpetuo vt nouellae virent.* Duo priora, quasi *Rationem* reddunt *spei vs.* 18. indicatae: posterius eandem *Spem* continuat, et illustrat. Hoc, vtpote neruosius, simulque rotundius, multimodis praeferendum; cur enim *rationem* redderet conceptae *spei*, qui tam solida ei fundamenta, inde ab initio capitis, subiecerat? In secundam tamen sententiam a plerisque descensum, quod sequentia non *in futuro*, sed *praeterito*, collocata esse crederentur. Id secus se habere, Cl. *Schmidius* vicisse mihi videtur; qui et hic proinde *futurum* rectissime retinet; in reliquis *Mercero* et *Cocceio* consentiens; nec tamen de nihilo submonens, *inuictum illum esse cuius arcus in manu*, *et inter iaculandum innouatur*, *ac validior redditur.* Hoc a Nostro intentum, patet ex simili *Schemate Gen.* 49, 13. *Sedit*,

erit mecum; et Arcus meus in manu mea reuireſcet. *vſ.* 21. Me audient, et expectabunt; et altum in ſilentium dabun-

permanſit, *in perenni* vigore *Arcus eius, et agilia facta ſunt brachia manuum eius.* Geminum, *Pſ.* 18, 35. *Deſcendere faciunt brachia mea arcum aeneum.* i. e. *tendunt inuicti, indefeſſique, bellatoris inſtar.* Vide etiam 1 *Sam.* 2, 4. Figuram Orientalibus mirifice placitam, ſpeciminibus quibusdam illuſtrabo. *Harir. Conſ.* 26.

Mores eius candidi nitent; et Crenae Arcus eius *ſunt vbi certaueris cum eo, Crenae victoris.*

In *Hamaſa. Euaſit Arcus eius neruo praeditus.* Latiore adhuc ſenſu *Harir. Conſ.* 28. *Eram tum temporis erectus ſtatura, plenus agilitatis, qui ab Arcu lubentiae iacularer ad ſcopum laetitiae.* Ad eandem rationem *Haſta, Gladius, Telum*, etc. traducuntur. *Diw. Hud. Ad te quod attinet Haſta tua dura eſt; quae ſi feriatur Haſtam aduerſarii comminuat.* Item *Hamaſ. Etiamſi aduerſae res in nos incubuerint, at non emollierunt Haſtam noſtram duram, neque nos deiecerunt ad id quod minus decorum.* Notat ibi *Tebriz. Arabes Prouerbialiter frequentant Haſtam, dicuntque, Gentis illius vel Familiae Haſta dura eſt, quum Nobiles et Honoratos ſignificare volunt. Contra, Haſta eorum flaccida, pro debiles ſunt, et ignobiles.* Hinc vniuerſum genus ſatis cognoſcere eſt; nec iam opus *Gladio ſecanti, Telo penetranti*, ſimilibusque, inſiſtere. Suſpicabar aliquando, τῷ יחליף ſubiiciendam vim *transuerberandi*, quae ſupra *Cap.* 20, 24. extat: vt *Arcus transuerberans* ſit Emblema *Auctoritatis cui nihil reſiſtere valeat.* Sed venuſtius adhuc, *Arcus meus in manu mea reuireſcet;* quam notionem ſupra quoque adſtructam reperies *Cap.* 14, 7. Exemplum eſto, quo *Maccab. L.* 2, 55, dicitur, *Balſamum, ſtructa Domo ſecunda exaruiſſe, neque poſtea reuiruiſſe.* Concinit *Eſai.* 41, 1. et 40, 31. vnde et *dignitas* et *vbertas* figurae cognoſcetur. A *Graecis* Ἀναθάλλειν eadem virtute traducitur: quin θάλλειν dicuntur omnia, etiam *mala*, in quibus ineſt *recens* ſemper *vis* et *vigor;* vnde πήματα θάλοντα, et νόσος θάλων apud *Sophocl.* Similiter *Eurip. Phoen.* 819. Δυσδαίμων ἐρὶς θάλει. Procliuior tamen vſus *in bonum*, quo θάλλειν eſt *victoriis vigere* ac *florere.* Crebrum *Pindaro*, et *Tragicis.* Hoc in *Arcu florente*, ac *frondente* quaſi, luſum, pulchrum efficere, quiuis ſentit. Intentum a Noſtro, nec dixerim, nec negarim.

vſ. 21. Fluctuatur in *nexu* magis, quam in *ſenſu* ſequentium. *Merc.* I. qui *vſ.* 18. 19. 20. in *praeſenti* ceperat, iam ad *praeteritum* ſe refert, monens, Noſtrum *redire ad deſcribendam auctoritatem in qua antea apud omnes fuerat* etc. Cl. *Cocc.* ad *dicendi, docendique gratiam*, ac *vim*, qua polluerit Noſter, applicat; quod et *de Pined.* fecerat, inter optimi principis artes, et partes, numerans *Eloquentiam* et *Copiam dicendi.* Si pericope ad finem capitis pertexta, in *praeterito* concipienda eſſet, non dubitarem *aliam* hic *Iobo perſonam* dare, non *Iudicis* amplius; ſed *Doctoris:* vtramque enim Eum geſſiſſe, vero conſentaneum. Sed II. commodius

viſum

buntur ad consilium meum. *vs.* 22. Post Verbum meum non iterabunt; et super illos stillabit sermo meus. *vs.* 23. Et

Cl. *Reimaro*, vt *in praesenti* cuncta decurrant, ex filo ad *vs.* 18. inchoato. *Dicebam*, *cum nido meo expirabo* etc. *Nam Radix mea est aperta* etc. *Gloria mea iugiter innouatur* etc. *Me audiunt et exspectant.* Amplecterer, eadem *Doctoris persona* retenta; nisi *vs.* 19. et 20. non *rationem spei*, sed *spem ipsam* signari, luculentius censerem. Hanc Clar. *Schmid.* III. et ibi, et hic, feliciter tenuit, *in Futuroque* omnia limpidius fluere ostendit. Dices, ne sic quidem *repetitionem* euitari; nam et *Schmidium* illuc redire quo *Merc.* aliique redierant, ita versu hocce euoluto, *Quemadmodum hactenus eam apud omnes habui auctoritatem, vt promte me audiuerint, ita spes est, in posterum quoque promte me audituros.* Id reuera dilutiusculum; nec credibile eadem quae *in praeterito* praemissa erant, nude reponi vt *in futurum* quoque sperata. Haec ratio haud dubie mouit Interpretes, vt *praeteritum*, vel *praesens*, aptius iudicarint: accedente insuper altera hacce, quod *Iobus* tam magnifica sibi *in futurum* promittere salua verecundia, et modestia, vix potuerit. Vterque scrupulus eximitur per *explanationem vs.* 18. et duorum seq. ad nostram mentem, vnde patet *spem* hancce non fuisse *Carnalem*, ex rebus nimium secundis ortam; sed *spiritualem*, ex viuo sensu *Gratiae*, et *Vnctionis Coelestis*, natam; qua magnis rebus gerendis, et *salutari* praesertim *Doctrinae* cum *Auctoritate Prophetica tradendae*, ac *propagandae*, *Diuinitus* sese *missum*, et *constitutum*, dubitare non poterat; vt nec populares ea de re dubitabant. Eo admisso, decentissime sane dicere potuit *in futuro*, quod hic expressum; *praecepta*, *monita*, *consilia*, quae Dei nomine daturus esset, *reuerenter excipienda fore*; prout haud dubie factum fuit ab omnibus aliquo Numinis metu imbutis, postquam vt *Aurum* ex *Fornace* emersisse visus fuit. In verbo יחלו ineſt *praestolatio auida*, eademque *lenta* i. e. *tenacissima*. עצה *Consilium*, absolute infert *monitum*, *pietatem*, ac *religionem*, inculcans. ידמו vel forma *Chald.* a דמם *complanabuntur*, *in altum silentium strati* velut, ac *compositi*, metaph. a *fluctibus stratis* et *sedatis*: vel quod *Ios. Kimchius* suspicatus, Radix נרם, eiusdem notionis. De eo in *Originibus*.

vs. 22 Non necessarium duco per singula nunc ire, et exponere, quid reliquis Interpretibus vel in *praeterito*, vel in *praesenti*, sese obtulerit; quae vel incommodi, vel diluti, quid, secum trahere debere, ex praegressis facile colligere est. Omittere tamen nequeo conatum Cl. *Guss.* sub שנה reddentis, *post sermonem meum*, *non discrepabant* a se ipsis. i. e. *nihil mutabant de magno illo pretio*, *in quo me*, *et consilia mea*, *habere solebant.* Non est magnum. Ne *Schmidius* quidem *in futuro* haec capiens, vim sententiae explet, q. d. *Non tantum ad meditatius meum consilium nihil excipient*, *sed etiam ad quodcunque meum verbum nihil replicabunt*; *nec contradicent vnquam.* Non premendum ita דבר *Verbum*,

Et exſpectabunt, tanquam pluuiam, me; atque os ſuum diducent ad pluuiam ſerotinam. *vſ.* 24. Ridebo ad eos, non

quaſi *vnicum* modo ſignaret: nec id ſane per *non iterabunt* intentum: ſed *verbum* omnino hic eſt *Doctrina*; et *non iterare*, eſt *fateri optimum*, atque amplecti pro *eo* cui nil *par*, aut *ſecundum*. Sic *vnicum* Iobi *verbum*, a nemine *iterandum*, ſi premere quis velit, non iniucundum fatebor luſum; cuius tamen cocio eſſe nolim: nam et מלחי *Dictum meum* in *ſing.* poſitum. Sub חטף R. *Salom.* recte olfecit לשון נבואה *vim Prophetiae*, vt *Deut.* 32, 2. *Mich.* 2, 6. *Amos.* 7, 16. Male tamen *in praeterito* accepit, quod *Iobus in futurum* ſibi deſponſarat. Idem monitum velim de annotationibus *Merc.* et *Cocc.* in quibus nil deſidero, quam vt *praeter.* in *futur.* conuertatur. Pulchre *Cocc. ſtillabat ſuper eos; non praeterefluebat. Prophetae docentes populum dicebantur* ſtillatores, *Mich.* 2, 6. 10. *Eſech.* 21, 2. 7. *quod illorum officium eſſet populum* verbo *Dei quam* pluuia *aut* rore *ad omnem χρείαν τῆς οἰκοδομῆς, clementer, aſſidue, et ad cuiusque captum, irrigare.* Clar. *Schmid.* mallet *metaph.* deducere a *fauis mellis* ex *Prov.* 5, 3. *Cant.* 4, 11. vt ita *ſuauitas ſermonis*, cum *promtiſſima acceptione*, ſignetur. Variandi cauſa non ſpreuerim, ſi modo *doctrina Prophetica* ſimul retineatur.

vſ. 23. Nobiles Orientis figurae, in *Doctrinis*, *ſententiisque*, mentem *rigantibus*, *recreantibus*, *foecundantibus*. In *Haririo* eae vtramque implent paginam *Conſ.* 2. *Rigari cupiebam ab imbre, et rore*, i. e. *A nemine non doctrinam* et *ſapientiae praecepta expetebam.* Item, *et pluuiam eius copioſiſſimam celebrarunt.* Iterum *Conſ.* 3. *Dixi ei quam copioſus imber tuus!* i. e. *Eloquentia.* Et *Conſ.* 16. *Hic ſane quam dicit, ſcopum ferit; quumque rogatur pluuiam, largum fundit imbrem.* De verbo יחל conſule *vſ.* 21. Formula פער פה *diſtendere os, ſitim auidiſſimam*, itemque *ſacram* quandam *admirationem*, expingit. Haec iam multo commodius *in futuro* efferri, quam vel *in praeſenti*, vel *in praeterito*, inde efficio, quod *Iobus*, *in diebus Autumnitatis ſuae*, ad illam *ſpem*, cum *ſuam*, tum *omnium*, iam *maturuiſſe* videretur; vt non ſolum tanquam *luſtitiae vnicus vindex*, verum etiam tanquam *ſlator* et *propagator veritatis Coeleſtis*, in gente ſua emineret, atque *Prophetiae Donum*, quod *Iuuenis*, et *Vir*, oſtendere coeperat, luculentius adhuc deinde exertaret; vbi ad *prouectiorem aetatem* peruenisſet.

vſ. 24. Sententia prior non omnino plana. *Merc.* I. in *praeter. ſi luderem*, et *iocarer cum illis, nonnihil detrahens de ſeueritate, et me demittens, non credebant illi me iocari, ſed ſerio agere, id grauitate, et auctoritate, mea indignum putantes, et ne tum quidem me iocari credentes, quum reuera iocarer, me illis familiariorem exhibens, et de cenſoria grauitate aliquid remittens.* Egregie II. *in praeſenti* Cl. *Reim. Si arrideo illis, non nimium confidunt; neque tam audaces fiunt, vt vultum adducere cogar.* Minus commode III. *Schmid. Non propter meam erga illos humanitatem imaginabuntur ſibi neſcio quid, et confident ſibi, quaſi ex timore*

non ſecuri fient: neque ſerenitatem vultus mei cadere facient. *vſ.* 25. Eligam viam eorum, et ſedebo Caput: et tendam ſicut Rex in turma: ſicut qui lugentes conſolatur.

CAPVT

timore illorum me ſubmitterem. Amplector tamen vim *futuri*, eamque ſententiae *Reim.* ſic apto, *Arriſurus ſum iis, nec tamen ſecuri fient; neque ſerenitatem vultus ponere me cogent.* אור פנים *Lumen vultus*, vt *Prov.* 16, 15. pro *ſerena*, et *fauoris plena*, eius *diffuſione.* Illi *ſerenitati* reſpondet quoque verbum שחק, quod proprie eſt *Renideſcere*, *fronte exporrecta*, et *laeuigata quaſi.* Verſionem *non cxedent*, nimium torſit Cl. *Schmidius*, rogans, *num non credebant, quod reuera ita ſe habebat?* nam quiuis ſentit *figurate* dictum, ad *Maieſtatem* et *Auctoritatem* augendam. Id ergo ſi quis malit, cum Cl. *Cler.* non intercedam; quamuis *non confident, non confidentiores*, et *irreuerentiores euadent*, adhuc commodius videri queat. *Nimia familiaritas parit contemtum*, habet vetus verbum. Politice, et ex vero, *Tac. Maieſtati maior e longinquo reuerentia.* Recte itaque *ſummam humanitatem et familiaritatem erga ſuos*, nihil *ſummae omnium Veneration*i detracturam eſſe dicit; qui *auctoritatem* quandam *ſingularem*, et *incredibilem* deſcribit; qualis competit Viro Diuinum quid in maximis, minimis, ſeriisque, quod dicitur, et iocis, ſpiranti.

vſ. 25. Grauiſſima concluſio, quae ſententiam noſtram vnice firmat. Multi ex *Veteribus* ex hoc vſ. collegerunt, *Iobum* fuiſſe *Regem;* ab eaque ſententia ſtat *de Pined.* inhaerens *Vulgato; ſi voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cumque ſederem quaſi Rex, circumſtante exercitu, eram tamen moerentium Conſolator.* Ad eam verſionem monet, *Caietanum ex particulae* quaſi *colligere, Iobum non fuiſſe* Regem: *ſed inde colligendum potius, eum fuiſſe Verum Regem.* In hac ergo Clauſula exponi cenſet *Exemplum optimi principis, qui omnia retulerit ad publicum ciuium emolumentum, ipſa etiam arma, et apparatum bellicum, in miſerorum ſolatium adhibens.* Argute, ſed parum ſolide; quemadmodum et reliqua quae Veteres huc attulerunt, hinc laborant. Aduerſus *Pinedam* diſputans *Bolduc.* concludit, *ſimilitudinem eſſe, qua Iobus etiam in* priuato coetu *ſummum honorem ſibi delatum* oſtendat. Clar. *Cler.* ſuſpicatur, mendum ſubeſſe, et legendum באשר אבירים ינחם *ſicut Rex, quando fortes viros ducit;* a נחה, cum *pleonasmo adfixi.* Lubricum genus, cui nollem tam crebro ſe committerent Viri Docti; nil aliud lucrantes quam titillatiunculam. Placet interim, quod in verſione tenuerit, forma *futuri, Eligam viam eorum, ſedebo primus, et tendam in agmine inſtar Regis; vt qui lugentes conſolatur.* Habes *Faſtigium dignitatis Iobaeae, ad quod Sanctiſſima ſpe*, et *Coeleſti quadam ambitione, anhelarat, ſeque peruenturum crediderat, ob pignora euidentiſſima Gratiae, et vnctionis ſibi impertitae.* Primum eſt, *Eligam viam eorum, praeibo* ipſis, et *praelucebo* ad *virtutem, pietatem, religionem* omnem. Secun-

CAPVT XXX.

Verſ. 1. Nunc autem irrident me parui prae me quoad annos; quorum patres ſpreui ponere cum canibus gregis mei.

dum, *ſedebo Caput*, loco miſſi Diuinitus *Doctoris*, et *Prophetae*, me venerabuntur; meamque *auctoritatem* nemo in dubium reuocabit. Tertium, *et tendam ſicut Rex in turma* i. e. *Meum Tabernaculum, vt Auguſtale, ſupra popularium meorum tentoria, Maieſtate quadam Sacroſancta eminebit, quam virtus, pietas, Religio, Doctrina Coeleſtis, mihi conciliabunt.* Quartum, *ſicut qui lugentes conſolatur*; vel, *Quando lugentes conſolatur.* Vtrum iumſeris cumque, cernis *pulcherrimum Characterem ambitionis Iobi*, dignum illa *Coeleſti vnctione*, qua tam large fuit delibutus; vt eſſet *publicus Conſolator Lugentium*; ad quem *omnes* vndique *confluerent, vt eum qui curas eorum explicare, dolores lenire, ſcrupulos tollere, vulnera ſanare, inque omnibus neceſſitatibus viam et remedium oſtendere poſſet.* Habes verba Cl. *Cocc. in praeterito* ab ipſo applicita, quae nos *in futurum* conuertimus; tanquam *ſupremum culmen Votorum* Viri, et *Sanctiſſimam* eiusdem *exſpectationem.* Amplitudinem huius formulae ſtatim perſentiſces, vbi *Meſſiae numera* per eam conſignata videris *Eſai.* 62, 1. 2. *Spiritus Domini Iehoua ſuper me* etc. לנחם כל אבלים *ad conſolandum omnes Lugentes* etc. Sentis ſimul, infelicem eſſe criſin, quae formulae dignitatem extinguit, eam in אבירים ינחם *Fortes ducet*, commutando. [Verbum וַאֲשֻׁב *Syrus* protulit וַאֲשׁוּב ſeq. ראש autem plane omiſit. *Vog.*]

Verſ. 1. Argumentum Capitis in propatulo: oſtendit enim omnia contraria ſibi eueniſſe, quam quae ſperarat, atque adeo certiſſime expectarat ex principio Gratiae, ſibi Diuinitus impertitae. Hoc *vſ.* 18. *Cap.* praec. adſtructum niſi accurate teneatur, pro querelis graui et ſapiente viro dignis, delabemur ad complorationes quasdam non ſatis viriles, quod ſibi iam priſtinus honos non exhibeatur, ſed omnium contemtionem, et deriſionem, excipere cogatur. Non eſt valde fortis, quem talia de gradu deiiciunt, ſi aliud nihil acceſſerit. Qui omnia ſua vno die ſibi erepta cernens, dicere potuit, *An non et malum ex manu Domini gratanter recipiemus?* contemtum, et contemtores, facile contemſiſſet, niſi ſuperacceſſiſſet hic omnium calamitatum cumulus, vel potius aculeus, miſeram *Iobi* animam infinito dolore confodiens, quod et Notis et Ignotis ſcelerum debitae poena, et velut dirae, aduerſus ipſum emiſſae viderentur; Deo ipſo hoc iudicium quaſi comprobante, et conſignante. Paucula haecce ſatis lucis fundent, ad omnia clariore in conſpectu, ad mentem Noſtri, collocanda.

Ibid. Octo priores verſiculi mirificam continent exaggerationem *vilitatis* et *abiectionis* eorum, quorum *ludibriis* ſeſe *obiectum* dolebat vir ſanctiſſimus. *Deſcribuntur* illi, primo, vt *aetate longe inferiores,* צעירים לימים *parui quoad dies prae ipſo* vel, *quoad annos*, vt *Cocc.* maluit. Secundo, *quod patres eorum cum Canibus gregis ſui ponere non dignatus fuiſſet*, vel et, *non ſit.* Poſte-

Posterius infert *rem factam*; quum prius, *fuisset*, tantum *conditionem* exprimat, si se seruitio eius obtulissent forte. Agnoscis מאסתי *spreui* fortius sonare, quam *spreuissem*; atque insinuatum iri, *patres horum proteruorum, plagis* miseri *insultantium*, reuera olim a Nostro fuisse repulsos ob insignem improbitatem, et turpitudinem: et ne ad vilissimum quidem ministerium in familia sua admissos. Id ad rem facit, vel maxime: nil enim acerbius, quam ab iis, eorumue progenie, quibus notam ignominiae addidimus, ob turpia et scelerata facta, vicissim *turpitudinis reum* non *agi*, sed *peragi*. Talis erat *Causa Iobi, a Deo ipso*, vt videbatur, *publice condemnati grauissimorum criminum*, quae ipsi Amici ei exprobrare ausi, nedum vt inimici virulentissimis non vocibus, sed telis, parcerent.

Ibid. Penitius in rem intrandum: nam locus impeditior est, quam prima fronte apparet. Cl. *Schmid.* autumat, miserias suas ex eo exaggerare Nostrum, quod etiam *infimae plebis homines, mendici ex mendicis nati, in ipsum illudant nunc, atque virum tanta olim auctoritate florentem derisum veniant.* Id simplicissimum, nec dubito quin vt multis idem placuit, sic omnibus, sine Commentario, contextum hunc legentibus, id ipsum sponte sit occursurum. Sequentia illuc manifesto vocant; vnde tamen simul patescit, fuisse homines non *mendicitate* solum, sed et *turpitudine infames*. Agnouit hoc *Cocc.* ad *vs.* 8. praesertim mentem hancce suam declaraturus. Commonet ibidem, *Contemtum* talium hominum *fuisse quasi triumphum impietatis de pietate, iustitia, et iusta potestate.* Egregie! et saepiuscule iam supra chorda haec a Nostro tacta. Nempe vt *Virum Religiosissimum* decebat, acrius vrebatur per improbitatis triumphum, quam per omnium Fortunarum subuersionem: atque grauissime deplorat, eo rem recidisse, vt qui *Sanctissimus* et *iustissimus celebrabatur olim*, nunc *facinorosissimus* censeatur mortalium, eoque nomine a *facinorosis* etiam *facinorosorum filiis* derideatur, cum *irrisione* simul *Religionis, pietatis*, et *virtutis*. Hic *profligatae improbitatis* character magis adhuc sentietur, si cum Cl. *Schmid.* vltima sic conuertamus, *Quorum Patres ne componere* quidem *et comparare dignatus fui cum Canibus gregis mei.* Id huc rediret; *Quos reputaui semper Canibus impuriores.* Nota formula prouerbialis. Obstat tamen, quod עדר *gregis mei* sic superuacaret. Rectius ergo, *quos ne Canum quidem meorum praefectura*, vel *custodia, dignos habui olim*; vt cum *Merc.* et reliquis fere Interpretibus *Boch. Hieroz. p.* 1. *pag.* 685. *abiectissimum* id *munus* esse docens. Cl. *Schmid.* quidem ait, *Nescio vbi moris sit canes gregum habere custodes suos, cum tamen ipsi sint custodes gregum*; sed apparet esse cauillum; quum in ampla familia, vbi canum agmina, eorum curae, et cibaturae, vilissimum aliquod mancipium praepositum fuisse, ambigi nequeat. Ob *improbitatem* et *nequitiam* ergo, *repulsam tulerant* hi abiectissimi Seneciones a Nostro, quum *Canum* eius *praefecturam* ambiuissent; a quorum nequissima sobole se nunc derideri, et pro sceleratissimo hominum vexari, merito indignatur, atque vt *incredibilis* plane *casus euentum* tam viuis coloribus expressum voluit. Clar. *Reim.* censet, ad *praefecturam canum* designandam עד opus fuisse; עד

mei. *vſ.* 2. Etiam vis manuum eorum ad quid mihi? Super ipſis periit decrepitus oris rictus. *vſ.* 3. In egeſtate,

autem inferre *conſortium*, et *ſodalitium*, in hunc ſenſum, *Quos ne Canibus quidem gregis mei inſerere, ac quaſi ſocios, et aequales, addere dignabar; quippe qui tantum vtilitatis mihi praeſtare non poſſent.* Meo iudicio שית עם *ponere cum*, viuente Lingua, non potuit non ſaepe vſurpari, pro *apponere*, *addere inſpectorem*, ſimilibusque; et, niſi argutiuſculum fore vererer, dicerem שית על *ponere ſuper*, nimis honeſtum viſum, ideoque dedita opera datum שית עם *ponere cum*; vt ſimul *contemtiſſima vilitas* huius *officii* innueretur, *per quam cuſtos canum eodem loco cum canibus haberi* ſolebat.

vſ. 2. Salebroſiſſimus locus. Praecipuus nodus in voce כלח, quae decem, et vltra, gloſſis, in diuerſiſſima trahitur. Ambigitur quoque, *Patribusne* haec et ſequentia danda ſint, an *Filiis?* Quid praferendum ſit, conſtituto ſenſu ſponte pateſcet. *Merc. Belg. Cocc. Iun.* et *Trem. Vatabl. Schmid.* et *Reim.* nomen כלח verterunt *ſenium*. *Chald.* ex *Cap.* 5, 26. arripuit *Foueam*; dans, *ſuper eos periit* כוך *foſſa ſepulcri*. In *Polygl.* vertitur quidem *ſenium*: ſed vſus *Chald.* et *Thalm.* agnoſcit ſolummodo *Cauernam*; quam vtrobique a *Paraphraſte* intentam, dubitare non ſinit aliud *Targum*, quod exhibet, *Etiam munus cur ab ipſis acciperem, ſi decretum eſt de illis vt pereant in fouea ſepulcri.* An hinc emerſit interpretamentum *Vulg.* vltima ſic reddentis, *vita ipſa putabantur indigni:* an ex LXX. magis id expreſſum? dantibus ἐπ' αὐτὰς ἀπώλετο συντέλεια. His obuerſatum adfine כלה vnde et *Symm.* exſculpſit, ἀπωλετο αὐτοῖς πᾶν τὸ πρὸς ζωὴν *Syrus* et *Arabs* habent, *periit ipſis celſitudo.* Hoc palam eſt Diuinare, non vertere. Ex *Dial. Aethiop.* Cl. *de Dieu* tentauit, *ſuper ipſis periiſſet clamor* i. e. *fruſtra eos inclamaſſem; ad quid enim mihi profuiſſet potentia manuum eorum, mea longe inferior?* Vix capio: niſi ſit id, quod *Epiſc. Elienſ.* hinc elicuit, *tam pigri et inertes, vt fruſtra eos ad aliquid agendum inclamaſſem.* Nimis tenue. Ex *Arab. Dial.* Doct. *Caſtel. ſuper ipſis periit riſus.* Erant *moroſiſſimi.* Nempe تكلح eſt *leuiter ſubriſit nudatis dentibus.* Proprietas Thematis *Rinxit.* Inde porro *tetrico* et *auſtero vultu fuit.* A ſignificatione *Rictus*, quae in *deriu.* كلحة vnice tenet, Cl. *Hott.* in *Smegm. Orient. ſuper ipſis perpetuus manet rictus.* Scil. אבר ex *Arabica* potius, quam ex *Hebraica* ſignificatione, ἐπιμονὴν nunc adferre cenſet, arrepta anſa ex أبد apud Cl. *Gol. conſtitit, ſubſtitit:* proprie *perennauit*, a notione *ſeculi* in أبد, quod eſt *tempus ſine carens, aeternitas*, quae quaſi *perit*, et *fugit* noſtram aciem. Nollem huc decurſum, quod *perennatio* neutiquam quadret, quum *pereundi* poteſtas et tutius quid, et grandius, dare poſſit; in hanc figuram: *ſuper ipſis decrepitus rictus periit.* Praeciſa ſententia, ex genere τῶν παρακεκινδυνευμένων, cuius haec mens, et vis; *Cum decrepito rictu, homines ſunt ad omnem nequitiam, et ſpurcitiem,*

state, et inedia, durus silex: rodentes siccitatem; palpabilem vastitatem et euastationem. *vs.* 4. Carpentes halimum

citiem, *prostigatissimi*. Sic tandem reuoluti sumus ad *senium*, quod plurimos calculos hactenus tulisse vidimus, et quidem quale est *Silicernii*, iam alterum pedem, quod dicitur, in sepulcro habentis. Colon hoc sic constitutum, prius quoque illustrat, in quo *Robur manuum eorum* omnino est *Iuuenilis* et *Virilis aetas*; quam *ad omnem impuritatem* fuisse *proiectissimam* eo ipso intelligimus, quod ne *decrepiti* quidem a *nequitia*, et *turpitudine*, abstinerent. Ad figuram in vocabulo כלח complendam, *Ringentem Hyemem corporis effoeti* adsciscerem insuper, secundum ea, quae *Cap.* 5, 26. discussa. Exempla, quibus Radicem כלח كلح in variis suis vsibus illustrare decreueram, liberioribus spatiis sepono. Concludo, eos quorum *Hyems rugis deformata*, et *frigore contracta*, nequitiae stimulis vri non cessat, dum *genua virebant*, *Aestas feruebat*, *Autumnus vigebat*, fuisse *imparatissimos mortales*, quos iure meritissimo Noster cum *Canibus gregis sui ponere* dedignatus fuerit; spurcissimo videlicet animali spurciores.

vs. 3. Alius Character *vilissimae*, et *turpissimae*, *vitae*, simul, ac *conditionis*. Tria in eo obscuriora, גלמוד עורקים אמש. *Vulgat. Egestate et fame steriles; qui rodebant in solitudine*, *squalentes calamitate et miseria*. Est concinnius, et fundatius simul, quam creditur. Non bene Interpretem suum defendit *de Pined.* quum quod erat, *fugere in desertum prae fame*, elegantius per *rodere in solitudine* expressum censet. Secutus est *Hieron.* vsum et auctoritatem *Ling. Arab.* quae عرق ערק frequentat pro *Rodendo*, et quidem speciatim, *ossa*. Hanc vim ei innotuisse, indubium ex *vs.* 17. vbi ערקי reddidit, *qui me comedunt*. Ita in *Camus.* *Verbum* ערק *in osse est comedit quicquid super illo carnis*. Quid quod et *Syris* tritissima haec potestas? Vide modo *Zach.* 11, 16. vbi ad finem *vs. Arabs* dat, يعرق الاكارع *Rodit ossa manuum pedumque*; itemque *Syrus* نعرق. Non debuisset Cl. *Cler.* pronunciare, *nullum versioni Vulgatae praesidium nec in Hebraica, nec in vicinis Linguis*. Atqui et infra *vs.* 17. haec significatio multo commodior, et *fugiendi*, vel *vagandi*, *huc illuc errandi*, altera illa, quam *Chald. Syr.* et *Arab. Dial.* Harmonia amica tenent, a *Rodendo* videtur fluxisse, quo de alias. Hinc exhibere ausus fui, quod in versione nostra comparet. גלמוד proprie esse *silicem durissimum* adstruxi *Cap.* 3, 7. De constructionis ratione adi *Cap.* 15, 34. vbi etiam reperies *formulam prouerbialem*, *ad Saxum redigi*, i. e. *ad extremam mendicitatem*. Vt ergo ibi *Coetus Hypocritae durum saxum*; ita et hic, *Qui in egestate et fame durum saxum*. Succinit, *Rodentes siccitatem*; *abstractum* pro *concreto*: siue *conditionem fortunarum* intelligas; siue *loca arida*, *siticulosa*, *deserta*; in quibus *turpissimi mortales* manere coacti.

אמש habet abstrusius quid, quod non extrico: *Nuper vastationem et vastitatem*, minus aptum, quod non *breue*, sed *longum* potius *tempus vastitatis* requiratur. An ergo אמש *Heri*, etiam vsurpatum pro *pridem*? Non dixerim; et exempla omnia *praeteritum propinquam* inferunt. *Arabes* امس exponunt item, *Hesternum tempus, e proximo praeterlapsum.* In prouerbium abiit hinc, كل غد صايير امسا *Omne Cras fit Heri.* Similiter ἐχθὲς καὶ πρώην *Heri* et *nadius tertius* pro *Nuper.* Haec me ratio mouet, vt אמש *palpabiliter* vertendum suspicer; a Radice משש *palpauit.* Analogia istam *formam* admittit; nam et אפס *finis vltimus*, a פסס *exspirauit* etc. etc. Est proprie *substantiuum*, designans *palpationem*, vnde *aduerbialiter* אמש *in palpatione* quasi, *palpabiliter.* Posses quoque, *palpationem vastationis et vastitatis*, siue *vastitatem maxime palpabilem.* Adblanditur coniectura, tum quod omnia sic limpida; tum quod אמש *Heri* a *palpatione*, ex משש, videatur propagatum; quasi dicas *tempus proxime lapsum:* prout χθὲς et ἐχθὲς ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι. In *Etym. M.* ab ἐκτὸς deriuatur, quod flocci. Cothurnus vere *Arabicus*, *Rodere ariditatem, et palpationem vastationis vastissimae:* siue *loca*, vt dixi, interpretere, vbi manendum, siue *conditionem*, in qua durandum, habuerint hi flagitiosissimi, et spurcissimi, hominum.

vs. 4. Optime Clar. *Reim.* cum *Bocharto, Drusio*, aliis מלוח interpretatur *Halimum*, et *alia salsa*, atque *amara*, de *fruticibus decerpta in pastum*; et רתם *genistae speciem*, quae *Arabibus* رتم et رتمة; voce a *Saracenis* ad *Hispanos* quoque translata, quibus *Retama* etiamnum *Genista*, monente et Cl. *Cler.* ex *Sanctio.* Huic sententiae vt aliquid lucis et roboris addam, obseruo *Arabes* omnes *plantas salsas* et *amaras* appellitare حمض חמץ, nec non ملح מלח, et ملّاح, et ملّيح diuersis formis, eodem redeuntibus. *Camus* حمض חמץ *Hemds dicitur quicquid salsum et amarum in plantis; estque hoc tanquam mensa secunda Camelis; vt* خلة *Chulla vocatur quicquid dulce; quod iisdem pro pane est.* Alludit ad scitamentum, a *Gjauhario* enotatum, *Arabes aiunt, plantae dulces*, خلة chulla, *sunt panis camelorum; plantae salsae et amarae*, حمض Hemds, *sunt eorum fructus, siue mensa secunda.* Tales sunt *Cardui, Genistellae; Genistae; Spartia; Tamarices; Halima;* quibus Cameli multum delectantur. Habes *salsuginem super frutice.* Vides quoque quam apte *carpentes eam* inducantur, ad *pastum* videlicet relato vocabulo. Postremo sentis *Radicem genistarum* commodiorem in hac serie, quam *Iuniperorum*, quum *Rapum Genistae, fibris Radicum adnascens*, aliquid saltem ansae porrigat ad *amarissimum edulium*, pro *pane* arreptum, expingendum. Quadrat huc illud *Lucan. Lib. 6.*

—— *Cernit miserabile vulgus*
In pecudum cecidisse cibos, et carpere dumos,
Et morsu spoliare nemus. ——

רתם

mum ſuper virgulto; et radix geniſtarum panis eorum. *vſ.* 5. E medio expelluntur; conclamant aduerſum illos tanquam

רחם *Geniſtam* potius eſſe, quam *Iuniperum*, arguit Thema רחם, quod pro *alligare*, et *iungere* extat, plane vt رتم *Arabibus* eſt *vincire*, nomine inde ducto quod *Fruticis* huius *virgae* ad *flexum*, *nexumque faciles*, *firmas* praeſtent *ligaturas*. Sed negat Doct. *de Pined.* cum eoque alii bene multi, conuenire *Geniſtam* 1 *Reg.* 19, 5. vbi *Elias* dicitur ſub רחם *decubuiſſe ad ſomnum capiendum*; quum *frutex* hicce *nullam* fere *vmbram facere* poſſit. Falluntur: nam et *altius* et *denſius* nonnunquam excreſcere *Geniſtas*, ſummo *Boerhauio* facile accredetur, cuius auctoritate Orbi Erudito hoc impertitum a *Clar. Burman.* ad *Grat. Cyneg. vſ.* 130. Vel ex *Dodonaeo* ſcrupulus hicce decedere debuiſſet Viris Doctiſſimis, vbi productum ex *Calpurn. Ecl.* 1.

Cernis vt, ecce, pater quas tradidit, Ornite, vaccae
Molle ſub hirſuta latus explicuere geniſta:

Praeſertim, quum addatur,

Nos quoque vicinis cur non ſuccedimus vmbris?

Confer quoque 2 *Georg.* 434. 435.

vſ. 5. Ad voculam גו adhaeretur; quae *Corpus* apud *Hebraeos*, apud *Chald.* et *Syr.* ſonat *Medium*. Inde I. complures, *E corpore expellebantur.* i. e. *e coetu*, ſiue *e corpore ciuitatis*, vt *Cocc. Cler.* etc. Alii II. *E medio*, vel *ciuitatis*, vel *hominum*. Obſeruamus III. apud *Arabes* protritum eſſe جوّا وبرّا

גו ובר *Domi foriſque*, et גַּו جوّ, cum *faem.* גַּוָּה جوّة eſſe *cauitatem mediam cuiusque rei*, atque inde ſpeciatim vſurpari pro *interiore parte domus*, *vallis* etc. In *Diw. Hud.* extat جو الهواء *Media cauitas aëris*. Id *Graecis* κύτος, ad multa transferri ſolitum, vt κύτος τῆς ψυχῆς apud *Plat.* et κραδίης νοερὸν κύτος apud *Clem. Alex.* Item τὸ κύτος τῆς θαλάσσης apud LXX. *Pſ.* 65, 7. τὸ σύμπαν τῆς πόλεως κύτος *Polyb.* 5, 59. praeſertim *ventris cauitas* dicta κύτος, vnde pro *trunco corporis*, et *corpore* inualuit. *Heſych.* κύτος, σῶμα, ὄγκος, χώρημα, βάθος. Cernis גו *Corpus*, et גו *Medium*, eadem *ventricoſae cauitatis* Origine teneri; quin et גיא *conuallem* huc reducendam. Iam ergo non *Chaldaicum* magis aut *Arabicum* fuerit, quam *Hebraicum*, *E medio expulſi ſunt*, i. e. *nulla domus*, *nulla ſocietas*, *nulla ciuitas*, quae *facinoroſiſſimos* illos *nebulones* non eiecerit, atque e finibus ſuis exterminarit, cum publica ignominia. Huc poſterius *Hemiſtichion* tendit, ad quod dilutiuscule *Merc.* *Quum ignaui eſſent, et nihil agerent, nec quicquam haberent vnde viuerent, credi poterant* Fures, *ideo in illos conclamabatur* etc. Paulo aliter *Schmid.* Quando *iſti homines in ſocietatem hominum venire, et inter illos habitare voluerunt, eos noluerunt admittere, ſed vnanimiter potius expulerunt.* Nimis forte premitur כ *ſimilitudinis*, quod ſaepe *veritatis* et

quam furem. *vſ. 6.* In tremendo vallium habitandum *illis*; foramina pulueris, et petrarum. *vſ. 7.* Inter virgulta rudunt;

et *rei* ipſius: ſeries noſtra certe *notatiſſimos* homines pingens, ita eos *Furibus* vndique *expulſis* comparat, vt ſimul *Furtis*, aliisque *ſceleribus*, *infames eos* inſinuet.

vſ. 6. Conſtructio pendere creditur a *vſ. praec.* cuius vel prius colon, vel poſterius, regat *infin.* לשכן *E medio eiecti*, *ad habitandum*: vel, *vociferabantur aduerſus eos*, *vt habitarent* etc. *Cocc.* ſine hiatu, *In tremendo vallium habitabant foramina pulueris et petrarum.* Pariliter *Vulgat.* totum verſum ſic exprimens, *in deſertis habitabant torrentium, et in cauernis terrae, vel ſuper glaream.* Sic ל *neceſſitatem* inferret, quam vim nonnunquam a *praep.* hac adſciſci, certum. *Coduc.* maluit, *ad habitationem* erant ipſis *fiſſurae torrentium*, *caua terrae*, *et petrae.* Nempe ערוץ in quibusdam Exemplaribus per *Schurek*, in aliis per *Cholem*, ex hoc loco *Lexicis* inſertum pro *fiſſura*, *fractura*; quaſi deſignarentur *rimae*, ac *foſſae*, *eluuionibus torrentium* factae; vel et *ſalebroſae cauitates conuallium*, *e fluxu torrentium* oriundae. Supponitur ערץ primario eſſe *confregit*, ſecundario *conterruit.* Hoc tamen quum parum liqueat, malim *Terrorem torrentium.* Eſt periphraſis *Locorum torrentibus infeſtorum*, quales *Cap.* 24, 8. deſcripti. Ibi quae adducta, vtrique *Hemiſtichio* lucem praeſtare poterunt.

vſ. 7. Nodum nectit verbum יספחו, quod *Vulg.* nimis libere, *delicias computabant*; praecedenti נחק *rudere* ad *laetitiam* item deflexo. Recentiores fere, *inter virgulta rudebant* gemebundi; *ſub vrticis*, vel *vepribus*, *congregabantur.* Nempe נספח *Eſai.* 14, 1. redditur *adiungi*, *aggregari.* *Merc.* non iniucundo acumine, *ſub vrticas ſeſe recipiunt velut illis ſemet aſſociantes.* Subdit, *R. Leui* ſubtiliùs a ספחת *ſcabie* expoſuiſſe יתנגעו *vulnerabantur*, *ſpinis*, nempe, *compuncti.* A Doct. *Crinſoz.* hinc expreſſum, *Lacerabant ſemet inter ſenticeta.* Cl. *Guſſ.* ſub שיח huc calculum confert; ſtatuens praeterea, reſpici ad *vſ. 4.* et שיחים eſſe *plantas fertiles*, ſub quibus *gemant*, qui eradicandis *plantis noxiis* operam locant, quum earum *aculeis vruntur*, *et vlcerant ſe*, *parum muniti veſtibus*, *et opus feſtinantes.* Hoc enimuero eſt in dumeta correpere, et ſuis ſemet ſpinis compungere. Tenuiſſet ſaltem *homines e medio expulſos* etc. *quibus vepres* et *ſentes* fuerint *ſubeundae ad latitandum*, non *ad ſarriendum.* Ibi *ſemet vlceraſſe* grauius, quam *ſemet congregaſſe.* Non tamen acquieſco; et maiorem requiro lucem pro *Radice* ספח omnibusque eius *deriuatis.* Non diſſimile quid extat in *Diw. Hud.*

Eratque qui terae adfixus, quaeritans ſibi aſyla,
Confugeret ad latera frutìcum tenuiſſimorum Marcha et Galyla.

Figurate dictum monet *Schol.* ad *ſummam deſperationem* pingendam *quia duo haec nec protegere*, *nec defendere valent.* Non abludit, quod *Harir. Conſ.* 3. *deſperatiſſimam inopiam* deſcribens, inter alia habet

dunt; sub spina societatem inire coguntur. *vs.* 8. Filii flagitiosi, et filii infames flagellati sunt e terra. *vs.* 9. At nunc

bet pag. 140. etc. *Eo autem recidimus fortuna nos adstigente, et humi adfigente, vt scrupis calcearemur, et angore gutturis nutriremur, et dolore ventris nosmet foueremus, et viscera super inediam complicaremus; et oculos perlineremus collyrio insomniae; et in depressis vallium sederemus, et mollem reputaremus tragacantham, et clitellarum penitus obliti foremus.* Monui ibi *Schema* esse *audaciusculum*, quod adferat *extremam mendicitatem* et *miseriam*, quae vel *asperrimam fortunam*, et *conditionem*, cuius figuram sustinet *Tragacantha*, prae sua ambiat. Ad eam rationem hic capi posset, *Rudere inter frutices*, ad modum Onagrorum, vt *Cap.* 24, 5. *et sub spinam* vel *congregari*, vel *vlcerari*, vel ex *origine* Radicis ספח *perfundi*, siue *aquis torrentibus*, quod *Cap.* 24, 8. habebamus, quorsum ducere videntur ספיחים *inundationes Cap.* 14, 19. siue *sanguine*, cuius *effusio* speciatim hoc verbo designatur apud *Arabes*, vnde مسفحة explicui in *Animadvs.* ad V. T. *Esai.* 5, 7. siue etiam *nequitia*, et *illicita venere*, quam مسافحة *effusionem* vocitant. Nihil horum tam planum, quam vellem: ac proinde de hoc loco mihi quidem ampliandum. Id certum, cum *Litera* quam missam facere non ausim, aliquid *figurati* hisce formulis subesse, cum *superlatione* Cothurno Arabico in talibus domestica.

vs. 8. Ambigit *Doct. Merc.* I. de *patribusne* haec, an de *Filiis* capienda? concluditque, *superiora et ad patres et ad Filios; haec specialiter ad Filios pertinere;* quos *Filios stolidi viri* nunc appellet Noster, itemque *viri inglorii*, et *obscuri:* qui *homines terra, ab omnibus calcata humiliores*, et *abiectiores fuerint.* Cl. *Cocc.* ita struxit, II. *Filii flagitiosi, etiam filii carentis nomine*, eorum, qui *propulsi erant ex terra.* Cohaerent ex eius mente נכבל בלי שם et נכאו etc. vt designentur *Flagitiosi*, et *Infames, qui vt Furciferi carnifice virgas ingerente e terra exacti;* quorum *Filii* non minus fuerint *Nebulones: vt patrum vitia et scelera filiis solent adhaerescere.* Plausibilis est constructio, et omnino נכבל *flagitiosissime improbos* hic adferre debet, itemque בלי שם *infamia publica notatos.* Ita et *Iun.* ac *Trem.* paulo aliter construentes III. *Homines flagitiosissimi, etiam homines ignominiosissimi; afflictissimi erant, extorres.* Nollem tam minute carpta extrema, quasi נכאו et מן הארץ duo facerent incisa. De cetero non displicet בני ex noto *Hebraismo* sumi pro *Hominibus*, siue illi sint *patres*, siue *malorum coruorum pessima oua.* Si posterius sequare redeundum erit ad *vs.* 1. vt *impurum* illud *genus impurorum patrum* nunc pressius adhuc designetur, nomine בני נבל *Hominum flagitiosorum, et infamium, qui terra ipsa abiectiores, et conculcatiores.* Si prius, ipsi *Patres* notabuntur vt *Filii* i. e. *Homines flagitiosi, quin infamiae publicae nota inusti; atque adeo e terra flagris* et *verberibus excussi.* Deserta *litera* ire ad Hostes *Christi* et *Ecclesiae*,

nunc cantilena eorum factus sum, et exstiti iis in Dicterium. *vs.* 10. Abominantur me, procul recedunt a me: a vultu meo non

clesiae, est *aërem caedere*. Nec tamen *Litera* difficultate vacat; quae nonnullos eo adegit, vt dicerent, *non narrari quid factum, sed quid verisimiliter euenturum sit*. Non alienus hinc *Cocc. quod disputatio haec euenisse videatur recenti adhuc calamitate Iobi; quodque historia nihil tale factum legatur*. Obseruare interim iubet, *fuisse interuallum aliquod inter amissionem omnium fortunarum*, siue *primas plagas, et inter Morbos Iobi. Deinde et illis septem diebus quos luctui impenderat cum Amicis, aliquid sinistri euenisse: ac proinde literam eatenus saltem tenendam, vt etiam in Iobo haec vel facta, vel verisimiliter facienda, intelligantur*. Omnino *facta* haec statuendum; et quidem a *perditissimae tum vitae*, tum *famae, hominibus*, quos *Cap.* 16, 11. iam vidimus; nempe *Improborum agmen* illud, inter quorum Manus se tanquam in *coenosum* aliquod *barathrum* deiectum dolebat. Diximus ibi *Virum* tam *Religiosum*, addo nunc, tam *seuerum iustitiae vindicem*, qui *caninis iniustorum fractis, praedas ex dentibus eorum excutere solitus* fuerat, vt *Cap.* 29, 17. visum, *Inuidis*, et *inimicis*, carere non potuisse. Inter hos tales quoque extitisse, quales graphice hic depicti, credere par est. Nil mirum ergo *improbam turbam* ad famam tam immanis cladis, ac calamitatis, accurrisse, ac veluti triumphum de *virtute, pietate*, ac *religione*, in Nostro traducendo, egisse, odia simul sua aduersus illum implentes.

vs. 9. Virulentissima ludibria: *Canticum fieri* talium hominum; eorumque *dicterium*. Habes *triumphi pompam*, vt ita loquar, et *fercula*. Vel hinc apparet, *Virtutis* et *Religionis osores* non minus, quam ipsius *Iobi*, in praecedentibus designatos. Egregie *Cocc. significat datam* his hominibus *ansam gloriandi eius malo, tanquam vindicta iniuriae ipsis a Iobo factae. Viden' vt Deus puniat illum oppressorem libertatis, illum vsurpatorem potestatis, illum sanctitatis histrionem?* etc. *Haec sunt quae nequam homines sentire, et loqui solent de bonis magistratibus, pusque Doctoribus; maxime si ruant*. Solida haec, et mascula, quibus verbum non superaddo.

vs. 10. Nimis summatim *Cocc. summa*, κατάπτυστον *me censent*. Nempe interpretes ad vltimum Colon nonnihil dissentiunt; atque in tres abeunt fere classes. Sunt I. qui vere *sputum in faciem Viri probissimi iectum* statuunt, a turpissimis nebulonibus. Alii II. figurate *sputum* exponunt *contumeliosissima dicta*. Huc et *Merc.* acclinis, *indignissime et contumeliosissime me tractant velut conspuentes faciem meam*. Subtilior III explicatio respicit *sputationem coram Iobo factam*, tanquam ab *abominantibus*. Nota formula, *despuere rem* vel *personam*, in *abominatione* et *contemtu*. Hoc Cl. *Clerico* placebat, sed postea *deprendisse se ait, respici ad mores* Arabum *apud quos exspuere indecorum*. Laudat ex *Libello de Mor. Arab. Nunquam eos exscreare coram iis, quorum dignitatem suspiciunt*. Scio; nec tamen tam delicatas querelas fundere voluisse Nostrum, aut in re nihili

non compescunt sputum. *vs.* 11. Nam funem meum soluit, et adflixit me *quisque*; et capistrum a facie mea proiecerunt.

nihili tragoedias facere, persuadeor. *Codurco* simile quid in mentem fuit, danti, *Neque auertunt se a facie mea sputantes.* Addit, *hoc κατὰ τὸ ἐντὸν aliquem ex illis inter disceptandum patrasse existimo.* Nempe *Triumuiros* et hic, et supra, perstringi censet, sine vlla specie. Meo quidem iudicio non est cur a *litera* deflectatur. *Verborum contumeliae* satis expressae *vs.* praeced. quibus nunc *publica signa, et facta ipsa*, adiiciuntur. תעבוני *Abominantur me*, gestu, nutu, motu omni, me *execrabilem* et *sacrum* testantur. רחקו *procul absistunt a me*, tanquam iris dirisque coelestibus contacto; vnde et ipsi contagionem traherent, si *fulgurito* velut *corpori* propius accederent. His omnibus non tam *verba virulenta in os ingesta*, quam *sputum faciei procul iniectum* ab Osoribus spurcissimis respondere videtur. Tam parum id fidem excedit, quam quod *Esai.* 50, 20. praedictum.

vs. 11. Nexus non omnino clarus. Figurae quoque, prior praesertim, non satis promtae. Ad *Deum* I. omnia referens *Vulg.* dat, *Pharetram enim suam aperuit et fraenum posuit in os meum.* Nempe quum *Chetib* habeat יתרו *funem suum*, siue *Neruum*, pro quo *Keri* sistit יתרי *funem meum*, LXX. Interpretes, *funem suum aperuit* incommodius sentientes, substituerant Ἀνοίξας τὴν φαρέτραν αὐτῦ etc. *De Pined.* ait *Pharetram* iam non signare *sagittarum conditorium*, sed *ipsam arcus chordam, cui sagitta imponitur.* Infelix patrocinium! Et quis deinde ferat *chordam apertam*, pro *impulsa ad iaculandum?* Sunt II. qui prius hocce, aeque ac posterius Colon, ad *Illusores*, et *Homines nequam*, trahunt; vt sit; *soluit* quisque eorum *funem meum*, *meque vexat*, *et frenum a facie mea proiiciunt.* Hi *funem meum* exponunt *imperium meum*, vel *vinculum quo eos constrictos tenebam.* Dic vno verbo, *Habenam meam soluit quisque* etc. et senties aliquid satis concinnum ad seriem, cui *frenum excussum* pulchre succinat. Sed quidni tunc יחרו *Habenam suam*, quod in textu, retineamus? Id aptius, sonantiusque: *Nam habenam suam soluit* quisque, *meque vexat; et frenum a facie mea proiecerunt.* Secundum *Ketib*, sententia ad *Deum* reducta, tentauit *Codurc.* III. *soluit funem suum* i. e. *transennam*, *impetum in me facturus:* metaphora a *Cursoribus*, vel a *Feris.* Id durissimum sentiens, addit mox, *vel soluit funem suum, quo illos vinctos tenebat; habenas illis laxauit.* Applicat Triumuiris. Mutatio *numeri* tanti non est, vt propterea ad *Deum* necessario prior pars reuocanda iudicetur. Vel ad *Socios* reducta sententia, mollius fuerit, *Nam habenam suam soluit quisque.* etc. i. e. *sine modo et modestia in me inuehitur.* Malim tamen IV. ad *genus hominum* reduci, quod ex *praecedentibus* odio *Iobi* non solum, sed et *virtutis*, *pietatis*, ac *Religionis* ipsius, flagrasse manifestum. Hi *Habenam suam soluisse* eleganter dicuntur, quum ob *Iudicia in virum piissimum* nouos spiritus sumsere, atque apertius, ferociusque, *Religioni* et *pietati* illudere coeperunt, *Iobum* contu-

cerunt. *vſ.* 12. Ad dextram pullities conſurgunt; pedes meos impulerunt; et aggerarunt ſuper me vias ſuas perni-

contumelioſiſſimis dictis et factis adfligentes. Iſta *inſultatio*, ad quam *ſoluta religionis habena* hos nebulones impulit, pulcherrime, continuata metaphora, exprimitur, *et capiſtrum a facie mea proiecerunt*; vel et *permiſerunt, immiſerunt, effuderunt, in effuſum effraenemque impetum admiſerunt.* מפני non ſimpliciter eſt *in conſpectu meo*; non etiam *a conſpectu, vt eos amplius videre nequeam*; ſed vt recte *Merc. ne vltra metuant a conſpectu meo*, quo antea territabantur, *praeſentiam meam nil morantes.* Addo, *praeſentem impudentiſſime inludentes.* Eſt Figura *Arabibus* fere domeſtica; quam reperies illuſtratam ad *Haririi Conſ.* 3. p. 180.

Et funem habenae meae *in gibbum reiiciens,*
Viam ſequor nutantium in religione.

Ad eam rationem *prouerbialiter* effertur *ſoluit capiſtrum ſuum*, in eo, qui *nullo Dei, hominumue, reſpectu coercitus, in omne nefas effrenato impetu fertur.* Hinc explico *Pſ.* 140, 9. *Ne des cupiditates improbi;* זממו אל תפק *Capiſtrum eius ne laxes; efferrent ſeſe.* Habes conſimilem *numeri Enallagen.* Hoc adſpectu יחרי quoque aptiſſimam praeſtat ſententiam; *nam funem meum ſoluit* quisque, *meque adflictat; et capiſtrum a facie mea abiecerunt.* Mihi *Ketib* antiquius, et ſanctius, quam *Keri*, ſi vlla eius interpretandi via relinquatur. Vberius etiam, יחרי, *funem ſuum*, ſecundum explanationem a nobis datam; ſiue ad *Deum* referas, ſiue, quod malim, ad *vnumquemque* illorum *impuratorum*; qui in *clade Iobi, in religionem*, et *virtutem*, illudebant. Apponam exempla quaedam, haud parum lucis latura. *Harir. Conſ.* 4. *Non trado capiſtrum meum ei, qui tutelam mei prodit.* In *Hiſt. Tamerl.* p. 243. *Ad minimum ſitis, vt parentes veſtri, arbitri harum* regionum, *tenentes antias Arcium, et ſcandentes gibbum earum, extendentes manus veſtras in eas, earumque capiſtrum retinentes.* Et pag. 122. *Non tradidit Ydgouo capiſtrum ſuum.* i. e. *obedientiam et reuerentiam ei praeſtare noluit.* Ad vocem רסן quae Cl. *Guſſ.* eſt *Lapatum*, ſiue *Ferrum ori equorum inditum*, aliis *capiſtrum*, ſiue *pars habenae maxillis adſtricta*; aliis ipſa *Habena*; haud ſpernes ſubſidium *Dial. Arab.* vbi رسن eſt *Capiſtro*, *ſiue funi*, *qui naſo incumbit, conſtrinxit equum*; cuius *deriv.* رسن in *Camuſo* eſt *Funis, et praeſertim quod de Capiſtro incumbit in Naſum.* Vides *Funem* حبل, חבל, qui et יחר وتر ſtrictius eſſe *ſuperiorem partem capiſtri, quae manu retinetur*, ſiue *Habenas*, et רסן رسن *inferiorem* illam *partem*, quae *Naſum ſtringit*, et *coërcet.*

vſ. 12. Magni fluctus ad vocem פרחח. Mirifice *Vulg.* I. *Ad dextram orientis calamitatis meae.* Traxere eum LXX. ἐκ δεξιῶν βλαστῆ, reddentes, quod פרח ſit βλαστάνειν. A פרח *pullulauit* plerique *Rabbini*

II. ad-

II. adſciuere *adoleſcentes*, collata formula *Thalmud.* פרחי כהונה *Flores Sacerdotii*, pro *Sacerdotum filiis tenellis.* *Codurco* III. פרחח hic *aduerbialiter* poſitum pro *fortiter*, *inſtanter*, *feruide*, vt *Chald.* בחוצפא, *cum inſtantia.* Exſculpit id ex פרח *micuit;* tam ſecurus ſui, vt *reliquos interpretes caecutiiſſe* pronunciet. Potuiſſet ad maiorem ſpeciem addere فرح *Arabibus* eſſe *Laetus*, item, *proteruus fuit;* quae a *micando* palam propagata. Inde olim tentabam IV. *Petulantes*, *proterui:* quod *aduerbialiter* efferre poſſes *petulanter*, *proterue.* Doct. *Crom.* V. et *proteruum* habet, et *obſcurum* ſiue *abiectum*, ex notione τοῦ مفرح apud *Golium*, *Cuius nec genus, nec amici noti.* Ita ſane in *Camuſ.* *Vocatur* مفرح *Mophrach*, *cuius nec cognatio*, *nec neceſſitudo vlla noſcitur.* Suſpicor ductum a *pullo*, qui פרח فرخ *Arabibus.* Id frequentatur pro eo, quem σκότιον ἐγείνατο μήτηρ. *Nawab.*

Incuſſio bipennis in cerebrum,
Leuior prae imperio quorundam
e pullis.

Notat ibi *Zamachsj.* *Arabes dicunt*, *Ille eſt pullorum aliquis*, *e ſcortatione natum notantes.* *Fieri etiam poteſt vt pueri intendantur*, *quorum conſilium nihili eſt.* Vides פרחח *pullitiem* rectiſſime conuerti, et intelligi, vel *pueros nequam;* vel *ex nequam natos*, *viliſſimam pullorum ſobolem*, *ex volgiuaga venere oriundam.* In *Camus* etiam extat *Appellatur* פרח *pullus auium*, *omnisque ſoboles qua animantis*, *qua plantae.* *Item*, *vir contemtus*, *et vagabundus.* Vix dubitarim, *turpem* illam *pullitiem* hic ſignantiſſime expreſſam voce פרחח, cuius ipſa *Forma* aliquid *vilitatis* et *contemtionis* conſignat; ſiue iidem notentur, qui ſupra deſcripti, vt *mali corui mala oua;* ſiue et alii *impuri tenebriones*: qui a Noſtro vel *verbis*, vel *verberibus*, antea caſtigati, nunc *pietatem* et *Religionem* vna cum *dignatione* eius lacerabant. Huc ſpectat illud, *Ad dextra ſtant.* Figuratum haud dubie. Non melius explices, quam, *improbitatis me accuſant*, et *meritiſſimas me poenas luere*, atque *vlterius luiturum*, clamitant. Qui *reum* aliquem *agebant*, *dextrae adſtabant.* *Zach.* 3, 1. *Pſ.* 69, 16. et 109, 6. In hanc *Figuram* additum, *pedes meos impulerunt.* Doct. *Merc.* habet, *Ludunt de me; meque*, *pedibus prehendentes*, *propellunt*, *ac praecipitant.* Alluſum ad id genus petulantis ludibrii, facile conceſſerim; rem ipſam *improprie* accipiendam autumo. Intelligo *violentas accuſationes*, *ſub quibus* quaſi *pedibus impulſis corruere* cogebatur Noſter, quod nec in Deo, nec in hominibus, *innocentiae* vel tutamen, vel teſtimonium, ei relictum. Cl. *Schmid.* ad *Amicorum criminationes* referens circa *perſonas* tantum a nobis differt. Noſter eſt *Codurc.* monens *metaph.* eſſe a *Luctatoribus.* Idem poſteriora etiam ſatis commode, *ſtrauerunt viam iniuriae ſuae contra me.* i. e. *Omnes machinas intenderunt*, *ad euertendum me.* *Metaph. ab Obſidionibus.* Sic fere *Grot.* et *Cocc.* *Aggerarunt contra me itinera pernicioſa ſua.* Non eſt *Elumbe;* vt pronunciat *Schmid.* Fortius tamen *Merc.* *Super me viam ſibi fecere*, *vt eorum iniuriae et contumeliae*, *et perniciei qua me perdunt*, *ſim velut ſemita*

pernicioſas. *vſ.* 13. Diruerunt viam meam regiam; in praecipitium mei culmina ſcandunt, quibus auxiliator nullus. *vſ.* 14. Tan-

ſemita trita. Ad eandem normam Cl. *Schmid.* concipiens *ſemitam ab Amicis ſuper Iobo impulſo, et deiecto, ſtratam. Non quod diſputando eum vicerint, ſed quod violentis eum verbis velut profligarint.* Circa *perſonas* diſſentio; rem ipſam non ſperno. Suſpicor interim in vniuerſa hac *Allegoria* grauius quid captatum; ad *contumeliam* ſimul *pietatis*, et *Religionis ſubuerſionem*, pertinens. Qui iniurias *ſibi* factas dolenter fert, homo eſt; qui *pietatis* honorem minui dolet, plus quam homo. *Aggerant ſuper me* ſtrato, et conculcato, *vias perniciei ſuae*, i. e. *pernicioſiſſimas*, hunc admittit ſenſum, *Tropaea erigunt Impietati, ſuper ruinis meis; atque in meis plagis triumphum agunt de virtute, iuſtitia, ac religione.*

vſ. 13. Grandi imagini magnificis inſiſtitur luminibus. Primo, *deſtruxerunt*, vel *deſtruunt*, *viam meam.* Nimis languide 1. *Grot.* exponit, *omnem amicis ad me aditum obſtruxerunt.* Non fortius 2. *Coderc. Diſſipant ſemitam meam ne qua poſſim euadere.* Applicat tribus Amicis. Confer *Nicet. Vatabl. de Pined. Crinſoz.* etc. Proxime ad rem 3. *Schmid. Malumus hanc ſemitam accipere de ſemita Iuſtitiae, in qua pie et iuſte viuendo inceſſerat Iobus. Hanc deſtruxerunt Amici, quum Iuſtitiam illius calumniati ſunt, et in impietatem transmutarunt.* Placet, *Perſonis* tantum commutatis, 4. vt *Improbi Religionis* et *Virtutis contemtores*, dicantur, *Viam Regiam Iobi deſtruere*, quatenus ex eius *clade* et *ruina materiam ſumebant triumphi.* נחיבת et נחיב non eſt *ſemita*, ſed *via edita, exaggerata, Regia.* Redi ad *Cap.* 19, 8. et 24, 13.

Ibid. Secundum quod attinet, obſeruandum, הָוָה et הָיָה eſſe *ruinam qua quis in profundum velut barathrum praeceps abit.* Originem ad *Cap.* 6. reperies. הרעיל *profecit, vtilis fuit*, contrarium quid ex Origine adfert, *altum tenuit* vel *tenere fecit.* Inde emergit, *ad profundiſſimam ruinam meam altum obtinent*, et victores exſiſtunt, *homines perditiſſimi.* i. e. me *profligato, et in barathrum hoc calamitatis inauditae detruſo, vincunt et triumphant Improbi*, atque adeo *Improbitas* ipſa ſibi iam *culmen tenere* videtur. Quae ex غال olim conabar, *Analogiae* haud congrua.

Ibid. Tertium colon *Non adiutor illis*, ex formula *Arabum* notare mihi videtur *Homines perditiſſimae rei*, et *ſpei; quos nemo ſua cura dignari velit.* In *Hamaſa* ſic planiſſume.

Videmus vos ignobiles, pauperes quibus nullus ex reliquis hominibus adiutor.

Similiter *Zamachsj.* ad prouerbium, *Is vere ſeruus, cui nemo ſeruit*, notat, *frequentatur in vilitate eorum, quibus nec adiutor, nec opitulator.* Signatam eſſe phraſin perſpicias praeſertim ex *Gjauhar.* in voce عرق ad Adagium لقيت عرق قربة *paſſus ſum ſudorem vtris aquarii*, pro *graue* et *indignum quid:* vbi monet *Origo eius ducta ab Vtribus aquae, quos portant tantum ancillae baiulae, et*

quibus

Tanquam in rupturam latam vadunt; sub fragore turbinis in modum prouoluunt se. *vs.* 15. Euersio facta; super me Dirae: persequuntur vt ventus generosum meum spiritum: et vt nubes tran-

quibus nullus adiutor. Nonnunquam autem vir honestus eos baiulare coactus, sudorem mittit, prae molestia, simul, et pudore. Vides *Honestas* opponi *iis quibus nullus adiutor*, i. e. *vilissimis capitibus, ac mancipiis, inhonesta quaeque sine pudore obeuntibus.* Hinc latius extensum videtur ad *homines profligati pudoris*, turpia quaeque γυμνῇ τῇ κεφαλῇ patrantes.

vs. 14. Sublimes figurae. Consentitur fere a *fluctibus* eas translatas; *tanquam per rupturam latam deuolutis* in *Caput* et *Fortunas Iobi.* Satis commode in hunc sensum *Vulg. Quasi rupto muro et aperta ianua, irruerunt super me.* Alterutrum ex *Glossemate* irrepsisse dicerem, quum vel *ruptus murus*, vel *ianua aperta, latae rupturae* respondeat satis. Cl. *Schmid.* בפרץ *recto casu* accipit, vt *Ruptura lata* ponatur pro *aquis erumpentibus per talem rupturam.* Maior dissensus ad seq. Colon, vbi מחח diuersos peperit conatus. *Vulgat. Ad miserias meas deuoluti sunt.* At *Pagn. sub calamitate se deuoluerunt.* i. e. *praetextu calamitatis meae*, vel *occasione eius*, vt *Vatabl. Merc.* et plurimi. Acutius, et fortius, *Cocc. Vice repentinae vastitatis prouoluunt se.* Similiter *Cler. Et desolationis loco sese deuoluunt.* מחח *vicem, locumque*, inferre notum. Cl. *Schmid.* maluit, *sub turbine vastante prouoluuntur.* Magnifice sic concinunt *fluctus*, et *Turbo* eos *impellens.* Applicat *Amicis, violento impetu* ac velut *turbine*, in Nostrum *inuectis.* Admittere possem, mutatis tantum *personis*, et *improborum agmine* adscito, qui *Tropaea* velut *in ruinis Iobi* statuebant. Hoc ipsum autem פרץ tenere iubet pro *effractione muri expugnati*, vt *Allegoria* a *re militari* sit desumta, in hanc sententiam, *Tanquam* per *latam rupturam veniunt*, et intrant victores, in Arcem religionis meo lapsu quasi collapsam, *sub ruina* moenium disruptorum *prouolunt se*; vel *globatim aduoluuntur.* Ita *sub ruina* esset *ad ruinam et cladem qua spes opesque meae religiosae conciderunt irreparabiliter.* מחח *sub* adfert *occasionem, auxilium, fauorem* etc. Posses etiam, *sub Turbine vastante*, quo ipsi *Virtutem* et *Religionem* disperdere moliuntur. Non damnem quoque *vice Vastitatis*, in eandem mentem. התגלגלו lucem foeneratur ex *Ps.* 77, 19. vbi גלגל est *Globus nubium conuolutarum*, qui et *Arabibus* جلجل, vt forma verbi גלגל iisdem est *cum fragore volui*, in *Nubibus, Aquis*, aliisque; cum quibus *Globi militares* solent comparari. Defungar vnico ex *Diw. Hud.*

— *Suppetias tulere agminibus effusis,*
Prout crescit conglobatum e nubibus agmen flantibus Austris.

vs. 15. *Euersio facta est; super me terrores; persequuntur vt ventus ingenuam meam* etc. Vsus *impersonalis* clarescet ex *Ier.* 2, 23. et 18, 12. *Esai.* 14, 31. et 57, 10. etc. *Euersio facta rei* non solum et *spei* meae; sed *veritatis, pietatis, religionis.* Pathos *Iobo* congruens.

transit salus mea. *vs.* 16. Et nunc super me effundit semet anima mea: corripiunt me dies Adflictionis. *vs.* 17. Nocte ossa mea per-

Super me Terrores mentem externantes, vt vbi sim, nesciam. Confer supr. 20, 25. De vi vocabuli redeatur ad *cap.* 15. תרדף cum בלהות cohaeret; ex perpetuo *Arabismo*, quin et *Hebraismo*. נדיבה *ingenuitatem* vel *indolem ingenuam* nunc signat; siue presius adhuc *principium vitae spiritualis*, *virtutis*, et *sanctitatis*, quod רוח נדיבה *spiritus ingenuus Ps.* 51, 14. Radix נדב *fluxit sponte; veruauit.* Inde *liberalitas*, *munificentia*, *ingenua virtus* etc. Haec alias. *Terrores*, irae, diraeque coelestes, *venti instar persequebantur Iobi* נדיבה *ingenuam* illud, *et ex Deo natum principium*, quatenus omnia eius fundamenta labefactata et conuulsa esse videbantur, per *Euersionem* tum *rei*, tum *spei sanctissimae*, quam et religiosissime culta pietas, et gratia largissime collata, pepererant. Recinit pulcherrime ad imaginem *venti Nubisque instar transiit salus mea.* Inepte nonnulli *Hebraeorum*, *Animam* intelligunt, quae *salus* sit *corporis.* Non minus quaesite *Bold.* exponere iubet de *principatu Iobi*, in quo *salus* fuerit publica. Eidem עב *obscuritas.* Hoc ruere est. *Liberationem* volunt *Cler. Crinf.* Ad *prosperitatem* veterem refertur a plurimis, quam admitto, si non tam *temporalem*, quam *spiritualem*, a Nostro intentam, admittatur. Existimem insuper, *salutem* illam *speratam*, sibique pignore solenni *desponsatam*, de qua *Cap.* 29, 18. et seq. actum, potissimum nunc spectari. Ea vt *Nubes transiisse* dicitur, figura *Arabibus* tritissima, qua *magnificas spes*, aut *pollicitationes*, haud *impletas*, comparant *Nubi imbrem largum promittenti*, *sed mox in auras dilapsae*, vel *ventis discussae.* Exempla alibi prolata.

vs. 16. Nihil hic difficile. Prior phrasis a *Vulgat.* expressa, *Marcescit anima mea in memet ipso.* Nempe *effunduntur* quasi, quae vel *succo*, vel *spiritu*, *languente marcent.* Veram vim formulae discas ex *Ps.* 42, 4. *Effundo super me animam meam*; i. e. *anxiis querelis memet macero*, *obruo*, *demergo.* Est *Metaph.* desumta ab *aqua effusa copiosius*, ad *mersionem* vsque. Sentis quam apposite *praepos.* על adhibita. Posterius elegantissime *Vulgat.* dedit, *possident me dies adflictionis.* Id fortius, quam *Apprehendunt me*, quamuis et qui hoc sequuntur *Occupationem*, et *possessionem perpetuam*, adiungere queant. עני *Adflictio* in *Origine* sistit *succi vitalis expressionem*, *effusionemue*, quam opportunissime locatam, cernere est.

vs. 17. Vehementissimi affectus. In ptiori Colo ambiguum *suppositum* verbi נקר, in *Pih.* Multi *Dolorem*, vel *Morbum* supplent: plures *Deum doloris auctorem.* Vide *Merc.* qui dat, *Nocte ossa mea perforauit desuper me.* Pleniuscule *Cocc. Noctu ossa mea rodit* morbus, et separat *a me.* Ex *coni. Niph.* maluerunt alii, *Nocte ossa mea perferantur.* Ita *Vulgat. Luth. Schmid.* etc. In מעלי indultum acumini a *Iun.* et *Trem.* reddentibus, *a* stragula *mihi imposita*

pertundit de ſuper me; et rodentia mea non cubant. *vſ.* 18. Prae vehementia impetus commutat ſe in amictum meum:

ſita perfodiuntur. q. d. *ſtragula ipſa me praegrauat.* Tenue Cl. *Schmid. oſſa* velut *de corpore reuulſa* concipit. Probo: idemque haud dubie volebat *Cocc.* Ego בקר ex *Pih.* cum לילה commodiſſime necti autumem. *Nox* ipſa *Oſſa mea pertundit de ſuper me.* Solemne cothurno, *Nocti*, vel *Diei*, id dare, quod de *Nocte*, vel *Die* contingit. *Arabes* praeſertim loquendi formam ſuam fecere. Sic نهار صايم *Dies ieiunans* يوم سافك *Dies ſanguinem fundens.* ليل سفوك *Nox multum ſanguinis faciens* etc. Preſſius: *Nox angere, vexare*, etc. in omnibus Linguis dicitur, quum *anxietates nocturno tempore ingraueſcunt.* Speciatim hic reſpicitur ad *Noctem curas lenire*, ac *domare*, ſolitam, *quae* nunc contra *intenſius* dicitur *ſaeuire*, et *oſſa ipſa* ac *medullas pertundere.* Satius iudico tamen repetere עני *Adflictionem, extus* et *intus* vi ſaeua incumbentem, et *noctu* etiam *oſſa tuntendem.*

Ibid. Maior fluctuatio ad poſterius Colon. *Vulgat.* I. *Et qui me comedunt, non dormiunt.* Exponitur a Viris Doctis in Eccleſia Romana bifariam 1. *Detractores* et *Calumniatores*, cum *homines*, tum *Daemones.* 2. *Vermes* vel et *pediculi;* vt ad *pedicularem morbum* digitus intendatur. Ad חרק recurrit *Chaldaeus* II. דמעסן יתי *Qui frendent in me* hinc arripiens, non optimo exemplo. Horum nihil quum placere poſſet, magno conſenſu itum ad *Arabiam*, vbi عرق, *plur.* عروق, complectitur *venas, arterias, neruos*, a ſimilitudine *Radicum* ſeſe quaquauerſum diffundentium; nam عرق proprie *radicem* deſignat. Praeiuerant LXX. dantes τὰ δὲ νεῦρα μὲ διαλέλυται. *Ab. Eſra* etiam diſerte monuerat בלשון ערקים *in Lingua Arabica* קרי גידים *neruos. Iarch.* R. *Leui, Kimch.* huc calculum contulere; vnde vix vllus recentiorum addubitare ſuſtinuit. Videſis *Merc. Druſ. Codurc. Grot. Cocc. Schmid. Cler.* etc. ne iam *Pocok. Hotting.* aliosque *Arabizantium* principes, commemorem. Referri ſolet ad *vim morbi*, ſiue per *febres acutas*, et *ardentes*: ſiue per *conuulſiones.* Doct. *Niewent.* cum *arteriis neruos* iungendos opinatur, quatenus hi illarum *motum, pulſumque cient.* Ex coniectura propoſui olim IV. *Venae meae non fluunt. Tota temperies conturbata, ſanguine officium non praeſtante.* שכב שכב in *origine* eſt *fundere*, et *fundi*, indeque *Iacêre*, atque inde porro *Cubare, quieſcere, dormire* etc. Si ערקים *venas* et *arterias* hic exprimeret, quas a *Radicum* ſimilitudine ſic appellatas, *Arabes* docent, cauſam non video, cur coniecturae poeniteat. Amor tamen veri non patitur me in eo acquieſcere. Obſtat 1. שכב pro *cubare, dormire*, veriſimillime nunc poſitum, quod *Nox* praecedat. Ea anſam dedit *Iun.* et *Trem.* non inuenuſte reddendi, *Arteriae meae cu-*

bantis non quieſcunt. Nempe in ישכבון ſupplent ſimul אשכב, *dum ego cubo illae haud cubant.* 2. Non permittit *Analogia*, vt ערקים *form. part. praeſ.* cum عَرِق עָרֵק *ſegolato* conferatur. عارق ערק *Arabice* ſonat *Rodentem*, vt mox parebit. 3. *Morbum* deſcribi, parum veriſimile: quum *materiam* longe *grauiorem* ingreſſus fuerit, quam vt *cumulum malorum ſuorum* maſcule non minus, quam pie, exequitur. Omnino ergo 4. cogitandum de *Terroribus Dei*, *oſſa* ipſa *tundentibus*, ex formula trita in *Pſalmis*, His *contuſis* et *exeſis*, vnice 5. reſpondet, *Et Rodentia mea non cubant*, *dormiunt.* κοιμῶνται. Ad *vſ.* 3. poteſtatem *Rodendi* ex *Dial. Arab.* et *Syr.* adfirmatam dedi. Speciatim in *oſſibus rodendis* frequentari patet ex عراق *Os carne nudum et deroſum.* Item ex forma prouerbiali معروق العظم מערוק אלעצם *Deroſus oſſa*, pro *miſero.* Abſolute etiam reperio عوارق أزمنة *Tempora rodentia*, pro *aduerſis*, in *Diw. Hud.* Propius *Ibn Doreid.*

Ne reputes, o Fortuna, me ſupplicaturum,
Ad Infortunium, quod rodit me roſione cultrorum.

Iterum

Haud mirum quum vrgeat tempus iniquum;
Si roſum os medulloſum exſugatur.

Nil plenius deſideres. *Vermes corroſores* corporis, vel et *Morbos*, ſi quis malit, libera ſit optio. Mihi quod poſui, praeplacet. In verbo שכב κοιμᾶσθαι cothurnus Tragicus a peritis facile agnoſcetur. *Soph. Philoct.* 651. dabit κοιμᾷν ἕλκος *Sopire Vlcus:* et φλόγα *flammam*, *Aeſch. Agam.* 606. et *Eumen.* 835. κελαινᾶ κύματος πικρὸν μένος *Nigri fluctus amaram vehementiam.* κοιμίζειν *vulnera*, *Homer. Iliad.* 16, 524.

vſ. 18. Magna obſcuritas. *Vulgat.* I. ſic pergit, *in multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum; et quaſi capitio tunicae ſuccinxerunt me.* Ad *vermes* referunt fere *Latini.* Cum iisdem coniungit *de Pined. putres fluores*, *morbi cruciatus*, *et totius corporis foeditatem. Schmid.* II. *prae multitudine roboris mutat ſe* ſicut *veſtimentum meum* Deus: *ſicut os tunicae meae cinxit me.* Exponit, *tam facile Deus ſe mutat*, *et variat*, *in immittendis mihi adflictionibus variis*, *quam facile veſtis mea mutari cum alia poteſt.* Exquiſitius quid ex illa conſtructione dare potuiſſet Vir Doctus; nempe *prae multo robore mutat ſe in veſtimentum meum; meque vt os induſii cingit:* vt Deus *doloribus vrguens*, dicatur *totum corpus ad inſtar veſtimenti a ſummo ad imum inuoluiſſe*, *nulla parte cruciatuum experte.* Melius quoque tunc *cum multo robore;* quam *prae*, quod languet. Non tamen digero *Deum* ipſum *in veſtem transmutatum; et collo innexum.* Decentius III. fuerit ex *vſ.* 16. repetere עני *Dolorem extus* et *intus ſaeuientem.* Eum *vſ.* 17. etiam commodiſſime reſumi inſinuatum. Continenti ergo *Allegoria* ſic pergetur, *cum multitudine roboris* dolor ille *demutat ſe in veſtimentum meum; vt os tunicae meae cingit et ſtringit me.* Verbum התחפש eſt *mutare habitum*, *ad exploratoris modum; induere ornatum*

tum cognoſci nolentis. 1 *Sam.* 28, 8. et 1 *Reg.* 20, 38. Inde admirabiliter figuratum, *Adflictio mea ſemet induit in formam mei habitus*, ſiue *veſtimenti* etc. לבוש eſt *indumentum exterius:* כתנת *Tunica interior.* Innuitur *extus*, et *intus*, a *capite* ad *calces*, *doloribus* ſe *inuolutum*, iisdemque *per omnia membra arctius conſtrictum.* Eſt *imago* vere *Arabica;* quamuis *indui* et *inuolui doloribus*, a *Graecis* et *Latinis* quoque ſit adſcitum. Ita ferme prouerbialiter dicunt الفقر يشاره والحزن شعاره *Vertebrarum fractio*, ſiue *paupertas*, eſt *eius exterior veſtis*, ſiue *Amiculum*, *et moeror*, eius *Induſium*, ſiue *veſtis interior corpus contingens.* Hinc اشعر *induit* quem *veſte interiore*, in figura valet, *occupauit* animum cura, anxietas, moeror. *Gjauh. Indutus fuit* اشعر *anxietatem; eſt, Anxietas intime adhaeſit loco induſii, quod e veſtibus corpori intimum.* Sic in *Hamaſa.*

Flebam et induebar aeſtu febricitantis.

Vbi *Tebriz. Verbum indui* (اشعر) *vſurpatur in veſte interiore, quae proxime corpus contingit. Latius inde translatio facta, et dici coepit; Indutum eſt cor moerore.* In *Diw. Hud.*

Dormit cura vacuus; at Ego noctem tranſigo haud dormiens;
Concitatque Oculum Cor morbo velut induſio indutum.

In conſimilem figuram traductum verbum لحف *exteriore amiculo induit.* Hinc *in Diw. Hud.* grandi cothurno:

Quum attingunt eos, amiciunt (يلحفون) *dorſa eorum.*
Ictibus, qualibus ſtoreas iciunt mulieres textrices.

Monet ibi *Schol. Eſt figurata oratio, qua ſignificatur Amiculum ex Ictibus iis fuiſſe confectum.* Iterum in *Diw. Hud.*

Et Amiciui eum (ولحفته)
inde telis cuſpide acuto praeditis.
Ad inſtar acici lanceae nunquam fallentis.

Vbi iterum *Schol. Amiciui, eſt amiculum ei feci quod indueret:* i. e. *telis confixi eum.* A radice لبس לבש *veſtiuit*, eiusque *deriv.* לבוש لباس prouerbialiter inualuit لباس الجوع *Indumentum famis*, quod ex *Alcorano Sur.* 16, 113. citans *Phiruzabad.* in haec verba *Guſtandum dedit iis indumentum famis*, ita exponit *Fames iis ad ſummum peruenit: Figurate autem Veſtimentum famis dictum, quod vndique inuoluat hominem, inſtar Amiculi.* Caue credas in ſola *fame* obtinere; patet enim ad omnia. In *Hiſt. Tamerl.* p. 228. reperies لباس الجوع والغرق *Indumentum famis et conſternationis:* et p. 373. لباس الجوع والشدة *Indumentum famis et miſeriae:* et pag. 78. لباس البأس *Indumentum adflictionis.* Item in *Hiſt. Salad.* لباس البأس *Indumentum deſperationis.* In omnibus his לבוש adfert

meum: et ſicut os tunicae meae cingit me. *vſ.* 19. Proiecit me in lutum; et planiſſume ſimilis factus ſum pulueri, ac

adfert *ſummum gradum*, et *cumulum mali*, *quod nullam partem immunem eſſe patitur.* Sentis iam, quanta dignitate, et grauitate, elatum ſit, יחתפש לבושי *in formam ſe induit veſtimenti mei*, vel *veſtimentum meum factum.* Adflictio, *velut traueſtiuit ſemet; meque cingit ſicut os Tunicae meae interioris.* בפי latiore vſu a quibusdam redditur, per *Pleonaſinum*, vt ſit, *ſicut Tunica mea.* Id a vero non abhorret. Non improbo tamen, *vt Orificium Tunicae meae*, quod פה *Os* dictum *Pſ.* 133, 2. Id *Collum* preſſius *ſtringit*, et arctat; vt *Adflictio* dicatur *Collum* praeſertim, et *fauces compreſſas* tenere; vel *vbique* tam arcte *inhaerere*, quam *orificium tunicae Collo.* Ad *Anginam* proprie dictam non eſt cur trahatur. Confer qua Cl. *Braun. de Veſt.* notauit p. 466. Videor mihi dediſſe, quod locum tueri queat. Laudandus tamen IV. Doct. *Reim.* ita ſatis ſpecioſe vertens, *Magna vehementia commutat ſemet veſtis mea.* Intelligit per *veſtem*, vel *cutim*, vel potius *vlcera*, corpus *tanquam coccina veſte tegentia; quae a planta pedis* ad orificium vsque Tunicae, *ſiue collum*, dicantur *pertinuiſſe.* Obſtat ſagaci conamini, 1. לבוש pro *vlceribus corpus veſtientibus* abſolute, paulo durius eſſe, et obſcurius; quum *Cap.* 7, 5. לבש בשרי רמה *Induit caro mea vermem*, ſua luce ſe ſtatim inſinuet. 2. Minus concinnum, vt לבוש *veſtimentum* exponatur *improprie* de *vlceribus*, et כחנת *Tunica* mox *proprie* accipiatur. 3. כ pro עד vel כעד *vsque ad*, hac ſaltem in ſtructura, non adeo molle; nec exempla *Noldiana* reſpondent. Ad *corporis vlcerationem*, 4. haec reſtringenda, ſupponitur magis, quam probatur. Si quis tamen ei inſiſtere velit; commodius dari forte poſſet, *multa vehementia commutat ſeſe veſtimentum meum*, vlcerosa ſuperficies mei corporis; *et ad modum tunicae meae me cingit*, me tutum *inuoluens*, et *conſtringens* vndique. Manet prior difficultas, nec לבוש abſolute pro *vlceribus*, aut *cruſta vlcerosa*, admittere auſim. In III. ergo pedem fixerim; quamuis II. non omnino repudiarim: praeſertim ſi *vſ.* ſeq. *Deus* veniat ſupplendus, qui tunc *Luctatori* comparabitur, *validiſſimis nexibus* membra *implicanti*, atque *aduerſarium* ſuum *elidenti*, et *adſtigenti.*

v. 19. Anceps, quis *agat*, et regat verbum יורה. Quid ſententiae, *Deo* inſerto, emergat, ad finem *vſ.* praec. notatum. Commodius tamen autumem, ſilo inde a *vſ.* 16. huc vsque pertexto, *Adflictio oſſa contundens*, in *veſtemque* mihi, et *Tunicam*, multa cum vi, et vehementia, *intus*, et *extus*, *inhaerens*, atque adeo *adfixa*, *projecit me in lutum*, i. e. me *opprobrio*, et *ludibrio publico expoſuit*, vt *contaminatiſſimus* habear, et *ſceleratiſſimus* hominum; *abominatione*, et *conculcatione*, omnium *digniſſimus.* Huc ſpectat quoque poſterius, *Aſſimilatus ſum pulueri*, et *cineri.* i. e. inſtar *pulueris ab omnibus conculcor*, et *inſtar cineris*, ac *ſordium*, *euerror.* Sum factus περικάθαρμα, καὶ πάντων περίψημα.

Poſſis

ac cineri. *vſ.* 20. Vociferor ad Te, et non reſpondes mihi: inſto, tu autem lentus inſpicis in me. *vſ.* 21. Conuerteris mihi

Poſſis et duo membra ſic dirimere, vt *proiectio in lutum* ſeſe referat ad *ſcelera*, *quorum reus cenſebatur* Noſter, *ob adflictiones* et *plagas:* quod ipſum in cauſa fuit, vt pro *puluere*, et *cinere*, ab omnibus *exploderetur*, et velut ad ſterquilinium amandaretur.

vſ. 20. Grauiſſima *Apoſtrophe* ad Deum, qua in tam immani iniuria vindicias iuſti Iudicis ſibi negatas. Coelumque clauſum, quin irritatum quaſi piis precibus, deplorat. In verbo שוע ineſt *Vociferatio* vel *Quiritatio oppreſſi*, השיעה *ſalutem opemque implorantis* a Vindice Iuſto. עמדתי *ſto*, aliis ſimpliciter eſt, *ad orandum conſiſto;* aliis, *inſiſto*, et *clamoribus intenſiſſimis inſto;* aliis, *ſubſiſto expectabundus*, et *tacens*. Prius exile nimis. Qui medium ſequuntur, ante התבנן repetunt לא, *inſto*, *et* non *reſpicis me*. Ita *Vatabl. Iun. Piſc. Belg. Crinſoz. Cler.* etc. Aiunt id ſolenne *Hebraeis:* ſed non video exempla ſimilia. Eſt vbi id fiat, tum in *Hebraea*, tum in aliis Doctis Linguis; ſed ſerie vel permittente, vel inuitante. Hic nihil tale. Ideo *Merc.* malebat, *ſubſtiti*, expectans opem, *et conſideras me* i. e. *in me intueris, vt me nouis plagis ſubinde afficias.* Per *interrog.* Cl. *Cocc. et adſpicis me?* Melius *Codurc. Et cogitabundus me adſpectas.* Ita fere et nos olim in *Iuuenil.* ad *Cap.* 23, 15. *Inſto*, *et cunctaris in me;* vel *cunctabundus tergiuerſaris.* Redi ad ea, quae *Cap.* 23, 15. de vſu hoc ſingulari producta. Si mens *Merceri* magis arrideret, dandum eſſet, *intueris in me tanquam in ſpectaculum* tibi *iucundum: Oculos tuos meis plagis oblectas*, *et paſcis.* Eſt vehementius. Confer. *Cap.* 31, 1. *Virginem contemplari;* vel *ſuper virginem inſpectare.* Huic ſenſui fauet *vſ.* ſeq. [Pro עָמַדְתִּי *Syrus* et *Arabs* legiſſe videatur עָמַדְתָּ. *Vog.*]

vſ. 21. Adfectui ſe ſuo permittens denuo Noſter, ex *praeced.* תתבנן *laetum* velut *ſpectaculum in me habes*, duas concipit ſententias, irreuerentius, et durius, exeuntes. Prima eſt, *Conuerſus es in Crudelem mihi.* Cl. *Cocc.* dedit, *in immanem hoſtem.* Vbique locorum *immanitatem* quandam, et *truculentam ſaeuitiam*, ſpirat vocabulum. Eius *Origo* haud ſatis comperta: אך זר *tantum peregrinus*, luſus videtur, non veriuerbium. كسر, *fregit*, *perfregit*, vnde per א *compar.* et *ſuperlat.* formans, *maximus perfractor*, *violentiſſimus*, ſpecie haud vacat. Non auſim tamen pro explorato commendare. Ad mentem *Iobi* tenenda *ſaeuitia* illa *immanis*, et *truculenta*, quae *paſcitur cruciatibus* et *tormentis innocentium*, aeque ac *nocentiſſimorum:* quaeque *nullo vnquam ſanguine exſatiatur.* Huc fertur et Verbum שטם ſignans *Odium acerbiſſimum* et *implacabile;* vt tactum *Cap.* 16, 9. עצם proprie videtur inferre *oſſeam duritiem.* Nempe nulla *clementia temperatas plagas*, ſed *validiſſimae Manus duro* et *inflexibili robore impactas*, experiebatur Noſter; quae non a *Patre caſtigante*, ſed ab *Hoſte perditum*

mihi in implacabilem hostem; in robore manus tuae interneciuum mihi geris aduersarium. *vs.* 22. Tollis me ad ventum, equitare facis me: et vndare me facis cum solitissima firmitate. *vs.* 23. Sane noui, ad mortem reducturus es me; et

tum eunte, et *odia explente*, proficisci videbantur.

vs. 22. Graviſſimae figurae. Prima ducta est a *vento*; altera a *fluctu*. Prima imago offert *aridam* et *exsuccam stipulam*, a *turbine rotatam vastum per inane*. Hoc signantissime enunciatum per *Tolli ad ventum*, *super vento*, *in eoque equitare*. Formula est *Arabum Equitauit alas struthiocameli*, i. e. *leuissime circumactus fuit*. Item *Equitauit alas venti*: i. e. *rotatus fuit quam velocissime per auras*, tum proprie, tum figurate, vt hic. *Hos.* 4. *Vs. vlt.* extat, *Illigauit eos alis suis ventus*. Apud. *Eurip.* in *Phoenis. Zephyrus* dicitur ἱππεύειν ἐν ἀερωῖ *Equitare in Coelo*; et apud *Horat. Eurus per Siculas equitare vndas*. Notauit Eleg. *Muret.* V. L. 1, 10. Altera formula חמגנני חשיה sic videtur concepta, *Fluctuare me facis soliditatem*. i. e. *cum solidissimis rationibus vitae anteactae*, *fluctuo tamen* miser, *ac velut tempestate saeua deprensus iactor in vasto profundo*. Est pulcherrima *Antithesis*, qua *certissima* quaeque *principia spei*, et *fidei*; *veritatis* et *religionis*; *virtutis* et *innocentiae*; *sibi sub pedibus* quasi *subducta* innuit, ita vt *tanquam* in *mari incerto* huc illuc *circumageretur*. Caue referas ad *dubitationem* ex *infidelitate*; nam חושיה *solida*, *immota*, *vacillare nescia principia*, sibi vindicat Noster; cum quibus ipsis tamen se nescire amplius vbi sit, aut vbi pedem figat; fatetur. Habes speciem *Oxymori*, quatenus מוג *fluctuari*, σαλεύεσθαι, et *habere* חושיה *soliditatem*, arietant. In eo situm acumen, et pondus dicti. [Pro חרכיבני *Syr.* et *Arabs* legerunt forte חרביעני. *Vog.*]

vs. 23. Tangendum I. quod et *Merc.* attigit, esse qui tentarint, *Atqui scio fore vt me mors recreet* etc. ex 3. *faem.* vt חשיבני valeat חשובב נפשי *refocillabit me*. *Vnicum malorum meorum alleuamentum est Mors. Profecto non in tumulum immittet* Deus *manum*; *si in exitio eius*, *illis salus*. i. e. *immunitas ab afflictione si quidem mortuis et tumulatis concessa*. Officit discrimen *generis*, nam מוח est *masc.* nec reliqua valde expedita. Mallem, II. si מוח etiam *faemin.* forte obtinuerit potestatem, *Sane scio*, vel, *experior*, *solam mortem me auocaturam*, vel *effecturam vt ad memet redeam*; etc. *Verum tamen non in tumulum laxat manum* Deus, *si in exitio eius*, *illis laxitas*. להן *illis*, nempe vel *mortuis*, vel *Morti* et *sepulcro*. vel *illuc*. i. e. *Ne mori quidem me sinat* Deus, *si mori* et *exscindi e terra viuentium*, sit שוע *amplitudo*, *amplum* et *laxum* quid, quo *in libertatem laetam* quis *emittitur*, et non potius *angustum*, et *miserum* quid, quod nemini vel miserrimo inuidetur, ac subtrahitur, nisi ab Eo, qui *saeuire* cupit, et *odium* suum *lentis plagis exsaturare*. Nota vox Tyranni, qui *mortem citam*, inter lenta tormenta, postulanti regessit; *Nondum in gratiam rediimus*. Habes aliquid, quod

et ad domum condictionis omni viuenti. *vſ.* 24. Verum tamen non in Tumulum laxat manum; ſi in exitio Eius illuc leua-

quod verſibus 20. 21. 22. aliquo modo reſpondeat. En! III. *Profecto noui*, perſentiſco, *quod ad mortem deducturus ſis me* etc. quod ſub his plagis tandem animam ſim exhalaturus. *Verumtamen non in tumulum remittat manum*, *ſiquidem in exitio eius*, *illis* rebus *laxitas*, vel *liberalitas*; *ſi non adfleui duro diei* etc. etc. *Ne mori quidem velim*, quum tamen *Mors* iam *votorum* mihi *ſumma* ſit, *et in tali exitio*, quale nunc patior, adimatur mihi *miſerrima* illa *laxitas*, vel et *liberalitas*, qualis eſt *animam exhalare*; *ſi non commiſeratione tenerrima ſemper proſecutus ſum eos*, *quibus vita amara*. Portum me tenere non iudico nec facile ancoram iacturum me ſentio, niſi ex *Vſ.* 24. tutior forte ſtatio aperiatur.

vſ. 24. Parum fido coniecturis ad *Vſ. praec. num.* II. et III. a me expoſitis. Haud liquet ſane, num בעי ſit ſimplex, a בעה *poſtulauit*, an compoſitum, vt עי *aceruum lapidum* nunc deſignet, figurate, pro *tumulo*, *ſepulcro*, vel et *mortui reliquiis*, ac *ruderibus* quaſi. Parum quoque conſtat, quid שוע ſonet, *clamoremne*, an *laxitatem*, et *ſalutem amplam*; an *liberalitatem*. להן pro להם non probatur ex *Ruth.* 1, 13. vt *Druſ.* putat; eſt enim diuerſa et forma, et notio: nec apparet, quorſum ſeſe id *pronominis*, ſi modo ſit *pronomen*, referat. Proximum nobis videtur *Mors* et *Domus condictionis omni viuo*, ſiue *ſepulcrum*: quod Cl. *Guſſ.* placuit. Inde offero *Verumtamen nullus poſtulo*, *vt manum mittat*; *ſi in plaga Eius ferali*, *illis* morti et ſepulturae *laxitatis* vel *liberalitatis* quid: aliquid *amplum*, vel *munificum*. Conuenit, quoad ſenſum, cum interpretatione *Iun.* et *Trem.* לא בעי *Non poſtulatio.* ישלח יד *manum mittat*, ſiue *relaxans* eam, *permittens* vt expirem; ſiue *emittens ad feriendum*, eundem in finem; vt *decretorio ictu perimar.* שוע *laxitas*, vel *leuatio gutturis praecluſi*, videtur reſpondere שָׁוְעָה *vociferor*, formula ſolenni *quiritantium* הַשַּׁע, a שוע *leua guttur*; اسع غصتي *Leua praefocationem meam.* Hinc שעשע *Recreauit ſeſe lenimento gutturis oppreſſi*, quod سواغ *Siwag* appellant *Arabes*. Ad שעה reduci ſolet, inuita *Analogia*. Haec *Originibus* ſeruanda. Nunc tantum monebo, quicquid *Hebraei* habent ſub שוע, a ساغ lucem foenerari, cuius notiones apud *Golium* ſunt, *per gulam leniter demiſit* cibum, potum etc. vel et *per eam* cibus potusque *leniter deſcendit*. *Licita fuit res* i. e. *liberaliter permiſſa*. Inde *Ibn Doreid. Homines vt plantae ſunt: eſt grato virore praedita*, *cuius lignum amorum guſtu*; *eſt et quam temnat oculus*, *cuius ſi trita fuerit pars inde decerpta*, انساغ عذبا في اللهى *Leniſſima ſit*, *prae dulcedine*, *in faucibus*. Eſt *Allegoria* ſemet explicans. Idem, *Hi duo vitam mihi liquidam reddidere*, *quam conturbauerat fortunae aduerſitas*, فاستساغ وصفا *vt laxato guttere limpida mihi ea* vita *euaſerit*. Apud *Harir Conſ.* 43. extat *Nullum cernebam remedium*

leuamentum. *vſ.* 25. An non fleo, ſicut durus diei: et anima mea aegritudine diſtabeſcit ad modum egentis. *vſ.* 26.

dium caſus mei, *nec lenimen*, vel *leuamen*, *praefocationis meae*. משורע. Habes fundum, qui *laxationem gutturis* in שוע ſuggeſſit. Porro פיד *exitium*, *plaga feralis*, incertiſſimae originis, quum Radix ſit deperdita, aliis a *confringendo*, aliis ab *opprimendo*, aliis aliunde, ſine auctoritate, arceſſendum videtur. Cl. *Crom.* conferre iuſſit فـــان, idem quod مـــات *mortuus fuit*. Recte vero, ſed vt illud מות מאת eſt proprie *maceratione diſſolui*, ita פיד فان *med. Jod*, primigeniam obtinet vim *macerationis*, et *liquefactionis per aquam*. Ex illo fonte reliquas etiam ſignificationes ſub فان emanaſſe putem. Inde non inuenuſto luſu exſiſteret, *Mori interim non poſtulo*, *ſi Mortis illa maceratio foediſſima*, *ſit verum gutturis oppreſſi lenimen*; *et non potius deſtructio miſerabilis naturae*, *Miſerum eſt*, *quod peto*, *beneficium*, *miſero haud ſane inuidendum*. A *Iobi* adfectu forte non longe abſumus; qui ita *mortem* optabat, omnibus Dei plagis confectus, vt tamen *miſerrimum* eſſe, quod optaret, ſimul inculcatum iuerit. Huc proiecto aliud adhuc periclitandum II. ad להן, quod adſcito themate להן لـــهـــن, reuocari poſſet ad *formam infin. Pihel*. Frequentatur pro *cibo* vel *potu reficere quem* ante prandium vice *ientaculi*, quod להנה لـــهـــنّـــة vocitatur. Hinc *Allegoria* continuata oriretur, *Verumtamen non poſtulo me conficiat*, *peremtoria manu miſſa*, *ſi in maceratione Eius ferali eſt refectio gutturi leuando*. Grande Schema ad grande *Pathos*, conceptum ab eo, qui ſe *ad incitas redactum*, toties profeſſus fuit; atque modo dixerat, ſe *ſuper Turbine equitare*, et tanquam *in vaſtiſſimo profundo* huc illuc *iactari*. Repeto, ne quis hic erret, *Mortem* a Noſtro nunc conſiderari vt *deſtructionem foedam naturae*, quae neutiquam eſſet להן שוע *Refectio leuando gutturi*; cuius tamen *amarulentum poculum ſorbere* mallet, quam *Venenum illud lentum telorum Dei ebibere*, vel et *ab eiusdem intolerando aeſtu exſorberi*: vt *Cap.* 6. loquutus fuit. Idem manebit ſenſus, vocabulo בעי in duo membra reſoluto, *Verumtamen non in tumulum laxet manum*; *ſi in maceratione eius mortifera ſit potio guttur recreans*, *leniensue*. כוס המוח *poculum mortis* phraſi anſam praebere potuit. Haec ad locum conclamatum tentanda erant; quibus ſi quid profectum, non eſt quod de ſcopulo hocce ſuperando deſperetur. Sibi ſoli, credo, plauſit Doct. *Meibom. ſpec.* p. 89. diſtichon hoc valde corruptum arguens, quod ita ſit reſtituendum אך לא בעיף חשלח ידך אל מי בפידי לחן אשוע *Verumtamen contra feſſum non emittes manum tuam*: *ad quem in calamitate mea*, *vt miſereatur*, *clamabo?* Arena ſine calce, vt reliqua fere, quae audax Criticus in *ſpecim.* publicauit. [Forte pro שוע *Vulg. Syr.* et *Arabs* legerunt ישוע. Valde ceterum inter ſe variant veteres Interpretes in hoc difficiliori verſu vertendo. *Vog.*]

vſ. 25. Cohaeſio haud expedita adeo. *Merc.* I. concipit iurisiurandi formu-

formulam, *Dispeream, si non fleui ob durum die* etc. *Quid est ergo quod nec Deus, nec homines, meae miseriae sensu tangantur?* Alii II. per *interrog.* malunt, *Annon fleui propter grauatum die?* etc. sensu eodem redeunte. Nobis *Merceri Pathos* illud, quo *Iobus* excandescit indignabundus, non displiceret hoc nexu III. *Adeone omnis mihi misericordia*, et *humanitas clausa, vt ne miserum* quidem *beneficium mortis impetrare possim! qui nihil humani a me alienum censens, omnium dolori indolescere, et flentibus adflere solebam.* Eodem peruenire possis interrogando, *An non fleui propter grauatum die* etc.? Abruptior interim *prouocatio* ad *misericordiam* a se semper exercitam, suspicionem mihi mouit, *Durum diei*, et *Egenum*, continuato filo, ad *Iobum* ipsum redire; in hanc sententiam IV. *An non ploro, tanquam qui grauatus die? contabescit anima mea tanquam qui Egenus?* Nempe ל ita *comparat*, vt simul *veritatem* ipsam, siue *conditionem*, reapse consignet. *An durum die* etc. pro *ad instar eius*, vt לשמצה *ad Sphaerulam disturbauit*, explicui *Cap.* 4, 12. et למלך *ad Regem Cap.* 18, 14. Commodior hinc nexus cum *vs.* seq. sed quod *num.* III. positum vehementius ad indignationem.

Ibid. Semel tantum occurrens verbum ענם exercuit ingenia erudita LXX. ex sensu arripuere στενάζειν. *Vulg. compati.* Recentiores fere, post *Rabbinos*, *contristari*, *angi*, *moerere;* quod ענים pro *moesto* citetur ex *Targ.* et עגמת נפש pro *moerore* ex *Thalmud.* Eam formulam hinc ductam apparet. Id ansam praebuit nonnullis, respiciendi ad אגם *stagnum*, quasi esset, *Restagnauit* lacrymis *anima mea.* Iudicio *Merceri* id subtilius. Arrisit *Cocceio*, vt sit λιμνάζουσα, οἷον πλημμυροῦσα, ἢ τηκομένη, ψυχὴ. *anima aestuans, restagnansque, ac moerore tabescens.* Apud *Arabes* اجم *stagnare* transfertur quoque ad *aquae alterationem*, *corruptionem*, et *foetorem*, qualis in *stagnis* deprenditur. Inde ad *animum* non vna facta translatio; etiam illa quae adfert *tabem moeroris.* Eadem notio sub وجم obtinet. Iam vero ע in א, idque vicissim in ו, ex facili traiicitur. Plane languidum, quod Cl. *Hott.* in *Smegm.* protulit ex عجم ענם *inuisere*, vt sit, *Anima mea inuisit pauperem.* Potuisset Vir Magnus curatius sacra, quae splendide auxit, hoc in genere tractasse. Notio *visendi* sub عجم secundaria, a primaria *mordendi*, quod *admordere quid* vsurpent pro *experiri*, *probare;* vnde porro *adire experiundi causa.* Isti notioni nihil commune cum loco nostro. Ad rem fuisset potestate *intransitiua*, *Mordebatur anima mea.* Hinc ענים *moestus*, quasi, *morsus*, forte *Tristitia* Δάκνει apud *Herod.* L. 7. Et *Eurip. Alc.* 1100. λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι *Cor dolore mordebor.* An rem acu tetigerim, tempus docebit. Non alienus alias sum a collatione cum اجم, et وجم, quod figura inde grauior adhuc subministretur.

vs. 26. Si praec. *vs.* reddas, *An non ploro vt qui durus die*, vitae, lucisque, perosus etc. hicce vertendus erit: *Quia bonum expectaui, et venit malum* etc. Quia meae *res*, et *spes*, ita in contrarium plane reciderunt; mihique pro

vſ. 26. Nam expectaui bonum, et venit malum; et lentaui ad lucem, venitque occaſus. *vſ.* 27. Viſcera mea feruefacta bulliunt, et non ſedantur: incurſarunt me dies Adflictionis. *vſ.* 28. Atratus incedo, absque Sole: ſto, in Coetu

pro *luce* ſperata, *tenebras* peperere *deſperatas*, et *ineluctabiles*. Ad alteram vertendi rationem, num. III. propoſitam, omnino ſtatuendum hic incipere *clauſulam* ad praecedentes querelas opportune ſubnexam. Ea ſic cum *vſ.* ſeq. copulari ſe patitur, *Quia* ergo *bonum expectaui, et venit malum*; etc. *Viſcera mea bulliunt* etc. Nobiscum ex parte ſtant *Ium.* et *Trem.* qui *vſ.* hunc, cum inſeq. arctius quoque religant atque *expoſtulationem* inducunt, *quod tam inhumane excipiatur*, ad finem cap. vsque productam.

vſ. 27. Sublimes locutiones. *Viſcera mea rebulliunt*, vel potius *bullitione agitata ſunt*. Primigenia vis Thematis רחח ſita fuiſſe videtur in *turbatione*, vel *aeſtuatione luti*, vnde prona translatio ad *bullitum*, praeſertim *materiae faeculentae*, *craſſae*, *lutoſae*. Ad *Cap.* 41, 23. plura. Nunc teneas tantum *cor* et *viſcera* θολᾶσθαι *Coeno foeculento conturbari*, apud *Eurip.* et alios. Simili cothurno additum, *Non ſilent*; ex *Origine* τοῦ דמם *non ſternuntur*, *in planum*, metaph. a *fluctibus ſtratis*, et *complanatis* quaſi. Ita *Herod.* L. 7. c. 193. τὸ κῦμα ἔστρωτο. Et *Chryſ.* στορέσαι τὰ κύματα τῆς ἐπιθυμίας. *Sternere fluctus cupiditatis*. In verbo קרם magna quoque vehementia. *Obuenerunt* nimis languet. *Anteuerterunt*, paulo erectius. *Incurrerunt in me*, *hoſtiliter*, nempe, animoſius. קדם *animoſum* et *hoſtilem impetum* ſaepiſſime exprimit. Confer quae ad *vſ.* 16. Circa filum obſeruo, mollius fluere omnia, ſi *vſ.* 25. teneatur, *An non fleo vt qui durus diei* etc. cum quo cohaereat, *vtſcera mea* θολᾶνται, etc. Turbant, qui *vſ.* 25. ad *miſericordiam* Noſtri relato, in eundem ſenſum nunc pergi volunt, *prae commiſeratione* illa *mea*, *viſcera mea eſſerueſcere ſolebant*, *et propter illos* adflictos *adfligebam memet*, *atratus incedens*, et *luctum agens more draconum*. Merito reiectum a *Merc.* Quid nexus ex recepta vertendi ratione oriatur inter huncce, et praec. *vſ.* ibi indicatum.

vſ 28. Vtrumque colon ſcrupuli quid iniicit; prius praeſertim. *Vulg.* I. *Moerens incedebam ſine furore*. Nempe חַמָּה *ſol*, חֵמָה *ira*; vt *Pagn. Merc. Codurc.* dudum monuere. LXX. ἄνευ φιμοῦ *ſine capiſtro oris*; quamuis diuerſa lectio adferat ἄνευ θυμοῦ *ira*; et *Syr.* ac *Arabs* expreſſere. Speciosius II. *Atratus ambulo*, *absque ſole*, i. e. *absque vlla luce laetitiae*, *in tenebris rerum aduerſarum*. Ita *Druſ. Patric. Crinſoz.* etc. Plures tamen calculos abſtulit III. *absque ſole* ater, pro, *non a ſole decolor*, *fuſcus*, *denigratus*, *ſed a vi morbi et moeroris*; *internoque viſcerum incendio*. Huc concedunt *Vatabl. Merc. Ium. Codurc. Cocc. Belg. Schmid. Boch. Hier.* 1. 535. *Cler. Reim.* etc. *Druſius* hinc etiam non alienus, rectiſſime addidit, *Prouerbiale* videri *Ater absque ſole*, vt *Ebrius absque vino*. Reſpicit *Eſai.* 51, 21. שכרת ולא מיין

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-216220343-18/fragment/page=0228

Coetu quiritor. *vſ.* 29. Frater factus ſum Draconibus: et ſocius Struthionibus. *vſ.* 30. Cutis mea denigrata de ſuper me: et oſſamentum meum exarſit prae mihi ſiccitate. *vſ.* 31. Et facta eſt in luctum Cithara mea: et Organum meum in vocem plorantium.

CAPVT

ולא מיין *Ebria, at non vino:* quod tantundem eſſe creditur ac, *non temeto*, ſed *moerore impos mentis.* Plus eſt, nam iſta comparans *negatio* ſimul infert *gradum incomparabiliter maiorem.* Ita dicunt *Arabes, Sapiens, et non vt Lokmanus;* pro *immenſum quantum ſapientior.* Item, *Diues, et non vt Karachus;* qui videlicet ipſorum *Croeſus:* pro *incomparabiliter Diuitior.* Ad *Harir.* exempla producta. Habes hinc, *Atratus incedo, interiore aeſtu cordis, ac viſcerum, penitus exuſtus atque excoctus;* ita vt qui *ſole ferentiſſimo*, talem ſignat חמה, *exuruntur*, ne in *minimam* quidem *comparationem* mecum venire poſſint. In poſteriori colo: *ſto, in Coetu vociferans*, et *quiritans;* metaphora deſumta ab iis, qui *iniuriis oppreſſi in publicum coetum*, ſiue *congregationem populi* prorumpunt, *vindictam poſtulantes.* Vis verborum קום *ſtare;* קהל *Panegyris, Eccleſia:* et שוע *Quiritari*, formula ſolenni הַשַּׁע *leua guttur oppreſſum;* itemque הוֹשַׁע *ſalua, Opem fer*, huc manifeſto ducit. Tales *quiritationes*, quibus *Dei, hominumque, opem*, et *vindicias imploravit* Noſter, cum *conteſtatione publica* vexationis immeritae, ſaepius ſeſe nobis obtulerunt; et plures haud dubie factae.

vſ. 29. Arabica formula, *Frater factus ſum, Draconibus:* nam omnis *rei Fratrem* vocitant, qui *familiaris*, vel *aſſuetus* ei. *Frater itineris, Frater belli, Frater inediae, Frater ſtultitiae*, aliaque ad *Harir.* producta. Cur *Draconum* ſignate *Fratrem* ſe nunc Noſter ferat, percipias ex *Hieroz.* 1, 69. vbi θρηνητικὴ ζῶα eſſe oſtendens ὁ πάνυ, ideo *comparationem* inde adſcitam docet, *quod capite erecto, et deductis faucibus, ſurſum aſpirare* ſoleant, *ac ſi ore in coelum obuerſo per ſuſpiria, et gemitus, ad Deum conquererentur, quodque omnibus exoſi, feralibusque locis adăicti, miſeram vitam aegre traherent.* Adde *Hieroz.* 2, 437. Dignus quoque, qui conferatur, *de Pineda.* De *Struthionibus faemnis*, earumque *lugubri, funeſta*, ac *ſonora voce*, adeatur item *Boch. Hieroz.* 2, 227. 228. Ad rem facit quod ex *Rupert.* ad *Mich. Cap.* 1. laudat *de Pined.* his comparationibus etiam innui, *querelas auerſatione, odio*, et *horrore* exceptas.

vſ. 30. Vt *Spirans cadauer*, et *Morticinium viuum*, ſemet ad finem proponit. Et primo quidem, *Cutis denigrata de ſuper me*, non *corrugatam* et *contractam* deſignat, ſed *exuſtam incendio viſcerum*, ita vt tanquam a *corpore laniato derepta debiſceret*, et *penderet foedum in modum.* Secundo *Oſſa aduſta prae ſiccitate* vel *aeſtu torrente*, exhibent *compagem* intus plane *conuulſam*, et *excoctam*, vi ignium, in viſceribus furentium, cum *medullarum conſumtione.* Commentatoris vice ſit *Senec. Herc. Oet.* 1222.

Ardet

CAPVT XXXI.

Vers. 1. Foedus ferii oculis meis; et quid spectitarem in virginem? *vs.* 2. Quid enim portio Dei desuper? et haere-

— *Ardet felle siccato Iecur,*
Totumque lentus sanguinem ex-
coxit vapor.
Primam cutem consumsit: hinc
aditus nefas
In membra fecit: abstulit costis
latus:
Exedit artus penitus, et totas
malum
Hausit medullas: ossibus vacuis
sedet.
Nec ossa durant ipsa; sed
compagibus
Discussa ruptis, mole collapsa,
fluunt.

vs. 31. כנור et עוגב, *Cithara* et *Organum*, hic figurate sonant *Iobi pristina* illa *decora*, et *ornamenta*, quae ipsi *materiam laetitiae*, et *exultationis in Deo*, suggerebant. Ea nunc conuersa in *Luctum*, et quidem *publicum*, qualis super *Funere acerbo* cietur: quod *Funus* sibi *viuo videntique* ducere cogebatur. Huc aperte tendit קול בוכים *Vox flentium*, siue *complorantium*; in qua respici putem ad *Lessum funebrem in publico coetu solenniter editum*. Vtrumque vocabulum hoc vsu signatiore percrebuit. Vide modo *Deut.* 34, 8. *Et complorauerunt* ויבכו *Israëlitae Mosen triginta diebus: et finiti sunt dies* בכי אבל *complorationis lugubris Mosis.*

Vers. 1. Grauissimam *Apologiam* vitae anteactae, qua omnes Amicorum criminationes, et suspiciones iniustissimas, diluat tandem Noster, atque confutet, hoc Capite consignatam, communis sententia tenet. Id vt facile admiserim, ita omnino existimarim, adhuc celsius quid, et animosius, *Actionem* hanc, et *Contentionem* religiosissimam, spirare; cum eaque velut ad Tribunal ipsius Numinis penetratum, vt audiente vniuerso Confessu, in quo hactenus disputatum fuerat, *disceptatio cum ipso Deo instituereture*: atque *sub oculis*, quin *telis*, et *fulminibus*, *Supremi* illius *Iudicis*, aduersus ipsum quasi, optima Causa tandem obtineretut. Relege quae *Cap.* 23, potissimum, *vs.* 3. 4. 7. etc. discussa; et senties *Adfectum* istum vniuersae huic *Apologiae* esse immistum. Eiusdem dispositio, et Oeconomia, hoc ipsum euincit; quippe quae maxime insistit in *Sanctimoniam Cordis*, et *Virtutes solius Dei oculo patentes*. Accedit disertissima testificatio *vs.* 35. 36. 37. subnexa. Ex hac *Hypothesi* non exiguum lumen vniuerso huic capiti accedere, commentatio nostra arguet; atque ita id, quod prima fronte alienius videri posset, vt necessarium ad mentem *Iobi* penitius inspiciendam, commendabit.

Ibid. In ingressu statim apparet, quam conuenienter iam, et grauiter, Noster initium faciat ab *Oculorum custodia*, qui *proxenetae* quasi *omnis peccati*, ac praesertim *voluptatis*. Hos *domitos* habere, et *religioso foedere constrictos*, est *Sanctimoniae culmen* tenere, tum *externae*, tum *internae*. *Matth.* 6, 22. Formula loquendi nil grandius, pulcriusque. Eam luculenter enucleatam dabunt *Caluin. Conc.* CXI. *De Pined. Cocc.* etc. לעיני *Oculis meis*,

meis, in *dandi* casu, plurimi volunt esse *cum oculis meis*. Constructio inuitat potius, *pro oculis meis, in quod oculos meos nomine Dei adegi*. Confer *Ios.* 24, 25. Res eodem redit. Posterius Colon a Cl. *Cocc.* redditur, *Et quid spectarem virginem? Nihil causae erat, cur oculos pascerem formis virginum.* Nempe nexum arctiorem captabat cum *vs.* seq. in illum sensum deflexo, de quo protinus. Fortius sonat, *Et quid oculos, animumue, aduerterem in virginem!* Est *indignatio repellens* vehementissime, et *negans* tale quicquam committi par esse. Habes summam quasi foederis, *Vas meum possidebo in sanctimonia et honore. Ne oculos quidem super virginem spectatum ire patiar; ad eius pulchritudinem attentius lustrandam.* Nempe *formarum spectatores* elegantes, mox fiunt *cupitores*, et si *flammam* euadant, *a scintillis* tamen intacti abire non possunt. Lucidissimum speculum *Doctrinae moralis* istis iam temporibus, simulque *integritatis Iobaeae*, cuius Testem habebat solum Deum; cum quo potissimum *Contentionem* hanc susceptam monuimus.

vs. 2. Arcessitius est, quod ex LXX. hic offerunt Graeci enarratores I. *Cur Deus mihi tam casto, ac continenti, hanc poenarum haereditatem miserit, equidem ignoro.* Vide *Chrysost. Nicet.* etc. Idem fere *Iarchio* et quibusdam Recentioribus visum. Contrario adspectu *Vulg.* II. *Quam enim partem haberet in me Deus; et haereditatem Omnipotens de excelsis?* i. e. *Diuina gratia in me habitare non potuisset, si in cor meum immundas cupiditates admisissem.* Sic fere Erud. *de Pined.* quamuis fluctuet. *Crinsoz.* III. *Quam partem* enim *mihi dedisset Deus* in benedictionibus suis *desuper* fusis? *et quam haereditatem mihi de coelestibus suis locis assignasset?* In *malum poenae* directius IV. longe plurimi *Vatabl. Caluin. Merc. Iun. Drus. Belg. Schmid. Patric. Cler.* vt *portio* et *haereditas* figurate appellentur *supplicia* impuris et scortatoribus destinata; et *vs.* seq. pressius adhuc proposita. Cl. *Cocc.* V. *poenam intemperantiae* in *vs.* 3. admittens, hocce nostro ex oppositione ad *vs.* 1. contineri censet *praestantiam veri boni*, vt post *vanitatem formae venustioris*, addatur *altera causa aspernandi pulcritudinem virginis*, nempe *aestimatio doni, et haereditatis coelestis.* Id ex parte conuenit cum *num.* III. ex parte ab eo differt; nam חלק *portio* explicatur *omne donum, quod Deus homini tribuit; quale et felix matrimonium. Prov.* 18, 22. Subdit ὁ πάνυ, *Vides quae via ad felix matrimonium a Deo sit signata; non vt oculis lustres*, etc. *Sed a Deo piam et cordatam faeminam ambias, atque expectes.* Nimis longe ductum. Meo iudicio VI. si in *bonum* veniant *portio* et *haereditas*, vt prima frons adfert, sequendum, quod *num.* III. expositum, *Et quae portio Dei* contigisset mihi *desuper*; etc. *quam partem in eius gratia, ac communione, castissimo pectore fouenda, obtinere potuissem?* etc. *An non exitium* mihi cum *iniquo* omni fuisset paratum? Non diffitebere interim, sic aciem tendas, aliquid subesse quod minus molliter fluat: et rotundius exire, quod *num.* V. comparet, *Et quae* quaeso *portio Dei desuper* etc.? *An non exitium* לעול *iniusto* etc. Haec arctius copulanda, ac si foret, *Et quae portio Dei desuper* לעול *iniusto destinata*, etc. *Au non exitium*

haereditas Omnipotentis de excelsis? *vs.* 3. An non exitium iniusto? et infandum operantibus vanitatem? *vs* 4.

infandumque malum omnibus talia patrantibus? חלק ונחלה *portio* atque *haereditas* sublimiori hoc vsu aucta *Cap.* 20, 29. et 27, 13. quae loca qui inspexerit, huc tutissime concedi non negabit.

vs. 3. Arctior illa copula, quam modo inter hunc et praec. *vs.* intercedere dicebam, non indiget supplemento, *Est*, vel *venit:* quasi foret, *Nonne est* vel *venit pernicies iniusto* etc. Vide *Schmid.* Rectius *Merc.* ἀπὸ τε κοινε ex *vs.* superiore repetit *parata est*, *imminet*, quod rotunditati a nobis indicatae proximum. עול, *Iniustus*, et פעלי און *Operantes vanitatis*, in genere quidem *improbi;* speciatim tamen, pro serie, *impuri*, *libidinosi*, *oculos stupri plenos* habentes. In vocula נכר nonnihil diffidii. *Merc. Alienitatem* interpretatur, *calamitatem grauem*, *alienam*, *inusitatam*. Sequuti plerique. *De Pined.* ex *Vulg. Alienationem* exponit *exilium a sedibus* et *consortio sanctorum;* vt insinuetur Deum *omnem immundum procul a se amandare.* Placuit *Cocceio*, cui נכר videtur redire ad *haereditatem, a qua alienentur impuri.* Eodem collineat *Schmid.* etc. Nimis subtiliter *Caiet. perditionem* trahit ad *poenam sensus:* נכר איד *alienationem* ad *poenam damni.* Alias argutiolas amputo, quas invenies apud *de Pined. Bolduc.* etc. Cl. *de Dieu* expositionem *Merceri* firmauit ex *Dial. Aeth.* vbi נכר *prodigium* signat. *Portentosum* ergo non male vertit *Codurc.* Apud *Arabes* quoque منكر *prodigiosi mali* vim recipit; sub se comple-ctens *morbos*, et *plagas foediores*, quales libido fere secum trahit. In plerisque Exemplaribus tamen נכר per *Daleth* exaratum esse, commonuit *Merc.* forte non tam *mendose*, quam ipse censebat, cum eoque reliqui, qui huius Lectionis mentionem fecere; quod נכד *Nepos* parum hic quadraret. At quadrat نكد نكد *Arabice* inter alia signans *duram*, *angustamque*, *vitam egit*, apud Cl. *Gol.* Est *secundaria* notio, cuius *Originem* percipies ex *Camus. Radix* نكد نكد *de vita valet*, *miserrima et difficilis fuit: de puteo; parum aquae habuit.* Hinc deriuatum نكد نكد pro *Calamitate* inuenias *Hist. Tamerl.* 371. et 393. In *Hist. Dyn. Abulphar.* p. 41. *Tradidit eos Deus Ammonitis*, *per quos adflictam vitam duxit* (فنكد بهم) *Gens Hebraea*, *octodecim annos.* In *Diw. Hud.* cum allusione ad fontem indicatum:

Aquarum penuria laborabant super me aquatoria mea, propter vos:
Recessi itaque; et rediere ad me meae Fortunae.

Hoc est, *ingratam*, *molestamque*, *vitam ducebam*, *in media vbertate*, et *affluentia*, vobiscum *agens.* Sentis vocabulum admirabiliter locatum in *naturali libidinis poena;* quo enim *aquae* istae *vetitae* affluentius hauriuntur, eo ardentius sitiuntur; *copia* ipsa *inopiam* creante; et *turbulentissimam* reddente *vniuersam vitam.* Dedi, quod Lingua dabat. Verumne, tempus dabit. Scias interim *nepotes*, et *poste-*

vſ. 4. Nonne ille videt vias meas? et omnes greſſus meos dinumerat? *vſ.* 5. Si ambulaui cum inanitate; et properauit ad fraudem pes meus. *vſ.* 6. Ponderet me in lancibus

poſteros, cum *reliquiis aquae* comparari; atque inde נכר *poſteritatem* poſſe deriuari.

vſ. 4. Praecedenti verſui minus apte connectit *de Pined.* cum reliquis fere Latinis; *quum enim*, inquit, *libidinis proprium ſit, amare tenebras, atque nimis ſtulte ſibi blandiri de Dei quaſi ignoratione, ſapienter nunc occurrit Iobus, dicens, Turpiſſimorum hominum vias et greſſus a Deo numerari* etc. Huc inclinat et Cl. *Schmid.* Cl. *Cocc.* *vſ.* 4. et 5. arctius religat. Mihi, cum Doct. *Belg.* placet, verſum hunc ſolutius inſertum, reſpectu ad *praeced.* et *conſeq.* vt ſit *prouocatio ad Eum qui corda et renes explorat, cuique redditurus ſecundum merita.* Copula haec eſto. *Non vanus mihi arrogo tantam oculorum, cordisque, puritatem; reliquamque vitae innocentiam: ſed Deum Teſtem inuocare audeo ſuper animam meam; atque adeo ad Ipſius Tribunal iam haec ipſa, et coram Eo, et aduerſus Eum, depono.*

vſ. 5. Difficultas, et diſſenſio, circa nexum. Cum praeced. *vſ.* I. *Cocc.* et *Hebraei* fere. Cum ſeq. II. *Iun.* et *Trem. Si ambulaui cum vanitate* etc., *Examinet me lancibus iuſtitiae; et cognoſcat Deus integritatem meam.* Eodem fere modo *Latini*, *Luth. Reim. Patric. Crinſoz. de Pined.* qui vt poſtrema aliquid *imprecationis* habeant, multa ſupplet, *publice, in omniumque conſpectu, aequiſſimi ſui iudicii ſtatera me appendat, et libret, vt ſi forte inueniar minus habere pietatis, publici dedecoris ſupplicium apud omnes mortales ſuſtineam.* Haec non valde expedita. Praeferrem III. *imprecationem* tacitam, quam concipit *Merc.* ſecundum quam verſus hic in ſe abſoluetur, vt ſit, *ſi feci hoc*, male peream. Similiter *vſ.* ſeq. per ſe ſtabit, tanquam *prouocatio* opportune ſubnexa *ad Dei* ipſius *iudicium exactiſſimum.* Deſcendo tamen IV. potius in ſententiam Doct. *Belg.* qui *imprecationem vſ.* 8. expreſſam, cum noſtro hocce etiam connectunt, et *vſ.* 6. velut *Parentheſi* includunt, ſic ſerie concinnata, *ſi ambulaui cum vanitate:* etc. (*ponderet me Deus lancibus rigidiſſimis:*) *ſi declinauit greſſus meus a via:* etc. *ſeminem, et alius comedat:* etc. Ratio, quae me mouet, haec eſt, quod ex *Merc.* ſententia, *imprecationes* huius Capitis aliae *ſuppreſſae* ſint, aliae *expreſſae;* quum veriſimilius ſit eodem filo eas editas. Ceterum pulcherrima phraſis *Ambulare cum* שוא *vanitate;* quam *Meibom.* corrupit, intruſis אנשי שוא *Viris vanis.* Potuiſſet *abſtractum*, pro *concreto*, idem miniſtrare, ſi hoc ageretur. Sed aliud, et altius quid, captatum in phraſi, quae שוא *Vanitatem* conueſtit *perſona*, cuius *familiaritatem*, et *ſodalitium*, totus fere Orbis terrarum ambiat. Huc fertur et alterum Colon, *feſtinauitque pes meus ad dolum.* A חוש repetitur iſta ſignificatio, quum forma חָחַשׁ praeferat חשה *ſiluit.* Inde argute Clar. *Guſſ.* ſub חוש tentat, *et a ſirepitu faciendo ſe*

bus iustitiae; et cognoscat Deus integritatem meam. *vs.* 7. Si declinauit vestigium meum a via mihi; et post cor meum iuit oculus meus; et volis meis agglutinatum haesit vel minimum. *vs.* 8. Seminauero, et alius comedat; et germina mea

continuit pes meus, grassans ad dolum. Notus *pes suspensus*, qui et *silens*, *tacitusue*. Existeret inde, *et furtiuo ac silenti pede ad fraudem iui*. Doct. *Merc.* חשה pro חרש etiam venisse suspicatur. Haec alibi examinanda.

vs. 6. Anticipata, quae huc pertinent. Acquiesco in *pronocatione* animosa, per *eiaculationem* inserta, *Libret me Deus*, cuius Tribunali me iam sisto Actorem, *Lancibus rectissimi rigoris; iustitiae; et cognoscat*, vel *cognoscet*, *integritatem meam*. Animosius tamen *cognoscat*, vt a *Merc.* iudiciose obseruatum, quum ait, *sciebat quidem* eius integritatem, *sed sic ex affectu loquitur* etc. *Cognoscat* ergo *innocentiam meam*, *et me adstigere desinat* etc. Alterum tamen eodem *adfectu* animari quoque potest.

vs. 7. Opportune, post parenthesin, subsumuntur crimina ex *Vanitatis* contubernio *sectatoribus* eius domestica. 1. *declinare a via*, דרך *rectissima illa Legis*, vel tantillum praeuaricando. 2. *Cor post oculos emittere*. *Concupiscere; nec irretorto oculo spectare diuitias*, aliaque *Vanitatis irritamenta*. 3. *Manibus viscatis retinere vel minimum*. דבק est *tanquam glutine adhaesit* بـــق. מאום *Vulgat. Merc. Cocc.* etc. מום *maculam*, *labem* interpretantur. *Iun. Piscat. Belg. Schmid.* vt מאומה *quicquam* cuius *He parag.* quod מאום extitisse satis arguit. *Mercerus* quidem obiicit, *pleraque quae cum He parag. reperiuntur*, *sine illo nunquam venire*. Sed propere nimis, quum contrarium plane obtineat. *Quicquam*, *vel tantillum*, hic multo fortius. Origo voculae videtur adferre *tenuem pelliculam*, vel *membranulam*. Inde notio *rei minimae* succreuit.

vs. 8. Est *imprecatio* ex quorundam mente ad solum *vs.* 7. ex nostra ad 5. quoque rediens. Varie exprimitur, *seminauero* enim *Iun.* at *Cocc. seminarem*, i. e. *causam non dicerem quo minus me seminante alius ederet* Plurimi, *seram* etc. *opto vt hoc mihi accidat*. Ita *Merc. Schmid.* etc. Ambigitur etiam sitne proprie, an improprie, enunciatum, *et Germina mea eradicentur*. Certe et *Symm. posteri mei* habet, et *Vulg. Progenies mea*; q. d. *Non solum comedat alius fruges a me satas, sed et insuper omnem prolem, si qua deinceps mihi suscipienda, misere amittam*. Cogitas, non quadrare in *liberis omnibus orbatum*: sed in *Caten.* respondetur, *aut ipsum haec ante calamitatis tempus locutum secum*; quod et *Nachman.* ac *Bold.* tenent: *aut spem fouere restitutionis in integrum*. Istam *spem* ex hoc *vs.* quoque satis *clare elucere* censet Doct. *Crinsoz.* ductus imprecatione in *futurum* tendente. Cl. *Guss.* sub יצא lit. E confugit ad *Nepotes* ex *filiis relictos*. Ad illud incommodum euitandum *seminauero*, vel *seminarem*, inuenta. Manet tamen nodus, in ישרשו *eradicentur mea germina*; siue iam *figurate* exponas, siue *literaliter*. Ad eum expediendum obseruo, esse

formu-

mea eradicentur. *vſ.* 9. Si pellectum fuit cor meum ſuper muliere; et ſuper oſtium ſodalis mei inſidias nexui. *vſ.* 10. Molat alteri vxor mea; et ſuper ea ſe curuent alieni.

formulam prouerbialem, cuius vis in *futuro* reddita nihil *futuri* ponat, vel firmet; ſed tantum oſtendat, qua execratione Noſter dignum ſeſe cenſeat, ſi mentiatur. *Seminabo*, vel *ſeminare velim*, *quod alius comedat*; *et germina mea eradicentur*, *ſi qua mihi ſint*, vel *venire poſſint*. Id *literae* adſtrictum, nimis anguſtum funderet ſenſum. In *figura* potius ſic dictum accipias, *aequo* tunc *animo patiar*, *quod nunc iniquo*, *vt me Deus cum omni mea re*, *et ſpe*, *eradicauerit*, *atque eradicare pergat in aeternum. Digniſſimum me et his*, *et ſempiternis*, *Dei iudiciis*, *in me*, *meisque*, *editis*, *atque edendis*, *profitebor*.

vſ. 9. Eleganter, et grauiter porro, *alieni tori ſubſeſſorem ſe egiſſe* negat, adiecta imprecatione iſti ſceleri reſpondente *vſ.* 10. Verbum פתה videtur, viuente Lingua, in *deceptione* et *illectione auium* frequentatum fuiſſe. Sic יונה פתה *Columba ſimplex*, vel *ſtolida*, vulgo, ſignantius dari poſſet *Columba facilis ad ineſcandum*, *et illiciendum*: *Hoſ.* 7, 11. Cum ea comparatur populus Iſraeliticus in *ſcortationem ſpiritualem* procliuiſſimus. Nempe *ars meretricia aucupii ſimillima*. *Concinnatur area*, *offunditur eſca*, *oculi illices inuitant*; *moxque vel reti*, *vel viſco*, *vel laqueo*, *conſtricta tenetur auicula*. Eadem vis captata *Prov.* 7, 7. vbi פתאים *iuuenes faciles ad illicem*, ſiue *illecebras* voluptatis. Inde פתה in *Pih.* ſpeciatim inualuit pro *rebus*, vel *verbis*, *illecebroſis*, *capere*, et *ineſcare*. Has *illecebras amatorias* in verbo noſtro contineri, vidit *de Pined.* et erudite expoſuit: vt et alterum *Colon*, de *inſidiis ad ianuam*; quod *Amatoris ſit* et *Adulteri*, *ſtare pro foribus*, *obſidere limen*, *ianuam*, etc. Pulcherrime ſane figuratum, *Nectere inſidias ſuper ianuam ſocii*, quod Latinis fuit *ſubſidere*. Hinc *Val. M. L.* 7. C. 2. *ſubſeſſor alieni matrimonii*: et multo venuſtiſſime *Lib.* 2, 1. *Nulli tunc ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur*. Id arguto *Valerii* ſtylo congruentius, ſimulque auribus gratius, quam *ſubſeſſorum*, praeclare Cl. *Torren.* annotauit. *Subſeſſores oculi*, vt *Corruptor animus*, *pes vagator*, *Lingua nugatrix*, et infinita talia, ex *Graeco* fonte manantia. Illis *oculis ſubſeſſoribus* mirifice conuenit ארב *ex inſidiis*, *acie intenſiſſima*, *in praedam imminere ad inſtar animalis eſcam captantis*.

vſ. 10. Honeſta non minus, quam appoſita imprecatio, *Molat vxor mea alteri* etc. Poſterius membrum haud dubie pertinet ad *compreſſionem*, et *ſubagitationem*. Illuc accommodatiſſimum כרע, quod ſpeciatim eſt *in genua procumbere*, ac *curuari ad aquam ſorbendam*. Iam *aquatum ire* verecunde in Sacris traduci, nemini ignotum. Adi quae *Origin. Lib.* 1. De priore colo dubitatur: ſunt enim inſignes Interpr. qui ad *piſtrinum* referre malint, q. d. *infimam ſeruitutem ſeruiat* vxor, et *famulae viliſſimae inſtar omnibus ſit proſtituta contumeliis*. Conf. *Exod* 11, 5. Plurimi tamen *Molere*, eadem fi-

alieni. *vſ.* 11. Nam hoc ſcelus: et haec iniquitas, vel apud quosuis arbitros. *vſ.* 12. Quin ignis hic eſt, qui ad perdi-

gura verecundiore poſitum cenſent; ex notiſſimo vſu verbi apud *Graecos* et *Latinos*, in quem conferendus *Boch. Hier. par.* 1. p. 288. *Hebraei* illuc quoque trahunt *Iud.* 16, 21. et *Thren.* 5, 13. vbi *adoleſcentes ad molendum abſtractos*, etiam *Hieron.* de *nefando crimine* expoſuit. Apud *Arabes* طحن in eandem figuram ſe praebet. Haec diſcutere nil attinet. Vterque ſenſus quadrat. Optionem in medio relictam velim. De cetero nil aliud adfert *imprecatio* haec, quam *iuſtiſſimum* illum *nexum*, quo Deus *ſua* quemque *exempla pati* voluit. Vt ergo honeſtus Vir *mori* mallet centies, quam aliis *permolendam* dedere *vxorem*, ita ſe toto pectore ab inſidendis toris abhorruiſſe, inculcatum voluit Noſter; opprobrio iſto onerari, et confundi, paratus, ſi tale quicquam machinatus vnquam fuerit. Simile ex *Homer.* produxit Ill. *Grot.*

vſ 11 In grauitatem ſceleris illius inſiſtitur, ad *ſummam deteſtationem*, qua illud *Peſte peius*, et *angue*, horruerit, indeque reſiluerit, exprimendam. Nodum non leuem nectit conſtructio vocabuli פלילים; quod I. cum ענן iungi ſolet, vt ſit *iniquitas iudicum*, i. e. *digna in quam Iudices animaduertant.* Videſis *Merc. Piſc. Druſ. Grot. Cocc.* etc. Exiſtimatur autem, ענן *abſolute* poſitum pro *conſtr.* vel ſaltem repetendum עֲוֹן, vt ſit, *iniquitas* eſt, *iniquitas* inquam *Iudicum.* Per *appoſitionem* tamen capi poſſe II. addidit Cl. *Cocc.* reddens *iniquitas iudicialis.* Hoc ex *appoſitione* non liquido exit. *Bolduc.* III. vrget פלילים *Arbitros* magis ſonare, quam *Iudices.* Cl. *Guſſ.* IV. *Arbitrii* vim preſſius retinens, profert, ſub פלל, *nam hoc ſcelus, et haec iniquitas, arbitrantium; exiſtimantium;* i. e. *cuius turpitudo ita clara, vt ab omni patrante credatur, nec fiat ſine conſcientia ſceleris, vt reus ſit* αὐτοκατάκριτος; *et ſibi ipſe de eo Lex ſit.* Ad palmam adſpirare videtur ingenioſus conatus. Officit tamen nonnihil, quod lex *regiminis* negligatur. Ergo liceat mihi V. expromere quod et Linguae, et rei, conſonum. Infra *vſ.* 28. recurrit, *Etiam hoc eſt* ענן פלילי *iniquitas arbitratoria.* Ita vertendum eſſe *ibid.* oſtendetur. Inde פְּלִילִים noſtrum colligo elatum pro פְּלִילִיִּים, quod *Arbitratoria* deſignans, recte vocabulis זמה *ſcelus*, et ענן *crimen*, additur, in *plurali*, pro *Epitheto*, ad inculcandum, tam *turpe* eſſe hoc *flagitium*, vt nemo viuat, qui *arbiter* eius conſtitutus, id non e veſtigio condemnet, et *Dei hominumque odio* dignum pronunciet: ne excluſo quidem *ipſo Adultero; ſemet* ipſum *damnare coacto.* Habes vim hanc in nobili dicto *Deut.* 32, 31. איביגו פלילים *Hoſtes noſtri Arbitri ſunto.* Id venuſtius, quam *Iudices.* Hinc ענן פלילי *Crimen arbitratorium*, quod *Arbitri* vel *mitiſſimi condemnare* debeant: etiam *is qui patrauit.* זמה וענן פלילים pro פלילייים, ſine vlla *Anomalia*, hinc, quod poſui, deſignare poſſunt. Sic עבריים pro עברים *Hebraei.*

perditionem vsque deuorat; quique omnem prouentum meum eradicaret. *vſ.* 13. Si ſpreui iudicium ſerui mei, et ancillae meae; quum mecum lite contenderent. *vſ.* 14. Et quid facerem, quum ſurgeret Deus? quumque viſitaret, quid

braei. ערביים p.o ערבים *Arabes* ex nota lege contractionis. Si quis tamen malit forma ſimpliciore vti, erit, *Nam hoc ſcelus, et haec iniquitas, Arbitri:* i. e. *ſuo ſe arbitrio et iudicio mox damnant.* Non aeque liquidum. Arbitrantor, qui iudicio pollent. [Pro עין *Syrus* et *Arabs* legiſſe videntur עין oculus, ſeq. כלילים iidem verterunt *dolum. Vog.*]

vſ. 12. Ad *ventum vrentem*, ſiue *preſterem*, reſpici hic cenſet Cl. *Cler.* ob *prouentus* nempe *eradicationem* ſubnexam. Subtilius. Sufficit puto, *Ignis irae et maledictionis*, quem plurimi hic tenent, *ad internecionem vsque ſaeuiens in omnes* Adulteri *res, opesque*, tam in hac, quam in futura vita. Cl. *Schmid.* prius colon de *poena infernali* ſe accipere ait, poſterius de *temporali.* Quid eum mouerit, ſatis apparet. Concinnius vtrumque Colon gemina augeas potentia; nam תבואה *prouentus* omnino *figurate* capiendus pro *fortunis*, atque adeo pro *re* et *ſpe* omni, qua quis gaudere poteſt. תבואה in *Prouerbiis* ita ſaepiuſcule occurrit.

vſ. 13. Longiore deinceps contextu procul a ſe depellit Noſter omnem *ſpeciem iniuſtitiae, violentiae, oppreſſionis, immiſericordiae, auaritiae, rapinae*, oppoſitas virtutes ſimul ſtrenue ſibi vindicans. Adiecta eſt appoſitiſſima iterum imprecatio *vſ.* 22. ad omnia, quae ob adfinitatem vno filo decurrunt, ſeſe reflectens. Crimen hic enotatum, eſt *ſpernere Iudicium, vel ius, ſerui ſui, et ſeruae.* Id latius funditur, quam prima frons praefert. *Colit ius ſerui ſui*, qui *aequitatem* ei praeſtat in omnibus tum publicis, tum priuatis, negotiis. Iſta *aequitas* fundata eſt in *aequalitate*, non conditionis, ſed *naturae;* vt mox inculcabitur. Ex his principiis *ſuomet ſeruo ſuum tribuere* in omnibus, maximis, minimis, atque *ius* ei *aequum*, vel in contentione aduerſus Herum, religioſiſſime praeſtare et velle, et poſſe, eſt *Sapientiae*, et *Iuſtitiae*, culmen occupaſſe. In Locum, Philoſophis gentilibus non intactum, ingredi, quam multisque modis *Ius ſerui* ſoleat *ſperni*, non ab iniuſtis ſolum et violentis, verum etiam a iuſtis et mitibus Dominis, non eſt huius operae. Adeatur *Grot.* de I. B. et *P.* L. 3, 14. *Aequitas Iobi* tanto ſplendidius lucet, quanto inter Orientales meracius in mancipia dominum ſemper viguit, ad ius vitae et necis ſe extendens, omnibusque adeo legibus abſolutum.

vſ. 14. Hoc ipſum non obſcure indicatur per grauiſſimas ſententias, quibus ſe ſolius Dei metu deterritum oſtendit ab illo genere *iniuriarum*, quod nullae Leges coërcebant, vel vindicabant. Habes anſam opportuniſſimam *inſertionis.* Ea varie redditur, nectiturque. Minus plenum, quod multi habent, *Et quid feciſſem, quando ſurrexiſſet Deus* etc.? Conditionem hoc infert incertam, *ſi forte Deus vindex illis adeſſe voluiſſet.* Alii, *et*

quid reſponderem illi? *vſ.* 15. An non in ventre qui fecit me, fecit illum? et confouit nos in vtero Vnus? *vſ.* 16.

quid facerem, quum ſurgeret? etc. Preſſius, *quum ſurget; et quum viſitabit, quid reſponderem ei?* Fluctuanter *Merc. Potes intelligere, quum ſurgeret, et quum viſitaret, vel de generali iudicio, in quo Iobus agnouit ſemel omnibus actorum omnium reddendam rationem:* etc. *vel de morte, poſtquam in alteram vitam eſſet vocatus: vel, quum alioqui Deus poenas, etiam in hac vita, malefactorum ab hominibus repoſcit per calamitates, quas illis immittit.* Poſterius, incertae conditionis, *Quum ſurgeret.* Duo priora, certa, requirunt, *quum ſurget* etc. vel, *quum ſtabit Deus, et viſitabit.* Ea duo abſolute ſic poſita pandunt ampliſſimum conſpectum, et *Fidem Iobi* liquido declarant. Vtrumque translatum eſt a *Patre familias, eodemque communi omnium ſeruorum Domino*, qui aliquando *ſurrecturus* vel *ſtaturus* ſit; et *Domus viſitationem inſtituturus*, quomodo ſe *familia vniuerſa* geſſerit: vt ſi quis *conſeruos ſuos verberauerit* etc. viciſſim *male mulcetur*, quando *Rationum exigendarum tempus aduentarit.* Plura addere ſuperuacuum.

vſ. 15. Nobile dictum; Philoſophiam ſpirans coeleſtem. Apud Gentiles ſcintillulae huius veritatis micant. *Sen. Ep.* 47. in hoc argumento multa egregia miniſtrabit. Inter alia; *Vin' tu cogitare iſtum, quem ſeruum tuum vocas, ex iisdem ſeminibus ortum, eodem frui coelo?* etc. Adiſis *Doct. de Pined. Cocc. Cler.* etc. plura daturos. In verbis duplex nodus. Primum nectit יכוננו, cuius quam varia ſit et fluctuans lectio, percipias ex *Merc.* monente, *In aliis exemplaribus vtrumque Nun habere Daghes; in aliis tantum prius; in aliis tantum poſterius. Et rurſum, in quibusdam plenum eſſe per* ו, *etiam ſequente Daghes, in aliis per Kibbuts; in aliis* ו *non ſequente Daghes. Sed emendatius eſſe, vt Nun poſterius careat Daghes; ſitque adfixum plurale.* Hinc ſubnata duplex potiſſimum vertendi ratio; altera, *Et aptauit illum*, vt *adf.* ſit הו; altera *Et aptauit nos* etc. vt ſit נו. Hoc *Merc.* iure praetulit, quum pleniorem fundat ſenſum, *formauit nos in vtero vno*, vel *vnus*; quam *formauit eum*; quod repoſitum a Cl. *Schmid.* negante *ſe rationem Merceri inuenire poſſe.* Habetur autem יכון pro *fut. kal*, a כון, quod aliis *intranſit.* hic locatum foret *tranſitiue.* Cl. *Cocc.* maluit ex *Pibel* eſſe contractum, pro, יכוננו. Eximius noſter *Hack.* in *Praecid. Sacr.* p. 183. et ſeq. facem iis, quibus lux haud ingrata, accendit, ex *Radice* כנן كنّ *texit, obtexit, obumbrauit*; vnde in *fut. kal* ἀναλογῶς exeat, *obtexitque nos in vtero vnus.* Haec, et alia, ad ſubtiliorem explanationem loci huius erudite cogitata, conſuluiſſe haud poenitebit. אחד vel *vno modo* ſonabit, ſi *Factor* repetatur, vel *vnum*, i. e. *eiusdem ſanguinis*, et *corporis vnius membra:* vel, quod praepoſuerim, *vnus.* Non explicuerim tamen ſimpliciter *vnus idemque Factor*; ſed ſignantius אחד *Vnus* nunc eſt *Deus*, qui *vnus;*

vſ. 16. Si prohibui a deſiderio tenues: et oculos viduae tabefeci. *vſ.* 17. Et comedi fruſtulum meum ſolus, neque comedit pupillus de eo. *vſ.* 18. Quin a pueritia mea adoleuit

vnus; Dominus ſimul *communis* omnium; apud quem *Rex* et *Seruus* pares. Apud *Arabes* האחר الأحد *ille vnus:* et אחד أحد *Vnus*, abſolute efferri pro *Deo*, reperies ad *Cap.* 23, 13. Non capio ſatis, quid velit *in vtero illo, communis matris, vel terrae;* vt *inſignite accipi* poſſe annotat Cl. *Cocc.* Reflexit, credo, oculos, ad *Cap.* 1, 21. Figurae ibi tactae nullus heic locus.

vſ. 16. Tranſit Noſter ad *cognatum genus bonitatis*, atque adeo *iuſtitiae*, qua *tenues*, et *viduas*, velut ſuamet *viſcera* fouiſſe ſe teſtatur. Tenerrima eſt locutio, *ſi prohibui de deſiderio pauperum*: vel, *a deſiderio pauperes.* Poſterius placet *Schmidio.* Prius *Merc.* et *Cocc.* Agnoſcimus, rotundius eſſe, *ſi prohibui a deſiderio pauperes;* ſed neruoſius, *de deſiderio pauperum*, quod tantundem ac, *quidquam ex omnibus quae deſiderabant.* Iſtam vim eleganter induit *part.* מן Eſt, vt dicebam, tenerıtudinis plenum; nam vt nihil vtile, ac vere commodum, ſibi ipſi aliquis vnquam negare vel velit, vel poſſit; ita pauperes eodem affectu a ſe fotos, indulgentiſſimeque tractatos, innuit. *Conſumtos*, vel *tabefactos viduae oculos*, ſimiliter ad *ſpem vel illuſam*, vel *protractam*, redire, non eſt quod moneatur.

vſ. 17. Continuo filo cohaeret nobilis character *Liberalitatis*, et *tenerrimae caritatis*, erga vera eius obiecta. פת *Fruſtulum; buccellam*, pro *pane*, ac *cibo* omni, hic venire facile largior; ſed ſimul teneri velim, *Epitaſin* exquiſitiorem, in *Fruſtulo.* Nam פת quod et פתת, فتات, a פתח فتّ *comminuit*, *iguam* ſignat *buccellam.* Rectiſſime *Nicet.* in *Caten. Vide quanta ſit haec miſericordia, quae vel de exigua panis particula egentibus aliquid impertitum velit.* Non de nihilo etiam, quod *Erud. de Pined.* praeter *inſignem liberalitatem*, in hac vocula reperiat *vrbanitatem*, et *modeſtiam* homine liberali dignam, veluti quum *Gen.* 18, 5. *Abrahamus* ad *Hoſpites*, *promam*, inquit, *fruſtulum panis, quo cor fulciatis.* Crebri Poëtae *Arabum*, ſummam *Hoſpitalitatem*, et *Liberalitatem*, pingentes, in talibus floſculis; quos huc adſpergere nil attinet. Tantum dicam, vt nulla *gens hoſpitalior*, ita hanc nobiliſſimam haberi palaeſtram ingeniorum, in qua venae ſuae, indoliſque ſimul, generoſitatem oſtentent. In *Hamaſa*, quae *Anthologia*, Operis pars collectioni talium dicata.

vſ. 18. Locus impeditus. Receptiſſima ratio I. poſt *Vatabl.* et *Merc.* dat, *Quia* vel *Namque*, *a pueritia mea creuit* pupillus *mecum, tanquam Patre; et ab vtero matris ducebam eam* viduam. LXX. et *Chald.* cum exigua differentia, idem expreſſerunt. Habetur pro *inſigni Hyperbole*, qua innuat, *ſibi hanc caritatem velut innatam fuiſſe.* Cl. *Cocc.* apponit, *adeo a teneris aſſueſcere multum eſt.* Et; *poſtquam natus ſum, et mihi conſilium ac facultas fuit, nunquam non haec officia praeſtiti.* Cl. *Cler.* huc etiam accedens, *notatu dignum,*

leuit ille mihi vt Patri; et ab vtero Matris meae deduxi illam. *vſ.* 19. Si vidi pereuntem, nulla quod veſtis eſſet; et ope-

ait, *a puero*, et *ab vtero matris*, hic ἰσοδυναμῶν, *quod et alia ſcripturae loca hinc intelligi poſſint.* Quid lucraturum ſe ſperarit Vir Doct. haud in obſcuro eſt. Sed nemo prudens *regulam* iſtam admiſerit, etiamſi מנעורי, et מבטן, idem valerent. Adducit ex *Cauſ. Corr. Eloq. iam vero propria et peculiaria huius Vrbis vitia pene in vtero materno mihi concipi videntur, hiſtrionalis favor, et gladiatorum ſtudia.* Id explicat, *a pueritia contrahi.* Et cur ergo illud *pene?* niſi quia *fortius* quid captabatur, cuius *Hyperbole* erat mitiganda. Non male ergo et hic, *ab vtero matris deduxi eam.* i. e. *colere*, et *fouere, viduas, mecum* quaſi *natum.* Quemadmodum et *tenera* erga *pupillos cura, innata mihi inde ab vtero, effecit, vt illi apud me, velut* apud *patrem, creſcerent;* i. e. meum *paternum* quaſi *adfectum* experirentur, etiam tum, quum adhuc *adoleſcentulus* eſſem. Aetate *puer*, iam tum adfectu *patrem* ipſis praeſtabam. Huc facit formula ſuperius Cap. 29, 16. laudata ابو الايتام *pater pupillorum*, et الاضياف *hoſpitum*, nulla *aetatis*, tantum *curae*, et *liberalitatis*, habita ratione. Nil impedit proinde, quo minus etiam vel *puer*, ſtylo *Arabiae*, inſigniatur titulo *Patris orphanorum:* idemque *Ductor*, ſiue *cultor*, et *obſeruator viduarum* ſalutetur, inde *ab vtero.* Adhaeſum interim hiſce ſcrupulis: et *Vulg. II.* exprimere maluit: *Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio: et de vtero matris meae egreſſa eſt mecum.* Nempe בֶּאֶב a *rad.* כאב, eſt *Dolor*, quem in *condolentiam*, et *commiſerationem*, flecti poſſe putauit, vt *Merc Druſ.* aliique monueruht. *Erud. Vauaſſ.* confert dictum apud *Val. M. L.* 4, 3. *Ex eodem Naturae vtero et continentia nata, et Cato.* Hanc *veram* et *ſimplicem expoſitionem* vocans *de Pined.* probare debuiſſet; 1. כאב *Doluit grauius*, et quidem *ex plaga liuida*, in *ſacris*, vel ſaltem in *Dial.* ad *commiſerationem* transferri. Maxime expediendum fuerat, 2. quomodo אנחגה *deducebam eam*, reſpondere queat *dolori* כאב *maſc. poteſt:* ſi iam ad inuerſum illud, *egreſſa eſt mecum*, conniueatur.

vſ. 19. Duobus verſibus pulcherrime ſubnectitur *Miſericordia* erga *reliquos* etiam *pauperes*, ſe liberaliſſime effundens ad *nuda membra veſtienda.* מבלי rectius *eo quod non*, quam *ſine.* Nimis tamen anguſtum, quod *Merc.* aliique hic fere apponunt, *periturum frigore aut alias, veſtis penuria.* Pauci eo vsque inhumani, vt hoc *videre* ſuſtineant. An hoc anſam dedit *Vulgat.* vt mallet, *ſi deſpexi pereuntem, eo quod non indumentum habuerit?* Non leuatur, ſed grauior fit ſcrupulus. Exiſtimem *figurate* capiendam formulam, et לבוש *veſtimentum* hic amplecti *commoda*, et *ſubſidia neceſſaria valetudini tuendae.* Ita *Arabes* ſuam *veſtem* frequentant. Apoſtoli διατροφὰς et σκεπάσματα conferas velim, ex 1 *Tim.* 6, 8. In *Haririo* crebrum, *dare nudo veſtem*, pro *inopi conferre commoditates neceſſarias.* אובד *periens* laxiore vſu venit, pro *calamitoſo*, et *inopia*,

operimentum non esse egeno. *vs.* 20. Si non benedixerunt mihi lumbi eius; et a vellere agnorum meorum calefactus est. *vs.* 21. Si agitaui super pupillum manum meam; quod vide-

inopia, aliisque miseriis, conflictato. Talem *si vidi*, i. e. *videre sustinui, non commotus*, et *in misericordiam flexus.* Vltima sic expressa, *neque erat operimentum egeno*, hiant nonnihil. Rotundius *Cocc. et non esse tegmen egeno:* supplet כי *quod*, et cum ארא propius ligat. Cl. *Schmid.* eadem ratione expleuit, *Et* quod *non esset operimentum egeno.* Eadem amplitudo.

vs. 20. Admirabili venustate figuratum, *si non benedixerunt mihi Lumbi eius.* Solide *Merc. Hoc per Prosopopoeiam dictum, quasi operta a se latera, et calefacta, sibi bene sint precata; quod tale beneficium a Domino computetur. Lumbi autem vestitorem faustis adficiunt comprecationibus*, 1. quum *pulchre foti laetantur*, ob *liberalitatem insigniorem.* 2. *Quum is qui indutus* et *tornatus prolixe*, *prolixius* etiam in *laudes*, et *benedictiones se effundit* benefactoris. Hinc sentis 3. *remunerationem*, a Deo *expectandam*, abesse vix ac ne vix quidem posse. Omnia haec confirmat, et illustrat, colon posterius, vbi *concalefactatus est ex vellere agnorum meorum*, exhibet *vestimentorum, omniumque commodorum largissimam copiam, tenerrima cura miseris* omnibus *impertitam*, ad eos *recreandos*, et *confouendos.* In verbo החחמם inest vis *calefactionis fouentis.* Hinc *Arabes* حمام pro *Balneo*, et alia, quae alibi dabuntur. Ad *sollicitum*, *tenerumque*, *Iobi adfectum* pertinet, quod tam signanter dicat *vellere recens tonso*, et *molli*, *agnorum meorum.* Sub *Lana* figuratur omne *fomentum*, et *commodum*, inde redundans. [Pro ברכוני *Syr.* et *Arabs* legisse videntur בִּרְכֵּי. Sequens חלצו verterunt *educatus est.* Vog.]

vs. 21. Enotatur aliud specimen summae *aequitatis*, et *innocentiae*, quod *opibus* et *potentia* praepollens, nemini *inopi*, cui secum forte lis incidisset, grauis exstiterit; ne *pupillo* quidem, ad omnem iniuriam patenti, et defensorem nullum habenti. Formula הניף יד *Motitare manum super pupillum*, nostro sensu decentissime locata: negat enim se vel *motitasse manum* aduersus eum, in *minacias*, nedum vt vi vteretur, ad eum conterrendum, vel opprimendum. Vidit, monuitque Cl. *Guss.* sub נוף. *Auxilium in porta*, non refero *tantum* ad *Auctoritatem*, et *fauorem*, sed etiam ad *ipsas Leges*, ac *consuetudines in vim Legum immissas.* Hinc seges iniuriarum, iuris specioſissimo titulo praetexta. *Angusta* praeterea *Innocentia ad Legem Iusti.* Magnifice de ea cycneo velut cantu Vir magnus, *Ant. Schulting.* in *Orat.* sic inscripta.

vs. 22. Obseruant passim Doctiss. Interp. *imprecationem* hanc respondere *crimini vs.* praec. enotato. Rectissime: sed et reliquis, quae *vs.* 13. 16. 19. vidimus, eandem congruere, nemo negarit; quando in *maleficiis*, et *beneficiis*, primae partes *Manui* tribuuntur. Circa voces כתף et שכם aliquid discrepantiae incidit. *Merc.* dat, *Scapula mea ab humero suo decidat.* Id *Schmid.* aliique sequuti. At *Cocc. Humerus meus inde a scapula cadat.* Ita et *Cler. Humerus meus e scapu-*

viderem in porta auxilium meum. *vſ.* 22. Scapula mea ab humero decidat: et brachium meum a canna confringatur. *vſ.* 23. Nam terror apud me exitium Dei; et prae maieſtate eius

ſcapula excidat. Videatur et *Meibom.* p. 10. etc. Itemque *Guſſ.* ſub כתף. Idem poſterius membrum ſic mallet; *Brachium meum frangatur, ita vt deſinat eſſe* קנה *Canna, Os tubiforme.* i. e. *eo vsque comminuatur, vt formam ſuam amittat.* Vide eum ſub זרע. Meretur expendi; nam *praepoſ.* מ iſtam ſaepe emphaſin adfert. *Eſai.* 23, 1. *Vaſtata Tyrus* מבית *ne ſit Domus,* מבוא *ne ſit introitus.* Item 24, 10. et 25, 2. מעיר *ab vrbe,* pro, *ne ſit Vrbs amplius;* ſed *in rudera abeat.* Satis ſignanter tamen et *Cocc. Brachium inde a Canna frangatur: totum mihi brachium inde a radio confringatur.* Id fortius, quam aliorum, *a canna ſua;* quibus פ in קנה et שכמה eſt *ſuff.* ſine *Mappic;* quod et *Kimch.* in *Michl.* viſum. Ad eam rationem et *Vulgat. Brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur;* plus dare voluit, quam ſimpl. *a canna ſua.* Ambigitur iterum, ſit ne *Os ſuperius a flexura cubiti ad humerum vsque procurrens;* an *inferius cui carpus iungitur.* Hoc ſequuntur *Cler. de Pined.* alii: prius *Vatabl. Merc. Cocc. Schmid.* etc. Sola *Anatome* tales vſus *finire* et *figere* valet. *Hebraei* fontes in hanc rem deficiunt. Quid lucis *Dialecti* ferant, alias prometur. in *Humero eiecto*, et *Brachio confracto*, cum *litera* iungendam cenſeo *figuram;* qua vtrumque adfert *ignominioſiſſimam cladem*, et *ruinam irreparabilem.*

vſ. 23. Non diſplicet nexus, quem *Erud. de Pined.* inſtituit; *Nihil meae virtuti, laudiue, tribuendum; ſed Dei timori, quo ille carnes meas confixit;* et *quo me ſemper in officio continuit.* Addendum tamen cum *Cocc. Quum homines non haberem timendos, Deum nihilominus timebam.* Nempe vt *Merc.* monuit reſpicitur ad *potentiam, qua* Noſter *eminuerit;* per quam *hominum iudicia facile effugiſſet* איר *confractio, exitium, calamitas, calamitoſa tempeſtas*, a *Vapore* ſic dicta videtur *Mercero, Cocceio*, aliisque. Hinc forte *Vulgatus* quoque elicuit *Tumentes fluctus.* Suſpicabar olim, ex אבה pro עזו *Robur, potentia* etc. non male reddi poſſe, *nam pauor ſuper me potentia*, vel *Maieſtas Dei.* Id. ſeq. colo aptiſſimum: vbi ob שאת *Eminentiam Dei ſe nil* tale *ſuſtinuiſſe* ait. Vertitur a quibusdam *onus, pondus;* quod *Exitio* reſonare videbatur. Eo ipſo ſentis איר *potentiam* commodiorem ad שאת *eminentiam*, vt duo cola ſibi ſuccinant. Sic ſola *Maieſtate* Dei ſe deterritum ab omni, vel minima, iniuria inferenda inferioribus, diſertim teſtaretur. Non ſperno, *Grauis moles Dei*, (ea *Origo* איר אזר) pro *Exitium*, et *calamitas Diuinitus immittenda:* ſed expendendum trado, an non *Grauis moles* illa nunc potius *Maieſtatem* conſignet. Dices exempla nulla dari in ſacris. Nulla conſequentia: nam *vis* apud pleroſque Scriptores *malum* ſonat, in *vim adferre*, aliisque phraſibus, et tamen non ignota Eruditis interior illa poteſtas, qua *Vis* pro *Maieſtate* vſurpatur a *Cicer.* et aliis. *Gra-*

uit

eius non sustinebam. *vs.* 24. Si posui aurum fiduciam meam, et eximio auro dixi, confidentia mea. *vs.* 25. Si laetatus

uis moles aeque promta in hunc vsum quam βάρος, et *pondus*. In postremis nimis quaesita structura. Cl. *Schmid. et pauor factum erat super me, quod prae Eminentia eius nil possem.* Languidius quoque *Merc.* non *effugere potuissem.* Eodem redit *Iun. Cuius excellentiae non praeualuissem.* nec non *Cler.* etc. Erectius *Cocc. Non valebam.* Intelligesis, *Nihil quicquam iniuriae cuiquam inferre sustinebam, quod Dei Maiestatem, et Eminentiam, perpetuo ante oculos propositam haberem.* Si איד *Grauis moles* sit *Exitium*, שאת reddendum potius *Elatio Dei*, qua se *vindicem infert* eorum qui opprimuntur a potentioribus. Dies decidat.

vs. 24. Noua crimina recensentur, et remouentur; quarum seriem I. multi a clausula capitis suspendunt: vt omnibus imprecationis loco subnectatur, *si feci —— Tum pro tritico exeat spina.* Parum commode *Merc.* II. seiunctim, per *Apostopesin:* itemque *Schmid.* III per *interrogationem negantem.* Nostra ratio sic habet IV. *decem versibus* hanc *pericopam* decurrere; atque in grauissima *execratione* finiri *vs.* 34. Enotatur hic non tam *Auaritia* quae vocatur *sordida*, quam *Cupiditas illa Diuitiarum*, quae cum *superbia vitae*, et *Ambitione*, fere coniuncta. *Prosopopoeia* insignis, qua *Aurum*, tanquam *Idolum mundi* hic inducitur, quod omnes *flexo genu* ac *corde* adorant. Verba nil habent, quod nostram curam desideret.

vs. 25. Omnia plana. Vnum כביר nonnihil impedit ratione structurae. Plerique, *et quod multum reperisset manus mea.* Cl. *Schmid.* maluit, *Et quod ingentes*, quas *inuenisset manus mea.* Videtur quaesitius. Adblanditur; quod *Cocc.* כביר *Neutraliter* positum autumet, vt sit, *et quod Maximum assecuta manus mea.* Exponit, *vt ego Magnus prae reliquis factus fuerim.* Addit sumi etiam posse, *Quum hominem maximum inuenit manus mea.* i. e. *potestatem redegi.* Mallem omissum. Prius egregium; *inuenit manus mea* כביר, *vt ego censerer opulentissimus, talisque ab omnibus celebrarer:* sic habes *Neutrale* ad *personam* rediens. Vide, an malis ad *rem*; vt sit, *et quum inuenit manus mea, Opulentum*, quod censetur, et celebratur; *Graeci* dicerent, τὸ Μέγα: id quod omnes aliorum *opes* quasi *obscurat* et prae se delet. Illuc natura vocabuli כביר sponte fertur.

vs. 26. *Vulg. I. Si vidi Solem, cum fulgeret; et Lunam incedentem clare.* Consimiliter *Chald. Syr. Arabs.* Vna Quaestio, quomodo intelligendum sit, *propriene*, an *figurate;* et quaenam tunc *figura?* Stricte et *proprie*, *Latini*, vt *Beda*, *Thomas*, *Lyran.* etc. Item *Caiet. Vatabl. Castal. Merc. Iun. Drus. Codurc. Vauass. Grot. Seld. Cocc. Cler. Reim.* etc. Ex horum mente omnem vel minimam speciem, contagionemque *Idololatriae*, a se procul repellit Noster; ita vt ne *in occulto* quidem, siue *tacita animi cogitatione*, tali se foeditate macularit. Est sententia multis scrupulis grauata. Etenim 1. illud *in occulto* aliud postulat. 2. series crimi-

tus ſum, quod denſuiſſent copiae meae; et quod Magnum aſſecuta eſſet manus mea. *vſ.* 26. Si vidi Lumen, quum ſplen-

criminum hinc auocat. 3. Illius ſceleris ſuſpicione verberatus non fuit ab Accuſatoribus ſuis. 4. Nunquam hoc *in ſummis officiis cenſuiſſet;* vt *Chryſoſt.* monet. Id vult; *Iobum* illud *Religionis puriſſimae*, et *pietatis ardentiſſimae ſtudium*, extus, et intus, profiteri, quod arguat Virum gratia *Spiritus Sancti* plenum. Tali *Viro Dei* tam parum conuenit ſemet purgare ab *Idololatriae* ſuſpicione; quam vel *Apoſtolis*, vel *Prophetis*, *Idololatriae* acerrimis debellatoribus; qualem et *Iobum* fuiſſe, dubitari nequit. Clarius. Licuit *Apoſtolo*, data occaſione, a ſe propulſare criminationes *Auaritiae*, *ambitionis*, *impuritatis* alterius, ſi forte, ſed ſi ſerio alicubi proteſtaretur, ſe *Idololatriam*, proprie dictam, *ne in occulto* quidem commiſiſſe, nec vnquam *Solem* vel *Lunam adoraſſe*, neſciremus ſane quid ſibi vellet. Accedit 5. quod admiſſa hac hypotheſi *vſ.* 27. et 28. amittant ferme omnem ſuam vim ac venuſtatem; vt ibidem clareſcet. Hinc Erud. *De Pined.* II. poſtquam ſententiam vulgatiſſimam ſibi *ingenti veriſimilitudine communiuiſſe* viſus eſſet, ſubdit tandem, *neque germanam*, *neque omnino cohaerentem videri poſſe* iſtam expoſitionem: *et ſi filum orationis tenendum*, *locum potius referri debere ad felicitatem ſplendentis fortunae*, *atque Auri tanquam ſplendidiſſimi ſolis fulgorem*, *et Argenti*, *tanquam Lunae candicantis*, *lucem iucundiſſimam*, *quae nunquam ſe coluiſſe nec adoraſſe teſtificetur. Auaritia ſcilicet Idololatria eſt. Itaque* Lux ſolis *ac* Lunae *eſt iucundiſſima quaedam* felicitatis imago *quam Diuites* et *Auari adorant.* Haec laudans *Bold.* III. preſſius in Emblemata noſtra inſiſtendum cenſet; vt *Lucis* ſiue *ſolis* nomine veniant nunc *Monilia ex auro confecta*, et praeſertim *Nummi aurei:* per *Lunam* autem deſignentur *Nummi argentei. Schmid.* IV. ad *aſſentationis crimen* haec applicat; prout dicitur, *Adorare ſolem Orientem* q. d. *Nunquam hominum fauori ſum velificatus neque aſſentatus iis, qui inſtar ſolis orientis emergebant, et in ſummo ſplendore verſabantur: aut qui Lunae inſtar claritate et auctoritate creſcebant.* Eſt felix, meo iudicio, conatus. Cl. *Mich.* ad communem opinionem accedens, rogat, *Quid Iobus inter ſuos princeps, opus habuerit aliorum fauorem blanditiis emendicare?* Perfacilis reſponſio; nam *adulationis*, et *aſſentationis*, *vitium* etiam cadit in *viros principes;* quum *Perſonam accipiunt Diuitum* et *potentiorum*, contemtis pauperibus, vel et oppreſſis in eorum gratiam. Crimen diſertim *Iobo* obiectum *Cap.* 22, 8. *Sol* et *Luna* pro *Viris ſplendidis*, et *praepotentibus*, vtramque implent paginam in ſcriptis *Arabum.* Inſtar omnium eſto ex *Hamaſa.*

Albo vultu nitentes, quos ſi ſplendorem roges ſplendeant.
Ipſi ſol ſunt diei; et Lumen nulla nube obſcuratum.

Similiter هلال *Luna creſcens;* et بدر *Luna plena;* itemque قمر *Luna*, generatim, pro *illuſtriore fortuna ſplendentibus*, paſſim, apud Oratores, et Poëtas. Huic ſententiae palmam tribuo: ita tamen, vt a III. non alienus quoque ſim. Nempe

ſplenderet; et Lunam, magnifice incedentem. *vſ.* 27. Et pellectum eſt in occulto cor meum; et oſculum tulit manus mea

Nempe *Aurum*, *Aureosne nummos*, cum *ſole* comparari; *Argentum*, cum *Luna*, promtam non minus quam venuſtam habet rationem *Allegoricam*, quam illuſtrabunt lepidi verſiculi *Harir. Conſ.* 3. p. 150. 156. vbi *fuluum metallum fulgore* ſuo omnium *oculos praeſtringere*, atque *mortales ad ſacrum* ſui *cultum impellere* dicitur; *Numinis Opt. Max. locum* vbique terrarum *occupans*. Huc egregie faciunt, illa *Lucian.* in *Timon. O Iupiter prodigialis* etc. *Vnde mihi tantum auri? video Aurum ſignatum, rutilans, graue, aſpectu quam gratiſſimum.*

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς!

Αἰθόμενον γὰρ πῦρ ἅτε διαπρέπεις καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν etc.

O Aurum, fauſtitas pulcherrima mortalibus!

Namque ignis ardentis ad inſtar reſplendes et noctu, et interdiu. Prior verſiculus *Euripidaeus*, extans in *fragm.* ex *Belleroph.* vbi inducitur *adorator auri*, ita exordiens.

Sine me vocari peſſimam, vt dives vocer.

Reliqua legitoſis *Epiſt.* 115. *Sen.* vbi narrat, *quum hi verſus*, quibus pecunia vt Regina, et Dea vnica, Coelo locatur, *pronuntiati eſſent, totum populum ad eiiciendum et Actorem, et carmen, conſurrexiſſe vno impetu, donec Euripides in medium ipſe proſiluit, petens, expectarent, viderentque, quem Admirator auri exitum faceret.* Id ad *vſ.* 28. vtile reperietur. Poſteriora illa *Luciani*, ex *Pindaro* paululum inflexa, qui ad *Olympiorum* dignitatem ſupra reliquos Ludos commendandam, ſuos ſibi carceres animoſiſſime aperit notiſſimis verſibus; *Optima quidem Aqua; ſed Aurum, ardens velut ignis exſplendeſcit nocte,* μεγάνορος ἔξοχα πλούτου *inter ſuperbificas eminet diuitias.* Subſumit deinde. *Si vero certamina ſonare geſtis, Carum cor, ne ſpectes aliud ſole fouentius interdiu lucidum Aſtrum, deſertum per Aethera.* Ad *Cap.* 25, 3. *Graeca* dedi. Inde repetas, velim, *Deſertum aethera*, eſſe, *a reliquis aſtris derelictum.* Ergo magnum illud os *Certamina Olympica*, et *Carmina* in honorem *Olympionicarum*, vocat *ſolem* ſtellas omnes obſcurantem: quin *ſolem* ad *Aurum*, *rutilanti igni collatum*, quoque redire, iuſta ſuſpicio eſt. Certe *Lucian. Aurum* et *noctu* et *interdiu inſtar ignis rutili reſplendere* dicens, *Soli* et *Lunae* tacitam cogitationem ſubiicere voluiſſe videtur. Ad hanc iam rationem non cenſebitur forte ſupra Cothurnum huius Libri, vt *Sol reſplendens*, et *ſua luce delens omnia*, ſit *Aurum*: itemque *Luna*, *Argentum.* Id ſi adblandiatur, in יקר הולך *pretioſa incedens*, decentiſſima erit *Syllepſis*; nam et *Luna*, Regina ſiderum, de nocte, יקר *pretioſa*, id eſt *ſplendida, magnifica, incedere*, peruenuſte dicitur: cum reſpectu ad *lucem*, et *pecunia* item, cum reſpectu ad *pretium.* In הלך *inceſſit*, ineſſe *dignitatem* et *magnificentiam*, non monerem, niſi plurimi praeteruidiſſent. Manebit eadem *ſyllepſis*, ſi *So-*

si *Solem* et *Lunam praepotentes* et *opulentos* potius pertinere statuatur: nam et in hos quadrat *splendidus*, et *pompaticus incessus*.

vs. 27. Vtrumque Colon habet aliquid grande. Prima frons iis fauet, qui *Idololatriam crassiorem* notari putant. Penitius excussae phrases, pro nobis facere reperientur. Certe prius illud, *Et pellectum fuit in occulto cor meum, ad ea Astra pro Diis adoranda*, minus commode videtur exponi a *Merc. vt non palam id prae me ferrem, sed occulta tantum animi cogitatione apud me Diuinos illis honores decernerem, tacitusque ea adorarem.* Primo, vix capio, quomodo *Solis* et *Lunae*, *magnifice per Coelum spatiantis*, *adorator*, id tacita tantum cogitatione facere vel potuisse, vel voluisse, dici queat. Secundo, talisne *Iobus*, vt quod tacite decressset, non ausus fuisset prae se ferre? Scrupulum sensit, Cl. *Cocc.* atque ita leuatum iuit. *Nam non prodit statim in publicum ista opinionis falsae de Numine temeritas; nisi postquam Cor plane occaecatum fuerit; et consensus, fauorque, plurium, aliaque impudentiae fomenta, accesserint. Pugnat enim cum hominis naturali conscientia, et Iobi tempore sine dubio plures adhuc fuerunt, in ipsius patria, Idololatriae oppugnatores.* Vides multa supponi. Supponit etiam *Merc.* et *ex hoc loco colligi* censet, *Iobi conterraneos tunc temporis non fuisse Idololatras.* Magnum postulatum. Ecquid sentis בסחר vix conciliari posse cum receptissima opinione? Cl. *Schmid.* illud accipit pro *intra se*, vt sit, *Num pellectum est cor meum in occulto* suo, *in quo situm est. Nam cor intra corpus latet.* Dilutum. Non satis ad rem quoque, quod *de Pined.* respiciat ad *vanissimam quandam animorum laetitiam, ac voluptatem, quam Diuitiae efficiant.* בסחר proprie *in velo, sub velamento*, sese refert ad *Dona clam admissa*, quum *palam repudientur.* Eius *Cor pellicitur ab Auro* בסחר *latenter*, qui *munerum contemtorem in fronte gerens, intus eadem adhamat, atque per posticam in aedes suas intromittit.* Si ad *Adulationem* referre malis, בסחר *personam accipit potentioris*, qui *sub speciosis velamentis, eius causae fauet; atque iustitiam iniustitiae suae callide praetexit.* Ceterum a *Vulgati Interp.* manu non fuisse, *Laetatum est Cor meum*, sed *Lactatum*, quod et alibi פתה per *Lactare*, a *Laciendo* vnde et *illectum*, *illectatum*, eodem vsu, pro *pellecto*, ac *decepto*, ambigi non potest. Obseruauit *Boch.* in *Phal.* Itemque *Fr. Riber.* quem, vt nec Erud. *Vauass.* Vaticana auctoritas non deterruit, quominus sphalma hic surrepsisse agnoscerent; ex vicinitate eiusdem verbi *Laetatus sum vs.* 25. oriundum.

Ibid. Insolentior dicendi forma, *Et osculata est manus mea os meum.* LXX. et *Vulg.* commodius quidem, sed non sincerius, *si osculatus sum manum meam ore meo.* Inuersa etiam structura Cl. *Cler.* ausus, *Et Os meum manum meam osculatum est.* Qui nucleum comesse vult, nucem frangat, non conterat. Eleganter *Cocc. Et osculum tulit manus mea ori meo.* Nempe *osculum ferre* dicitur quoque *manus*, quum *ori admouetur*, et *imprimitur*, cum *veneratione adorabunda.* Hinc emanasse verbum *adorandi*, neminem fallit. *Plin.* 28, 2. *Inter adorandum dexteram ad osculum referimus*,

mea ori meo. *vſ.* 28. Etiam haec iniquitas arbitratoria; nam abnegaſſem Deum deſuper. *vſ.* 29. Si laetatus ſum in letali

mus, et totum corpus circumagimus. Signanter *Minuc. Fel.* in *Oct. Caecilius ſimulacro Serapidis viſo, vt vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum ori admouens, oſculum labiis impreſſit.* Solemne, *oſcula iacere, iactare,* in *ſacris venerationibus Principum, Numinumue.* Hinc *Oſculum labratum*, in *Gloſſ.* quod eſt φίλημα βασιλικόν, ſiue ἀσπαστικὸν βασιλέως, *quo purpura adorabatur.* Adiſis *Salmas.* ad *Vopiſc.* in *Prob.* p. 686. etc. Ita *Manus* non inuenuſte dicetur *oſculari os, oſculum ferre ori*, quum *manu labris impreſſa labratum illud oſculum iacitur.* Licet etiam ſic diſtinguas, *et Oſculata fuit manus mea* ſolem, et Lunam, *ad Os* relata. Ita modo *Plin. inter adorandum dexteram ad oſculum referimus.* Nempe *Oſculari*, ſiue *Adorare* Numina, non erat, niſi *Manu, geſtuque* ante deſcripto. *Tertull.* hoc vocat, *Coeleſtia adorando, ad ſolis ortum labia vibrare.* Ad hanc rationem Noſter, *Et oſcalata fuerit Manus mea* illa idola; לפי *ad os admota*, vel *labris impreſſa.* Stilus ſublimior *Manum* ipſam *oſculantem* inducit, quod *Oſcula labrata iaciat*, et eius potiſſimum ope *adorationis* hocce genus peragatur. Non ſperno tamen, *et oſculata eſt Manus mea os meum*, ſine Ellipſi, quod conſtructio iſta tum ſimplicior, tum *origini* aptior, quae eſt *arctius iungi* et *inhaerere;* vt quum *Labella labellis compoſita.* Quod iam porro ad rem ipſam attinet, non negem *Idololatriae* ſtrictius dictae ſatis congruere hunc characterem: ſed ſimul affirmare ſuſtineam grauius adhuc, venuſtiusque, eundem in *Idololatriam* noſtram *ſubtiliorem* quadrare; ſiue *Adorationem Auri* et *Argenti* velis, ſiue *Adulationem Diuitis* et *potentioris.* Res clarior, quam vt vel verbum addatur. [Haud arridet interpretationis ratio, quam *Schultenſius*, in hoc et praec. vſ. eſt ſecutus. Omnino ad *idololatriam* vtrumque vſ. referendum eſſe arbitror; et verſu quidem 26. negare mihi videtur Iobus, ſe ſplendenti Soli et magnifice incedenti Lunae, cultum diuinum exhibuiſſe. Vſ. 27. a priori ſic differt, vt, quum in illo ſe ſolem lunamque publice adoraſſe negaret, iam addat, ne in occulto quidem a ſe hocce crimen eſſe commiſſum. Poſterius colon minus recte vertitur: *et oſculum tulit manus mea ori meo.* Obſtat conſtructio verborum, dicendum enim fuiſſet וישק פי לידי. Verbum נשק non in hoc ſolum loco, ſed et in multis aliis non *oſculari* vertendum eſſe videtur, ſed *adhaerere.* Totum itaque vſ. ſic reddo: *Aut in occulto eo* (vt ſoli atque lunae diuinum cultum exhiberem) *pellici ſe paſſus eſt animus meus, ita vt hoc modo celarem* (et adhaeſit manus mea ori meo.) Vſ. 28. ad ſolum vſ. 27. ſpectat: adfirmat enim Iobus, eiusmodi clandeſtinam idololatriam haud minus crimen fore, quam publicam. Grauiſſima culpa non vacare eum, qui tale quidquam coram Deo celare cuperet. Phraſis כחש ל iterum male vertitur *abnegare quem*, ſignificat enim *mentiri alicui*, 1 Reg. 13, 18. vſ. 18, 45. *Abnegare quem* eſt כחש ב Ier. 5, 12. Hiob. 8, 18. cet. *Vog.*]

letali plaga oſoris mei: et excitaui memet quum inuenit eum malum. *vſ.* 30. Imo vero non permiſi peccare palatum

vſ. 28. Ipſe nos *Iobus* remittit ad *vſ.* 11. quum infert, *Etiam hoc eſt* עון פלילי. Recurrunt ferme, quae ibi luſtrata. *Crimen Iudice dignum. Prauitas iudicialis. Iudicata:* Concedimus in ſententiam Cl. *Guſſ.* deſignari *Crimen* αὐτοκατάκριτον, quod vel *mitiſſimus Arbiter*, atque adeo ipſe eiusdem patrator, *condemnet.* Non inficias iuerim, iterum, Characterem vtcumque cadere in *Idololatriam craſſiorem;* ſed et contendo, aptius eundem in *ſubtiliorem noſtram* ſeſe dare. Pro *Auro* et *Argento vendere fidem*, et *officium*, quo tandem *Arbitro* a crimine, et quidem turpiſſimo, vacuum cenſeretur? Relegas velim, quae ex *Seneca Epiſt.* 115. et *Euripidi Bellerophonte* tacta ad *vſ.* 26. Illud item, *O ciues ciues quaerenda pecunia primum eſt. Virtus poſt nummos;* nonne Satyrico ſale ita defricat mores, vt ſimul turpitudinis quemque ſuae Iudicem et arbitrum ferat? Excellenriſſimus eſt Locus, omnem in partem fuſus. *Aſſentationi* peraeque conuenit; nec non *Perſonarum acceptioni* inde profluenti. Nullus non *Adulator*, cum aliorum, tum ſuo etiam iudicio, turpiſſimus.

Ibid. Additur, quod ſententiae noſtrae vnice aptum. *Quoniam abnegaſſem Deum deſuper.* Si *Idololatriam* ſtricte dictam intendiſſet Noſter, otioſe hoc, et ſatis frigide, adieciſſet. Quis piorum vnquam dubitauit, quin *Cultus ſiderum* ſit *Abnegatio ſummi Numinis?* Superuacuum, id inculcare, quod ſenſus dictat communis. Ad noſtram mentem efficaciſſima clauſula, ſiue hanc, ſiue illam, partem ſequare: et *Sapientia Iobi* digniſſimum, *Abnegationem Dei ſummi* vocare, vel *Adulationem potentiorum;* vel *Diuitiarum admirationem*, et *cupiditatem.*

vſ. 29. In officiis excellentioribus *Pietatis*, et *Religionis*, verſans Noſter, *inimicos ipſos* a ſe *dilectos* modeſte ſimul, et ſolide, oſtendit, quum negat *ſe gaudium percepiſſe ex plaga Oſoris ſui.* Vere non minus quam acute *Gregor. Dilectionis vim occulte, et veraciter, aut profectus Inimici, aut Caſus, interrogat.* פיד proprie *plaga macerans;* nam فاد eſt *macerari, liquefieri.* Sequens התעררתי a R. *Leui* inflectitur ad *commotionem miſerantis*, et *condolentis;* quando conuertendum, *imo vero commotus ſum.* Sic plerique *Pſ.* 7, 5. *Si rependi pacem colenti mecum malum;* ואחלצה *imo vero eripui hoſtem meum gratis.* Si iſta conſtructio placeret, poſſes, *imo vero excitaui memet ad orandum pro eo* etc. Praefero expeditiorem viam, *Et ſi excitaui memet: ſi in ſinu exultaui.*

vſ. 30. Probare nequeo, quod Cl. *Schmid.* diſtinguat inter *imprecationem*, et *maledictionem in nomine Dei, ex ira et odio profectam, adeoque illicitam;* et *inter licitam, qua precibus fuſis petitur a Deo vt vitam animamque alicuius perdat:* quaſi *priorem* illam tantum a ſe remoueret Noſter. Nil magnum praeſtat, qui *ab imprecationibus ex ira et odio profectis Os cohibet.* Is *magnus*, et *religioſus*, qui a *fermento Irae*, ac *odii*, *Cor ipſum* prae-

palatum meum: ad petendum in execratione animam eius. *vſ.* 31. Si non dixerunt ſodales tentorii mei, quis dabit de carne

praeſtat *intactum*. Hoc voluiſſe Noſtrum cum res ipſa arguit, tum vocula חך *palatum*, quae non *Os* ſignat, non *Linguam*, non *Loquelam*, ſed *interiorem ſenſum mentis*, eiusque *Iudicium* ac quaſi *Guſtum*. Habebimus hinc infra *Cap.* 33, 2. *Loquetur Lingua mea in palato meo.* Quid valeat, ibi declarabitur. Habuimus hinc ſupra *Cap.* 6, 30. *Linguam* pro *Loquela;* et *Palatum* pro *Iudicio* atque *interiore guſtu mentis diſcernentis*. Sentis quam neruoſe elatum ſit, *ne palato quidem meo permiſi peccare* etc. Ne *in ſinu* quidem *aliquid mali vnquam cuiquam imprecatus fui;* quod inde *palatum* meum, et *Iudicium Spirituale*, penitus abhorreret. *Amaritudo* iſta *palatum* meum *non tetigit.*

vſ. 31. Egregie Cl. et *Amiciſſ. Ikenius* in literis ad me datis poſterius colon conuertit: *Quis dabit de carne eius non ſatiatum?* ex *part. Niph.* vel et ex *praeter. Niph. Quis dabit* qui *de carne eius non ſit ſatiatus?* Monet, מי יתן non ſemper eſſe, *Vtinam!* ſed etiam vſurpari pro *quis exhibebit? quis monſtrabit?* vt *Cap.* 14, 4. מבשרו *de carne eius*, nempe *pecudum mactatarum ab eo*, vt 1 *Sam.* 25, 11. Senſus hicce. *Tantam fuiſſe Iobi hoſpitalitatem, vt Viri tentorii eius dicere ex vero potuerint, Neminem daturum, monſtraturum, aliquem, qui de dapibus Iobaeis non ſit ſaturatus.* Egregius conſpectus; quem *Scopo*, et *filo* conuenientiſſimum, quiuis ſentit. Ei concedat volo, quod mihi ſe ex coniectura in mentem dederat eſſe hunc *characterem Hoſpitalitatis ſummae*, quod *omnes* eius *Domeſtici*, ad exemplum hoſpitaliſſimi patris, et Domini, *dictitare* ſoliti fuerint, *Vtinam de carne eius non ſaturemur!* vtinam *tanta Hoſpitum* adſit *frequentia*, vt nobis *ſaturitas contingere nequeat!* Mirum voti genus, ſed ex genio gentis. *Tebrizius* ad *Hamaſa; Dicunt de eo quem honorant; Domeſtici pro eo eſuriem patiuntur:* i. e. *exquiſitiſſima quaeque fercula ei apponuntur:* Vel *omnes ſumtus ei laute tractando impenduntur, familia non ſaturata.* Ipſe *paterfamilias* quoque *ſibi eſuriem indixiſſe* dici ſolet, vbi *ſummam* in excipiendis hoſpitibus *liberalitatem* expingere volunt. *Hatim Taius* in *Hamaſa*.

Sane eligere ſolebam eſuriem, complicans viſcera;
Cauens ne diceretur, Auarus eſt.
Quin verecundabar dextram meam, quamuis inter eam
Et os meum graues et ſpiſſae forent tenebrae.

Ad haec *Tebrizius*. *In more erat apud Liberales eorum, vt extinguerent ignem; et tamen ab edendo abſtinerent, hoſpite opinante tractatorem etiam comedere Senſus eſt. Solebam hoſpitem mihi ipſi anteponere, eumque cibare, ipſe complicatis viſceribus eſuriens.* Hanc *generoſiſſimam indolem* non in *ſe* tantum, ſed et in *ſuis*, laudaturus Noſter, venuſtiſſime dicere potuit, *ſi non optare ſolebant* ipſi quoque *contubernales mei*, et *Domeſtici, vtinam eſuries nobis* grato aduentu multorum hoſpitum, et pauperum, *veniret!* Quae ſic *figurate*, vel *prouerbialiter*, efferuntur, non ni-

carne eius non saturatum! *vs.* 32. In platea non pernoctabat peregrinus; valuas meas ad iter aperiebam. *vs.* 33. Si operui, sicut Adamus, praeuaricationes meas; condendo in sinum meum pra-

mis stricte, sed liberalius, interpretanda. Sic interim iudico, posterius hocce sua quidem se specie, non inuenusta forte, commendare, sed Celeb. *Ikenii* illud, vt simplicius, clariusque, praeferendum. Tali laude nobilitatus ille *Hatim Taius;* nam eius Domus velut commune quoddam *Prytaneum Arabiae* celebrata: vt nullus omnino vel *peregrinus*, vel *inquilinus*, *hospitalissimae Mensae* expers mansisse tradatur. Huc alludum in *Rosar. Pers.* p. 252. Conferri velim *Doct. Gentii notas ibid. a pag.* 586. ad 593.

vs. 32. Incredibilis hospitalitatis argumentum. Id cum mea illa sententia sic satis cohaeret; quatenus inferretur a Nostro, *Peregrinis* et *Viatoribus* semper *apertam domum*, *mensamque*, omnes suos ad istud officium ita assuefecisse, vt sibi minus placerent, si ab hospitibus forte vaciuae forent aedes. Arctior tamen existet connexio, si in Clar. *Ikenii* sententiam descendatur. *Quis dabit a carne eius non satiatum! Nempe in platea non pernoctabat peregrinus* etc. Domus mea erat velut *Hospitium publicum*, in quod cuique *suo iure* quasi *diuertere* licebat. Plura non addo. לארח *Viae publicae aperiebam valuas meas;* vel *ad Viam*, sonantius quam *Viatori.* לאורח corrigere, vt sit *Vianti*, ex *part. kal*, est stylum sublimiorem non intelligentis. Fateor tamen illud *ad viam*, *iuxta iter*, minus commode a quibusdam exponi, in quibus tricari non lubet. Dicam quod res est. *Viae publicae valuas aperire*, est, *iubere cuiuis iter illac habenti domum suam patere; vt tanquam suo iure*, siue *interdiu*, siue *noctu*, illuc *diuersentur.* Consimili figura vsus Poëta in *Hamasa.*

Occupo viam publicam tentorio meo, eiusque vestibulo.

Id est, *omni viatori*, *citra discrimen*, *tentorium meum*, et *mensam hospitalem*, *patere iubeo.* Item, figuratius adhuc;

Fecit viam publicam tentorio suo funes.

Id est, *paxillos et funes tentorii sui in media via firmauit*, *eosque inde quasi religauit.* Non male interim *Merc. Nos simpliciter accipiamus*, *quod fores suas aperuerit ad viam*, *vt obseruaret praetereuntes*, *eosque ad se introduceret.* Non displicebit adsine ex *Hamasa.*

Quam saepe latratum imitanti viatori, cui resonabat Echo,
Suscitaui ignem, cuius lignum luculentum.
Properusque surrexi ad eum, vt praedae mihi loco esset,
Prae metu ne populus meus eum ante me occuparet.

Nempe *peregrini* in *Arabia* hospitium quaeritantes sub noctem, *latratum edere* solent, ad quem Canes vicinitatis relatrent, quo audito, vndique prosilitur, non sine aemulatione, qua alter alterum praeuertere studeat, ad occasionem laudis rapiendam velut, sibique vindicandam.

vs. 33. Verba in se satis clara, neutiquam tamen liquidum fundunt sensum. Existimem post *vitia* a quibus

prauitatem meam. *vſ.* 34. Sane conterrear multitudine multum; et contemtio familiarum conſternet me; et in ſilentium defixus

quibus abhorruiſſe *toto corde*, et *officia*, quae *toto* item *corde* coluiſſe ſeſe teſtatur, enumerata, accedi ad *Clauſulam* longe *animoſiſſimam*, qua *in praeſentia Iudicis* ſui καρδιογνώστα, et velut *ad Tribunal* eius, *ſolenne* tandem *iusiurandum deponit*; nihil a ſe niſi ex *intima*, et *puriſſima*, *Conſcientia* prolatum, horumque omnium ſe ipſum Deum *Teſtem* et *Vindicem* appellare, vt ſi *Crimina* ſua *texiſſe*, *palliaſſe*, *in ſinu condidiſſe*, reperiatur, iam mox *fulmine Maledictionis tactus*, *perpetuo damnetur ſilentio*, atque *Dei hominumque execratione aeterna oneretur*. Hanc *imprecationem* in verſu ſequenti expreſſam, mox palam fiet. Diſpiciamus quid כאדם valere debeat. Dicere auſim, *ſicut homo*, exilius nunc eſſe, quam vt in cenſum venire queat: *Iobus* enim in tota hac Actione *cum Deo* magis contendit, quam cum hominibus; atque ſeſe conſiderat tanquam *ſub oculis*, et *Fulmine*, *ſui Iudicis* conſtitutum. Ad hanc vehementiam contentionis nimis langueret, *ſicut ſolent homines improbi*. Tenendum omnino, *ſicut Adam*, quum *foedifragium ſuum*, et *praeuaricationes*, *doloſi cordis ſinu abſcondere ab oculis Iudicis ſui* ſtuduit; atque *velamenta* adhibuit *nuditatis*, quae ipſum *confuſione omni* coram Tribunali, ad quod citatus erat, *obruebant*. Iuſtiſſima iam *comparatio*; ſimulque appoſita *occupatio*; qua negat ſe ad *Exemplum primi parentis*, ex *ſenſu* impetuque *carnis* ac *corruptionis*, ſui defenſionem tam animoſe ſuſtinere, ſed contra *Veritatem*, *Religionem*, *Legisque fidelem obſeruationem* ſibi ſupereſſe, et *patrocinium* atque *aduocationem* in *optima* hacce *cauſa* praeſtare. Conſer totum *Cap.* 23. atque inde ſimul repetatur, quid *Exceſſus* ſe in hanc defenſationem admiſcuerit. Vocula בחבי necdum ſatis conſtituta. Plurimis 1. *Iudaeorum* placuit a חבא, חבה, *occuluit*. Id merito repudiatum, duplicem ob rationem; nam et *Dagesh* aliud exigit, et non valde elegans eſſet, *ad abſcondendum in occulto meo*. A חבב *dilexit* ad *Analogiae* legem *Kimch.* 2. quaſi באהבתי *in dilectione mei, in Philautia*. Durius cenſet *Merc.* cum eoque *Schmid.* בחבי אותי *prae diligere me memet* ſtruendum fuiſſe tendens. Dimidia pars ſcrupuli leuatur, inſignisque Figura exſiſtit, ſi verti concedas, *ad condendum in Amore mei meam prauitatem*. Inordinatus ille *Amor ſui*, quam *Philautiam* vocitamus, eſt velut ſinus, et *receſſus*, quo princeps *Adamus* ſua *crimina Deo*, *ſibique*, voluit *ſubducere*. Simplicius, in eundem ſenſum, 3. *in ſinu meo*, probantibus *Merc. Coce. Schmid.* etc. poſt *Vulgat.* quod חוב et חב; *emphat.* חֹבָא et חֻבָּא pro *ſinu* extent in *Targ. Ionath.* et *Hieroſol. Exod.* 4, 6. 7. et alibi. Cl. *Cocc.* ſat blanda ſpecie hinc חבב mactat proprietate *gerendi in ſinu*, quod eſt *diligere*. Cl. *Hott.* in *Smegm. Orient.* ſimiliter monet חבב حبّ *Arab.* eſſe *dilexit*. *In ſinu geſſit*. Eam *Originem* confirmatiorem videre vellem; nam vt nunc ſe res habent, necdum ſatis in tuto eſt locata.

vſ. 34. Nemo non ſummas hic et ſentit, et fatetur, anguſtias. Mul-

tum diuque luctato cum salebrosissimo sane loco, ex filo et serie deductionis sese ingessit tandem mihi *Imprecatio* illa *solemnis* qua post אם *si feci*, semet omnibus iudiciis, supplicisque, iustissimi scelerum Vindicis offert. Ad *vs.* 24. hoc insinuare coepi. Haec autem *deuotio sui ipsius* omnium est grauissima; recurrens tum ad cuncta, quae inde a *vs* 24. recensita: tum ad superiora quoque, quibus quasi sigillum appenditur, eo ordine quo nihil deductius, aut tornatius, excogitari queat; ad quem et sequentia in rotundiorem rationem reuocari possint. Illam *imprecationem* quod assecuti non sint Doctiss. Interp. quum tamen et series, et pleraque vocabula, illuc manifesto ferantur, ortum ex particula כי, raram, et plane abstrusam, vim nunc exerente, quam ad *Cap.* 8, 6. tetigi, vbi cum אם *si* pariter construitur, ad inferendum id, ad quod conditio tendebat. *Si Tu Deum requiras; si purus et rectus tu*, כי עתה *Sane, enimuero nunc, aemulabitur super te* etc. Ad eam structuram hic, a *vs* 24. repetito illo אם *Si posui aurum spem* etc. *Si suspexi solem quum niteret* etc. *Si laetatus sum in plaga osoris* etc. *Si non dixerunt mei Domestici.* Postremo, *Si* in hac mea contestatione *velaui praeuaricationes meas* etc. *Enimuero consterner* nunc statim *magno cum tumultu; et publica contemtio familiarum* omnium *me frangat penitus; in silentiumque stratus*, ac defixus, *non egrediar foras*, Dei hominumque execratione percussus, et perculsus, in aeternum confundar. Omnia in hunc sensum amicissime conspirant. אם כי in *protasi*, et *apodosi*, sic venient iterum *Cap.* 37, 20. ארץ *vehementius expauescam*, *totus*, *quantus quantus*, *consterner*, vt *Deut.* 20, 3. et *Ios.* 1, 9. אל תערץ ואל תחת *Ne consterneris*, *neque fractus conteraris.* Eadem biga, quae hic. Sequens המון proprie *turbam* sonat, siue *tumultum.* Inde vel *multitudinem* designare coepit, vel *strepitum tumultuantem*, vt in *Latino* vocabulo. Possem tenere, *Consterner multitudine magna*, vel quia המון רב dicendum tunc fuisset, vt *Dan.* 11, 11. 13. et 2 *Chron.* 13, 8. vsu potius aduerbiali, *multum*, *vehementer*, vt *Ps.* 62, 3. לא אמוט רבה *non nutabo vehementer:* subest tamen profundius quid; et רבה absolute ibi infert *ruinam grauiorem:* ad quam normam et hic forte, *consterner multitudine ita grauiter*, *vt penitus collabascam, nec amplius erigere me valeam.* Alluditur ad *supplicium publicum, ignominiae et horroris plenum*, *in maximo hominum confluxu et tumultu.* ארץ המון *percellar turbam* pro *ad turbam*, vtrumque ex aequo amplectitur, vel *multitudinem* cum *tumultu* et *fremitu confluentem:* vel *conturbationem* ipsam, et *tumultum animi consternati;* vt המה *tumultuari Ps.* 42, 6. 12. etc. Possis quoque, simplicius רבה sumto, *percellar turbam vehementissimo modo*, vel *metu*, per Ellipsin vocis יראה, quam *Ps.* 89, 8. supplet *Kimch.* נערץ *Tremendus est Deus in concilio Sanctorum* רבה *vehementissime.* Porro in בוז cum Cl. *Cocc.* agnosco *notam publicam ignominiae:* vt *Prov.* 6, 30. et 12, 8. et *Iob.* 12, 5. 21. משפחות *familiae*, nunc latissimo significatu positae pro *nationibus*, *et familiis gentium.* Respicitur ad *publicum conuentum*, quum *familiae omnes* conueniunt

fixus non prodeam foras. *vſ.* 35. Quis dabit mihi qui me audiat! En ſignaturam meam. Omnipotens reſpondeat mihi: aut

ad *Capitale ſupplicium ſcelerati* vel decernendum, vel inſpectandum. Hac amplitudine dictum יחתני *conterat me*, et *penitus frangat*, illa *contemtio*. Inde *aeterna confuſio* iuſtiſſime *damnati*; ſignanter per דמם expreſſa *in ſilentium configi; obmuteſcere*: itemque per, *non egredi foras*; quod eſt, *ob male factorum conſcientiam*, et *ignominiam merito inuſtam, omnium conſpectum refugere, ſeque in tenebras abdere ſempiternas*. Ad *Tenebras exteriores*, et *Carcerem* vnde *exiri* nunquam *poteſt*, formula ſe extendi patitur. Profundior conſpectus a grauitate cauſae et actionis huius abeſſe vix poteſt. Monendum reſtat, partem magnam Veri ſenſiſſe *Epiſc. Elienſ.* qui vltima haecce ſimiliter cum *imprecatione* conuertit, noſter quoque in *praec. verſu* conſtituendo. Eius pulcherrima *Paraphraſis* ſic habet. *Si ſtudui melior videri, quam ſum; neque nunc edidi genuinam confeſſionem; ſed primi parentis more celaui vitia mea; atque ex Philautia iniquitatem meam abſcondidi. Propterea quod metuam quid populus dicturus ſit de me, aut conterrear contemtione, in quam adducere me cognitio mei criminis apud vicinas poſſet familias: tum contentus ſum, vt os mihi praecludatur; atque non amplius pedem ianua efferam.* Noſtrum tum cumulatius, tum ad ſeriem vniuerſam rotundius eſſe, nemo diffitebitur. Iudicium tamen in medio relictum eſto.

vſ. 35. Magna diſtractio opinionum, circa rationem nexus, et vocabulum תוי. Bene *Cocc.* I. *Vtinam mihi ſit qui audiat me! Ecce delineatio mea. Omnipotens reſponderet mihi! Libellum ſcripſiſſet Actor meus!* Monet, תו eſſe χάραγμα *lineis ductis conſtans:* atque hic notare poſſe, vel *deſcriptionem ſui*, quam dederit *Iobus*, vel *formam*, qualis nempe eſſet. In vltimo Colo ipſum *Deum* vocari cenſet *Virum contentionis*, quem *Libello intentionem ſuam explicare* poſtulet Noſter. De *connexione* obſeruat, *conteſtationem hanc tum ad omnia praecedentia referri, tum imprimis ad vltimum quod ſequitur.* Cl. *Schmid.* II. etiam ſatis erecte, et acute, *Ecce* per *ſignaturam reſpondeat mihi Omnipotens, et libellum ſcribat Aduerſarius meus.* Ei תוי *ſignatura mea*, paſſiue eſt poſita, pro *de me, contra me;* vt idem fere denotet cum *Libello:* ſtruitque יעכגי תוי *Conuincat me Deus ſignaturam*, vel, *Reſpondeat mihi ſignaturam meam;* meque vel *ſcripto accuſet* ac *reum agat*. Non fluit e facili. Cl. *Cler.* III. cum *Cocc.* fere conſentit, niſi quod pro *delineatione* det: *En ſignum meum*, quod explicat *ſubſcriptionem, qua is cui lis intendebatur ſignificabat ſe in ius venire paratum.* Ad rem. Sed fortius adhuc ferit Cl. *Reim.* IV. intelligens *Tabulas ſignatas, quibus cauſa defenditur in Iudicio.* Ad haec veſtigia vertendum autumem, V. *Quis dabit qui me audiat!* Arbiterque ſedeat; vt *Cap.* 9, 33. *En tabulas ſignatas*, quas in Iudicium, Arbitriumque, defero: *Omnipotens reſpondeat mihi.* Redi ad *Cap.* 13, 22. Nimis molle iam, *Omnipotens teſtis meus ſit;* quod Doct. *Reim:*

aut libellum scribat Aduersarius meus. *vs.* 36. Si non super humero meo portabo eum; alligabo eum coronamenta mihi. *vs.* 37.

Reim. elegit; qui item remissius vltima sic, *Tum Aduersarius meus Libellum in me scribat licet.* Omnino *Aduersarius* ille, vel *Litigator*, videtur referendus ad *Deum*, reddendumque, *Et Libellum scripserit*, vel *scribat* velim, *Actor meus*, vel *pars* mihi *aduersa*. Non est cur in *audacissima* hacce *prouocatione* aliquatenus excusanda, immoremur; quum supra saepissime id factum sit; et nemo iam hic adhaesurus esse videatur. Sensum sic breuiter stringo. *Velim a parte Dei Instrumentum litis, et accusationis meae summam, conscribi, et in Iudicium aduersus me proferri. In eo Libello nihil consignabitur, quod me sceleri, vel publico, vel occulto, proximum arguat; sed ex aduerso Innocentia inde mea luce clarius refulgebit.* Habes quod reliquis *Iobi* contentionibus examussim respondeat: simulque cernis non *Homines* hic *prouocari*, quos vtique satis *confutatos* dederat, sed ipsum *Deum*, secundum instantias *Cap.* 9. et 13. et 23. factas. [Vocabulum חרי sic verterunt *Syr.* et *Arabs*, vt probabile sit, eos legisse חתי. *Vog.*]

vs. 36 Nil euidentius iam transitu, connexuque, quo sibi tunc *Libellum accusationum*, scilicet, *ex vita ante acta collectarum*, dicit *laudi* fore, et *decori splendidissimo*. Recte *Merc. illum librum mihi potius ornamento esse putarem, quam dedecori; quia scio ad innocentiam potius meam facturum, quam ad me condemnandum; quia nihil in eo afferri posset nisi merae calumniae.* Ad *supra humerum gestarem* notat, *vt chara nobis gestare solemus: id autem ad* Librum *potius quam ad* Hominem *cum nonnullis refero.* Respicit sententiam *Iarchii.* Tu obserues velim ne *Librum* quidem *Hominis accusatoris* nunc satis plenum, cumulatumque, sensum praebere; quando non qui ab *Hominibus*, sed qui *a Deo* laudatur, vere *Iustus* est. Idem *Vatablo*, *Iunio*, *Drusio*, aliisque, huc cum aliqua varietate inclinantibus, obstat; nec patitur quoque, vt de *memoria*, vel *commentario certaminis* inter *Iobum* et *Amicos certati*, cogitetur; quorsum propendet Doct. *Crinsoz.* Coactissime *R. Salom. adf.* in אשאנו retorquet ad *Aduersarium*, et in אעבדנו ad *Librum*; hoc filo: *Sane super humeros meos* illum *Aduersarium portarem*: atque *eius Libello coronas meas circumligarem.* Est suauiludium *Rabbinis* relinquendum: nec tamen omnes illud amplexi. *R. Leui* certe ad *Libellum accusationis* diserte vtrumque Colon applicat, calculum meritus omnium ferme, qui aliquid nominis habent inter Nostros; in eo tantum dissidentes, *Accusationemne ab Homine scriptam* intelligant, an *ab ipso Deo.* Posterius hocce amplexus merito Cl. *Cocc.* qui id demum *beatum* ait et *glorioſum ipsius Dei sententia ac testimonio Iustum declarari.* Phrasin *Tollere in humeros*, exponit *Gestare in Vlnis*, et *tanquam κειμήλιον custodire*; quin *ostentationis gratia circumferre, vt qui ademta hostibus opima spolia, vexilla, imagines vrbium subactarum, in triumpho transferunt.* Mea suspicio fert, alludi ad ritum priscum, *ex humeris suspendendi Gladium*; secundum illud Poëtae. *Tum lateri*

vſ. 37. Numerum greſſuum indicabo Ei; ſicut Anteceſſor cum Eo congrediar. *vſ.* 38. Si ſuper me terra mea vociferata

lateri atque humeris Tegeaeum ſubligat enſem. Expreſſum ad illud *Homer. Iliad.* 2.

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.

Humeris autem circumiecit gladium clauis argentatis diſtinctum.

Plura ad *Tac. Ann.* 1, 35. dabit *Lipſ.* nec non *Vitr.* ad *Eſai.* 9, 4. vbi in *principatu humeris impoſito* non *onus* ſolum, ſed et *honos*, atque eiusdem *inſignia*, ſpectantur. Apud *Arabes* ſolemnis in hanc rem formula قلده السيف *Enſem collo eius ſuſpendit*, pro *principem conſtituit*: et تقلّد السيف *e collo ſuſpenſum accepit gladium*: pro *inauguratus eſt princeps.* Praecipua autem *principatus inſignia* inter eos *Enſis* et *Corona.* Suſpicioni noſtrae fauent ſequentia; vbi *principali* ſeſe *magnificentia inceſſurum* oſtendit, hoc *Libello* tanquam *Gladio*, et *Coronis*, exornatus. Plura non addo nunc.

vſ. 37. Longius ab illa animoſitate, qua nunc Noſter totus ardet, deflectit Cl. *Cocc. Cognitori meo ſecundum legem gratiae nihil diſſimularem eorum, quae feci et ſcio; et quae Deus ipſe oſtenderet, non abnegarem. Vt principem*, quo ſalus mea niteretur, *admouerem Eum; Deus enim militem ſuum curat, et eum ſaluum praeſtat: eaque fiducia miles ipſum ſequitur.* Magis ad rem facit quod Idem ſubiungat in verbo קרב eſſe *congreſſum iudicialem*, reddatque, *vt princeps admouerem eum*: i. e. *magno animo, vultu non deiecto, ſed hilari, inuitarem illum* Aduerſarium meum, Deum, *vt mecum quaſi cognitorem adeat. Non fugerem, non ducerer reluctans, ſed ipſe ducerem et praecederem.* Hoc proxime accedit ad vehementiam *Adfectus*, cui frena nunc permiſit Noſter, cumulum, coronidemque ſimul, imponens omnibus iis ad quae antea, non ſine exceſſu, euectum eum vidimus. Iſte *Adfectus* ſentietur ſi reddamus, *Numerum greſſuum meorum oſtendam*, vel *oſtenderem, illi; tanquam princeps ſtrenuus congrediar*, vel *congrederer cum eo.* Illa *monſtratio greſſuum* non pertinet ad *rationem vitae anteactae;* nam et ſatis ea in praeced. demonſtrata; et צער nunc altius quid poſcit. Scilicet ſaepe *greſſus magnifici* hac voce ſignantur; et ſpeciatim *greſſus animoſi, intrepide* in *praelium*, ac *congreſſum*, pergentis. Adi, quae *Cap.* 18, 14. Id puto ſpectatum in priore membro. In poſteriore habemus ipſum *congreſſum* cum Aduerſario, verbo קָרַב in *Pibel* expreſſum ſignificatione *intranſitiua*, quam ex *kal* in *Pibel* cum *intenſione* transfundi ſolemne. Quamuis ergo קָרַב ſaepe ſit *appropinquare fecit, admouit*; genius tamen Linguae aeque admittit *appropinquauit*; praeſertim cum *mutuus congreſſus* deſignatur. נגיד *Princeps; Anteceſſor*, hic ſpeciatim *ſtrenui Pugnatoris* ac *Ductoris* vim exerere videtur; quam et *Arabes* agnoſcunt in نجيد *Fortis, Animoſus*; et per Excellentiam النجيد *Leo.* Ad hanc ſtructuram dederant et *Iun.* ac *Trem. Vt Anteceſſor appropinquarem ad illum;*

causae meae fecurus. Similiter *Ill. Patric. Appropinquarem ad illum tam intrepide quam princeps.* Confer *Munst. Castal. Isid. Clar.* Differunt tamen in eo, quod *Aduersarium* intelligant *Hominem*, non *Deum*. Nobiscum stant Doct. *Belg.* et *Pisc.* nisi quod prius colon explicent de *Aduersario* illo *instruendo, eique omnem rationem vitae exponendo.* Ego *gradum praeliarem, animosum, fortem, congressuri*, non dimittendum censerem. Si quis interim *Vitae anteactae rationem*, per *Syllepsin*, adiungere velit, non equidem refragabor; quando *intrepidum* illud, quod hic ostendit Noster, indè ortum; qua de causa quoque iam *vs.* 4. צערים *Gressus suos* apud Deum *in numerato esse* dixerat.

vs. 38. Plus difficultatis in vltima hac *periodo*, quam prima frons offert. Circa *nexum*, in oculos incurrit cuiuis, concinnius haec inseri potuisse superiori catalogo; abrupto ad *vs.* 33. quem hic resumi, et nouo crimine augeri, minus circinatum censeri queat. *Caietan.* I. statuit, hanc *Pericopam* prius quidem a *Iobo* dictam, sed *Scriptorem* Monumenti *Ordinem sententiarum inuertisse, quod indecens existimaret, vt persona lugubris, quamdiu adflictio duraret, finiret in laetis; ac proinde sermonem terminatum in tristibus execrationibus.* Hanc responsionem *argutam*, et *scenicam* vocans *de Pined.* II. illam ait *proniorem* et *solidiorem, quod quum Amici saepe illi obiecissent tyrannidem et rapinam, ne non satis obiectionibus illis feciſſe videretur, nunc ad rem istam, quae Caput controuersiae, confirmandam, cum nouis execrationibus reuertatur.* Addit, *vel quod cum iam rapinam plene a se repulisset, nunc nouum criminis genus commemoret, videlicet nimiam cupiditatem diteſcendi ex suis possessionibus.* Ita semet destruit Vir Doctiss. et ad *diuitiarum cupiditatem, vs.* 24. 25. nominatim remotam, languide recurrit. Acutiore cultello *Bold.* III. *Mallem simpliciter dicere haec scriptorum incuria a proprio loco decisa, vel relicta, huc irrepsisse: eorum vero sedem propriam esse post vs.* 8. *qui de eadem materia est: vt reuera cum coronis et hilaritate Iobus sermonem suum terminauerit.* Hui saltum! *Merc.* IV. itemque *Iun. Codurc. Pisc. Schmid.* contenti sunt fere *generali* illo, *ad extremum remoueri crimen fraudationis mercenariorum*, et *agricolarum*; atque in *imprecatione ad materiam accommodata finiri.* Vellem aliquid monuissent de ratione nodi nostri commodius soluendi. Mihi non omnino displiceret V. prima solutio *Pinedae*, cum hac accessione; priora *crimina* magis *priuatam* spectare *vitam*, et *personam Iobi*; hocce autem *publicam*; quod cum *tyrannide* et *oppressione publica* est coniunctum: et efficit *clamans peccatum, publicam* quoque *maledictionem Dei* in Tyranni caput deposcens. Omnes phrases pulchre in hunc sensum concinunt, quin interpretationes pleraeque illuc sponte inclinant. Nam primo, *Terra mea si clamat super me*, per *prosopopoeiam* exponitur, vel de *occupatione iniusta, colonis veteribus migrare iussis:* vel *de interuersa mercede operariorum, quos terris suis colendis adhibuerit:* quorsum *Merc. de Pined. Cocc.* respiciunt: vel de *exactionibus* et *concussionibus subditorum:* quorsum tendit *Schmid.* Postremum hocce vel maxime *publicum*; quando *Terra mea* non simpliciter significabit

Iobi

rata est, et pariter sulci eius fleuerunt. *vs.* 39. Si vim eius comedi sine argento; et animam Dominorum eius feci crepare. *vs.* 40. Pro Tritico exeat carduus; et pro hordeo labrusca. Finita sunt verba Iobi.

CAPVT

Iobi agros, sed *terram ditioni eius subiectam*. Ita diserte *Schmid.* intelligere iubet, *terram, in qua principatum gerebat*. Non dissiteor *Terram clamantem, sulcos plorantes ob vires sine reddito pretio consumtas; animamque dominorum* i. e. *habitatorum terrae, crepantem*, sic grandius traduci, quam in prioribus illis expositionibus; sed officit imprecatio, *pro tritico exeat spina* etc. vbi Clar. *Schmid.* redire cogitur ad sensum aliorum, *agri mentiantur mihi, et pro bonis fructibus malos ferant*. Atqui par non est vt *spinas illas* etc. ab אדמתי *terra mea* seiungamus. Minus adhuc par et verum, *vt Iobus a se oppressae, et per tyrannidem exhaustae Terrae, ditionique, imprecaretur vastitatem*, quae *ipsa aduersus eum clamans* inducitur, *fusisque* velut *sulcatim lacrimis implorans opem*, et *vindictam, Numinis*. Acquiescere proinde malim in alterutra, vel vtraque potius sententia *Merc.* vt clausula nostra sic decurrat, *si cum vexatione et oppressione miserorum, vel possedi terram meam, vel araui; ita vt ipsa cum sulcis suis plorare contra me cogeretur;* etc. *tum meis possessionibus, aeterna vastitas, incumbat; vt ita cunctis appareat, Iobum fuisse importunum tyrannum*, et *raptorem; qui cum omnibus suis fortunis, et amplissimis latifundiis, de coelo tangi, et fulmine maledictionis deflagrare, meruerit*. Habemus iam rationem, si calculi bene positi, cur *Ordinem* hunc voluerit Noster; *priuatis* nempe *publicum* tandem, et *cumulatissimum iniustitiae genus*, subnectens, in eiusdem *cumulatissima* quoque *poena* desiturus: cuius *Literalis* adspectus *sublimiorem* quoque inuitaret.

vs. 39. Paucula. *Terrae vires comedisse sine argento*, pretio, est, partim, *iniuste terras illas fertiles inuasisse, suisque possessoribus eripuisse:* partim, *mercedes laborantium intercepisse* etc. Hanc geminatam vim admittit et posterius, *fecisse vt anima dominorum crepuerit*. Formulam illustratam reperies ad *Cap.* 11, 20. Apud *Arabes* نَفَخَ et اِنْتَفَخَ non solum est *flauit*, *spirauit*, vt נפח, sed etiam *inflatus* fuit, *intumuit*; itemque, *cum flatu crepuit*. Pulchra imago, ad *spem frustratam*, cum *molestia*, et *taedio*, inde *oriundo*, exprimendam. בעלי אדמה *Domini terrae*, quinam sint, ambigitur. *Possessores* et *Colonos* intelligunt plerique. *Pisc. mercenarios*. Id contra naturam Linguae esse existimat Cl. *Schmid.* Non est; nam בעל *Dominus*, late patet, et *relationem*, omnem infert. Cl. *Cocc.* cum *possessoribus*, et *messoribus*, amplexus *pauperes*, et *peregrinos*, qui et ipsi בעלי *Domini terrae Iobi* vocentur, quatenus *ius* ipsis *suum* inde *competebat*. Citat בעלי טוב *Prov.* 3, 27. pro *Egenis*, *ius habentibus* videlicet *in bona nostra*. Doctum: sed non omnino necessarium.

CAPVT XXXII.

Vers. 1. Et cessauerunt Tres viri illi respondere Iobo; quod Iustus esset in Oculis suis. *vs.* 2. Exarsitque nasus

rium. Redi ad *vs.* 16. 17. 19. 20. vbi ista *Iura* iam *soluta*.

vs. 40. Grauissima execratio. Luculenta ad eam *Paraphrasis de Pined. Si talia patraui, nunquam mihi ex labore meo fructum percipere detur, quin potius pro frumento proueniat in meis agris paliurus* etc. *et pro hordeo lolium, zizania, labrusca, atque omnis foetida herba: tandemque pro suauibus fructibus nihil deinceps ex terra decerpam, quam id, quod mihi grauissimi doloris aculeum infigere possit.* Ad eandem rationem omnes. Aliquid scrupuli sensit, et mouit, *Bolduc.* notans *execrationem hanc*, vt et *superiores, non ita capiendas, ac si tempore calamitatis prolatae essent, sed eas a Nostro vsurpatas, cum esset in prosperitate.* Vult nempe *Iobum* hic aperire, quid in florentissimis rebus et cogitarit, et dixerit, semper; secundum *Foedus* illud, eiusque *sanctionem* in se susceptam, *vs.* 1. Ad *vs.* 8. tetigimus istam opinionem, quam et *Nicet.* fouit: itemque *Nachmanides.* Credebant non conuenire *Iobo iacenti, spoliato omnibus fortunis, desperanti meliora, et nil nisi mortem anhelanti*, talia sibi imprecari. Non erat, cur propterea violentior ille flexus fieret; vt *vs.* 8. vidimus. Hic obserno, si stet quod *vs.* 38. 39. secuti sumus, *vltra mortem* quoque se *imprecationem* hanc extendere; atque complecti *aeternam* Numinis *maledictionem*, quam *male a se possessis agris* velit *incubare*, vt *squale, scabre, illuuie*, et *vastitudine*, qualis est agri *Sodomaei*, omnibus seculis horrorem pariant, cum *detestatione* nominis *Iobaei*; quae per *spinas*, et *putorem*, siue *putrida semina* et *germina*, commode potest figurari. Sentis iterum, appositissime in hac amplissima Formula finem factum. Argutiusculum videtur quod *Vatabl.* aliique *Finita sunt verba Iobi* faciant *Clausulam forensem*, qua se *dixisse*, siue *peroraſſe*, insinuaret Noster. Plerique a *Scriptore* adiectum putant; siue is *Moses*, siue *Iobus* ipse, eiusue A manu. Alii ab *exscriptore*, et *manu aliena*, velut *Explicit*, assutum censent. Ad haec remoram nectere nil attinet. Quaestio a *de Pined.* et *Bold.* copiose satis discussa.

Vers. 1. Perorata causa, vicisse sibi videbatur *Iobus*, atque censorum, criminatorumque, ora obturasse. Qui tamen *modum* in se defensando *excesserat*, atque aestu disputationis euectus, talia ore emiserat, quae non procul a contumacia et arrogantia aduersus Deum abesse credebantur; nouum merito Antagonistam experitur, qui veterioribus, et grauioribus armis, nimios eius spiritus quodammodo comprimat, eumque in ordinem cogere incipiat. Hic ergo tertius Libri nostri Actus quatuor decurrit sermonibus, ab *Arbitro* quasi totius controuersiae habitis; qui in medium procedens hinc Tres viros castigat, quod statum controuersiae imprudenter confudissent; eamque deinde totam parum fortiter abiecissent: illinc *Iobum*, ob silentia Amicorum victoris animos sumentem

nasus Elihu, filii Barachelis, Buzitae, e familia Ram: in Iobum exarsit nasus eius, quod iustum fecisset semet prae Deo. *vs.* 3. Et in tres socios eius exarsit nasus ipsius, pro-

tem prudentius sane, et aequius, confutare, eumque suis quasi telis configere aggreditur: non criminationes iniustissimas in eum iaciendo, sed sua ipsi verba reddendo, ex iisque subtilissimam conuictionem texendo.

Ibid. Transitio, qua noua scena aperitur, nil habet impediti. Non assentimur iis, qui Amicos ideo siluisse censent, quod iam tandem Viri virtutem et innocentiam temere a se lacessitam agnoscerent. Contrarium innuit textus, qui dicit eos *cessasse a respondendo, eo quod iustus esset in oculis suis:* quod iudicarent hominem *qui sub Oculis ipsius Dei sibi iustitiam perfectam arrogarat, contumaciorem* esse *quam vt* vllis rationibus, conuictionibusque, *locum dare* posset. Dupliciter in eo peccatum a Triumuiris. Primo enim non *absolutam* sibi *iustitiam* arrogauerat Noster, ab omni omnino labe intactam; sed illam tantum sibi vindicarat quam censores immites ei toties detraxerant; *Hypocrisin, iniustitiam*, et *impietatem*, ei impingendo. Secundo missis illis censuris superbis, et iudiciis temerariis, Viroque *Innocentia* ac *Iustitia* sua relicta, ostendere debuissent, Deum religiosissimos sui cultores nonnunquam Auri instar in fornacem immittere, vt puriores defaecatioresque inde exeant; atque in *calamitatibus*, et *plagis*, vel *grauissimis*, non esse *indicium odii Diuini;* quippe quae ex *paterno* etiam *adfectu* saepe infligantur ad correctionem, vlteriorem-que expurgationem. Haec duo enotanda duxi, quod ad ea, ex parte, sermones suos direxerit *Elihu;* quodque hinc dignosci debeat, vbi boni Correctoris munus impleuerit; et vbi contra inde deflexisse reperiatur. [Pro בעיניו *Gr. Al., Syr.* et *Arabs*, vt et *Symm.* cum illo Interprete Graeco, qui nomine Ax. in Hexapl. Originis venit, legisse videntur בעיניהם. *Vog.*]

vs. 2. De Persona *Elihu*, eiusque *prosapia, patria, accessione ad* huncce acerrimum *congressum, indole, disputandi ratione*, aliisque circumstantiis, magnae existunt, longaeque, quaestiones. Eas in praesenti ne attingere quidem vacat. Verbulum tantum monendum de causa quae *bilem in nasum concitauerit Elihuo;* quod nempe *Iobus semet Iustiorem Deo fecisset.* Non sane *absolute;* sed *comparate;* in praesenti causa, siue in *calamitatibus* sibi *inflictis*, quas *innocentissimo*, et *immerentissimo*, obuenire contra *aequitatis* et *iustitiae* rationes, contenderat. Habes illud durum, crudumque, quod merito *Elihuum* offendit; atque in arenam descendere coëgit. Reuera tamen et ipse quoque in hoc *fundamento actionis suae* aduersus *Iobum*, magis *verba* captasse, et grauasse, deprehendetur, quam iuxta *genuinam* Viri Sanctissimi *mentem, castamque intentionem*, argumenta sua direxisse.

vs. 3. Posterius Colon non satis expeditum. Reddi solet, I. *in Tresuiros exarsit nasus eius, quod nullum inuenientes responsum tamen Iobum condemnassent.* Ad hanc formam plenius adhuc *Vulgat.* *Eo quod non inuenissent responsionem* ratio-

propterea quod non inuenerant responsum, quo Iobum condemnarent. *vs.* 4. Et Elihu expectarat Iobum in sermonibus: quia senes illi prae ipso quod ad dies. *vs.* 5.

rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iobum. Huc tendunt LXX. *Chald. Ab. Esra:* nec *R. Leui* alienus; hanc quoque interpretationem subiiciens. Attamen triuium quoddam cerno eorum, qui hanc vertendi rationem secuti. Sunt 1. qui *Elihuum* de *Iobi virtute* et *probitate* nullum dubitasse statuant. Alii 2. volunt eum *ambiguum*, et suspensum, haesisse; ideoque eius orationem nec collaudatam a Deo, nec reprehensam Denique 3. sunt qui Quartum huncce Censorem in eadem cum Tresuiris sententia fuisse contendant; in quibus propterea tantum reprehendat, *quod Iobum improbum pronunciassent absque conuictione;* quum si aliam disputandi methodum tenuissent, *cum* ex facili *conuincere valuissent.* Meo iudicio media sententia tutissima; nam vt illa mollior, ita haec asperior, quam disputationes *Elihui* postulant. Ad eam *mediam*, et *ambiguam*, *sententiam*, accommodari se patitur Versio recepta, *Et tamen condemnassent* etc. quia nempe nolebat *Iobum* pro *improbo* haberi ob sola *Iudicia Dei;* nisi aliunde conuinceretur officii non neglecti, sed deserti penitus, atque abiecti, per contumaciam illam disputandi cum Deo; quam vtique inficias ire non posset. Hoc Disputatorem huncce nouum egisse, atque huc tela eius directa, omnia eius ratiocinia, subtilissime ex ipsis *Iobi* verbis subsumta, arguunt. Pro hoc autem scopo Viri magis II. quadrauerit haec facies loci, *Quod non inuenissent responsum, et* non *improbum peregissent Iobum.* Hanc repetitionem *partic. negat.* adhibuit *Hebraeus* apud *Caietan.* quam miror non placuisse Interpretibus et ab iis ne tactam quidem esse, quum ratio constructionis eam videatur inuitare, aeque ac *vs.* 9. huius *Cap.* vbi omnes לא *non*, ad posterius colon quoque pertinere conscisscunt. Ad eam normam, *Quod non inuenirent responsum ac reum peragerent Iobum*, satis limpide fluit; atque istud *et tamen* missum facere suadet. Talem continuationem reperies *Esai.* 42, 8. *Ier.* 10, 20. Sed en III. fortius veriusque; *Quod non inuenirent responsum, quo reum peragerent Iobum;* vel *ita vt condemnarent.* Hanc vim *illationis* centenis in locis exerit ו, vt ne minimus quidem scrupulus hinc existere queat, si series illuc feratur. Atqui fertur, nam *Zelus*, in quem disertim aduersus *Iobum* sese *iustificantem prae Deo efferbuisse* dicitur *Elihuus*, exigit, *Iobum iniustitiae*, et *improbitatis*, in hac saltem causa, reuinci. Sic רשיע vsu *Iudiciali* pro *sontem facere*, *reum peragere*, *condemnare*, supra *Cap.* 9, 20. et infra 34, 17.

vs. 4. Commendatur *insignis* Viri iuuenis *verecundia*, et *modestia*, in conflictu hocce seniorum non interrumpendo; quantumuis orationes vltro citroque habitas improbaret; atque intus prae dolore et ira aestuaret, quod hinc *Iobus* omnia sibi arrogaret, illinc Amici eidem omnia detraherent, atque in vniuersum ab omnibus grauissime in iustas leges aggrediendi, et refellendi, peccaretur.

vſ. 5. At quum videret Elihu nullum eſſe reſponſum in ore Trium virorum; tum vero exarſit naſus eius. *vſ.* 6. Reſponditque Elihu filius Barachelis, Buzita, et dixit; Equidem paruus ſum aetate; vos autem grandaeui; propterea ſubduxi me, et timui indicare ſcire meum vobiſcum. *vſ.* 7. Dicebam, dies loquentur; et multitudo annorum ſolidam oſtendent Sapientiam. *vſ.* 8. At Profecto Spiritus eſt

retur. Praenobilis *character*, qui vel ſolus ei ingens pretium adſtituit, atque arguit plusquam virilia ſapientem. Ad rem, quod Cl. *Cocc.* notet חכה eſſe *perſeueranter expectauit*, vt *Cap.* 3, 20. Transfer huc imaginem ex *Origine* expromtam, nihilque venuſtius fatebere ad *longa* illa *ſilentia*, quae ſibimet *imperare* valuit, expingenda.

vſ. 5. Confirmatur hinc expoſitio ad *vſ.* 3. data. Ni id intentum, habit quod denuo ſubnectitur, *bilem Elihuo concitam*, quod *Triumuirorum* in *ore nullum* eſſet *reſponſum*. Cur iraſceretur *ceſſantibus ob iniuria Iobo inferenda*, ſi *eum* plane *innocentem* eſſe credidit? Indignatur ergo quod non meliore methodo vſi fuerint ad *Iobum* condemnandum; atque omnino exiſtimauit, tum a *Iobo* grauiſſime peccatum in acerrimis illis contentionibus cum Deo, tum ab Amicis cauſam Dei proditam, quod ad ſilentium ſe redigi paſſi eſſent ab eo, quem ſuismet verbis, et telis, iugulare, atque hac ſaltem in cauſa palam reum paragere potuiſſent.

vſ. 6. Rectiſſime annotatum, τὸ עבה *Reſpondit* inferre *initium*, addo *profuſiorem impetum*, quo *in ſermonem prorumpitur*. Ad rarius verbum זחל iam *Ab. Eſra* lucem *Linguae Arabicae* attulerat; auctam a *Grot. Hotting. Boch. Pocok. Crom.* qui produxerunt ارجل *moras ne-*

xuit, *cunctatus fuit; retroceſſit*. Non ſperno tamen, quod ex *Chald. Dial.* prolatum a *Rambane*, itemque *Grot.* aliisque, vbi דחל eſt *timuit*. Sciendum interim hanc ipſam notionem eſſe ſecundariam, vel a *retrocedendo* ارجل; vnde tamen זוחלי ארץ *ſerpentes* non adeo commode procedunt; vel a سحل *ſubduxit ſe, latitauit in cauo*; quod in *Clau. Dial.* p. 224. tactum. Eleganter a Cl. *Cocc.* collatum κατακύπτειν.

vſ. 7. Illuſtri figura *Dies*, et *multitudo annorum*, adhibentur vel pro *aetate prouectis* et *grandaeuis*; vel pro *Experientia*, et *Auctoritate*, quae *Senibus* fere *comitari* ſolent. Poſterius hoc *Cocceio* placitum, atque a *Schmid.* comprobatum, palmam ferre videtur. Languidiuſcule Cl. *Cler. Longaeua vita docebit eos quidem, quid Iobo reſpondendum ſit.* Erectius, *Dies loquentur*, i. e. *Experientia diſſeret de tam arduis*, *non ego rerum imperitus* etc. Forte animoſius adhuc fuerit, *Dies loquuntor* etc. Sentis *ſemet* quaſi *refraenantem Elihuum*, *ab impetu illo*, quo ſaepiuſcule inter has diſputationes *ſe tentatum* innuit; ad Cauſam Dei contra *Iobum* prudentius ſuſcipiendam, quam ab Amicis fiebat.

vſ. 8. Cl. *Cocc.* per *Spiritum in homine*, intelligi poſſe arbitratur quendam *motum inſpiratum*, non

natu-

est in homine, et Flatus omnipotentis, qui intelligentes faciat eos. *vs.* 9. Non magni solide sapiunt; aut senes intelligunt iudicium. *vs.* 10. Propterea dico, auscultа mihi, indicabo scire meum etiam Ego. *vs.* 11. Ecce lentaui moras ad verba vestra: aurem praebui vsque ad intelligentias vestras,

naturaliter insitum; cuius *causa* mox *Flatui Omnipotentis*, siue *Sp. S.* assignetur. Cl. *Schmid.* id satisfacere non posse autumat, ipsum *Spiritum Sanctum* voce רוח quoque designari contendens. Lubenter suum cuique placere patimur. Mihi non displicet subtilior quidem, sed appositissima, heic loci, distinctio inter *effectum*, et *causam*; nec probare possum insertiones languidulas Cl. *Schmid. Verumenimuero Spiritus* Dei *est in homine* humili; *et spiraculum Omnipotentis intelligere facit eos.* Omnino sic struendum, *Profecto Spiritus illud in homine*, nempe τὸ דבר *Deo digna verba proloqui; et Flatus Omnipotentis facit eos intelligentes.* Sentis structura sic capta רוח *Spiritum* omnino esse *motum diuiniorem mentis collustratae a Sp. S. ad veritates recte intuendas, promendas, deducendas.* Non intelligo *adflatum motumque Propheticum*; sed *ordinarium effectum Spiritus illuminantis*; sine cuius influxu negat *Elihuus* de rebus Diuinis vel sentiri, vel disputari, recte posse. Pulcherrimum effatum; quo Viri *Theologiam*, simulque *Indolem*, propius cognoscere datur. [Perplacet Illustr. *Michaelis* translatio prioris coli: *Aber wahrhaftig, auf den Geist im Menschen kommt es an.* Vog.]

vs. 9. Nom iam nimis arrogans dictum, *Seniores* illos feriens, *Non Magni sapiunt, ac grandaeui intelligunt iudicium.* Particula negans sine vllo periculo confusionis omissa in altero membro: vt *Esai.* 42, 8. etc. רבים *Vulgato* sunt *Longaeui*; citra exemplum. Aliis *Honorati.* Nonnullis *Magistri, doctores.* Plurimis *Magni*, i. e. *Auctoritate* et *Doctrinae opinione celebres.* Insinuatur, *Lumen Veritatis*, quo Deus mentes collustrat, non esse *annis alligatum*; et saepe, sic volente Deo, *iuuenem* de rebus Diuinis peritius, et solidius, dissertare, quam *grandaeuos.*

vs. 10. Paululum scrupuli ad illud *Auscultа mihi.* Sentias ex *Merc. Ad Iobum speciatim, vel est sing. pro plur.* Ita sane *Vulg.* LXX. etc. Suspicabar, dari posse, *Audientia mihi sit.* Ita *Arabes* absolute سمعا الي *Semaa ileia, Detur mihi audientia; attendatur.* Non multum tamen refragarer si *Iobum* solum nunc compellari statuas; mox versu seq. conuersione facta ad Amicos, totumque dein confessum, donec eadem hac compellatione ad *Iobum* redeatur *Cap.* 33, 1. *Indicabo scire meum*, satis prudenter et modeste dictum. Structura similis illi, *vsque adeone scire tuum nihil est etc.?* דעה, רע, דעת, sunt *formae infinitiuae.* [שמעה *Vulg. Gr. Al. Syr.* et *Arabs* in plur. verterunt *audite.* Forte legerunt שמעו *Vog.*]

vs. 11. Exquisitae phrases. הוחלתי *expectaui*, secundum *Originem* infert *lentissimam patientiam.* Perpulchre, *Aures adhibui* עד *vsque ad*

ſtras, vsque dum ſermones ſubtilius ſcrutaremini. *vſ.* 12. Et vsque ad vos cunctabundus ſpectaui: et ecce, nullus Iobum conuincens; reſpondens dictis eius e vobis. *vſ.* 13. Ne forte dicatis inuenimus ſapientiam; Deus excutiet eum, non

ad intelligentias veſtras. i. e. *vsque dum omnem vim ingenii, et intelligentiae veſtrae, explicaſſetis, atque in aciem eduxiſſetis.* Minus commodum, *vsque dum libuit vobis animum huic cauſae intendere:* vel et, *Non tantum quid diceretis, ſed etiam quid dictum velletis, attenta aure excepi.* Hinc anſa data Lectioni חבונתיכם *Apparatus, Argumenta*, qua non indigemus. Conſimili gratia et emphaſi additum, *vsque dum ſcrutati eſſetis ſermones*, i. e. *omnia quam exactiſſime ventilaſſetis; adeo vt nihil amplius inter vos diſcuti poſſe appareret.* Habes ſimul nexum, quem non ſatis adſtringit *Merc.* quum *attentionem* ait *ab aequo conciliari, quatenus par ſit vt patienter audiatur, qui eos patientiſſime audiuerat.* Plus intenditur: *nihil* nempe *ab Amicis effectum ad Iobi conuictionem; ac proinde ſibi neceſſitatem incumbere loquendi, ad Dei cauſam defendendam.* Confer *Cocc. Schmid. Patric.* [Pro plur. חבונתיכם in Codd. quibus vſi ſunt *Vulg.* et *Chald.* forma ſing. חבונתכם exſtitiſſe videtur. *Vog.*]

vſ. 12. Iterum lectior phraſis, *Et vsque ad vos conſiderabundus fui.* Exponitur a *Merc.* aliisque, *attentiſſime perpendi vos, et omnia dicta veſtra, alio mentem non deflectens.* Recte: ſed hoc eſſet potius אליכם. Cl. *Cler.* ſuſpicatur legendum עליכם. Nil facilius illa arte *Critica.* Quid ergo עד? Exiſtimarem hanc vocula eadem Emphaſi auctam, qua

vſ. 11. *vsque ad vos*, pro *vsque dum vos diſputaretis, atque aliquid dicendum haberetis.* Ita fere *Vulgat.* Hoc adſpectu אחבונן non tantum eſt *attentus fui*, vel *intellexi*; ſed etiam *conſiderabundus extiti, quorſum tandem haec euaderent.* Indicatum iam in primitiolis. Redi ad *Cap.* 23, 15. et 30, 20. In verbo ענה obſerues *Reſponſionem quae ſatisfaciat*, et *confutet.* Vide ad *Cap.* 5, 1. et alibi.

vſ. 13. Verba lucent; ſenſus nexusque in obſcuro. *Merc.* I. ſatis commode, *Attigimus id quod res eſt; controuerſiae cardinem aſſecuti ſumus; atque Iobum conuicimus: vt neceſſe non ſit vlterius ipſum vrgere; quum Deus ipſe atrociſſimis ſuis plagis eum vrgens, et exagitans, improbum eum declaret.* Ita fere *Doct. Piſc. Belg.* et plerique Latini *Thom. Lyran.* etc. Non eſt *imperfectus ſenſus*, vt cenſet Cl. *Schmid.* quum Amici, vt ſolent fere *victi, victoriam* tamen a ſe reportatam, mordicus contenderint, eamque nutu, geſtu, omni ſigno, videantur prae ſe tuliſſe. Hanc laureolam ipſis ergo adimens *Elihuus*, non male ad ſuperiora annexuiſſet, *Declaro nihil a vobis actum, nedum euictum, ne forte vos victores diſcedere dicatis; Deo ipſo a veſtris partibus ſtante.* In hunc ſenſum II. cumulatius exiret, *Inuenimus ſapientiam: Deus eum excuſſit non homo.* In cauſa hac excutienda, et decidenda, diuinis vſi ſumus armis; ac proinde et *veritas*, et *victoria*, noſtra: quamuis *Iobus* prae contu-

non Vir. *vſ.* 14. Non enim inſtruxit aduerſus me ſermones; et dictis veſtris non refutabo illum. *vſ.* 15. Conſternati

macia id agnoſcere nolit. Diuerſiſſimo adſpectu *Schmid.* III. *nouam* Exordii *partem* hanc ponit, *in qua Elihu profiteatur principium, ex quo cum Iobo acturus ſit, quae ſit Sapientia Diuina, non humana; ſecundum quam Amici egerint* etc. q. d. *In mea diſputatione non vtar ratione, et ſapientia humana, vt vos, ſed Diuina; atque ab hac me duci patiar.* Vix videtur tale, in quo quieſci queat; nam et Amici *Sapientiam Diuinam* vtique profeſſi fuerant, atque non tam ex *Ratione*, quam ex *Reuelatione*, et *Oraculis*, ſuum *Syſtema* adſtruxerant. In eo nihil aliud deſideres; quam quod *malis* ſemper *male*, et *bonis bene* eſſe, *etiam in praeſenti ſeculo*, contenderent: atque inde *Iobum* pro *Improbo* habendum concluſiſſent. Fauet tamen *Schmidio vſ.* ſeq. Ad eius itaque ſententiam obmotis ſcrupulis leuandam IV. notetur, *vſ.* 7. 8. 9. *Sapientiam* illam *veram*, qua *cauſa* haecce tractari debuiſſet, Amicis fuiſſe detractam. Nempe requirebat in iis *Aequitatem* ſimul, ſimul *prudentiam;* quod vlterius progreſſi fuiſſent, quam par erat; quodque plus ſemel ſe *irritatos*, quin *iratos* oſtendiſſent. Ergo *verba* quae protulerant non *Dei*, ſed *hominum commotorum*, et ex *adfectu loquentium*, fuerant. Iam vero in hac Cauſa cognoſcenda, et excutienda, *homo* penitus *exui*, omnisque *adfectus deponi* debuiſſet. Hinc ſatis ſubtiliter nunc inferretur, *Non eſſe quod Sapientiam ſe promſiſſe opinarentur; quippe qui nimium quantum Viros ſe praeſtare voluerant, ac propterea Declamatores egerant verius, et iratos Aduerſarios; quam manſuetos, et aequos, arbitros.* Pulcherrime ſic inſinuaretur, *Iobum non torrente verborum fuiſſe obruendum more declamatorio; ſed ſedata, et manſueta, Oratione, Lucem veritatis, et reuictionis, ei fuiſſe admouendam; vt ita reuera Deum cauſam hanc excuſſiſſe, non Virum, liquido conſtaret.* Conferri velim *Iacob.* 3, 17. Agnoſcas et hinc illuſtrem *Iuuenis* characterem, grauitate et modeſtia temperatum.

vſ. 14. Teneamus quod iam ſeries ſponte ſuggerit, *mitem* illam, et *ſedatam conuictionem*, quam in vobis requiro, *praeſtare* conabor, et potero, *integer*, et *illaeſus*, *in hoc certamen deſcendens*: *non enim in me aciem ſermonum inſtruxit, nec me vllo verbo laceſſiuit;* prout vos ſaepe acrius perſtrinxit; *itaque nec dictis ei veſtris reſpondebo:* i. e. *iracundis, acerbisque, dictis temperabo, et Dei cauſam me agere, per ſpiritum manſuetudinis, oſtendam.* אשיבנו pro אשיב לו *Reſpondebo ei*, non reiicio. Malim tamen directius, *Refellam eum, confutabo eum;* proprie *in ſe redire faciam;* metaph. deſumta ab *aqua feruente, quae affuſa frigida ſedatur.* Id veteribus proprie *confutare*, et *refutare:* vt in illo, *Coquus abenum, quando feruit, pauca confutat trua.*

vſ. 15. Abruptior oratio. *Merc.* I. autumat *rideri* Amicos, *quod obmutuerint, mutata perſona maioris contemtus et ironiae cauſa.* Nulla hic *ironia*, niſi *irriſionem* in genere intelligas. *De Pined.* II. poſt *Nicet.* ſtatuit *Apoſtrophen* eſſe *ad circumi-*

nati sunt, non respondent amplius; demigrarunt ab illis sermones. *vs.* 16. Lentus haereo itaque quod non loquantur; quod stent; non respondeant amplius. *vs.* 17. Respondebo et ego portionem meam; indicabo scire meum etiam Ego. *vs.* 18. Nam impletus sum sermonibus; coangu-

circumstantes. Id *Cocc.* etiam placitum III. addenti, *interpositum* videri *spatium, si forte admoniti* Amici *quicquam proferrent. Hoc quum non facerent, ad circumstantes factam conuersionem.* חתו *consternati*, ac velut *terrore confriati* sunt: ex *Origine* verbi. העתיקו *Transtulerunt ab illis verba*, secundum *Merc.* 1. et alios, *impersonaliter.* Est paulo incommodius. *Vulgat.* 2. *Abstulerunt a se eloquia.* Palmam meretur 3. *Transtulerunt se ab illis sermones; siue abierunt, discesserunt.* Ita *Cocc.* et *Schmid.* post R. *Salom.* Vsum ipsum habes *Gen.* 12, 8. in *Hiph. Et discessit inde ad montem.* μετῆρεν· ἀπῆρεν. Admirabili venustate figuratum, *commigrarunt, demigrarunt, aliorsum se transtulerunt ab illis sermones.* Non loquitur ita, nisi qui vel *irridet*, vel *increpat.* Posterius malim cum *Apostrophe* ad *confessum* reliquum, quem satis amplum, et frequentem fuisse, multa arguunt. De eo alias.

vs. 16. Filum impeditius paulo. Nonnulli idem dici volunt, quod supra *vs.* 11. ad copulam cum seq. *vs. Quumque expectarim* vsque *dum non loquerentur, dum substiterent, nec responderent amplius; Respondebo et Ego* etc. Ita ferme *Vulgat.* Minus leniter *Pagn. Expectaui itaque;* at *quia non loquuntur;* sed *substiterunt* etc. *Respondebo et Ego.* Simili ratione *Merc.* cum *expectatione prima vs.* 11. coniungens *alteram post finitos Iobi sermones, si forte loqui voluissent.* Illuc etiam tendit *Cocc. Et expectaui quum non loquerentur, quum subsisterent* etc. Malebat *Schmid. Et expectaui, sed non loquuntur; sed substiterunt* etc. Ideo *respondebo etiam ego* etc. Patimur, modo non dicatur esse *repetitionem vs.* 11. Omnino statuendum, *longius interuallum silentii factum, finitis Iobi sermonibus;* quod alias *increpatio* illa *seniorum vs. Praec.* valde *indecora* esset, et *praeceps:* qui enim sciuisset *Elihuus*, ab ipsis *verba demigrasse* veluti, ni *spatium* idoneum interueniisset?

vs. 17. Iucunda, et decora, formula, *Respondebo partem meam.* Respici putem *sententiam*, vel *Iudicium super hac ardua quaestione.* Clarius: *portionem suam* vocat *Modulum lucis*, et *gratiae, Diuinitus concessae.* Modestum: vt et alterum illud, *scire meum;* quod est, *quantum mihi quidem scire, et percipere datum.* Frustra sunt, qui haec ad *arrogantiam* detorquent.

vs. 18. Insignis *Allegoria*, qua se *impulsu coelesti agitari*, atque ad Causam Dei defendendam *interiore aestu accendi*, innuit. *Dubium videri posse* monet *Merc.* ex *arrogantiane*, an ex *Zelo?* haec profecta sint. E veteribus plurimi iniquius de *Elihuo* sentientes, prius tenuerunt; quorum vestigiis insistens *de Pined.* eum appellat *Adolescentem natura acrem, iratum, impetu dicendi elatum, et insolescentem aduersus hominem, cui au-*

anguſtat me Spiritus ventris me. *vſ.* 19. Ecce venter meus ſicut vinum, quod non apertum eſt; ſicut vtres noui diſrum-

res conuicio quotidiano defatigatae. Haec nimia ex *Zelo* egiſſe *Elihuum*, iuſtius colligitur a *Merc.* et aliis ex eo quod ſub finem non redarguatur, vt reliqui Amici. De his alias latius. In partem meliorem haec accipere aequitas iubet. Nihil in his *ſuperbi*, et *turgidi*, niſi quod quis de ſuo addiderit, ſiue cuncta haec ad *ſublimen*, ſiue ad *ſimpliciorem rationem* verborum reuocentur. Simpliciter I. Veteres *Spiritum ventris* exponunt *ſenſa animi* et *conceptus*, vltra quos nec *Merc.* hic proceſſit. Doct. *Belg. ſpiritum ventris*, *Zelum* mentis appellatum ſciſcunt, cum *Piſcat.* ita commentante, *ſicut flatus in ventre concluſus magno impetu exitum quaerit; ita Zelus mentis exitum quaerit per ſermones.* Non aequus *Schmid.* cui *profana* videtur ſimilitudo, ſic capto. Subdit, בטן non ſemper *ventrem inferiorem*, ſed *ſuperiorem*, imo *praecordia*, notare. Abſtineri potuiſſet hac Criſi. *Zelus mentis*, quem *ſpiritu ventris* figuratum ſtatuunt, nihil omnino differt a *Spiritu Sancto*, quem intendi ait *Schmid. quando veniens ſuper hominem, motum et zelum in eo excitat, atque ita cor et praecordia commouet, vt anguſta videantur* etc. Haec II. eſt *ſublimior* illa, quam dicebam, *ratio.* Eam *Cocc.* enucleatius expoſuit, luculentam hanc imaginem diſerte applicans ad *illuminationem* et *inſtinctum Diuinum.* Prius, *plenus ſum verbis*, ad *illuminationem* diſtinctius refert, q. d. *Sp. S. dictat mihi plurima quae pro Deo dici poſſunt.* Caetera ad *motum*, et *impulſum*; vt *venter*, i. e. *Animus*, *turgere* dicatur, *et ſpiritus ventris*, id eſt, πληροφορία, *et alacritas*, *vrgere*, *et exſtimulare ad dicendum.* Haec *elumbia* vocare non debuiſſet *Vir Doctus*, qui idem plane, aliis modo verbis, reddidit. Confer quae *vſ.* 8. praemunita. *Paronomaſiam* quoque te fugere nolim, quae anſam dedit *formae* מלחי. [Senſus poſterioris coli optime ex priori et ex verſu ſeq. poteſt hauriri *Vog.*]

vſ. 19. Rectiſſime *Venter meus* a *Merc. Piſc. Belg. Cocc.* exponitur *Mens*, *animus.* Clar. *Schmid.* re conſentiens, verbis iterum diſſentit, quum *Cor*, et *praecordia*, intelligi ait. Et quid ergo φρένες *praecordia*, ſi transferantur, aliud ſonant quam *Mentem?* Inuitus talia tango: ſed indicandus fuit fons erroris. לב *Cor:* בטן *venter*; מעים *viſcera*, *interanea*, pro *Mente*, aut *Animo*, in Sacris frequentantur, non *confuſe* et *permiſte*, ſed *diſcrete*, et *electe*; ita vt vbi לב ponatur, בטן minus conueniat, et viciſſim. Sane heic loci languidum fuiſſet לב *Cor;* nec granditatem cum Adfectus, tum Figurae, impleuiſſet. Omnino capiendus fuit *Venter*, ad *plenitudinem* illam *verborum*, qua veluti turgebat *Animus*, oculis ſubiiciendam. Ita *Ioh.* 7, 38. *fluuii aquae vitae* ἐκ τῆς κοιλίας ῥεύσουσι. Hinc ergo nunc, *Venter meus*, quantus quantus, *ſicut Vinum quod non aperitur.* Optime *Vulgat. quaſi muſtum abſque ſpiraculo.* Nempe *aeſtus vini recentis non patitur anguſtias*, *vel operculum.* יין ζέσις a *fermentatione* nomen inuenit. Sunt qui putent duplicatam ſimilitudinem, a *Doliis*, itemque ab *Vtribus*; quaſi

Vinum

disrumpitur. *vs.* 20. Loquar, et laxius erit mihi; aperiam labia mea, et respondebo. *vs.* 21. Ne sane committam

Vinum יין in priori colo esset חביח יין *Dolium vini:* quibus *Vtres noui* adderentur. Id minus elegans. Cl. *Cocc.* mallet, *venter meus sicut* dolium *Vini*, *quod non aperitur; vt vtres noui effunditur.* i. e. *vt vinum vtrium nouorum effunditur.* Fateor נבקע *rumpi* etiam quae *profluunt*, vel *erumpunt;* sed filum *Allegoriae* nunc aliud postulat, quod ita euoluerem, *Venter meus est vt vinum, quod apertura caret: vt vtres noui disrumpitur.* Vna comparatio, cuius membra venuste transposita, a *Musto vtribus indito, quod angustiis istis conclusum pelles rumpere nititur, respirationemque sibi vtcumque parat.* Cernis hoc pacto *Vtres nouos* respondere *Ventri;* et *Mustum* eleganter designare *aestum* illum *mentis* a *Sp. S. accensae, ad Causam Dei peragendam.* Nil tritius, quam *motus, impulsusque Sp. S.* Emblemate *Vini* proponi, et speciatim *Noui.* Geminum germanum quod Dominus *Matt.* 9. figurauit, *Non mittunt vinum nouum in Vtres veteres* etc. *Sed vinum nouum in Vtres nouos mittendum* etc. Non sperno, quod *Piscat. Vtres nouos* heic loci interpretetur, *quibus vinum nouum inditum.* Extra lineas abit, quod de verbo יבקע monuit Cl. *Schmid. non notat*, inquit, *actu rumpi; nam Venter Elihu non est disruptus; sed adeo distendi vt rupturam minetur.* Nollem cogitatum de *Ventre* strictius dicto; quum κοιλίης νοερὸν κύτος, *penetralia ventris*, phrasi *Salomonis*, intendi palam sit. Iam vt *illa rumpi* dicuntur figurate, in *summo taedio*, ita *venter disruptus* designare poterit *mentem prae aestu cogitationum velut dissilientem.* Sic de vi verbi nil remittetur. Si tamen quis malit, vel *disrumperetur*, vel *rupturam minatur*, vel, *fere disrumpitur*, concesserim; si modo *improprie* dictus *Venter* ille retineatur. Iam commodius *Vtres nouos* capies *nouo vino plenos*, quod in stilo sublimiore adeo non durum, vt potius deceat. Apparet omnia ad purum, et simplex, reuocata, sic sese habere, *Ecce Venter meus haud secus ac vtres, nouo vino, quod nondum exaestuauit, pleni, spiraculo omni negato, crepat, et* ferme *disrumpitur;* vel *disrumperetur:* itaque quantocyus aliquid spiramenti ei praebendum.

Ibid. Moram obiicit Cl. *Guss.* in voce אוב, cui suspecta significatio *Vtris*, quod nuspiam alibi occurrat. Existimat itaque, intelligi posse *Diuinos, adflatu Daemonis quasi distentos;* qui חדשים *nouitii* hic dicantur, *siue ob deuotionem, siue quia nondum assueti.* אוב esse *Vtrem*, dubio eximitur per *Dial. Arab.* quae ايـــاب conseruat pro سقـــاء *Vtre*, a *rad.* אוב אב et איב, *aquatum iuit vltro citroque.* Monuere iam Cl. *Opit. Crom.* aliique Difficultas quae mouetur ex eo, quod *Vtres noui non facile rumpantur vino*, nulla; siue strictius, siue laxius, interpretere; ad geminam illam rationem, quam supra posui. LXX. φυσητὴρ χαλκέως ἐῤῥωγὼς *Follis fabri scissus*, ex vitiosa lectione חרשים. Vitiosius *Syrus* et *Arabs*, *vt Fructus in mense scinditur:* quasi אבות חדשים.

mittam vt accipiam personam alicuius; atque ad hominem ne circumloquar. *vs.* 22. Nam nescio, circumloquerer; tanquam nullius pretii tolleret me Factor meus.

CAPVT

vs. 20. Apposite ad praemissam *Allegoriam* subsumitur, *Eloquar, et spirabitur, laxum fiet, mihi;* vel potius, *respiratio erit mihi.* Ad sensum recte *Vulg. respirabo paulum.* Verbum רוח inter alia notat *admisso aëre laxari, perflari, refrigerari.* In formula *Aperiam labia*, allusum ad *operculati dolii*, vel *clausi, constrictique vtris, apertionem*, vt *musto feruescenti*, et omnia *rumpere minanti, exhalatio* concedatur. In ענה quoque lusus forte non inuenustus. Nempe عنا in *vtre* est *perfluxit, liquorem non continens.* Hinc secundaria notio ducta *erumpendi in verba.* Non tetigissem, nisi similitudo ipsa inuitasset. Nil contendo: talibus enim argutiis non nimis indulgendum.

vs. 21. Modeste sermones habendi commendantur a παῤῥησίᾳ, qua, citra vllam *Prosopolepsiam*, Dei causam agendam insinuatur. Dignitatem habet, quod per modum *voti* potius, quam *promissi*, haec insinuatio fiat. *Ne nunc accipiam vultum viri:* i. e. *Absit. Auertat Deus.* etc. Monuere omnes ferme. Quod אל *Ne* pro לא *Non* venire, nonnulli velint, vel hic, vel alibi, est, quod non satis adtendant ad flexum singularem, quo *prohibemus*, et *auerruncamus*, quae *vehementius negata* volumus, nobisque, vel aliis, *interdicta* quasi. Verbum נכח a *Rabbinis* recte explicitum fuit, *Titulo honorifico insignire*, vel, *Origine* simul expressa, *Tegere et occultare nomen honoris causa:* ad quam *Formam Cocc.* in *Lex. permutatis nominibus blandius circumloqui, et adulari.* Huc retulerim quod *Ium.* et *Trem.* vertant, *Non vtar praefatione*, nempe *honoris.* Alii latiorem faciunt usum, *cognominandi* notione adscita *in malum* aeque ac *in bonum.* Ita *Merc. nomen proprium non immutabo vel adulandi et assentandi, vel vituperandi ergo.* Longius abit *Schmid.* dans, *Non cognominabo me ab homine* i. e. *non addicam me ita fauori vllius hominis, vt dici possim partium illius esse.* Veram vim specimina haecce declarabunt. In *Adag. Gol.* p. 146. *Quod vinum est caput turbans, blande appellas* (تكني) *Linimentum; prout Lupus blanda appellatione dicitur* (يكني) *Pater Ouis.* In *Algazalio* inducitur aliquis *somnians se cum mortuo congressum, qui honorificis titulis salutatus, eum increpet hisce* ليس هذا زمان الكني *non est hocce titulorum siue blandarum appellationum, tempus.* Thema כנן كنّ *texit, fouit, obumbrauit*, videtur etiam כנה كني enunciatum fuisse: certe apud *Ibn Doreid* reperio مكنة pro مكنة *tecta*, ac *cooperta.* Inde *blandior circumlocutio* emanasse potuit.

vs. 22. Plurimi I. post *Merc. Quia non noui* vt *cognominem*; nescio adulari: *Tolleret enim me breui*

CAPVT XXXIII.

Vers. 1. Et vero audi, age, Iobe, sermones meos; atque vniuersa verba mea auribus accipe. *vs.* 2. Ecce, age, aperio os meum; loquitur lingua mea in palato meo.

breui conditor meus: vt נשא *tollere e medio*, supra *Cap.* 27, 21. Commodius visum Clar. *Schmidio* post *Luth.* II. *Quia non noui*, si *cognominarem*, *breui auferat me Factor meus.* Idiotismus, *Non noui*, pro *dubito*, *vereor*, multis in Linguis: quem et mihi ex vernacula nostra in mentem fuisse non diffitebor; vt sit, *Nam nescio* sane *blandiloquus forem; breui me tolleret Factor meus.* Eandem constructionem Doct. *Crinsoz.* placuisse video. At enim vero III. ex lusu *Paronomastico* cum אשא *vs. praeced.* suspicio mihi incidit, vertendum potius, *sicut nullius momenti me aestimaret Factor meus.* Verbum נשא pro *rationem habere*, *aestimare*, sumtum fuisse, dubitari nequit. Ad *Cap.* 6, 2. monui, etiam in *librando* videri vsurpatum. כמעט *sicut parum* pro *re contemtissima* reperio. *Prov.* 10, 20. לב רשעים כמעט *Cor improborum nullius pretii; sicut id quod prae vilitate nominare nolumus.* Iucundior hinc, et commodior, puto, adspectus, *Ne nunc committam vt vultum viri aestimem; sicut parum quid me aestimaret Factor meus.* Pro *vano*, *leui*, *nullius pretii*, merito spernerer, *si blandiloquum in re grauissima agere* sustinerem [Pro עשני *Gr. Alex.* legisse videtur עש tinea. *Vog.*]

Vers. 1. Magna moderatione, et prudentia, in primam hanc Actionem penitius ingreditur *Elihuus.* In ea sedatissime *Iobo* ante oculos proponit, conuictum deprendi, qui manibus pedibusque obnixus vincere voluerit; atque alioquin vel *iustissimum*, *iniustitiae* tamen *manifestum*, in nimis acri defensione sui; per quam *cum Philautia*, apertam *contumaciam* admiserit *in Deum*; cuius castigationibus, et plagis, sese reuerentius saltem submittere debuisset. Opportune inde subtexit enarrationem viarum Dei, in iis quos seruatos vult, admonendis, castigandis, lethaliter quoque sauciandis, vt *sub Manu* eius *forti humilient sese*, et Virgam vel seuerissimam osculentur illius, qui superbis resistit, summissis vero gratiam largissime impertit. Ad hoc filum omnia semet sponte euoluent. Ceterum non displicet obseruatio *Merc.* ad כל, *Omnia verba mea auribus percipe*, quod scilicet *promittat se nihil otiosi dicturum.* Addas licet, se nihil ex affectu, nedum ex praeiudicata opinione, aut sinistra de eius vita et moribus suspicione, prolaturum.

vs. 2. Huc pertinet, quod alias phaleratum videri posset, *Ecce, age, aperio os meum:* est mihi multa oris apertio, et fiducia: etc. *Loquitur* videlicet *Lingua mea in palato meo.* חך *palatum* hic est *iudicium sanum mentis*, *quae sine adfectu sententiam intus exegit*, *antequam pronunciaret.* Applicare huc liceat *Ennianum* illud, *quibus palatus haud sapit*, *insipida* et

meo. *vſ.* 3. Rectitudo cordis mei dicta mea; et ſcientiam labia mea pure eloquentur. *vſ.* 4. Spiritus Dei fecit me; et halitus omnipotentis vitam compaginat mihi. *vſ.* 5. Si vales

emittant, et admittant, neceſſe eſt. Pulcherrima rerum, *Lingua in palato verba deducens, et ſerie iuſta detexens:* quae *origo* τοῦ דבר. Vide *Cap.* 31, 30.

vſ 3. Recinit *Lingua in palato*, ad *Rectitudinem cordis*, quae *bona conſcientia* eſt *Cocceio;* aliis *ſinceritas;* aliis, *quod rectum iudicauit cor*, ſiue *recta ſententia cordis.* Poſterius maxime ad rem; nec aliud habebis, etiamſi cum Cl. *Schmid.* ponas *Rectitudinem cordi a Deo inditam:* intelliguntur *ſenſus recti, ſine vllo ſtudio, adfectuque, prolati; et ſoli veritati addicti, quam ſincere, et cordate quis et amplexus eſt, et tueri ſuſtinet.* In vltimo Colo nihil obſcuri, praeter conſtructionem. Incommodius paulo *Merc. Et ſcientia labiorum meorum purum loquentur:* vt verbum conueniat cum poſteriori ſubſtantiuo. Non medetur Cl. *Schmid.* inſerto, *quod attinet ſcientiam labiorum meorum* etc. Coactius *Iun.* et *Trem. Et* verba mea *ſcientiam labiorum meorum clare eloquentur.* Molle et rotundum hoc *Cocc. Et ſententiam labia mea clare explicant.* Optime monet ברור *aduerb.* poſitum. Crediderim tamen דעת plus ferre quam *ſententiam:* atque abſolute nunc ſonare *ſcientiam*, *verique cognitionem.* Appoſite *Vulgat. et ſapientiam puram labia mea loquentur.* Caue tamen iuganda putes דעת ברור: genus, et ordo, obſtant. *Scientia*, vt dixi, *abſolute* ſtat; et ברור *purum*, *expurgatum*, vſu *aduerbiali.* Intelligo geminam dotem, alteram *puritatis*, vt nihil alieni admiſceatur; alteram *claritatis*, vt ſenſus animi ſine circuitione dilucide aperiatur. Amici nec *pure*, nec *clare*, cum *Iobo* egerant; et ſtatum quaeſtionis eo ipſo plane conturbarant. Monuit et *Cocc.* quem conſuluiſſe operae erit.

vſ. 4. Ex *vſ.* 5. 6. 7. dubitari nequit, quin de *Creatione* et *ſuſtentatione* locus ſit intelligendus, et quidem eo ſcopo connexuque, quem *Merc.* cum pleriſque, expoſuit, *quod Iobus ſibi depopoſciſſet Aduerſarium, quicum aequis viribus congredi poſſet, et cuius terrore non praegrauaretur* etc. Quod Clar. *Schmid.* adfert, *Elihuum promittere, ſe fore aequum Iobo, non arrogantem, non imperioſum*, eodem plane recidit. Alluſum ad hiſtoriam creationis *Adami*, in propatulo eſt. Inde tamen minus vel prudenter, vel ſolide ſaltem, colligitur a Magno noſtro *Merc. Spiritum* et *Spiraculum Dei* hic non eſſe *Sp. S.* ſed potius *ſpiritum vitae*, ſiue *illud quo viuimus*, et *ſpiramus.* Atqui *Spiritum Factorem*, eundemque *viuificatorem*, ac *ſuſtentatorem*, concelebrat textus noſter. חיה eſſe nunc *in vita conſeruare*, res ipſa arguit. Origo a *Compingendo*, vel *Compaginando* ducta. Oſtendit enim *Elihuus* ſuam a ſupremo Numine *dependentiam*, quod in eo *viuat*, *moueatur*, et *ſit*, ſiue *eſſe perſeueret*, per *continuatam* quaſi *Creationem*, qua ad ſingula momenta manu omnipotente ſuffulciatur, atque ſuſtentetur. Vt talis, id eſt vt perſona haud ſane formidabilis, quae, infinito Numini collata

vales, refuta me; instrue aciem coram me; sta firmus. *vs.* 6. Ecce ego sicut os tuum ad Deum; e luto carptus sum etiam Ego. *vs.* 7. Ecce Terror meus non externabit

lata *merum* sit *Nihil*, pedem cum *Iobo* conferre incipit, vt sentiret, se *non Maiestate percellendum*, sed *rationum pondere deuincendum* fore.

vs. 5. Hoc ipsum *Elihuus* presso velut pede inculcat, addens, *si potes*, *refelle me*, secundum id quod de השיב habuimus *Cap.* 32, 14. *Homuncionem tibi aduersarium procedere scias*, non Deum, quem toties prouocasti, *hunc*, *si quid vales*, *iam confutes*, *qui Deum ipsum te confutaturum esse gloriabaris.* Huc collineant et reliqua, *instrue ordines*, argumenta; *sta in acie*, *firmo consiste et audaci gradu:* vt *Ps.* 2, 2.

vs. 6. Idem adspectus. *Ecce*, *Ego* כפיך *secundum os tuum Deo*, venuste sonat, *planissume tui similis sum*, *ac quasi gemellus. Si tu vermis*, *et ego: si tu virium expers*, *et ego* etc. *Sola ratio inter nos decidet.* Id intendi, vincit posterius Colon; *E luto decerptus sum et Ego.* Concinnissima *methaphora*, Scopo viri subseruiens, a *luto figulari*, vnde *massulae digitis decerpuntur ad vasa fingenda.* Magnus hac in parte consensus, quem auctoritas Dialectorum firmat: dissensus tamen aliquis circa *primariam notionem*, quam figere et finire conati sumus in *Origin.* L. 2. C. 2. [Voculam לאל *Symmachus* transtulit ἀντ ἐμοῦ Θεός. Legisse videtur לא אל. *Vog.*]

vs. 7. Eandem incudem tundens *Elihuus*, Ironia satis aculeata apponit, *Ecce terror meus* etc. Reflectit aciem ad id quod *Iobus* nimis animose ex ore emiserat *Cap.* 13, 11. eique istius dicti cruditatem ante oculos proponit. אכפי esse idem cum כפי *Manus mea*, ex eodem loco rite colligi videtur. Cl. *Cocc.* *palma mea* reddit, *depalmationis* nempe ideam premens; quam *ibid.* proposuerat. *Vulgato* אך פי obversatum, vt *Os* pro *Eloquentia* veniat. Acumen a Magistris hausum, cuius et *Ab. Esra* meminit; nisi quod *verbum durum* potius captarint. Neutrum quadrat ad *Cap.* 13, 21. *Syrus* in אוכפני *instantia mea* vsum suae *Dialecti* attendit, quam secutus *Arabs*, اقبالي *aggressio mea* vertens. Magis ad rem *Chald.* טורני *sarcina mea*, ab אכף *Prov.* 16, 26. In *Iuuenil.* produxi أكف, eiusque derivatum أكاف *sarcina; clitellae;* quae et وكاف. Vt autem *onerare aliquem sarcina*, est *eum iniuste vexare;* itemque *clitellas imponere*, est *molestiam*, *vexationemque exhibere;* ita apud *Arabes* voces وكف, et أكف, וכף, et אכף, designant *iniustitiam*, et *oppressionem.* Hanc imaginem de industria captam ab *Elihuo*, verisimile; quod sic simul *indecentiam* sub כף *Cap.* 13, 21. latentem nudaret; itemque alteram in altero parallelo *Cap.* 9, 34. vbi שבט *Virga* haud dubie exprimit *grauem vexationem*, *tergo* velut *incumbentem.* Hi fines Linguae; כף كف *manus;* أكف אכף, et وكف וכף *vexatio*, a *clitellis*, et *sarcina grauiore*, per *figuram.* Ea illustrem parit sententiam

nabit te; et sarcina mea super te non grauis erit. *vs.* 8. Profecto dixisti in auribus meis; et vocem sermonum audiui. *vs.* 9. Limpidus ego sine praeuaricatione nitidus ego,

tiam *Prov.* 16, 26. *Nam clitellas ei imposuit os eius.* De ea alias plura. [*Gr. Alex.* pro אכפי legit forte וכפי. Vog.]

vs. 8. Propius ad rem accedit, et non *suspiciones*, non *rumores*, non *calumnias*, se sequi ostendit, sed ipsissima verba *Iobi*, quibus eum *iniustitiae* conuictum teneri inferr, eo ipso quod *tantam* sibi *iustitiam* adscribere cum *criminatione Sanctissimi Numinis* ausus fuerit. Signanter; *Dixisti in auribus meis* etc. *praesens praesentis verba hausi, atque confidentius prolata in aures meas se penetrarunt; non sine magno meo stupore, talia ex ore cuiusquam hominis nedum Iobi, potuisse exire.* Recte vero, nam et nos, qui haec in otio legimus, et lente meditamur, tam audacibus dictis adstupemus, etiam nunc; id est, postquam *innocentiae* non solum, sed et *patientiae*, *corona* ei a Deo publice imposita: quid non facturi, si ibi fuissemus, antequam lis e Coelo terminaretur, *Iobusque* in hac causa *Iustus* declararetur Ore ipsius Dei, qui חנם *gratis eum absorptum*, testatur? Id nos scimus: *Elihu* nesciebat: nil mirum ergo si ad expostulationes illas *Iobi* grauius exarsit, quam nos possumus; et si *plus* etiam *iniustitiae* in iis notauit, quam nobis nunc licet, quibus ex euentu glorioso constat, in omnibus hisce *pietatem* Viri *intus illabefactam* mansisse. Id *Elihuo* tunc temporis notum fuisse qui supponeret, non tantum incredibile quid poneret; sed et filum sibi suum mox intricaret. Non mirabere proin, si Magni Interpretes istum errorem non cauentes, eum nouis erroribus cumularint: quum si supposuissent *pependisse* hunc Actorem circa *Iobi integritatem*, cui fauebat quidem, sed quam *sub tentationum mole succubuisse*, et quasi *expirasse*, verebatur, omnia ex facili fluere experti fuisset.

vs. 9. Proponuntur verba, quae suismet auribus se hausisse dixerat. Non onerat *Iobum*, vt quibusdam visum; sed satis modeste, et molliter, in compendio reponit, quae *Iobus* pluribus fuerat prosecutus. In זך *pellucidus*, *limpidus*, διαυγὴς, vt praeclare *Cocc.* respicitur ad *Cap.* 9, 30. et 16, 17. בלי פשע *sine defectione*, et לא עון לי *nulla prauitas mihi*, ad *Cap.* 13, 23. et 14, 17. et 31, 33. Restat חף, quod nusquam supra comparet. Eius notio fluctuat. *Merc.* duas adfert opiniones, quarum altera *Syriacum* fontem sequitur, vnde חף sit *pexus*, *nitidus*, *lotus*, *tersus*, *emundatus*; altera *Hebraicum*, vnde exeat, *Tectus a peccato*: vt *Ps.* 32, 1. Dixerat Idem *Nitidi* notionem nunc praeferendam, quamuis *Syriaca* sit, non *Hebraica*, quod *in hoc Libro multa ex ignota Lingua sint desumpta.* Illa ratio non omnibus aeque placeret; et erunt, venientque, qui *Hebraicam* significationem mauelint, quamdiu ipsis inhaeret, חפף esse *protexit*, atque inde חוף *portum* dictum, nec non *Thalamum* חפה. Ego autem nego חפף esse *protexit*, atque ex vno loco *Deut.* 33, 12. istam notionem elici vel potuisse, vel debuisse,

ego, nec vlla mihi prauitas. *vſ.* 10. Ecce cruditates contra me adinuenit; reputat me in hoſtem ſibi. *vſ.* 11. Ponit

buiſſe, pernego. חפף ibi *ſecundariam* vim exerit a חפה *Thalamo*, Themati ſubiectam, vt infinita talia in Linguis ſubnaſcuntur. Hinc exiſtit, *Thalamum nuptialem expandens ſuper eo.* Confer *Eſai.* 4, 5. Sed vnde iam חפה *Thalamus?* A *protegendo* aiunt. Atqui חפף non eſt *Tegere*, ſed concinentibus amiciſſime *Chald. Syr.* et *Arab. Dialectis*, *fricando polire*, *lauare*, *tergere*, *mundare*, *comere*, *ornare* etc. Ecquid *Thalamus* hinc ſatis ridet? Reſtat *Portus* חוף, a *protectione nauium* inquiunt. Forte; ſi notio ſatis firma eſſet. Bene interim *Cocc. videtur latius patere, et eſſe* παραλίαν, παραθαλασσίαν, αἰγιαλὸν *Litus*, *ab attritu*, et *alluuione. Veteres Hebraei pro fricare, pectere, tergere, hoc verbo vtuntur.* Intelligit *Thalmudicos:* quibus iam adiungas licet vere ſic dictos *veteres Hebraeos*, quorum Lingua non cognoſcitur ex incertis interpretum coniecturis, et inductionibus, ſed ex certa, et ſolida, auctoritate *Dialectorum*, quae cum *Hebraica* iisdem ſtirpibus nituntur. Conſimiliter ساحل *Litus*, *tractus litoralis* a سحل *confricuit:* et ipſum حافّة *partic. formae* חופפה *Margo*, *ora*, *extremitas*, *Litus maris*; quaſi dicas *partem fricantem*, *quaeque* perpetuo *fricatur.* Venuſtiſſime ergo heic loci, *Fictus*, *terſus*, *lotus*, *emundatus*, *comtus ego*, *ad nitorem merum*, qualis eſt *ſponſi*, vel *ſponſae*, *e Thalamo proditurae.* Vna vocula praeciſe redditur imago *Cap.* 9, 30. poſita. Adde *Cap.* 29, 14. et alia paſſim.

vſ. 10. Magna diſſenſio ad vocem חנוּאות. *Vulg. Querelas* reddidit, quas et *Chald.* intendit in תרעומתא *murmurationes animi irritati.* Vtrumque ſatis ad rem. Thema tamen iſtam notionem non agnoſcit. Hinc alii deſerto נוא, iuere ad אנה, indeque *Occaſiones* elicuerunt, quae alias תאנות. *Merc.* ex הניא *confringere*, *irritum facere*, vt Lexicographi tradunt, reddit *Confractiones*, vt ſit, *quaerit et inuenit aduerſus me Confractiones* i. e. *vt confringat, et irrita faciat omnia mea ſtudia* etc. Dabo quod fida lux *Dialectorum* ſuggerit. ناء *Med. Vaw* נוא, et *Je* ניא, *Arabibus* aeque ac *Hebraeis* eſt *cruda*, vel *ſemicocta*, fuit *caro.* Eam vim certiſſimam *Exod.* 12, 9. immutatum iuit Cl. *Guſſ.* in *laeſum*, *luxatumue*, *fractura aliqua*, aut *contuſione*, negans *cruditati* quippiam eſſe cum *ruptura.* Atquin *rumpendi* illa poteſtas precaria, ſubleſta, nulla. *Cruditatis ſemicoctae* autem notio vnde venerit, an a *motu ſanguinis vitali* quaſi, qui adhuc ineſſe videtur, quamdiu non *percocta* eſt *caro*, quod Cl. *Cocc.* ſuſpicabatur, an aliunde, nunc non diſquiro. Illud pro ſatis explorato aſſumo, חנוּאה hinc verti poſſe *affectionem crudam*, ſiue *cruditatem animi ſubirati*, vel *ſubulcerati.* Pulcherrime *Pſ.* 141, 5. *Iuſtus me tundat*, *erit benignitas; arguatque me*, erit שמן ראש *oleum capitale*, quod *neutiquam* יבי ראשי *crudum reddet caput meum.* Vulgo *frangeret;* non nimis appoſite; minus vtique decore quam *crudum reddet*, quod

Ponit in Cippo pedes meos: custodit vniuersas vias meas. *vs.* 12. En hoc ipsum non es iustus: respondebo tibi: quia excellit

quod proprie et improprie peruenustum praebet sensum: vbi enim *aceto fricatur alicui vlceroſum caput*, *crudescit*: similiter *vbi correptione alicui aures efficantur*, *totus saepe incrudescit*. At *Psaltes* sibi *coreptionem* vel *seueriſſimam* pro *Balsamo* fore dicit, quod *Caput* non *crudum*, sed *mite*, *molle*, *submiſſum*, sit redditurum. Insignis quoque tralatio *Num.* 32, 7. 9. vbi הניא לב plurimis *frangere cor*, ex coniectura, aliis *turbare*; aliis *concutere*, nutare facere, *irritum reddere*, *dissoluere*. *etc.* Nos damus, *cor crudum reddere* et *malis suspicionibus subulcerare*. Posset quoque dari, *cor inconstans reddere* et *infirmare*, quatenus *cruda consilia*, et *proposita*, appellantur *male firma*, *quae maturitatem non habentia*, *dilabuntur*. In *Camuso* haec elegantior potestas enotata: *Radix* גיא *in* 2. *coni. est rem non bene firmam fecit*. *In* 4. אניא *de* לחם *carne est*, *eam non percoxit*. *Hinc* לחם *caro dicitur* גיא *quum in ea cruditas apparet*. Nempe vt نضيج الـراي *maturus*, vel *Coctus consilii*, est, cui *consilium rite et solide captum*, ita نـيء الـراي *Crudus consilii*, in contrarium frequentatur. Hinc *Num.* 30, 6. *Si pater* הניא אחה *eam irritam fecerit in votis suis*: i. e. *ea rite* et *mature facta negauerit*, ac propterea *resciderit*. Similiter *vs.* 9. 12. eiusdem *Cap.* Eadem figura *Ps.* 33, 10. *Deus* הפיר *irritum facit consilium gentium*, *et* הניא *cru-*

das, *male coctas*, *immaturas*, *efficit cogitationes populorum*. Forma geminata נאנא نـانـا pari vsu aucta, vt discas ex *Gjauhar*. *Dicitur* נאנא *in consilio*, *qui confusus in eo et parum firmus*, *aut solidus*, *est*. Ex his omnibus elucet נא *crudum* proprie; et חנראה *cruditatem* esse; quam pro *alienatione* et *exulceratione adfectus*, egregie quadrare senties *Num.* 14, 34. Nil quoque textui nostro aptius, *Ecce Cruditates contra me adinuenit*; *inimicum me reputat sibi*. *Non laesus*, *offensuue*, *me tamen vt hostem tractat*, *et contra me crudum*, *subulceratum*, *alienatum*, *hostilem*, *animum*, *immerito ostendit*. Vno vocabulo neruose complexus *Elihu*, quae *Iobus* stomachosius conquestus fuerat *Cap.* 13, 24. 25. 26. et *Cap.* 14, 15. 16. 17. Ea huc transferri velim.

vs. 11. Nihil aliud hic notandum habeo, quam *Elihuum* haec verba *Cap.* 13, 27. extantia adducere, tanquam *nimis dura*, *immodesta*, et *in Deum iniuriosa*. Ergo eum habeant sensum necesse est, quem supra indicaui, de *poena infami*, quae *innocenti contra ius*, et *fas*, fuerit *inflicta*. In eo *excessu* vt ne nunc quidem *Iobum* culpa liberare possumus, ita facile intelligitur, multo magis talibus dictis offendi tunc debuisse *Elihuum*, ignarum hactenus, quid Deus de *Iobo* eiusque *causa* pronunciaturus esset.

vs. 12. Moderata et prudens illatio, *Ecce hoc* saltem *non iustus es*, *respondeo tibi* etc. Si circumstantias scenae, et postremae Actionis huius filum attendas, facile agnoces *Elihuum* ita disputare, vt virum

Cor-

excellit Deus prae homine. *vſ.* 13. Quare contra Eum contendiſti, quod omnia verba ſua non reſpondeat? *vſ.* 14. Nam

Cordatum, et *prudentem*, in tali cauſa decebat, hoc eſt, vt nec, *ratione vitae anteactae*, *Innocentem*, *omnibusque partibus integrum*, *pronunciaret Iobum*, quod *Solius Dei* erat; nec ſane vt *nocentem*, atque *Hypocriſeos manifeſtiſſimum*, *condemnaret*; quod Amici temere nimis, et feruide, fecerant. Hanc *aequitatem*, et *mediam viam*, obſeruans, non debuit, non potuit, aliter cum *Iobo* pedem conferre, quam contulit; ex actis nempe, et probatis, agendo, hoc eſt ea tantum vrgendo, quae *Iobus in contentionibus ſuis cum Deo* commiſerat, et apertiſſime peccauerat. Eo iam ſcopo infert, *Ecce hoc* ſaltem *non es Iuſtus*, *Tu qui nec hominum*, *nec Dei*, *Iura vnquam a te imminuta dictitas*, *quod Deum tibi rationem reddere iubeas*, *eique dicam ſcribas* etc. Eſt telum ſat certa manu iactum. Dices forte, *Aequitatis* non fuiſſe, *verba doloris* conuertere in *tela*, et *argumenta*. Recte vero, ſi *Elihuus* ſciuiſſet, vt nos, *mera* haec eſſe *verba doloris*, non *ſenſus animi*. Id nobis nunc indubitato conſtat: *Elihuo* nec conſtitit, nec conſtare potuit ante, quam Deus ipſe deciſſet. Eo ipſo intelligere licet, fieri non potuiſſe, vt non paululum *ad Dei partes*, vt ſic dicam, *inclinatior* eſſet *Elihuus*, quam ad *Iobi*; ac propterea etiam, procedente diſputatione grauior incumbere, et *condemnationi* quam *abſolutioni proprior* fuiſſe, *citra iniquitatem* tamen, reperietur. Haec mihi harum Actionum clauis, quantum ſane nec *acies*, nec *ſeries*, conſabit, niſi ponamus *Elihuum* de *Iobi innocentia ſuſpenſum*, et *dubium* fuiſſe.

Ibid. Senſus poſterioris coli, ex ſerie orationis, hic eſſe videtur: *Tu qui ita animoſe te Iuſtum fers in omnibus*, *in eo ſaltem nunc iniuſtus deprenderis*, *quod iura Dei minuas*, *eiusque Maieſtati*, *et iuſtitiae ſimul*, *deroges*, *quum te contra omne ius*, *et fas*, *adſtigi*, *nam acriter contendiſti*, *et Iudicem tuum non tantum ad rationem vocare*, *ſed et iudicare*, *auſus fuiſti*. Sentis id ipſum, quod nos etiam num in *Iobo* condemnamus. Quanto magis id facere et potuit, et debuit, *Elihu?*

vſ. 13. Hanc Viri mentem manifeſtat inſtantia ſubnexa. Ea diuerſimode aptatur. Nimis abruptum, et imperioſum I. *Cur aduerſus Eum contendis? Ad nihil eorum, quae agit, reſpondet.* Mitius *Merc.* II. *Cur* ergo *aduerſus eum contendiſti? quia omnibus verbis* i. e. *negotiis ſuis quae agit*, *non reſpondet nobis cur ea agat.* Apponit III. quod et *Vatabl.* poſuit, *Quia omnia verba ſua non reſpondet.* i. e. *non omnia ſua arcana hominibus reuelat*, *cur ſingula faciat*; *ſed tantum quantum homini expediat ſcire.* Satis ad rem. Rotundius adhuc IV. *Cocc. Quare cum ipſo contendiſti*, *quod omnes rationes ſuas non explicat?* Nobis V. perinde, malisne, *quod omnia facta ſua non reſpondeat*, an, *quod omnia dicta ſua non reſpondeat.* Prius *Ellipticum*, pro, *ad facta.* Poſterius plenum, pro, *anima quae dicere habet.* Vtrumque redit ad id, quod *Elihuus* cum maxime agebat, *iniuſtum eſſe Iobum in eo ſaltem*, *quod Deum ad rationes vocarit*, *et contentioſiſſime cauſam*

cauſam ſibi dari voluerit, cur tam ſaeuum in modum adfligeretur.

vſ. 14. Connexionis ratio haud expedita. Negotium quoque creat verbum ישורנה, quod ab aliis ad *Deum* refertur, ab aliis ad *hominem*. Plerique I. ad *hominem* non vna via. *Munſt.* 1. *ſemel loquitur Deus, et altera vice* ei qui *non aduertit illud.* i. e. explicante *Vatablo, qui non perſpexerit priorem illam rationem.* Secutus *Merc.* in hanc ſententiam, *Hominem qui prima admonitione Dei ſibi non cauit, ſolere et ſecundo admoneri.* Hoc eſt, *qui per inſomnium non correctus, per morbum, aut calamitatem, caſtigatur.* Confer *Druſ. Coderc. Crinſoz.* etc. Paulo aliter 2. *Calvin. Conc.* CXXIV. *Nam ſemel loquetur Deus, aut bis, nec tamen videbit,* ſiue *intelliget illud* homo. Idem habent *Iun. Piſc. Grot. Belg.* Cum ſequentibus in vnam periodum *Cocc.* 3. *Quum ſemel loquitur Deus, et duabus* vicibus *non obſeruat illud* homo; *in ſomnio, viſione noctis*, etc. *Tunc reuelat aurem hominis, et vinculum eorum obſignat.* Ad *vſ.* 16. de eo plura. In his omnibus et *connexio* non valde rotunda, et inprimis incommodum, quod *Homo* veniat ſupplendus. Ad *Deum* ergo II. verbum ישור relatum a *Vulgat. ſemel loquitur Deus, et ſecundo id ipſum non repetit.* Idem multis *Hebraeorum* placitum, vt *non reſpicit*, ſit, *non iterat, non retractat. Irreuocabile eſt quod ſemel decreuit:* vel et, *ſufficiens, quod ſemel conſtituit, atque nobiscum communicauit.* Diuerſiſſime explicatur 1. de *immutabilitate decreti Diuini.* 2. de *vniuerſali quodam, et communi omnibus hominibus, principio, vnde ad omnia ſatisfieri queat* 3. de *promulgatione Diuinae voluntatis, ſemel facta, quam nec repeti, nec reuideri*, ſiue *mutari, neceſſe ſit.* Videatur *Schmid. Reim.* et praeſertim *de Pined.* qui multas formas nexuum cum praeced. *vſ.* ſuppeditabit. Nulla talis, in qua penitus conquieſcatur. Non etiam valde firmum שור *adſpicere*, pro *reuidere*, idque iterum pro *repetere*, vel et *immutare.* Firmiora interim me daturum non profiteor; ſed quum et *hac*, et *illa*, *ratione*, nexus ſit impeditior, eius expediendi periculum faciundum duco, vt ſi non ſucceſſerit, vel per fruſtraneum conatum noſtrum aliquid proficiatur, in filo huius orationis rite capiendo. Obſeruo ergo *primo*, in מרוע *vſ. praec.* cum *increpatione* contineri *comminationem poenae. Ier.* 8, 19. *Secundo* כי hic erectius per *ſane, profecto*, quam per *namque*, reddi. Vſus alibi in hoc Libro adſtructus. *Tertio*, opportunum videri, vt *Elihuus* ob oculos ponat Noſtro, quam *odioſa* ſit Deo *ſuperbia ſpiritualis*, cuius, in contentionibus ſuis animoſiſſimis, haud dubie ſeſe adfinem fecerat. *Quarto*, elucere ex *vſ.* 17. id ipſum cum maxime vrgeri; *ſuperbiam* in Deum, eſſe *crimen* longe *grauiſſimum*, quod *cum Gratia* plane non queat conſiſtere, ſecundum illud, *Deus ſuperbis reſiſtit* etc. Ex his omnibus, *Quinto*, colligi poſſe, adfixum in ישורנה ad *contentionem ſuperbam* cum Deo, *vſ.* praec. perſtrictam, ſeſe referre. Ac proinde, *Sexto*, ישור rectius nunc dari *Deo*, quam *Homini*; et quidem in hunc ſenſum, *Profecto ſemel loquetur Deus, et ſecunda vice non ceruet illud*, nempe *Crimen elationis* i. e. *non admittet ad ſuam gratiam, communio-*

Nam semel loquetur Deus; et secunda vice non videbit illud. *vs.* 15. In somnio visionis nocturnae; quum cadit sopor super homines; in dormitationibus super cubili. *vs.* 16. Tum reuelat aurem hominum; iisque castigationem obsignat.

munionemue vllam, qui ei proximus. Ita phrasin hanc in eodem argumento positam reperies *Cap.* 35, 13. Hinc iam subtilissima, et acumini reliquo *Elihui* congruens, copula subnascitur. *Quare cum eo contendisti quod omnia sua verba non respondeat? Profecto semel verba faciet*, cum eo nempe, qui se audacius contra Deum effert, vt eum criminis sui coarguat; *secunda vice non amplius illud visurus, aut toleraturus.* Sentis non iniucundam *Antanaclasin* inter דבר *verba eius*, quibus causam suam, et iura, defendat, Deus; et ידבר *verba faciet*, ad *castigationem reprehensionem, condemnationem litigantis, ni quantocyus respiscat.* דבר pro *verbo Iudicis*, et *sententia e Tribunali missa*, *Esai.* 9, 7, etc. Sequentia huic conspectui responsura spero.

vs. 15. Ex nostra *Hypothesi* descenditur iam ad *modum geminum Diuinae Locutionis*, per quam *a superbia* retrahi solent, quos Deus ex perditione vult ereptos. *Hos modos* satis fuse exponit, vt *Iobus* inde et *sapere* discat, et *respere*, neque amplius cum Deo disputet, sed ad pedes eius gratiae, et clementiae paternae, se aduoluat. Dilucidius. Deus *cum homine loquitur* vel *Extraordinaria* et *supernaturali ratione*, ei *in somnio apparens.* Ipse: vel *ordinaria*, et *naturali*, per *morbos*, et *adflictiones grauissimas.* Vtraque *Locutio* est *plena maiestatis*, arguens *supremum Dominum*, cum quo *litigare* nefas.

Ibid. Circa structuram paucula. Primo elegantius iudico, *in somnio visionis noctis*, continuato regimine, pro *nocturnae*, quam vel *in somnio visionis, nocte:* vel *in somnio, visione noctis.* Secundo, *quum sopor cadit super homines*, minus recte *Merc.* exponit, *cum ceteri homines altum stertunt, priuatim nonnullos monere solet Dominus.* Intelligendi omnino *ipsi illi*, *quibus visio nocturna Diuinitus contingit*, vt *Cocc. Schmid.* aliique monuere. Non ambiges, si relegeris quae *cap.* 4, 13. dedi. Tertio, *in dormitationibus super cubili*, additum ad *Exergasian.* Si tamen *Bolducio* credimus, תנומה notabit tantum *nutationem*, et *nictationem leuem palpebrarum*; et quidem *interdiu.* Etiam ex Nostris nonnulli תנומות *nictationes*, et *leues somnos*, esse putant, distinctos a *graui sopore* תרדמה. Circumstantiae vix permitrunt; Lingua non exigit. Vide *Ps.* 76, 6. *Nah.* 3, 18.

vs. 16. *Reuelatio* ipsa indicatur duabus phrasibus lectissimis. Prima est, *Tunc reuelat aurem hominum.* Minus simplex illud *Iun.* et *Trem. Tum reuelat auri hominum*, nempe *adflictionum causas, vsum, et exitum.* Structuram secuti Doct. *Belg.* aliter tamen explicant, de *illuminatione intellectus, et flexione cordis ad respiscentiam.* Defendi potest ex *Esai.* 22, 14. *Reuelauit se in auribus meis Iehoua exercituum.* Mollius tamen prius illud, pro, *admonet homines velut aurem tectam retegens et purgans* etc. vt recte

signat. *vs.* 17. Remoueat homo Opus; et elationem a Viro obteget *Deus*. *vs.* 18. Prohibebit animam eius a fouea; et

&te *Merc.* Eodem redit hoc *Cocc. Depulsio ignorationis, est velut obturamenti excussio; vel vestis sonum prohibentis detractio. Notatur clarior, et penetrantior, insinuatio voluntatis Diuinae.* Formulam reperies *Rut.* 4, 4. et 1 *Sam.* 22, 17. 1 *Sam.* 9, 15. et 20, 2. et 22, 8. et 2 *Sam.* 7, 27. vnde simul eius *origo*, et *potestas*, satis dilucet. Consulas quoque velim, quae Cl. *Vitr.* ad *Esai.* 22, 14. apposite. *Claritatem*, et *penetrantem vim*, huius phraseos, cumulat altera illa, *et conuictionem eorum obsignat.* Eleganter *Vulgat. Et erudiens eos instruit disciplina*: quod elegantius adhuc Doct. *Tigur. Disciplinam eorum velut impresso sigillo consignat*: ad quam rationem et *Cocc.* proponit, σφραγίζειν παιδείαν *Efficaciter erudire, ita vt non concedatur ei qui eruditur non attendere, et vim eruditionis non sentire.* Valde ad rem. Consonant quae olim de vsu verbi חתם, produxi, quod *Arabibus* est *inspirauit.* Nesciebam tunc, notionem istam esse secundariam, ab *obsignando*, quod חתם, vnde *Obsignata super eo fuit res*, pro *diuinitus ei reuelata*, vel *inspirata fuit.* Est *metaphora* praegnans, quae cum *occulta ratione insinuandi, efficacissimam* quandam *vim*, et *auctoritatem conuictionis*, infert, tanquam *sigillo supremi Numinis hominum cordi impressam.* [יַחְתֹּם *Graec. Alex. Syr.* et *Arabs* protulisse videntur יְחַתֵּם. *Vog.*]

vs. 17. A longo mihi adhaeserat, Numinis ipsius verba hoc versu exponi, *Remoueat homo facinus; et superbiam a viro teget* Deus הסיר *Remouere*, vt *Esai.* 1, 16. להסיר cum *imperio*, *Remouere oportet, remoueat.* Nempe *infinitiui absoluti* saepe *imperant*, vt *Remouere*, sit *remoueto*; magis adhuc *constructi* per ל, quod infert *officium*, et saepe per *necesse est*, *oportet*, venit reddendum. מעשה *factum malum*, *facinus*, vt *Ps.* 28, 4. et alibi. Vide tamen, an malis nunc, *Remoueat homo Hypocrisin, opus fictum, Artificium, quo melior videri vult, quam est: et superbiam a Viro conteget* Deus. Struas licet, *superbiam a Viro*, pro *Viri*, vel *ab eo profectam.* Attamen *a Viro conteget*, satis quoque concinnum, pro *remotam condonabit, ne contra eum accusationem intentare, eumue condemnare queat.* Conf. *Esai.* 6, 7. *Mich.* 7, 19. etc. *Imperandi* forma firmatur ex *Cap.* 36, 10.

vs. 18. Cl. *Schmid.* שחח *foueam* exponit de *exitio aeterno*: et שלח *missile* de *poena temporali mortis.* Crediderim, quod *animam*, in priori, et *vitam*, in posteriori colo, positam cerneret Vir Doctus. Ordine inuerso *Cocc.* שחח *foueam* ad *corporis corruptionem* pertinere censet, quae in *sepulcro* fit, vt ראות שחח *Ps.* 16, 10. *missile* autem ad *mortem animae*, quum *omni dolore, cruciatu*, ac *horrore obruitur*, haud *secus ac ceruus inter venabula.* Ad hanc rationem argutius paulo נפש de *vita animali*, et חיה de *animo*, interpretatur. Licet *Foueam putredinis*, et *Missile*, absque illo subtili discrimine, referas ad *mortem peccati*

et vitam eius, ne transeat per missile. *vs* 19. Etiam redarguitur plaga liuida super cubili suo; et quam multum ossium

peccati aculeo, i. e. *maledictione armatam*. Talis *mors* Veteribus signanter dicta שחת *fossa perditionis*, quum *corpus in sepulcro putrescit* sub maledictione, *anima* vero *ad Orcum amandatur*. Talis *Mors* gerit שלח *missile telum*, i. e. *aculeum maledictionis Diuinae*, sub quo et *corpus*, et *anima*, *mortis secundae horrores experiantur* necesse est. Ad *Cap.* 36, 12. denuo aliquid submonebitur. Haec iam ita cum praec. *vs.* cohaerent, vt *effectus*, et *fructus*, *condonatae superbiae* inculcetur, *prohibebit* Deus *animam eius a fouea* etc. possuntque esse vel *verba Numinis admonentis;* vel, quod malim, *Elihui, concludentis:* vt inf. 36, 12.

vs. 19. In *scopo*, *nexu*, *sensu*, dissensio. *Merc. Haec altera*, inquit, *ratio*, *qua Deus hominem compellat, et admonet de suis iudiciis: vt* nempe *castigetur* quoque *homo per dolorem et morbos Lecto adfixus; et multitudo ossium eius robusta castigetur*, *morbo ossa etiam validissima concutiente, et discruciante; vti in Iobo: propter quem haec maxime dici videntur.* Eadem ratione tantum non omnes. Existimem cum plerisque *nouam* inchoari *instantiam*, et quidem ita vt *Extraordinariae* Dei *Loquelae*, qua hominem officii admonet, nunc subnectatur *ordinaria per morbos saeuos*, *grauioris irae Diuinae signa*, *eosdemque criminis vel manifesti*, *vel occulti*, *testes*, atque *indices* haud *negligendos*, si salui esse volumus. Duplex autem ratio ordinis prae manibus. Prima arctior, vt si quis *ad occultam monitionem non respiscat*, *in publico* quasi *castigetur;* et *acriore flagello admoneatur.* Altera solutior, vt aliis *occultam*, aliis *manifestam*, *castigationem* admouere dicatur Deus. Ad priorem rationem ita, *Et redarguitur* insuper *per dolorem* etc. Ad posteriorem sic, *Aut redarguitur* etc.

Ibid. Peculiarem curam postulat vltimum Colon, in diuersas facies conuersum, quod minus perspecta haberetur indoles vocabuli איתן; *Robustus*, *durus*, *horridus*, et alia, in Lexicis. Piurimi, *et multitudo ossium eius robusta*, nempe *corripitur dolore.* In *Origimibus* p 249. 250. cum *rad.* יתן *perennis fuit*, indicauimus potestatem *ossium perennium;* sub duplici adspectu, *et multitudo ossium eius perennis*, vel, *perennium.* Nunc malim in *abstracto* sonantius, *Et multitudo ossium eius, perenne;* siue sensu receptissimo *Merceri;* siue potius, *tum, quum maxime vigere*, et *peremni robore praeditus esse* videbatur. Facit hoc ad *Castigationis* huius *Characterem* penitius cognoscendum; quod Dei *Manus*, et *Virga*, tum in *Morbis* immissis cernatur, ex mente *Elihui*, quum quis *cum maxime vigens, valensque, nec opinato graues et lentos inter dolores ad portas mortis adducitur.* Facit quoque ad Viri scopum, qui erat *Iobum* conuincere, *morbos*, quibus miserrimum in modum conflictabatur, non *de nihilo*, et quasi *animi gratia*, a Deo ipsi inflictos esse, sed ad *expurgationem* alicuius *fermenti*, ipsi hactenus inhaerentis. Ante *euentum* aliter iudicare non poterat vel *moderatissimus arbiter;* cui *consilium* Dei de *Iobo* חנם *gratis*, *sine*

ossium eius perennissimum. *vs.* 20. Et abhorret vita eius panem; et anima eius cibum desiderabilem. *vs.* 21. Distabescit

sine causa, aut *culpa* potius, adfligendo, hactenus non patefactum.

Ibid. Dispiciendum restat de varietate Lectionis, ריב *rixa, contentio*, et רוב *multitudo*. Prior *textum* occupat, posterior *margini*. Posteriori fauet *Cap.* 4, 14. Eam non solum plurimi *Rabbini*, כתיב *Keri* addictiores fere, secuti, vna cum Recentioribus, verum etiam Veteres LXX. *Vulg. Chald. Syr. Arabs.* Monet tamen *Vatabl.* nonnullos ex ריב expressisse, *et dissidium ossium eius vehemens est:* i. e. *doloribus acerrimis ossa eius conturbantur.* Id *Piscatori* non displicuit: vnice placuit *Coderco;* qui *rixam ossium*, declarat *ossa luxata, cum concussione*, et *trepidatione, membrorum; vt in febri quercera.* Speciem quandam addere licet, ex vsu *Arabum*, quo ريب الزمان *Lis, contentio temporis*, est *aduersa fortuna*, itemque ريب المنون *Lis fati*, est *fatale malum.* Apud eosdem اوتن et واتن *perennis* etiam transfertur, ad *pertinaciam*, vt *Prou.* 13, 15. Inde existeret, *et rixa ossium eius pertinacissima.* Conf. *Origin.* p. 256.

vs. 20. Triplicem reperio constructionem. *Vulg.* I. *Abominabilis ei fit in vita sua panis.* Sed durior est *Ellipsis* illa, et זהמה cum לחם *masc.* minus consistit. *Merc.* II. *Et auersatur vita eius panem*, cum *adfixo* eleganter redundante, vt *Exod.* 2, 6. Id in *Syriasmo* crebrum. Cl. *Cocc.* III. *Et fecerit ipsum nauseare vita eius ad panem:* itemque *Schmid. Et nauseare facit cum vita eius panem.* Omnes monent זהם apud *Syros* et *Arabes* esse *foetuit, sorduit.* Disserte *Ab. Esra, Abominabitur eum, et foetebit ipsi* panis: *sic in Lingua Arabica.* Omnino זהם vt زهم est *sorduit, foetuit.* Inde in *Pibel* existit *foetidum censuit; vt sordidum auersatus est: fastidiuit, nauseauit:* ac proinde in *num.* II. acquiescendum. Cl. *Hott.* et *Crom.* annotare non neglexerunt. Nescio quid scrupuli sederit Cl. *Schmidio*, quum חיה *vitam* h. l. pro *anima* sumi a *Piscat.* monens, ait, *se malle poni, pro calamitate vitae.* חיה est *vita animalis, cibi indiga:* נפש *anima* est *appetitus.* Vtraque *cibum nauseat, eumque pro re foetida respuit*, vbi grauis morbus incubuit, ad mortis portas deductus. Vtraque tamen *animam rationalem* secum adsert. Cl. *Cler.* ait, si pro חייתו legeretur חליו *morbus eius*, aut חילתו *dolor eius*, *nullam fore in* h. l. *obscuritatem.* Vah pruriginem!

vs 21. Emphatica *descriptio viui cadaueris.* Prius colon reddi solet, *consumitur caro eius ab aspectu*, vt videri prae macie nequeat. Ita *Tigur. Merc.* etc. Arridet, nisi forte locum concedas coniecturae, *consumitur caro eius prae spectro*, vel *visione nocturna;* vt videatur esse εἴδωλον καμόντων, ὄνειρον, σκία, *vmbra* verius *hominis*, quam *homo;* quin *vmbra ipsa tenuior.* Redi ad *cap.* 7, 8. et 17, 7. Stylus sublimior talia adfectat.

Ibid. Merc. posterius colon reddidit: *et comminuuntur*, vel *conterunt, ossa eius, non videntur: non sunt conspicua prae comminutione:* vel

prae

beſcit caro eius, prae ſpectro: et oſſa eius tranſparent; non apparent. *vſ.* 22. Et appropinquat foueae anima eius; et vita

prae deformatione ſunt inamoena adſpectu. Sequitur poteſtatem *Aramaeam* verbi שפה *teri, limari, attenuari* etc. Cl. *Hott.* in *Smegm.* ex *Arab.* شف שפף, adfert, *emaciantur oſſa eius.* Iſtud *emaciari* a *pellucido* ductum, vnde naſceretur, *pellucent oſſa eius, non videntur.* Pulcra idea εἰδώλου, et *vmbratilis corpuſculi,* quod totum quaſi *translucidum,* prae *attenuatione* non *carnis* ſolum, ſed et *oſſium.* Tum *oſſa videntur,* quum adeſt *oſſea firmitas,* et *denſitas.* Eadem *non videntur,* quum *pellucent.* Circa *formam,* teneas licet *Kal,* cum *Cholem,* שֹׁף pro שָׁפֹף, vnde שֻׁפּוּ citra *anomaliam.* Haec eſt Lectio *Maſorethica.* Sed *Ketib* ſiſtit ושפי. *Merc.* legit ושפי *et comminutio* eorum tanta, vt non videantur. Id longius abit. Propius eſſet וְשֻׁפִּי *et pelluciditas mihi oſſium eius;* cum *pleonasmo* eleganti pronominis. שֹׁף *ſubſtant.* a شف שפף, de quo ita *Camus, Verbum* שפף, *cum infin.* שפוף *eſt emaciatum fuit corpus eius; nec non intranſitiue, cura eum* שף *emaciauit.* Caue diuerſum putes a *trito* et *attenuato,* quod *Merc.* ex *Dial. Syr.* produxit; nam شف a *Scholiaſte Haririi* declaratur per *atteri* et *tenuari vsque eo, vt res tranſpareat.*

vſ. 22. Idem fere conſpectus qui *vſ.* 18. niſi quod ibi *prohibebatur anima a Fouea:* hic *ad eam acceſſiſſe* dicatur. Membra membris reſpondent, niſi quod pro *Miſſili telo* habeamus nunc ממיתים. Mira ad eam varietas ſententiarum. Nonnulli 1. *res necantes* exponunt *morbos letales;* Cl. *Cler.* 2. *latrones.* Alii 3 *ſigna mortis inſtantis.* Ipſos 4. *moribundos* maluit *de Pined.* At *Luth.* cum aliis 5. *Mortuos.* Ex veteribus multi 6. *Daemones, ad orcum rapturos.* Conſimiliter *Schmid.* ſibi proponens *Hominem terroribus mortis primae, et ſecundae, tentatum.* Cl. *Cocc.* 7. ipſos illos *terrores* deſignatos cenſet. Id non longe a vero poteſt abeſſe, ſi quae ad שלח *miſſile telum execrationis Diuinae vſ.* 18. protulimus, vera. *Chald.* 8. מיתותא *Mortem* ipſam expreſſit; non tam inuita *Analogia,* quam cenſetur. Certe ממותים ſunt *Mortes.* Eadem forma ממיתים per *quietem med. Iod,* a מית, ex *Dial. Syr.* ſignare dixerim *Mortes,* et quidem *grauiores, terribiles, armatas aculeo omnis maledictionis.* Siue hoc, ſiue *num.* 7. ſequare, habebis idem quod *vſ.* 18. vidimus: quodque omnino obuerſari debuit *Elihuo, Mortis primae,* et *ſecundae, terribilem faciem* exponenti. [Hoc feciſſe *Elihuum,* paucis perſuadebit *Schultenſius.* Vog.]

vſ. 23. Illuſtris locus; ad quem grandia ſententiarum diuergia extitiſſe, cum generatim, in *Hypotheſi* formanda, tum ſpeciatim, in phraſibus euoluendis, non eſt quod miremur. In tres claſſes optime diſpeſci poterunt variae interpretum ſententiae. *Prima* eſt eorum, qui per *Angelum Interpretem* intelligunt *Hominem, qui Doctrinae ſalutaris lucem* aegrotanti, et moribun-

vita eius perimentibus. *vs.* 23. Si erit apud eum Angelus Interpres; vnus e mihi mille; ad indicandum homini rectitudi-

ribundo, praeferat. *Altera* eorum, qui *Angelum ſtrictius dictum* inducunt, voluntatis diuinae *internuncium*, et miniſtrum. *Tertia*, quae ad *Angelum foederis* cuncta referenda decernit. Miſſis duabus prioribus claſſibus in *tertia* haerebo, in qua familiam ducit *Gregorius*, itemque *Gloſſ. Ordin.* applicans omnia ad *Chriſtum*, *qui pro nobis Patri loquitur*, *quique vnus de ſimilibus*, (ita pro *vnus e millibus* diu lectum in *Vulgat.* vt videbis ex *Luca Brug.*) *quod cum in cunctis operationibus ſuis nos immenſa virtute transſcendat*, *hominis tamen naturam aſſumſerit*, *nobis per omnia ſimilis factus*. Eſt quidem Lectio illa vitioſa; ſed apparet, quid ſecuti ſint tum temporis *Interpretes Latini*, quum pro *de millibus* maluere *de ſimilibus*. Eſt in his, quod non omnino approbes, nam *Mediatorem* vt iam *humana natura indutum* ſpectare non potuit *Elihuus*. Hinc nimis *Myſticum*, credo, viſum fuit multis Noſtrorum; et *Mercero*, qui monens *eſſe qui Chriſtum* intelligant, *Verum Mediatorem*, ſatis frigide ſubdit, *Non puto illuc Elihu reſpexiſſe*. Rogo, cur non? An *ſcopus* non patitur? Exigit potius. An Tituli non quadrant? Nihil illis aptius, ad מלאך הגאל *Angelum Redemtorem* ſignandum. An *Mediatorem* illum ignorabat *Elihu?* Hoc *Mercerus* non dixerit; diſerte *fidem in Chriſtum* veteribus vindicans. Quid ergo ab hac ſententia retrahere potuit Commentatorem veri amantiſſimum? Idem, credo, quod *Cap.* 19. eum praepediuit, quo minus in *Goële Iobi*, agnoſceret *Redemtorem*, et *Fidem in Eius aduentum defixam*. Prouocat ibi ad auctoritatem *Rabbinorum*; quae et Eum hic implicuit in opinionem e ſchola *Iudaica* hauſtam; *Angelos hominum acta*, *et preces*, *Deo annunciare*, *quaſi proxenetas*. Si ergo *Angelus Goël* non ignotus fuit noſtris Collocutoribus; ſed *natura Foederis gratiae* per *Mediatorem* ipſis fuit cognita. Si Tituli magnifici illuc manifeſto ducunt. Si *Scopus* denique *Elihui*, et ipſa *Vis diſputationis capitaliſſimae*, eodem trahunt, iure meritiſſimo *Angelum foederis* in hac ſede amplectimur, eique vel *Doctores*, vel *Angelos* minores, concedere iubemus. In priorem *theſin* ad *Cap.* 19. adſtructam, atque aliunde permunitam ſatis, inſiſtere non neceſſe. Duas poſteriores ſigillatim confirmatas dabo.

Ibid. Voci cuique ſuum pondus, et momentum. I. *part.* אם *ſi*, non *incertam* nunc, ſed contra *certam*, et *neceſſariam*, infert *conditionem*; ſine qua peccator *iratum Numen experiens*, et iam *Morti primae*, ac *ſecundae*, *proximus*, *a pernicie liberari* nequit. Ergo non *Doctor* intenditur, non *Angelus*, ſed *Goël*. Huc collineat *Cocc. Docet*, *fieri aliter non poſſe*, *vt homo reconciliationem*, *et ſalutem*, *impetret*, *quam ſi ſit apud Deum Interceſſor*. II. Anceps eſt עליו, ad *Deumne*, an ad *hominem* redeat. Cl. *Cocc.* 1. *apud Deum*; addens, *ad* hominem *referre non poſſum*, *quia ſtatim valde inſolens eſſet repetitio* לאדם *Homini*. *Quare enim non diceret*, *ſi eſt apud Hominem* Angelus etc. *ad indicandum ipſi*. Acute. Scrupulus mox tolletur. Cl. *Schmid.* 2. *apud*

2. *apud hominem:* vt sit *assistentiae*, et *auxilii*. Idem 3. *Vulgat.* differte, *si fuerit pro eo.* Hanc vim *partic.* על subiectam reperies 1 *Reg.* 10, 3. et *Dan.* 12, 1. vt Doctiss. *Mich.* et *Reim.* monuere. Speciatim nunc attendi autumem *patrocinium*, quod ab *Aduocato praestatur.* Valde ad rem facit, quod *Cocc.* hic exhiberi moneat *Schema Iudicis pro throno sedentis, et de homine iudicantis: pro cuius salute Angelus Aduocatus excubet.* Id תָּוֵךְ עָלָיו ad nostram mentem accommodatissimum; et simul conuincere aptum, *ad Tribunal Dei non esse pergendum cum Fiducia iustitiae propriae, vt Iobus feciſſe videbatur: multo minus cum Deo tam audacter contendendum.* Id in *Elihui scopum* intrasse, patescet deinceps. III. Titulum מלאך *Angeli* κατ' ἐξοχὴν conuenire *Angelo faciei*, neminem fallit. Illam illustrem personam signat Epitheton מליץ *Interpretis, Oratoris*, quin *Aduocati*, et *Mediatoris;* qui *verus* et *vnicus* פרקליטא *paracletus* in Ecclesia. Fateor eodem hoc titulo ornari posse cum *Hominem*, tum *Angelum*, voluntatis Diuinae interpretem: sed paulo fidentius, re librata, dicere nunc ausim, nec *Hominem*, nec *Angelum* admittere vel *seriem*, vel *grauitatem Doctrinae*, quam *Elihuus* magno spiritu vrguet, ad *Iobum* capitalis erroris, in nimia sui defensione, coarguendum. Cape *hominem*, nihil dixerit *Elihuus*, quod *Iobum* vel feriat, vel conuincat: si addideris, *semet* intendisse oratorem, iam vanus fuerit, et ridiculus ferme. Cape *Angelum*, iterum nihil dixerit: an enim *Dei gratiam obtinere non potuisset Iobus*, in quem vtique oratio haec reflexa, *neque ad Tribunal Dei absolui*, nisi *interuentu Angeli?* Fac generale. An *nullus paccator*, iratum experiens Numen, *fulmina* eius *euadit*, nisi *interuentu Angeli?* Cape denique *Angelum foederis*, et *Elihuum* omnia vno verbo dixisse, *Iobumque* perpulchre, vt *Excessus* in iustitia sua vrgenda, ita *Officii*, commonuisse, non negabis. Additur IV. *Vnus e mihi mille.* Adfixum in מני eleganter πλεόναζει. Nunquam adhibetur, sine *Emphasi*, vel *Adfectu.* Cl. *Guss.* censet *infinite dilutum*, et *frigidum*; si de *Christo* capiatur, quippe *qui solus*, et *vnicus ex omnibus: cui parem dari repugnet, propter immensam differentiam.* An ignorabat Vir Doctus, esse, qui אלף *mille* de *indefinita multitudine Angelorum* acceperint, cum *excellentia*, et ὑπεροχῇ? Ita certe *Schmid. Mich. Reim.* monentes *vnum* saepe valere *vnicum; primarium; principem:* vt *Dan.* 10, 13. *Michael* אחד *vnus principum primorum:* i. e. *vnicus.* Addiderat *Schmid.* אחד *vnum* significare etiam *solum.* Mihi nil simplicius, quam, *vnus e mille*, pro *excellentissimus*, forma prouerbiali, quae non nimis premenda: vel *vnus prae mille*, i. e. *millenis; innumeris:* prout *Montes mille*, sunt *innumeri*, *Ps.* 50, 10. itemque *Iob.* 9, 3. *Respondere vnum e mille*, valet, *ex innumeris.* Hic pedem figo; sed en aliud, quod nouissimus ille locus mihi suggessit: *Vnum e mille, ad annunciandum Homini rectitudinem suam*, a Deo datus, sacratusque. Innuitur, *Angelum* hunc *dotibus, virtutibus, muneribus*, multis eminere; quorum *vnum e mille* nunc tantum tangatur; quod sit constitutus מליץ־לחניד *Interpres ad annunciandum Homini rectitudinem suam;* vel, *qui annun-*

ciet homini, vt *Cocc.* τὸ ל resoluit. Confer Cl. *Mich.* qui hanc *copulam* quoque indicauit. Non obstat *Accentus;* iuuat potius: mora illa *Emphasin* inferente. *Syr.* et *Arabs* sic formulam sumsere, ܚܕ ܡܢ ܐܠܦ, et واحدة من الف, *vnum*, vel, *semel e mille;* quamuis reliqua eorum nil valeant. Eadem *Ellipsi* forte dictum *Eccl.* 7, 28. *Virum inueni, vnum e mille;* vel, *semel e millenis vicibus:* vel, *in milleſima aliqua ſapientiae particula* etc. Haec ex coniectura; nam vt monui, *vnus prae mille*, vel, *e mille*, nihil habet quod langueat, aut subsidat infra dignitatem. Ad *Officium* V. hic consignatum, *Annunciare* לאדם ישרו, amputo quod duae priores Hypotheses sequuntur. In nostra reperio, 1. *Homini rectitudinem suam*, restricte, pro *illi homini;* quod *Cocceio* ansam dedit, עליו *apud Deum* capiendi. Latius *Schmid.* 2. *Homini non ei solum, de quo sermo, sed omni* etc. At Cl. *Reim.* 3. maluit, *vt pro Homine iustitiam suam annunciet* Angelus ille, apud Deum. Reducit *adf.* in ישרו VI. ad *Angelum foederis;* intelligens 1. *Iustitiam satisfactoriam Christi*, quam et *Schmid.* ac *Mich.* amplexi. *Cocc.* 2. ait, *ambiguum esse, ad* hominemne *redeat, an ad* Deum. *Si ad Deum, posse accipi Rectitudinem, qua Ipse Rectus, in Sanctimonia, in odio peccati, in satisfactione exigenda simul, et procuranda. Si ad hominem, intelligi officium hominis,* i.e. *Fidem, quae vera eius rectitudo.* Vtrumque dein complectitur, per Regulam, *verba significare quicquid possunt.* Nobis *Hominis rectitudo* vnice arridet, quae non alia esse potest, quam *rectum officium*, quod, pro serie hac, potissimum consistit *in agnitione peccati, in resipiscentia, in Fide, in sinceritate reliqua cordis, Dei gratiam in Mediatore amplectentis.* לאדם hac structura tum ad *illum Hominem* sese refert; *tum ad reliquos*, quos *Angelus Interpres* suo *Spiritu* illuminat, et mouet, vt *omnem suam Rectitudinem* sitam autument, in *agnitione peccati*, cum *resipiscentia*, et *Fide in Iustitiam* Mediatoris. Hoc recta *Scopum* ferit; quod *Iobus tantam sibi iustitiam arrogans,* cum Deoque contendens, *ab illa Rectitudine*, et *sinceritate Fidei*, *deflexisse* videretur.

Ibid. Hic verus et Vnicus *Elihui* Scopus sponte se offert, si attendatur ad naturam disputationis, quam aduersus *Iobum* suscepit. Is vltra quam par in *iustitia* sua *praedicanda* euectus, *Deo* ipsi *iniuriae dicam* quodammodo scripserat. Ignorabat *Elihuus*, ante decisionem Dei, quo ex fonte tanta audacia, et animositas, fluxisset. Non immerito credebat, *nimiam* sui *fiduciam*, et *superbiam*, cor *Iobi* corripuisse. Notata criminis magnitudine, ostendit, Deum eos quos seruatos vult, omnibus modis a pessimo illo fermento retrahere, et deterrere. Et *primo* quidem Deus dicitur Mortalem, nimis huc procliuem, *officii* sui *admonere* per *reuelationes nocturnas*, in quibus *Iudicis seueri districtus Gladius* ante oculos proponatur peccatori, vt *deposita* omni *superbia*, et *vana* sui *fiducia*, in solam Dei *Gratiam*, et *Misericordiam*, recumbat; atque inde *remissione criminum impetrata*, *Telum missile maledictionis* euadat. Subnectitur, *deinde*, grauior adhuc, et terribilior,

tudinem suam. *vs.* 24. Et miserebitur eius, et dicet; redime eum, quo minus descendat in foueam; inueni redemtionis

lior, modus, quo hominem sibi ipsi vitiose placentem, et fidentem, in semet ipsum descendere cogat Deus; *immissis* nempe *atrocissimis malis*, et *morbis*, quibus tanquam *ad portas Mortis primae*, et *secundae*, adducatur; pessime peritus, nisi *abiecta* omni *opinione iustitiae propriae*, sese recipiat *ad Aram misericordiae*, *in Foedere gratiae erectam:* atque non *in sua*, sed *in Mediatoris Iustitia*, *coram Tribunali Diuino compareat*. Haec, vt quiuis sentit, non tantum *cardinem* tangunt *quaestionis:* sed et accommodatissima, ad *Iobum* telo conuictionis feriendum. Dices, non disputasse *Iobum* ad *Iustitiam propriam* sibi *vindicandam:* atque etiam *fidei in Goëlem* apertum praebuisse testimonium *Cap.* 19. Respondeo, *nobis id* iam *ex euentu*, et *Diuinitus comprobata* Viri *pietate*, exploratissimum; quod in *iustitia* sua adstruenda, non deseruerit *Fundamentum fidei;* quodque non *absolute*, sed *comparate*, tantam sibi *innocentiam* arrogarit. Alia fuit conditio *Elihui*. Ante sententiam, a Deo promulgatam, nec sciuit, nec scire potuit, quid *Iobus* in sinu conderet; ac propterea non poterat non in istam suspicionem venire, *Iobum* ita disputando non solum *superbiae* sese alligasse; verum etiam *Fidem in solam Dei Gratiam*, et *Mediatoris iustitiam*, minuisse, ac quodammodo abnegasse. Huc collineatum a *Cocc.* *Neque sane erat*, *quod Elihu prius*, *aptiusque*, *Iobo inculcare posset*. *Quamquam enim Iobus fidem in Mediatorem satis luculenter effet professus*, *inprimis cap.* 19. *tamen Doctrinam de* merito *et* satisfactione *Christi ita euidenter non attigerat* etc. Magis sentias vim nostrae illationis, si quae ad *Cap.* 19. commeditati sumus, relegere digneris. [Non nexus solum, qui intercst inter hunc et seq. vs. sed inprimis quoque Orientalium de bonorum et malorum Angelorum officiis theoria, omnino suadent, angelum proprie sic dictum hic agnoscere. *Angelus interpres*, mihi non est talis, qui a Deo ad hominem sit missus, vt illi voluntatem diuinam nuntiet, et officiorum suorum ipsum commonefaciat, sed qui, quasi intercedens inter Deum atque hominem, hominis causam apud Deum agat. Vltima verba, secundum notissimam Hebraeorum construendi rationem, vertenda esse arbitror: *vt indicet* Deo *hominis integritatem*. Confer quae supra Cap. I. et II. de malorum Angelorum agendi ratione, ex theoria Orientalium, prostant. *Vog.*]

vs. 24. Quid fluctuationis ex duabus prioribus *Hypothesibus* hic existat, praetermitto. In nostra hacce reperio biuium. *Cocc. Calov. Reim.* I. potentissimam *Mediatoris intercessionem* exponi censent, *Qui Hominem* illum *Gratia complectatur*, *ac dicat*, ad Deum, *Redime ipsum*, *ne descendat in foueam*, *inueni lytrum*. Apposite confert *Cocc.* ex *Hebr.* 9, 11. αἰώνιαν λύτρωσιν εὑρά-μενος: et omnia magno lumine, ad hunc conspectum, perfundit. Latini post *Gregor.* itemque *Schmid. Mich.* II. *Tum miserebitur eius* Deus, *et dicet* Angelo; *redime eum*, *ne descendat in foueam; inueni satisfactionem*. Libera pro-

tionis pretium. *vſ.* 25. Reuireſcet vegeta caro eius, prae pueritia; redibit ad dies adoleſcentiae ſuae. *vſ.* 26. Suaui odore

inde, per me quidem, optio: quamuis ipſe magis inclinem in poſteriorem adſpectum, qui ſimplicior videtur. Non obſtat *Hebr.* 9, 11. nam vt ſibi *Chriſtus* eleganter dicitur *aeternam redemtionem nactus*, quum *iura eius ſibi comparaſſet, per ſactisfactionem Patri praeſtitam;* ita non minus venuſte hic Deus dicit, *ſe inueniſſe piaculum*, ſiue *pretium redemtionis*, quatenus in *ſatisfactione decreta, promiſſa, praefigurata*, et *certo certius adferenda*, per *Meſſiam*, pleniſſime acquieſcebat. רדת שחת *deſcenſus foueae*, qua amplitudine ponatur, diſcas ex *vſ.* 18. et *vſ.* 22. De פרע iam nihil; quod cum פרה *Originibus* reſeruetur. Vtrumque conſignat *Redemtionem*, vel *liberationem captiui, quae* ſit *ſoluto pretio*, vel et *ſubſtituta anima* loco *animae*, *vita* loco *vitae*. Nunquam aliter ſuo فدا vtuntur *Arabes*. [Reliquis poſterioris membri explicationibus praefero eam, quam exhibuit ill. *Michaelis* in Commentario Verſioni germanicae adiecto. Adfirmat, verba *inueni redemtionis pretium* continere adſertionem Dei, *hominem poenarum pertuliſſe ſatis*, ſe dolores, quos ille ſit perpeſſus, et morbum, quo laborauerit, dignum aeſtimare redemtionis pretium. *Vog.*]

vſ. 25. Graue verbum רטפש; nuſpiam alibi occurrens. LXX. I. vel traditione, vel vi ſententiae, ducti, Ἀπαλυνεῖ αὐτοῦ τὰς σάρκας ὥσπερ νηπίου. *Molles faciet carnes eius, inſtar pueruli.* Quae *vſ.* 24. habent; *renouabit corpus ſicut* ἀλοιφὴν *linimentum in pariete*, ex כפר *Linere, illinere* detorta. Quid *Chald.* II. voluerit, non adeo liquet: in plerisque extat, איתחליש *infirmatur caro eius prae pueri;* ſed in *Regiis* איתקליש *tenera* ſiue *mollis fit* expreſſum. Hoc eum intendiſſe, patet ex adiecto, *prae pueri*, vel *pueritia*. In malam partem *Vulg.* III. *Conſumpta eſt caro eius a ſuppliciis; reuertatur ad dies adoleſcentiae ſuae. Mercerus* IV. a רטב *Viruit, viguit recenti ſucco*, et פרש *creuit*, naſci monet poteſtatem *reuireſcendi, et augeſcendi more plantarum, et germinum.* Nil grandius, pleniusque. Optime *Syrus* ܢܬܚܠܦ נתחלף *denuo ſuccreſcet, immutabitur;* itemque *Arabs* يبتدل. Pulcherrimum *Etymon*, ab omnibus ferme cum plauſu exceptum, magis amplectare, ſi tenueris conſimilem compoſitionem *Arabum* in طرفش טרפש, a טרה طري *Recens fuit*, et פרש فاش *turſit ſucco*, vnde in *Camus dicitur* טרפש *e morbo ſuo, pro conualuit; vſurpatur et in iis qui poſt ſterilitatem pluuia, et vbertate, gaudent.* Si placeat per *transpoſitionem* a רטפש ortum, non refragabor; nam et رطفش olim extitiſſe veriſimile. *Hebraicum* פרש, *turgendi* notionem habuiſſe, infra ad *Cap.* 36. oſtendetur. Clar. *Cocc.* non adeo alienum videtur, vt מנער ſit, *a conquaſſatione;* quod *renouatio* ſatis ex altero Colo intelligi poſſit. Atqui, vt recte monet, eſt eadem ſententia, quae *Pſ.* 103, 5. תתחדש

תחדש כנשר נעוריכי *Renouat se tanquam Aquilae, pueritia tua.* Rite quoque confert 2 *Reg.* 5, 14. *Et rediit caro eius, vt caro parui pueri.* Sentis ergo et hic *prouerbiale* illud, quod decus et pondus grandi dicto adstituit. *Arabes* signate, *pullus dicitur* طرفش טרפש, *quum in nido sese alacrius mouere incipit.* In hac *renouatione vitae corporalis*, simul comprehensum *nouum vigorem vitae spiritualis, series*, et *sublimitas*, harum *disputationum* euincit. Qui superiora non improbant, sponte id agnoscent: quibus ea minus probantur, frustra id approbare conniterer. Rem tetigisse contentus sum.

vs. 26. Egregia descriptio *status reconciliati.* In priori colo non placet quod *Merc.* istud *deprecabitur*, vel *deprecatur*, intelligat, *interim dum conflictatur cum morbo*; quasi exponeretur *modus quo ille misericordiam Dei impetrat.* Rectius plerique vt *fructum* et *effectum reconciliationis* subsumunt, *Deum semper placabilem*, et *propitium fore precanti.* Verbum עתר infert *litationem*, ריח ניחוח *iucundi odoris* velut; cui succinit רצה *acquieuit*, et *fauore* ac *beneuolentia*, quae רצון dicitur, *complexus est.* Redi ad *Cap.* 22, 27. idemque hic agi senties, non sine luce noua conuictionis, ex qua *Iobus* agnoscere posset, quid *Coelum* ei faceret *clausum*, et *Deum* hactenus *implacabilem*: vt quidem opinio *Elihui* ferebat. Alterum colon item distrahitur. Multi, cum *Merc.* 1. *et videbit* Deus *vultum eius cum iubilo*, pro *laetus eum intuebitur.* Alii 2. quibuscum facit *Crinsoz.* ex *Hiph. Et videre ei faciet* Deus *faciem suam cum hilaritate.* Plerique 3. *Et videbit* homo *faciem eius*, Dei, *cum laetitia.* Prius ideo praelatum a *Merc.* quod adhuc conciperet *hominem morbis colluctantem*, in quem *lubilum* non quadrabat. Hinc abire coactus fuit in minus decorum, vt *Deus* dicatur *videre vultum hominis*, quum alibi semper *Homo faciem Dei quaerens, eamque tandem videns*, inducatur. *Clangor* quoque incongrue ad *Deum* refertur, *homini* vnice conueniens, non *oranti in malis*, sed *gratias publicas agenti* ob eorundem depulsionem. *Ineffabile gaudium mentis*, quod *Gloss. Ordin.* dat, non excludo; quando illud in *publicas gratiarum actiones erumpere* gestit. Nempe *videre faciem Dei*, hic non est simpliciter, *sentire apud animum suum Deum propitium*, vt *Cocc.* notat; sed simul adfert *Comparitionem in coetu*, et *Loco*, *vbi Deus publice colitur*, vt *Schmid. Codurc. Cler.* aliique annotarunt. Ne vltima quidem distractioni exemta. Apposite satis *Merc. Et restituet* Deus *homini iustitiam suam, quam ante amiserat, cum ob peccatum adfligeretur, per remissionem peccatorum eum iam iustum habens; imputata ei iustitia Christi.* Non satis intelligo illud *Grot. Emendatum eo loco habebit, quasi nunquam peccasset. Idem ius sanato quod forti. Gregor.* aliique *Latini, gratiam iustificationis* innui, diserte monent. Cum iis stat *Cocc.* obseruans *iustitiam* amplius quid significare quam *remissionem peccatorum*, et complecti *ius haereditatis caelestis.* Intelligit ergo per *iustitiam hominis*, quod *Filius Dei* sit, *et Haeres omnium eius bonorum.* Habes idem quod *Mercero* obuersatum. *Iustitia* illa quam intendit *Elihuus*, non alia esse potest, secundum seriem, et scopum, quam *pax apud*

odore litabit Deo, et propitius erit ei, videbitque faciem eius cum clangore, et reddet homini iustitiam suam. *vs.* 27. Cantabit

Deum, et *accessio*, *liberrima* προσαγωγὴ, *in qua per fidem in Christum statur, et ad thronum gratiae cum iure Filiorum*, et *sancta gloriatione*, *pergitur*: ad *Rom.* 5, 1. 2. Eam *amiserat Iobus*, *amittunt* omnes *pii*, quando incidunt, non *in crucem*, nam et sub illa gloriantur, vigente gratia, *vs* 3. *ibid.* sed in *desertionem spiritualem*, et alias *grauissimas plagas*, quae per *iram* a Deo infligi videntur, et creduntur. De semet ipso sic iudicabat *Iobus*; nedum vt Amici eius aliter iudicarent. Tali ergo *homini reddit* Deus *iustitiam suam*, *amissam* sane, quum ei *gratiam iustificationis*, *cum serenitate conscientiae*, *pace*, *gloriatione in Deo*, etc. *viuidius obsignat*. Caue pulchrum sensum compungas, negando *gratiam iustificationis semel possessam posse amitti*, vel et *a Iobo amissam*. Tum *amittitur* a parte hominis, quum *eius vsu*, *fructuque*, priuatur; et pro *lumine faciei Diuinae horrendas experitur tenebras*. Adisis *Ps.* 51. ibique illud nostro germanascens, *Redde mihi laetitiam salutis tuae* etc. Non obscure interim *Iobus* videtur taxari, quod *tanta audacia ad Tribunal Dei irrumpendo*, *seque iustum tendendo*, parum meminisset, non eam esse *Iustitiam*, quam sibi homo arroget, sed quam Deus ei per Spiritum gratiae obsignet. Apparet insuper, לאנוש non superuacuum; sed *Hominem mortalem*, atque *ex peccato miserum*, iusto in loco locatum, ad *Iobum* coarguendum, quod *Mortalis*, et *peccator*, eo vsque se extulisset, vt *Iustitiam* vel inuito Deo *rapere* velle videretur. Est insertio similis illi, quae *vs.* 23. in לאדם facta; cum simili latitudine.

vs. 27. Priora verba verto: *Et canet super homines: etc. Laetam, publicamque, edet confessionem.* על *super*, pro *Coram*, tritum valde. Id תרועה *clangori vs.* praec. succinit iucunde. *Canere*, hac amplitudine augent omnes Linguae. Obstitit, quominus huc concederetur, forma rarior; quum ישיר potius sit *cantabit*. At שור in *kal* fuisse item *cantauit*, caue dubites. Arguunt eam formam: *Ps.* 71. et 87, 7. et 1 *Sam.* 18, 6. vbi לשור ex *infin kal.* correctione *Masorethica* non egebat. Suspicor huc quoque pertinere *Esai.* 57, 9. *Et cantitas Regi tuo, in oleo; multiplicasque pigmenta tua.* Confer *Ies.* 23, 15. *Meretrix* vtrobique depingitur. Forte profundius quid delitescit in *Origine* thematis שור, non valde feliciter tentata a Cl. *Guss.* in C. L. H. vel et שרר; vnde ישר commodius adhuc descendit. Reliqua *Vulg.* eleganti acumine vertit, *peccaui, et non recepi vt dignus eram.* Ex LXX. qui dant, ἐκ ἄξια ἤτασέ με ὧν ἥμαρτον. Pulcre *Cocc.* expressit *Non aequatum est mihi.* Addit, esse vel *verbum*, vel *nomen faemin.* a שָׁוֶה. Sensus est: Non tuli, quod merueram, *in foueam perditionis amandatus*, sed, contra, *iure Filiorum Dei sum mactatus.* Arridet. Vide interim, an nimis audax sit? *Et* τὸ μηδὲν *aequatum mihi. Ad perditionem* et *interitum iam redactus mihi videbar. Plamissume me periisse credebam.* Graecas formulas εἰς τὸ μηδὲν ἥκειν, et τὸ μηδὲν γενόμενος, reperies

tabit ſuper homines, et dicet, peccaueram, et rectum peruerteram, et Nihil aequatum fuit mihi. *vſ.* 28. Redemit animam

peries ad *Cap.* 4. μηδὲν καὶ οὐδὲν καλεῖσθαι iunxit *Eurip. Ion. vſ.* 594. Satis fauet *vſ.* ſeq. praeſertim ſi obtineat *Chetyb*, quamuis et *Kery* aptari poſſet. In medio relictum velim. Lucidius forte aliquid feret dies.

vſ. 28. Diſtinet interpretes *Kery* et *Chetyb*. In *connexione* item non idem ſciſcunt. *Vulg.* I. incommode, *Liberabit animam ſuam, ne pergeret in interitum: ſed viuens lucem videret:* quaſi ipſe *Homo ſe Liberare* diceretur, *quod liberanti nos Domino conſentiamus*, ait *Gloſſ. Ordin.* LXX. cum *deprecatione* ad *Deum* II. σῶσον ψυχὴν μου. Apparet diuerſitatem Lectionis eſſe vetuſtam. *Rabbini* III. vt ſemper, ita et heic, *Maſoram* ſequuti, nec non *Chald. Redemit*, vel *Redimit*, Deus *animam eius* etc. vt ſit, clauſula ab *Elihuo* ſubnexa. Ea ſic concepta et gratia caret, et neruo; nam *Elihuus* ſuam *concluſionem vſ.* 30. demum hinc ſubſumit. Meliore iudicio plurimi Noſtrorum IV. *Chetyb* praeferentes, *Redemit animam meam* etc. vt ſit *Mimeſis* illius *confeſſionis*, quam *Aeger ab Orci faucibus retractus publice edit.* Vide *Merc. Iun. Piſc. Belg. Cocc. Schmid.* etc. Habes Argumentum *Cantus*, quem *vſ.* praeced. in ישר indicauimus. Hanc *Lectionem* vnice veram, nullus ambigo. Si quis *Maſorethicam* malit, vel ſic aliquid *Mimeſeos* erit ſubdendum, vt erectior fiat ſententia. *Cantabit ſuper homines, et dicet; Peccaui* etc. itemque, quod *Redemit Deus animam eius a tranſeundo in foueam* etc. Ardens ſtylus in *ſubitas perſonae mutationes* pronus. Mihi tamen Textui Marginem praeferre cum incommodo, et diſpendio, ſententiae, religio. Huc ventum non fuiſſet a *Rabbinis*, ſi filum Orationis rite tenuiſſent. Ceterum עבר בשחת *Tranſire in Foueam perditionis* eſt Phraſis ſignatiſſima, cuius ampliſſimum conſpectum ad *vſ.* 18. et 22. reperies. Ei recinit, *vita eius videbit lucem*, eiusque *iucundiſſimis radiis fruetur.* Ad talem ſententiam diſputare, num *Lux vitae aeternae* intendatur, an *vitae praeſentis* quorſum *Merc.* inclinat, eſt materiam ſuam minus intelligere. Eſt, vt recte obſeruat *Schmid. Lux* huius *vitae*, ſed *mactata ſenſu gratiae* Diuinae, *in ſpe gloriae*, et *vitae futurae.* Idem voluit *Cocc.* ſed paulo obſcurius expreſſit, quum ait, *Translationem hanc ab Interitu ad Lucem vitae*, conſiſtere *in animae*, et *corporis*, *aſſertione a morte*, *et gaudiis vitae aeternae quae eſt Corona iuſtitiae.* Nempe *ſpem fidemque* tantae *gratiae*, et *gloriae*, cum *poſſeſſione* ipſa iungit. Haec a Domino ſignantiſſime reddita, et repraeſentata, nobilibus dictis, *Qui in me credit ex morte tranſiit ad vitam:* non *venit in mortem: etiamſi mortuus ſit, viuet.* Non ſolum *habebit*, ſed *habet vitam aeternam.* Spiritus *Fidei* in *Meſſiam*, eundem ſenſum iam tum priſcis illis inſeminauit. Haec *ſemina*, et *ſcintillas* veritatum coeleſtium, in Libro *Iobi*, vel praeteruidere, vel delere, eſt *Animam monimento* huic *pretioſiſſimo* adimere. [Id quod nos quidem non videmus. *Vog.*]

vſ. 29. *Epilogi* initium non omnino expeditum. Multi I. cogitant, ex

animam meam, quo minus tranſierit in foueam: et vita mea lucem adſpicit. *vſ.* 29. Ecce omnia haec facit Deus duabus vici-

ex coll. *vſ.* 14. de *variis modis Diuinae alloquutionis:* videlicet per *Viſiones nocturnas*, per *Morbos*; per *Doctores*, vel *Angelos*. Male ſirmum. Alii II. *duas, tres, vices*, referunt ad *infrequentiam monitionum* et *caſtigationum*, quas Deus vni homini admoueat. *Merc.* III. ad *frequentiam:* q. d. *Aliquoties* Deus *ita cum viro agit; nunc eum deprimens ad ſepulcrum, nunc e ſepulcro attollens.* Conſimiliter *de Pined. Non eſt hoc tam infrequens, vt non ſaepe eueniat.* Numerus certus, pro incerto, ſatis multo. Acute *Cocc.* IV. ſubeſſe ſtatuit *Amolitionem tacitae obiectionis.* Ea haec. *Si homo iſta ratione ſemel adductus eſt ad Fidem, quid attinet eum ſaepius excarnificari: et quomodo conuenit Iuſtificatum excruciari?* Reſpondet *Elihu*, *Deum hoc ſane facere his, terue;* i. e. pluries; *neque tamen id Iuſtificationi officere; quia qua ratione Fides gignitur; eadem optime augetur, et confirmatur: et qua ratione Homo primo incipit purgari, ea optime porro perpurgatur.* Ego vero V. exiſtimarim phraſin hanc redire, vel ad nouiſſima tantum, vel ad omnia, quae praemiſſa; in hunc ſenſum: *Ecce ita bis, ter*, tum *per Adflictiones lethales*, tum per *Viſiones Nocturnas*, *Deus deterrere ſolet*, quos ſeruatos vult, *a ſuperbia.* Non *frequentem* ſentis *numerum*; non etiam *infrequentem;* ſed *naturae monitionum Diuinarum aptiſſimum*, et non *reſtricte nimis*, ac *finite*, non etiam *laxe*, ac *indefinite*, capiendum; ſi *decorum* illud, quod *Elihuus*, retinere velimus. Egregie hoc *Bis, Terue*, ad ſcopum huius diſputationis facit; ſi enim Deus hoc *iterum*, et *tertium* facere ſoleat, cum iis, quos *ab* omni *faece ſuperbiae* quam *expurgatiſſimos* eſſe cupit: quorum tunc officium, non *litigare* cum Deo, ſed *Virgam oſculari;* eo ipſo ſentire poterat *Iobus*, nec alieni quicquam a viis Dei, aut pugnans cum paterno Eius adfectu, ſibi obueniſſe; et officium ad ſe deſertum, qui vbi ſe *humiliare*, et *gratiam in Mediatore oblatam amplecti* debuiſſet, omni *arrogantia* depoſita, contra tantopere ſibi ipſi placuerit, vt *ſuperbius* in Deum *conſurgere*, *Iudicique* ſuo *iniuriae dicam ſcribere* ſuſtinuerit. Nos quidem, *Iobum* et poſſumus, et debemus, hac in parte, excuſare: attamen ne nunc quidem Eum penitus abſoluimus; aut a *ſuperbia* ſpirituali intactum pronunciamus: grauiorem haud dubie ſententiam laturi, ſi tunc temporis praeſentes fuiſſemus. Ergo *Elihuus*, vt *Moderatum*, et *Cordatum* ſimul *Virum*, decebat; nec cum Triumuiris *damnat Iobum*, *vniuerſam* eius *vitam traducens:* nec ſane *eum omni crimini eximit:* ſed ex *praeſentis contentionis impetu* et *audacia* infert; *eius Cor necdum a fermento ſuperbiae fuiſſe perpurgatum;* ac proinde *virgam caſtigatricem* Dei, meritiſſimo iure ipſi admotam, atque etiamnum grauem incumbere. [בְּעָמִים *Vulg.* LXX. *Syr.* et *Arabs* male in forma plur. בְּעָמִים protulerunt. *Vog*]

vſ. 30. Inſigni elegantia ſubſumit nunc *Elihuus*, et ſuum facit, quod *vſ* 28. indiderat *Ori conualeſcentis*, atque ex *Leti faucibus retracti.* In השיב *Reducere*, ad vim peculiarem *Captiui in libertatem vindicati* aten-

vicibus, tribus, cum viro. *vſ.* 30. Vt auertat animam eius a mihi fouea; vt colluſtretur luce viuentium. *vſ.* 31. Purgatam aurem praebe, Iobe, et auſcultа mihi: tace, et ego loquar. *vſ.* 32. Si ſunt ſermones, refuta me; loquere, nam cupio iuſtificare te. *vſ.* 33. Si non ſunt, audi me; tace, et docebo te Sapientiam.

CAPVT

tendendam putem. Loca vbique obuia. Nempe שחת *Fouea* mortis, et perditionis, hic conſideratur vt *Carcer tenebricoſus*, in quem amandantur, qui *in peccatis ſuis moriuntur*; excluſi *luce vitae praeſentis*, et *futurae*. Contrarium, *vt illuſtretur in luce viuentium*: vel, ſi mauis, *vt colluſtretur luce vitae*. Nimis anguſte *Merc. ad literam de* hac vita *intelligitur*. *Sunt qui ad* futuram vitam *referunt*. *Id ſinam* Allegorice *intelligi; poſtquam ad literam de* hac vita *intellexeris*. Praeluſum huic obſeruationi ad *vſ.* 28. Moneo Magnum Commentatorem ibi agere contra *Rambanem*, et *Chaldaeum*, qui directe *aeternam et ſupernam lucem* intendi ſtatuunt; quod alias haec ad *Iobi ſtatum* nihil facerent; qui hic *adflictus aeternae* tamen *lucis particeps* eſſet *futurus*. Si illos tantum refutatos voluit, ſententiam haud dubie abſurdam vltro reiicimus: ſed nimis reſtrictus videtur, quum tam ſollicite *vitam praeſentem ſimpliciter* tenendam cenſet. Nos vt ibi, ita heic, *lucem vitae praeſentis in lucem vitae futurae terminandam*, citra Allegoriam, in ipſa *Litera* contineri, dubio vacuum autumamus; quod *Diſputatio* haec *Elihui* non verſetur circa *Vitae temporalis commoda*, quae etiam ab improbis percipiuntur; ſed circa *ſortem Sanctorum in luce*, *tum gratiae* his in terris, *tum gloriae* in Coelis. Vtramque haud dubie complexus *Pſalm.* 36, 10. non per *Allegoriam*, ſed ex *Literae* ipſius *dignitate*, et *amplitudine*. [Ad hanc ſolum vitam poſterius colon ſpectare, ſi non aliunde, ſatis ſuperque ex priori poteſt cognoſci. *Vog.*]

vſ. 31. *Prima* haec *aggreſſio* ita concluditur, vt *plura* reſtare *dicenda* inſinuetur. *Attende*, proprie *Aurem purgatam praebe*. Ad ea *quae dicta*, inquit *Merc.* Rectius *Cocc.* aliique, ad ea *quae dicturus ſum* porro, vt patet ex colo altero. Nempe *grauiores* adhuc *Conuictiones* meditabatur Actor hic, *Iobum*, vt apparet, *ſatis placidum*, et *docilem*, cernens. Cl. *Schmid* hanc monitionem verſui ſequenti adſtringit, q. d. *Attende; rem tibi dicam notatu dignam*. Quaenam illa? *Concedam tibi ſpatium reſpondendi, ſi ſint tibi ſermones*. Addit Vir doctus, *Non refert, quod ad pauca verba nimis longum ſit Exordium. Nam non multitudo verborum, ſed pondus, obſeruandum*. An ergo tam *notabile*, *Aduerſario ſpatium reſpondendi non negare?* Tenemus potius *ſermones ſecuturos*. Inſtat Vir Doct. *praeparationem ad eos vſ. vlt. fieri*. Recte: ſed et hocce noſtro, *vſ.* 32. prudenter et moderate interſerto.

vſ. 32. Plenus verborum Actor noſter praec. *vſ.* paulo feruidius dixiſſe videbatur, *Aurem purgatam praebe, audi; file; ego loquar*. Id nunc corrigit et temperat, *ſi* interim *verba ſunt*, quae mihi reponere queas, *repone; refuta me; loquere;*

CAPVT XXXIV.

Verſ. 1. Et reſpondit Elihuus, dixitque. *vſ.* 2. Audite Sapientes verba mea; et periti aduertite aures mihi. *vſ.* 3.

quere; nam cupio, cuperem, *oblectarer*, *voluptati mihi foret*, *iuſtificare te.* חפץ infert *inclinationem* cum *iucunditate adfectus*, et *voluptate*, coniunctam. In צדק *Iuſtificare*, *iuſtum facere ſententia ſua*, *abſoluere*, tenendus *vſus iudicialis*, vnde non deflectit *Cocc.* quum ait צדק eſſe *non tantum pietatis*, *ſed et veritatis*, *laudem tribuere.* Reſpicit ad notionem peculiarem Radicis צדק صدق in *Veritate*, quae *rectus* eſt *rigor verborum*, vt *iuſtitia*, *factorum.* Subtiliuſculum. Retineo *Iuſtificationem*, ſiue *Abſolutionem rei accuſati*, et *ſuſpecti.* Ad rem *Merc. Non mihi voluptati eſt*, *vt tuam cauſam iniuſtam oſtendam. Velim eam eſſe iuſtam; nec eſſe in te*, *quod reprehendi poſſit.* Adde, *discupio a te vinci*, *et contra memet ipſum ſententiam ferre.* Nobilem Viri Characterem!

vſ. 33. Mirificam habet vim et gratiam illud אם אין, *ſi non; ſi vacuitas*, nempe *verborum*, ſi *nulla* plane *verba* tibi, *quae* ſane *nulla eſſe poſſunt.* Non eſt *dubitantis*, ſed *aſſeuerantis*, et eo ipſo *fortiſſime conuincentis.* Reliqua plana. In *docebo te Sapientiam*, ineſſe *arrogantiam*, cenſet *de Pined.* Ego *Fiduciam*, ex *optima cauſa natam.* hic cerno, quae nil inſolens ſpiret. Bona obſeruatio *Merc. Hic veriſimile eſt aliquantisper tacuiſſe Elihu*, *vt videret num ſermonem reſumturus eſſet Iobus* etc. *Is nihil reponit*, *velut ſe aliqua ex parte iam conuictum ſentiens. Praeterea quod lenius hunc agere cerneret*, *quam ceteros*, *omnino eum ſibi audiendum credidit etc.*

Verſ. 1. Animoſius *altera* hac *inſtantia* in *Iobum* ſeſe infert diſputator; forte quod ſilentium retinente eo, exiſtimarit Eum quodammodo ſeſe ſentire conuictum *ſuperbiae*, indeque exortae *contumaciae* in Deum. Hanc poſtremam incudem nunc porro tundere coeptat, atque *Iobum* increpat quod diſertis verbis dixerit, *Iudicium ſuum a Deo ablatum. Cum optima cauſa ſe ſuccumbere. Plagas has acerbiſſimas immerenti*, *et innocenti*, *inflictas.* Denique *nil prodeſſe alicui fidele*, *et conſtans*, *religionis ſtudium.* Redi ad Cap. 33, 1. 11. et praeſertim vſ. 12.

vſ. 2. Exordium feruidius, per *Apoſtrophen.* Ad quos? ad *Amicos*, aiunt plurimi. Sed eos hoc titulo inſignitos nunc, haud patitur indignatio *Elihui*, qua *Cap.* 32, 7-9. illos non leuiter tetigit. *Merc.* contentus in genere notaſſe, *Attentionem*, *et beneuolentiam ſimul*, *conciliari dum eos ſapientes appellat* etc. Similiter *Piſc. O vos*, *quotquot adeſtis*, *Viri Sapientes!* Item *Cocc. Conuertit ſe ad Auditores ſuos*, *non vt rudes*, *aut ſtultos*, *temerariis affectibus deditos*, *ſed vt maturi iudicii*, *et multiplicis ſcientiae viros.* Ecquosnam? Tresuiros intendi haud veriſimile. Ergo neceſſe eſt, conſeſſum fuiſſe frequentiorem. Cl. *Schmid.* ad *Abſentes conuerſionem* factam ſtatuit, per *figuram* haud inconcinnam. Collatio tamen *vſ.* 34. et 37. infra euin-

vſ. 3. Nam auris ſermones explorat; et palatum deguſtat ad comedendum. *vſ.* 4. Iudicium emedullabimus nobis; dignoſcemus inter nos, quid bonum. *vſ.* 5. Nam dixit Iobus,

euincere videtur, plures, eosque rerum peritos, Coetui huic interfuiſſe, quamuis, pro *Oeconomia* Libri, nihil ea de re moneatur.

vſ. 3. Pulcherrrimae ſententiae, aliquid prouerbiale redolentes. De iis abunde dictum ad *Cap.* 12, 11. *Piſc.* hic monet in בחן *probare* eſſe *metaph.* ab *Aurificibus.* Id et nos ſupra tetigimus. Improbat *Schmid.* negans verbum hoc *Aurificibus* eſſe proprium; nec *tropo* opus eſſe. Atqui *Origo*, quae eſt *triuit*, *attriuit*, ſub محن conſeruata, vt in *Clav. Dial.* indicatum, illuc manifeſto ducit. *Et* pro *Vt* hic poſitum, ſat venuſtum fundit ſenſum. Non minus tamen elegantem, et forte pleniorem adhuc eundem, habueris, ſi vis *copulatiua* teneatur, et duo conſtituantur membra. Primo, *Auris verba explorans*, ſintne conuenientia rationi, et religioni, quae eſt *auris intellectus purioris*, *ac defaecatioris.* Secundo *palatum deguſtans*, atque explorans, *cibum*, ſitne *aptus eſui*, an *ineptus*, *noxius* etc. Sic *palatum* erit *internum* quoque, et *figuratum;* aeque ac *auris;* et deſignabit *ſanum* ac *ſolidum Iudicium*, quod vt *bonam Doctrinam*, et *veritatem*, *guſtat*, tanquam *cibum*, ita *malam*, ac *cum vanitate coniunctam*, *reſpuit.* Redeatur ad *Cap.* 31, 30. et 33, 2. Figuras a *Iobo Cap.* 12, 11. adhibitas, dextre reponit Aduerſarius; non ſine aculeo. Aliquatenus et hinc colligas, *Conuerſionem vſ.* praec. *ad praeſentes* factam, ad quorum et *Aures*, et *Iudicia*, prouocetur.

vſ. 4. *Praeſentes* potius *compellari*, quam *Abſentes*, et huius inſtantiae tenore concluderem. Quod ad phraſin *Eligamus iudicium nobis*, ſeries dubitare non patitur, quin *Iudicium eligere* valeat *legitimam cognitionem*, *diſcuſſionemque*, *inſtituere praeſentis cauſae*, *adhibita ea veritate*, *et religione*, *quae cordatos*, *et aequos*, *Iudices*, *arbitrosue*, *decet.* Verbum בחר in *Origine* eſt *Emedullare.* Id egregie quadrat in *profundam*, *exactamque*, *Cauſae excuſſionem.* Adfine eſt, *Cap.* 9, 14. *Cognoſcere quid bonum*, item, pro filo orationis, nil aliud, quam *dignoſcere* et *decernere quid verum*, *rectum*, *virtuti*, *religioni*, *pietati*, *conſentaneum.* [*Syrus* et *Arabs* מִשְׁפַּט protuliſſe videntur מִשֹּׁפֵט. *Vog.*]

vſ. 5. Acceditur ad id, quod *diſceptari*, et *emedullari* cupit. Proponuntur iterum *verba Iobi;* atque quid in iis inſit non ſolum *immodeſti*, ſed et *iniuſti*, in Deumque *iniurioſi*, conſiderandum tradit. Dixi ad *Cap.* 32, 2 merito *crudum* nimis, atque adeo *audax*, et *intolerandum*, viſum eſſe *Elihuo*, quod *Iobus* tanta vehementia contendiſſet contra omnes *Aequitatis* et *Iuſtitiae rationes ſe plecti*, et plane *innocentem*, atque *immerentem*, *tantas plagas ſuſtinere.* Vides צדקתי *Iuſtus ſum* hoc adſpectu valere, *Iuſta mihi eſt cauſa.* Habes plane idem quod *Cap.* 32, 1. 2. *Iuſtus in oculis ſuis:* et, *iuſtior eſſe quam Deus:* quatenus tendebat ſe *meliorem* habere *cauſam*, quam Deum; quippe qui *religioſiſſimum* ſui *Cultorem*, *ſupplicio*, *exitioque*, *diriſſimo mactaſſet*, haud ſecus ac *ſceleratum caput*, quod *e terris eraſum*

Iobus, Iustus sum; et Deus abstulit Iudicium meum. *vs.* 6. Super Iudicium meum mentior: Letalis est sagitta mea, sine praesum vellet: idque *citra culpam vlam.* Hoc a *Iobo* teneri, et vrgeri, omni capite in oculos incurrit. In eo *grauem excessum*, cum *optima causa*, etiam nunc notamus omnes. Quid non facere debuit *Elihuus?* qui de eius *Innocentia* tam conuictus nec fuit, nec esse potuit. Addo, nec debuit; nam si Deus id ei forte per Spiritum reuelasset, eo ipso non contra *Iobum*, sed aduersus Amicos, pro *Iobo*, arma sua conuertere coactus fuisset; quod Tragici huius Casus *Oeconomia* haud patitur; in qua omnia magis magisque implicari debent; donec per Deum ipsum insolubiles nodi explicentur. Ex his facile intelligere est, *Elihuum* non potuisse non *Zelo* quodam *Dei corripi*, quando ita palam, et fortiter, *se Iustum esse*, in hac Causa, tenderet Noster. Id tantundem erat, ac si disertis verbis diceret: *Iniuriam sibi a Deo illatam; seque contra ius, et fas, tam atrocibus plagis subiacere.* Et dixit: sed in aestu immanium dolorum: quum iam ad incitas redactus esset iniquissimis Triumuirorum censuris: quumque se liberis saltem querelis aliquid solatii quaesiturum, saepe contestatus esset. Ex hoc turbatiore adfectu prorupit crudissimum dictum *Cap.* 19, 6. *Deus* עותני *me, meumque Ius, peruertit*, nec non *vs.* 7. *Ibid. Clamo violentiam* etc. Expende, quae ibi notata; collato *Cap.* 27, 2. *Deus amouit Iudicium*, i. e. *Ius meum.* Id tanquam *superbum*, ac ferme *blasphemum*, non immerito nunc ab *Elihuo* resumitur, acerrimeque retunditur, ac refutatur. Si in *pectus Iobi*, et *praeclarissimam* eius *conscientiam*, *introspicere* potuisset, aeque ac nos, Virum Sanctissimum excusasset, atque ardenti cum maxime dolori tam *aestuantia verba* assignasset. Nunc non potuit non indignatione grauiore exardescere, atque *Criminationem* nimis feruidam *Iustitiae*, et *aequitatis*, *Diuinae*, feruidius depellere quam *Iobi Virtus*, *pietas*, et *innocentia*, promerebantur. In eo item aliquis *excessus* a parte *Elihui* deprenditur. Eum tamen euitare non potuit iis in circumstantiis, in quibus tunc constitutus erat. Habes causam forte, quare, ad Exitum, nec vituperetur, vt Amici, nec collaudetur. Habes saltem filum, ad quod huius Actoris instantiae multo expeditius euoluentur.

vs. 6. Producuntur duo alia dicta crudissima, quae *Elihuo* bilem concitarant. Grauitas *litis contestatae* exigit, vt על *super*, nunc valeat, quod *Cap.* 10, 7. *Super scire tuum quod non sim reus:* i. e. *Quantumuis me insontem esse probe scias.* Adde *Cap.* 16, 17. Similiter nunc, *Non obstante Iure meo euidenti, mendax sum; causa cado; damnor; ab hominibus* non solum, sed etiam *a Deo ipso.* Est *Excessus defensionis*, quem omnis pagina offert. Redeatur praesertim ad *Cap.* 16, 8. vbi *durissima* hac *phrasi* vsus Noster; *Mendacium mihi* impactum *in me insurgit; et testimonium contra me fert, in faciem.* Id planissume, *Super iudicio meo*, i. e. *Quantumuis liquidum mihi ius,* אכזב *mentior; mendax censeor; falsitatis et iniustitiae reus peragor, etiamsi veritas et iustitia palam a meis stent partibus.* Idem hoc clarius

praeuaricatione. *vſ.* 7. Quis Vir, ſicut Iobus! bibit ſubſannationem vt aquam. *vſ.* 8. Et peregre abit ad ſocietatem cum

rius altero quoque Colo expreſſum: *Deſperata, Letalis, ſagitta mea*, i. e. plaga, *ſine defectione: citra vllam meam culpam.* Reperies audaciſſimum dictum *Cap.* 6, 4. 9. 10. et 16, 17. 18. vbi *paratragoediationem* omnium grauiſſimam indicaui; ad quam nunc ſpeciatim reſpici putem. Confer porro *Cap.* 19, 5. 6. et 23, 6. 7. 14. quae, aliaque complura, merito *Elihuo* indignationem commouerunt, ignaro hactenus, ex *ſenſune?* an ex *Adfectu?* emanaſſent.

vſ. 7. Animoſa, et aſpera increpatio, qua *temeritatis*, et *inſolentiae*, accuſatur *Iobus*, talia dicta funditare auſus. *Sanna* hic infert *contemtum religionis*, et *verba profana cum ludibrio Dei coniuncta.* Ita *Pſ.* 35, 16. et 123, 4. et *Hoſ.* 7, 16. vſurpatum. Notiſſimi hoc ſenſu *deriſores, ſanniones*, לצים, in *Pſalmis* et *Prouerbiis.* Hinc *Bibere ſannam* eſt, vel *ſannionem agere*, et *illudere religioni:* vel *ſannis* talium hominum *oblectari, easque auide combibere.* Ad poſteriorem rationem etiam *ſannam bibit*, qui *ſannionum dicta imitatur*, et *ſua facit.* Huic crimini *Elihuus* affinem non immerito pronunciat *Iobum*, quod de Dei *prouidentia*, et *iudiciis*, talia diſſeruiſſet, quae e *ſchola ſubſannationis*, non *pietatis*, prodire viderentur. Fauet *vſ. ſeq.* eſtque mitius, et modeſtius, quam ſi *ſannionis titulo* directe notetur Noſter, cui *deriſio religionis* ſit, et fuerit, oblectamento. Ceterum circa *interrogationem* per מי obſeruo, eam a plerisque produci ad finem vsque *vſ. ſeq. Quis Vir,*

cum

vt Iobus biberet ſannam etc. *Et ambularet in ſocietate* etc.? His נבר infert *virum clarum, ſapientem* etc. Ea carebit haec demum ſtructura, *Quis Vir vt Iobus? Bibit ſannam, vt aquas. Et ambulat in ſocietatem cum operatoribus vanitatis* etc. Sentis *virum* ſignate poſitum; nec eſſe ſimpliciter, *Quis homo vt Iobus?* ſed, *vbi terrarum talem* Virum *reperiemus*, tam *fortem*, tam *ſtrenuum*, tanta *ſapientia praeditum*, in Iure Dei impugnando, ſuoque ipſius defenſando. Ironiam ſentis, et Aculeum, materiae aptum; nec acrem nimis; vt ad *vſ.* 9. oſtendetur.

vſ. 8. Seriei non ſatis reſpondet, quod Doct. *Tigur.* ad *poenam* deflexerint, *Conſors eſt malorum quae facinoroſis debetur: et verſatur in conditione impiorum.* Omnino ad *culpam* haec ſpectant, concinente Interpretum Choro. Quid nobis circa *voces* commodiſſimum viſum ſit, in verſione paret. ארח pulcherrime locatum, *peregre abiit: profectus eſt.* Innuitur *Iobum* ſic cogitando, et ratiocinando, a *Familia, Domo, Schola*, ſanctorum, *longe abiiſſe*, vt *ſe ſociaret turbae profanae.* Succinit חברה *ſocietas viantium. Sodalitium.* Ex ambiguo: quatenus חברים *ſocii* ſunt *ſectam ſequentes:* ſpeciatim in malum; vt *ſodales: Eſai.* 1, 23. *ſodales furum. Prov.* 28, 24. *Hoſ.* 6, 9. Reperias etiam חבר in *armis ſociatis;* quam vocant *Ligam.* Ita *Operatores vanitatis*, qui *terunt*, et *frequentant*, *viam profanitatis*, concipiuntur vt *ſodalitium*, quod *ſenſus, animos, vires, ſociat.* In ver-

cum Operatoribus vanitatis: et ad ambulandum cum hominibus improbis. *vſ.* 9. Nam dixit, vtilitatem non capiet Vir, quum iucundabitur cum Deo eſſe. *vſ.* 10. Ergo Viri cordati

verbo לכח a הלך *iuit, proceſſit*, agnoſcas facile *familiaritatem*, et *conſenſionem publicam*. פעלי און *Operatores vanitatis*, et *viri improbitatis*, pro filo, nunc ſunt *profani contemtores Religionis*, qui *Dei vias criminantur*, vel et *prosidentiam* eius *clam*, *palamue*, *oppugnant*. Ex his ſponte apparet, quid de *Elihui Accuſatione* ſit ſtatuendum. Nimirum *Elihuum* non omnino conuictum fuiſſe de *Iobi* vel *Iuſtitia*, vel *Fide*: quamuis mitius de eo ſenſerit, atque Tresuiri: ac propterea non potuiſſe eum aliter de *Iobi* dictis crudiſſimis iudicare, quam iudicauit: eas nempe aliquid *profani*, ac *blaſphemi*, prae ſe ferre, quod cum *vero ſenſu pietatis*, ac *Religionis*, vix ac ne vix quidem conciliari queat. Hoc ipſum ſignantiſſime phraſibus electis inſinuatum.

vſ. 9. Grauius adhuc eandem incudem tundit. Verba ſatis plana. רצת eſt *gratum habere*, vt *gratum* et *iucundum accipere*, *amplecti*, *ſequi*. Proprietas in *adhaerendo*. Hinc רצה עם אל eſt *ſe totum dedere Deo*, *Religioni*, *virtuti*; cum *voluntate*, et *affectione intima*, erga *cultum Eius*. Pulcra oppoſitio inter *Adhaereſcere Deo*, *cum* ἐυδοκίᾳ; et inter *Abire in ſodalitium*, et *ſectam*, *cum profanis*. Ceterum iure meritoque adfirmare me exiſtimo, *Elihuum* reuera ignoraſſe, et ignorare debuiſſe, qualis *intus coram Deo* eſſet *Iobus*: ac propterea *moderate* aeque, ac *cordate*, ei ante oculos propoſuiſſe, talia dicta pugnare cum fundamento *Religionis*, ac *Fidei*: atque cum *pietate*, et *iuſtitia* illa, quam ſibi adſciſcebat, vix poſſe conſtare. Agnoſcimus ergo *Elihuum bonum Diſputatorem*, non *immediate* quidem a Sp. S. impulſum, ſed *mediate*, id eſt ad lucem veritatis, et Doctrinae ſanae, cum pio Zelo, et adfectu: ita tamen vt *nonnulla ignorauerit*, et *ad rem diſputando*, *rem ipſam* nihilominus *tangere non valuerit*: nedum Quaeſtionem intricatiſſimam finire.

vſ. 10. Expoſitis iis, vel *verbis diſertis*, vel *iuſtis conſequentiis*, quae *Iobi cauſam* et *Actiones* grauabant; ad refutationem tam *crudarum theſium* propius acceditur. Incipitur appoſitiſſime a *reiectione earundem* per ſolenne illud, *procul abſit*, cuius vſus in *abſurdis*; ac *blaſphemis*. Tranſitio fit per לכן *idcirco*: vel, *At vero*. Compellantur iterum *Viri corde praediti*; velut *auerſo ſermone a Iobo*, *ob indignitatem*, et *atrocitatem*. Ita non male *Merc.* ſed probare nequeo, quod addat, *et ad Socios eius conuerſo*, *quos vt Iudices appellat*. Cur improbemus, dedi ad *vſ.* 2. Adde *Cap.* 35, 4. Ad *Abſentes* ſermonem dirigi, non eſt veriſimile. Relinquitur, vt *praeſentes* fuiſſe ſtatuamus et alios, quibus *honor* hicce *haberi* potuerit. Ad formulam חלילה aſſentior Cl. *Schmidio*, eius *Emphaſin* non ſatis exprimi per, *Abſit a Deo impietas*. Subſtituit, *Eſt*, vel, *eſto*, *abominatio Deo ab improbitate*. Eodem tendit *Merc. Abſit Deo ab impietate*. Id ſatis neceſſum

cordati auſcultate mihi: longiſſime Deo ab improbitate, et omnipotenti ab iniquitate. *vſ.* 11. Namque opus hominis retri-

uoſum: eſtque illud *imperium*, non praeſcribentis, quid Deo faciendum: ſed quid nobis de numine ſanctiſſimo ſtatuendum. Poſſes et ſic: *Abſit Deo*, i. e. *ne fas* quidem *eſto* de Sanctiſſimo Numine tale quid cogitare, necdum pronunciare. Sic לאל non redibit *ad Deum* directe, ſed ad noſtras *de Deo cogitationes*, et *ſermones*. Res eodem redit. חלילה *profanum:* mox *nefarium*, et *abominandum*. Hinc חלילה לו מ׳, cum *He parag. ſuperlatiuo*, *Maxime profanum ei ab ea re:* i. e. *a re iſta, vt plane ſceleſta, et execrabili, abhorret*. Vides quare מן adſit, et ל abeſſe non poſſit, niſi per *Ellipſin*, vt in לשדי pro שדי heic loci. רשע et עול tendunt ad *violationem iuris* et *iuſtitiae;* et prius quidem ex *importunitate*, vel *ſaeuitia tyrannica:* vnde רשעים *improbi*, ſignate, pro *Tyrannis:* poſterius ex *Proſopolepſia*, et *praepoſtero ſtudio*, quam vocamus *iniquitatem*, ab Origine verbi עול in *lancis inclinatione*. Vtrumque *Iuſtiſſimo Numini* adfricuiſſe videri poterat *Iobus*, quum *Iudicium ſuum a Deo ablatum* contenderet; ſeque, *eo inſuper habito*, *immeritas*, quin *iniuſtas*, *plagas pati* conquereretur.

vſ. 11. Illuſtres ſententiae. Non diſputo, meliusne *ſed*, an *Nam*, vel *Quoniam*, ſubſumas pro nexu: talia enim ferme pendent a modo cogitandi; in quo ſuum cuique relinquendum. Vtrumque habet quo ſe commendet. Quicquid eligas addas velim, *ſane*, vt fiat, vel, *Nam ſane*, vel, *ſed ſane;* ex proprietate ὡς μοι, alibi indicata. In phraſibus nil obſcuri: ſed vis, et ratio, argumenti non vsque quaque clara. Quaeſtio erat, an *in Deum caderet iniuſtitia*, quam *Iobus* Numini iuſtiſſimo obiecta ſſe videbatur. Specialius adhuc controuerſiae cardo haecce erat, *an Iobus in praeſenti ſeculo immeritas, iniuſtasque, patereturplagas*. Adfirmabat conſtantiſſime, et animoſiſſime, Noſter: *Elihuus* Zelo pro cauſa Dei correptus (necdum dico abreptus) negat. Huc totam aciem diſputationis huius directam, in oculos incurrit. Huc quoque hae ipſae ſententiae palam feruntur. Sed en difficultatem, in quam implicamur. Si hoc intendit *Elihuus*, iam ſuccenturiatus accedet Triumuiris; et in *Iobum* tela contorquebit, toties ab eo fortiſſime retuſa: *malis in hac vita ſemper mala, bonis bona obuenire*. Hoc *Latinis Interpr.* anſam praebuit *Elihuum* damnandi. Praeſertim *Codurc.* in eum, nec non in Tresuiros, acerbius hic inuehitur, omnes appellans *Fungos, quos tamen imperitum vulgus cenſeat Theologos, et Sapientes, propter neſcio quas verborum et ſententiarum ampullas*. Parce! precor, parce! Non conſciſcit *Elihuus* Sociis, quos ſe ex parte ſaltem refutare profitetur *Cap.* 35, 4. ſed vincere nititur, nec *Iobum*, nec quemquam mortalem *iniuſte plecti;* et omnes *plagas*, qua *plagas Dei irati*, habere cauſam iuſtiſſimam; etiam *in ſeculo praeſenti*. Vt *ſtatus controuerſiae* ex oculis non amittatur, neque *plagae hae* confundantur cum *cruce piis* a Deo *impoſita*, ad Fidei, virtutis, patientiae,

retribuet ei, et secundum viam viri inuenire faciet eum. *vs.* 12. Etiam profecto Deus non improbe aget, nec omnipotens

quin et gaudii spiritualis, profectum; etiam atque etiam tenendum, *Iobum* vi doloris immanis ablatum, ita de suis *plagis* disputasse, ac si ei ex *ira*, et *odio*, *Dei*, essent inflicta. Hoc falsum erat. Velut certum tamen, et verum, vbique id vrget: atque ob id ipsum, vel maxime, in tam dura dicta eum protupisse vidimus. Quid iam *Elihuus?* negaretne has *plagas* ab *irato Numine profectas?* Imprudenter negasset. Nesciebat. Reuelatae necdum erant verae causae tantarum adflictionum, in Caput innocentissimum emissarum, ad *Coronam virtutis*, et *Religionis*, *immotae* ei circumponendam. Ergo non licuit *Elihuo* aliter cum Nostro congredi, quam ad propriam ipsius *Hypothesin*. Non damnat eum *improbitatis*, et *Hypocriseos*, quod Amici temere fecerant. Cupit eum *Iustum* reperire, et absoluere. Sed tamen de *probitate* eius non plenissime est conuictus: ob *occulta*, et *lubrica*, *cordis;* ad cuius intimos recessus penetrare haud poterat. Persuasus etiam fuisse videtur, et sane omnia id credere suadebant, *plagas* hasce *Iobo esse impositas* a iusto Vindice criminis alicuius abditi, exempli gratia *superbiae spiritualis*, et *nimiae securitatis*, ac *fiduciae*, ob res florentissimas, quibus Familia eius fuerat cumulata. Nil profecto, quod non vel nosmet ipsi suspicati essemus, si *Iobum subitis illis altae Domus ruinis sepultum* vidissemus: quodque non cadat vel in vere probos, necdum tamen a fermento peccati perpurgatos. Recolas velim, quae ad *Caput praeced.* ex hoc fonte producta. Ad illam ergo *Elihi* expostulationem, sane crudissimam, *se immerita Dei ira*, *quin odio*, *miserrime periisse*, non immerito nunc respondet *Elihuus*, *neminem immerita Dei ira perire*, sed *homini suum ipsius opus rependi;* ac iustissimum Iudicem *quemque facere inuenire*, *id quod studuit* et *quaesiuit*. שלם *retribuere;* et המציא *inuenire facere*, haud dubie *iudicialem vsum* nunc exerunt; praesertim in *malum*, et *poenam*, quamuis *bonum*, et *praemia* lege oppositionis, sponte includantur. Instas, ne sic quidem nodum resolutum: *si* enim *cuique suum opus rependatur; et sua via in caput redeat*, statuendum, *malis semper mala*, *bonis bona euenire:* et quidem, *in seculo praesenti*. Respondeo, in hanc *Quaestionem* non descendi ab *Elihuo*, nisi ex parte: eiusque sententiam, quam nemo suam facere recusabit, ferre; non *esse* ea *mala*, quae videntur: itemque *non* esse *bona*, quae pro talibus appetuntur, et inuidentur: ac proinde nec in aduersis, si forte, rebus piorum; nec in prosperis impiorum, *Iustitiam Dei carpi*, atque *obtrectari*, debere. Plura non addo, quod *Elihuus* ipse mentem suam deinceps sit declaraturus. [יְמַצְּאֶנּוּ *Gr. Alex. Syr.* et *Arabs* protulerunt יְמַצְּאֵנִי. *Vog.*]

vs. 12. Non esse nouam *Thesin*, sed *Rhetoricam amplificationem* praecedentis, recte monuit Clar. *Schmid.* In verbo ירשיע leuis dissensus. Plurimi I. transitiue, *Etiam profecto Deus non damnat*, vel *damnabit*, quemquam. II. *Mercerus*, intransitiue reddidit, *Etiam sane Deus non agit improbe.* Sic הרשיע 2 *Chron.* 20, 35. et 22, 3. et

notan-

potens peruertet Iudicium. *vſ.* 13. Quis iniunxit ei regimen, in terram? et quis poſuit orbem vniuerſum? *vſ.* 14. Si

notanter *Dan.* 12, 10. הרשיעו רשעים *improbe agunt improbi.* Huc conceſſum a Doct. *Belg. Schmid. Reim.* etc. *Druſio* et *Codurco* eodem inclinantibus. Indubitatum ex *vſ.* 10. Nobis hae *Theſes* hinc, luce manifeſtiores, ſeſe offerunt; eſſe abſurdum, repugnans, blaſphemum cogitatu, *Deum improbe agere*, id eſt, *ex libidine dominari*, citra vllam *rationem iuris* ac *iuſtitiae:* ac proinde, nec velle, nec adeo poſſe, *Iudicium peruertere*, i. e. *inſontem pro ſonte punire;* et *amore* dignum, *odio proſequi.* Haec *Iobus* apertiſſime tetenderat, et refutari merebantur.

vſ. 13. Voculam עליו alii ad *iudicium* משפט, alii ad Deum, alii ad hominem referunt. Commodiſſimum videtur vt ad *Hominem* redeat, qui *vſ.* 11. nominatus: et *vſ* 12. ſubauditus; quique *vſ.* 14. iterum in אליו *ad eum*, haud dubie intentus. Non diſplicet omnino *Schmidii, Quis viſitat ſuper eum in terram vsque?* Pro *omnibus eum bonis e Coelo cumulat.* Magis tamen arridet, *Quis iniunxit ei* homini *terram? Quis eum terrae praefectum* veluti *conſtituit? Quis terram ei habitandam, quin poſſidendam, permiſit?* Ita פקד על pro *iniungere alicui prouinciam, mandare munus:* 2 *Chron.* 36, 23 et *Eſr.* 1, 2. *Num.* 4, 27. Nec aliter *Iob.* 36, 23 de quo infra. Habes eundem *magni beneficii* conſpectum; cum acceſſione lucis, et gratiae, qua *Homo* conſideratur *Terrae*, tanquam *prouinciae*, diuinitus praefectus, vt ibi omnibus *bonis rebus* affluat, ſi *Iuſto Domino* debitam praeſtet obedientiam. Poſſet, non inuenuſte, *in terram* reddi, vt ſit, *Quis praefecturam ei impoſuit, in terram?* Vel *Quis iniunxit ei*, vt eſſet *in terram?* Formulam obtinuiſſe putem, viuente Lingua, qua dictum fuit, verbi gratia, פקד עליו *Iniunxit ei, in Syriam, in Aegyptum*, pro *praefecturam regionis ei tradidit. Iuſſit ſupremus Rex eum illuc praefectum ire.* Reſpondet poſterius, *Et Quis poſuit Habitabilem vniuerſam?* Non negem, repeti poſſe עליו, *Quis poſuit* ſuper eum, *quis impoſuit vniuerſum orbem?* vt vtrumque membrum idem fere ſonet. Vberius tamen erit, ſi ad *creationem* reducatur: *Et Quis orbem vniuerſum poſuit: diſpoſuit; quum non eſſet, exſtare iuſſit, immotisque impoſuit fundamentis?* Habes totidem argumenta, vt *Maieſtatis*, ita *Bonitatis*, *immenſae*, quibus efficiatur, repugnans eſſe, et planiſſume abſurdum, vt *Iudicium cuiusquam*, ipſum colentis, *euertatur.*

vſ. 14. Phraſis השים לב אל *adponere cor ſuum ad*, inprimis rite enucleanda; quod inde tota vis illationis pendeat. Omnino hic tenenda ea poteſtas, quam ad *Cap.* 1, 8. indicaui, in *impetu hoſtili, quo aliquem perditum, euerſumque, cupimus.* Planiſſume ſic 2 *Sam.* 18, 3. Hunc locum ſi conferas cum *Iob.* 1, 8 et 2, 3 non dubitabis, quin *tendere cor ſuum ad aliquem*, valere queat, *animo hoſtili eum inuadere.* Hoc vel *iuſte* fit, vel *iniuſte:* poſterius iisdem in locis obtinet, vbi *odium* quoque ſubeſſe innuimus. Iam, in contentionibus

Si poneret ad illum cor suum, spiritum eius, et animam eius ad se colligeret. *vs.* 15. Expiraret omnis caro pariter; et homo super puluerem rediret. *vs.* 16. Quod si! intel-

feruidissimis, crebro exciderat *Iobo*, se *hostili odio infestari* a Deo, citra culpam. Eadem phrasi fere hoc expressum *Cap.* 7, 16. 20. Inprimis conferri debet *Cap.* 23, 6. Haec durissime dicta retundens *Elihuus*, solidissime infert, *si* Deus *cor suum tenderet contra hominem*, eumque *citra respectum iuris*, aut *iustitiae*, ex *mero odio* perditum cuperet; tum *Spiritum eius*, et *Flatum eius ad se recolligeret.* etc. Intra hos fines argumentum versari, patet ex *vs* 12. Duplex *Thesis*, ita videtur adstrui, atque adstringi porro, ex *vs.* 13. ansa sumta: *si in Deum caderet talis hostilitas iniusta, impotensque, qua creaturam suam, vel immerentem, perditam cuperet, tum spiritum eius, flatumque, ad se retraheret: omnisque caro simul expiraret.* Hoc est, *tum orbem terrarum, genusque humanum, non bonitatis immensae innumeris indiciis, pignoribusque, cumularet* Deus, *sed omnia ad Chaos suum, atque adeo Nihilum, vnde extracta, relabi sineret.* Vides de *vita animali generis humani* quidem locum hunc sic satis belle posse capi: sed vim argumenti vltro tendere ad *destructionem* totius *naturae*, et *redactionem in Nihilum.* De eo id quisque decernat, quod ad neruum illationis requiri iudicabit. Restat moneam, *subtilius*, quam *commodius*, esse, vt *adfixa* in רוחו et נשמתו ad *Deum* referantur. Cernas ex *de Pined.* cui etiam hoc arrisit; vt ista ansa *Deum* hic induceret *Respirantem*, et *inspirantem* omnibus *halitum vitae.* Tu notes velim discrimen inter רוחם et רוחו *Ps.* 104, 29. 30.

vs. 15. Verbulo defungi licebit. *Omnis caro simul expirans*, infert *destructionem vniuersae naturae; qua fractus velut orbis illabatur, vt quicquid viuit, perpetuis ruinis simul, semelque, sepeliatur.* Posterius, *Homo super puluerem rediret:* non simpliciter nunc *mortem* offert, vt *Gen.* 3, 19. et *Eccl.* 12, 7. Ista *Lex* in omnes *sancita* iustissime, nil facit ad praesentem locum; vbi requiritur ad minimum ea *redactio in puluerem quae omnes homines simul deleat, et resoluat illuc, vnde cum primo parente censentur protracti.* Sic ad *abolitionem generis humani* iterum redimus; atque illam *Spiritus, flatusque vitalis*, ademtionem, quae *animam* simul et *corpus* in totum extingueret. Cardines argumentationis inuictae hi sunt. *Qui ex infinita bonitate Hominem ex Nihilo*, vel *puluere, extraxit, eundenque, ne illuc relabatur, eadem bonitate in vita sustinet, is non potest hostili odio infestare Creaturam sui Creatoris amantem* et *officii retinentem.* Hoc tetenderat *Iobus:* validissime refellit *Elihuus.* Ne vero vel minimum *ratiocinio* huic *Apodictico* addidisse videar, simplicius adhuc, breuiusque, concludam cum *Elihuo*, *Contradictorium esse, vt quem Creatorem, et sustentatorem, vniuersi, agnoscimus, Eum creaturam innocentissimam hostili odio vexare, et adfligere, posse, aut velle, statuamus.* Statuerat, vrserat salten, *Iobus: Elihuus* id a fundmentis conuellit.

vs. 16.

intellige, audi hoc: aures adhibe voci verborum meorum. *vſ.* 17. An naſum oſor iudicii frenabit? et num Iuſtum praepotentem condemnabis? *vſ.* 18. Num dicere Regi? Nequam!

vſ. 16. Inſertio *fiduciae* plena, argumenti propoſiti robur ſentiri iubens; atque increpationi mox ſubſumendae imminens. *Quod ſi!* (nempe *res ita ſe habet*, vt *certiſſime habet*) *intellige* iam, *audi hoc: aures adhibe ad vocem verborum meorum.* Orationem a *Iobo* auerſam ante *vſ.* 2. et 10. denuo ad Eum conuertit, cum magna Fiducia cauſae victricis, et meditatur *Increpationem* appoſitiſſimam, quae vlteriori conuictioni ſit datura viam, et curſum. Si cui in בינה *form. infin.* magis placebit, citra torſionem ita accipiat licet, *Quod ſi intelligere*, adeſt Tibi, vt ſane adeſt, *Audi hoc:* etc.

vſ. 17. Concipio ex *poſteriori* colo, in quo *increpatio aperta* ineſt, in *priori* etiam, *taxationem* in 3. *perſ.* enunciatam, *An Naſum Oſor iuſtitiae alligabit? et num Iuſtum praepotentem condemnabis, Improbum pronunciabis?* Appoſita formula חבש אף *Ligauit, frenauit Naſum*, pro *iram, impetum iratum compreſſit.* Ita *Eſai.* 48, 9. חטם אף *Refrenauit naſum*, vt خطم. Poſſes *Faſtum*, vel *ſuperbos ſpiritus, addere*, quos item ſub *Naſo* figurari, alibi oſtenſum. Iubetur ergo *ferocem* illum *impetum refrenare* Noſter, quo aduerſus Deum diſputando, *modeſtiae* non ſolum, ſed et *rationis*, ac *religionis*, fines, ſupergreſſus fuerat. Hoc indirecte prolatum, ad *Iobum* mox dirigitur, adiecto, *Rogo num te deceat Iuſtum potentem improbitatis reum facere?* Licet *Deum* intelligas: licet et *Hominem;* vnde, *a minori ad maius* inferatur; *Qui non ſuſtineres Dominatorem Iuſtum*, de cuius aequitate, et iuſtitia, planiſſume eſſes perſuaſus, *calumniari, aut improbitatis damnare* in aliqua cauſa, quae ſpeciem quandam, ſi forte, haberet iniuſtitiae; *ecquid Deo dicam impinges, quia rationem tibi non reddit ſuorum Iudiciorum?* Nil nimium habet, *Oſor Iudicii*, quo *Iobus* pungatur, ob contumaciam, qua *Iudiciis Dei* in ſe erat *oblocutus.* Vide *vſ.* 5. Vlterius extendi, par haud foret.

vſ. 18. *Vulg. Qui dicit Regi, Apoſtata: qui vocat Duces, impios.* Pro הָאֹמֵר legit הָאֹמֵר *Dicens;* ad *Deumque*, quem *vſ. praec. Iuſtum* vocatum cenſuit, refert. Eodem modo *Graec. Alex.* ὁ ἀμὴρ protulit. Concinnius *Merc. Num dicere* par eſt *Regi, O Belial! Impie! ad principes? Si Regi terreno talia dicere indecorum, quanto magis Regi Regum.* In hanc ſententiam *Caluin. Conc.* CXXXI. preſſius adhuc, *ſi habeas Dominum, qui imperet tibi, ſic eum timebis, vt non audeas ei conuicium dicere: quanta ergo inſania Deo obmurmurare. Et Rex quidem quantumuis maieſtate praeditus, improbus eſſe poterit: nihilominus tamen eius nomini et famae parcendum* etc. Addit, *vt melius* h. l. *intelligamus, quantumuis principes non ſint tales, quales eſſe debeant, Deum nihilominus velle ipſos honorari: quod ipſis notam ſuam impreſſerit* etc. Huc concedunt plerique: ad *vſ.*

quam! Improbe! ad Principes munificos? *vſ.* 19. Ei qui non accipit vultum principum; neque agnoſcit liberalem prae

ſeq. ſupplentes, *Quanto minus talia dicenda. Illi* ſcil. *Qui non accipit cuiuspiam perſonam* etc. Omnino tenenda haec illatio *a minori ad maius*, cum hac acceſſiuncula, vt מלך *Rex*, non ſit quiuis id nominis gerens, ſed *Nomen* et *Omen Regium* bene implens, *Rex Iuſtus*, et *aequus;* qui ſi forte aliquid *grauius ſtatuere* videatur, non continuo malignis ſuſpicionibus, nedum conuiciis, petendus: ſed *ſuas rationes* habuiſſe cenſendus; etiamſi nobis eae incompertae. *Iuſti* titulum reſumere iubet *vſ. praec.* vbi צדיק כביר melius ad *Hominem*, quam ad *Deum*, referri vidimus. Ille *Iuſtus potens* nunc ſignate *Rex* ſalutatur. Poſſem dicere *Elihuo Regem* non eſſe, qui non idem *Iuſtus:* ſed eſſet argutiuſculum. In נדיבים *Munifici*, et *Sancti*, ſimul, vim per ſe contineri, citra argutiam dixerim. Sic firmiſſimum naſcitur argumentum. *An dicere?* pro *An diceres vnquam*, *Regi*, *aut principi munifico*, de cuius virtute, et iuſtitia, nullum dubium? *O Belial! et Improbe!* etiamſi rationem iudiciorum eius in hac, vel illa cauſa, non peruideres? Dices forte, argumentum ex ſententia *Calv.* propoſitum, quod etiam *Tyrannos* includebat, fortius adhuc ſtringere. Fieri poteſt, vt fallar; mihi hocce poſtremum magis ſecat, et decidit: nam alterum illud non *abſolute* valet; et magis *ciuilem* ſpectat *reuerentiam*, *vnctis capitibus deferendam:* at *Elihuus* non *verborum honores* reſpicit, ſed *ſenſus interiores animi*, cum *veritate* coniunctos. Cl. *Cler.* האמר *An dicere!* a vitioſa manu manaſſe cenſens, quum antea fuiſſet התאמר, vel תאמר, *He interr.* omiſſo, *An dices?* videtur ornamenta Oratoria, quae *in Graecis*, et *Latinis*, admiramur, *Hebraeis* inuidere.

vſ. 19. Placet, quod omnium fere calculus fert, אף כי vel אף hic eſſe inſerendum, *Quanto minus ei*, *Qui non acceptat perſonam principis* etc. Ellipſis illa, in hac quidem ſede, nihil habet duri. Exemplum eiusdem annotauit Doct. *Nold.* ex *Prov.* 17, 26. *Multare iuſtum non bonum*, quanto minus *percutere* נדיבים *principes munificos propter rectum.* Forte tamen alia ibi ſtructura. Hic ea tam euidens, tamque neceſſaria, vt nec cateri queat, nec fugere quemquam, qui ſibi *Elihuum* repraeſentet, vt *adfectu*, ita *geſtu*, decente, haec proferentem. Nempe oculis, manuque, *Regem Coelorum* haud dubie demonſtrauit, non ſine ſacro quodam horrore; qui ipſum coëgit voculas אף כי *Quanto minus* intercipere; ne vel per copulam iſtam *Sacroſancta Maieſtas* quodammodo minueretur. Prima fronte credetur ſubtilius; ſed quam magis meditabere, tam magis ſenties, illud *ſubitum*, atque *abruptum*, mirifice hic decere; ad *infinitam* illam *diſtantiam*, qua Sacroſanctum Numen a tali macula ſeiunctum eſt, inculcandam. Vocibus nihil curae impertio. Vnum praeterire nequeo, verbum נכר ex *Pih.* a plerisque, quos ſequimur, expreſſum; a nonnullis datum ex *Niph. Et non agnoſcitur Dives prae paupere.* At

Cl.

prae tenui: quia Opus manuum eius vniuersi illi. *vs.* 20. Momento morientur; et dimidio noctis concutientur populus, et transibunt: et remouebunt potentem non manu. *vs.* 21.

Cl. *Guss.* mauult, *Et non ignoratur Dives prae paupere.* Nempe aeque vetitum *pauperem Diuiti praeferre* in iudicio: *quam Diuitem pauperi. Lev.* 19, 15. Quidni ergo et hic? rogat Vir Doctus. Quia *Scopus* iam aliud exigit.

Ibid. Indicandum consilium *Elihui* in hoc *Charactere* Dei enotando. *Vs. praec.* negauerat *Elihu*, fas esse vt bono *Regi*, aut *Principi*, de cuius *Iustitia* constat, vel minimum detrahamus, si forte aliquid grauius in aliquem constituerit. Subnectit iam, *multo minus fas esse*, vt *Deum iura minuisse*, aut *violasse*, suspicemur, quippe qui iudicet sine vlla *Prosolepsia* etc. Hoc *Reges* vel *Iustissimi* facere nequeunt; quippe quibus saepe *externa* quaedam *species* officit, vel inuitis ipsis, quominus *Iustitiam* illam *rigidissimam* semper praestare queant. Coguntur videlicet nonnunquam *faciem Principum respicere, purpuratos* suos *reuereri; personam Diuitis agnoscere, prae paupere:* non ex *iniustitia*, sed ex *imbecillitate*, aliisque causis. In Deum nil tale cadit. *Omnes* sunt *opus manuum eius. Rex*, et *Seruus*, eodem apud Deum gradu. Ergo vt repugnans, ita grande Nefas, illum *Iudicem* vel *in suspicionem* vocare *Iuris sepositi*, aut *subuersi;* nedum aperte accusare.

vs. 20. Intricatus locus; cuius verba quidem non obscura: sed obscurum valde, quid velint, et quo tendant, pro hac serie. Cl *Schmid.* omnino ad seriem. *Declaratur, et exponitur id quod modo dictum fuit, Deum non acceptare Personam Diuitis prae paupere: quippe qui e contrario Diuites ob oppressionem pauperum grauissime puniat, tum vniuersos populos, tum singulos. Vtrumque in nostro versu.* Priora ad *totum populum, oppressorem* pauperum; posteriora ad *Tyrannicum potentem* referuntur; quos *Deus remoueat sine manu* i. e. *solo flatu, et tam facile, vt ne manum quidem moueat.* Istam connexionem I. si sequerer, nonnulla leuiter immutarem, et pressius applicarem: vt *Elihu* progrediatur ad *Exempla seuera Iustitiae Diuinae, in theatro orbis edita; per quae in omnium oculos defixum dederit* Deus, *Personarum acceptionem nullum locum habere apud Eum, qui omnes ex eodem finxit luto.* Cogites hic licet *terrae motus, tempestates, eluuiones, subitas vrbium, domuumue, ruinas, ac subuersiones,* quibus saepe vel *Gens* aliqua, vel *Familia*, nimis altos gerens spiritus, oppressa. Ad hanc faciem, 1. *momento moriuntur* designabit *mortem* θανάτου, *Diuinitus inflictam ad terrorem publicum*, in qua *Iusti Iudicis vindicta videri, ac palpari*, queat. Sequens, *Et dimidiare noctis, ad mediam noctem, concutiuntur populus*, 2. ducet ad *Tempestatem, Terrae motum*, et *similia iudicia*, quae Dei contemtores necopinato, in altissima quiete, et securitate, saepe numero obruant, atque subitis ruinis sepeliant. Hoc 3. expressum in יעברו *pertranseunt*, in quo inest vis *subitariae necis*, atque adeo *internecionis*, simul *absumentis quam plurimos.* Verbum יסירו 4. *impersonaliter*, dirius, quam si ad

vſ. 21. Quoniam Oculi eius ſuper viis viri: et omnes eius greſſus cernit. *vſ.* 22. Non ſunt tenebrae, neque vmbra mortis;

certam perſonam alligetur. Denique 5. *Remouent potentem non in manu*, iterum tendet ad *calamitatem* σκήλατον, quae *talem Familiam, Perſonamue, fulmineo* velut *ictu exſcindat.* In poſtremo hoc Doct. *Sanctius* exiſtimat *Iobum* feriri, *qui ſine manibus conſumtus videretur, quia intrinſecus haberet, quo tabeſceret.* Amplecti non auſim. Attamen non omnino abhorret *Elihuum* de induſtria tales colores captaſſe, quae *Familiae Iobaeae ſubitum exſcidium* ſimul adumbrare poſſent. Obſtat tamen non vnus ſcrupulus. Quod ſic diſputando, 1. ſententiam Amicorum non ſolum, ſed et acerbitatem eorum in *Iobo* pungendo, ſuam fere feciſſet, qui ſe aliter, et moderatius, acturum promiſerat. Etiamſi 2. *aculeum* illum tollas, manente hoc nexu, nil aliud dicetur, quam quod Tresuiri toties inculcarant; *Oppreſſores*, et *Tyrannos*, *ſubitis* Dei *plagis exterminari.* Non ſatis firma forte 3. illatio illa, *Deus multos oppreſſores palam plectit, ergo non eſt Acceptor Perſonarum* etc. Argumentatio tum demum ſtringet, ſi in omnes *Tyrannos*, et *populos violentos*, mox vindicari ſtatuatur. Id *Experientiae* haud conſonum. Expendendum ergo II. an forte *Elihu* inſiſtat in id, quod proxime poſuerat, *Opus manuum eius eſſe omnes:* ac propterea non poſſe vllam in Deum cadere *proſopolepſiam.* Nempe ſi voluerit, inferret porro ſubtilis Diſputator, *vno momento vel potentiſſimos principes, cum vniuerſa multitudine populi, cui imperitant, delebit; ac proinde non eſt, quod eorum purpuram, potentiamue, reuereatur, qui eos vno velut flatu in puluerem valet redigere.* Huc videtur collineaſſe *Caluin. Conc.* CXXXI. *Non opus erit vt Deus multos milites armet* etc. *ad potentiſſimos et robuſtiſſimos euertendos: ſi modo inſufflet, parui, et magni, puncto temporis, rapientur; et media nocte, quum omnes quieſcunt, atque nihil minus expectant, exterminabuntur: ſine manu* hominis, *auxilioue; quin ſine conatu, aut molimine vllo.* Planiſſume ad hanc mentem *Epiſc. Elienſ. Quo pacto Deus vel potentiam Regum reuereretur, vel muneribus corrumperetur Diuitum; qui omnes vno momento poſſit leto dare? Totae nationes tremunt ante faciem Eius; atque in ſecuritate profundiſſima deſtructae euertuntur. Non indiget auxilio, aut viribus cuiusquam in terris, ad Tyrannum praepotentem ſternendum: ſed inuiſibiles poteſtates ipſum e medio remouent.* In his paulo incommodius tantum, quod יגעשו *tremunt ante Eum, Tremble before Him*, videatur referri ad *metum*, quum ſeries magis poſtulet *Tremores terrae, aliosque motus*, quibus *totas nationes* vno momento *delere, ex ſedibusque* ſuis *excutere*, poſſet Deus.

vſ. 21. Cl. *Schmid.* vrget *obſeruationem iudiciariam, qua Deus oculos intentos habeat in vias* Viri, *cum affectu puniendi, ita vt cum viſione poena ipſa coniuncta ſit. Exod.* 14, 24. Et meus calculus *num.* I. poſitus, eodem ferme modo ſubducendus eſſet, de *Adfectu puniendi omnem iniquitatem:* ſed recurrunt iidem ſcrupuli, qui ſupra. Vide-

mortis; vt occultent se ibi operatores vanitatis. *vs.* 23. Nam non imponit cuiquam amplius; *quam*, eundum est ad Deum

deamus ergo an vt *vs.* praeced. a Deo remota est *Prosopolepsiae* suspicio, ex *independentia* Eius, omniumque Magnorum, et paruorum, *aequali dependentia*, et *conditione mortali:* ita nunc eadem suspicio depellatur ex *Omniscientia*, qua *vias*, et *gressus*, omnium omnino hominum, vno ictu oculi, actuque intelligendi, ita cernit simul, discernitque, vt nihil illam *aciem sole lutidiorem* vel *effugere*, vel *eludere*, queat, *Episc. Elienf.* huc collineauit: *Deus aeque parum ex ignorantia, quam ex metu, impunita dimittere horum crimina, vel aliquam iniustitiam committere, censeri debet: quippe qui omnes vias viri habeat exploratissimas.* Lances hinc et hinc trahunt. Quo me acclinem, necdum habeo.

vs. 22. Ad rationem I. eorum, qui haec directe applicant *vindictae* Diuinae, *Tyrannos*, et *oppressores*, persequenti, atque *e Terris eradicanti*, inculcatur nunc, nullam *Latebram* tam *obscuram* esse, tamque *profundam*, vbi *Manus Dei sceleratos non inueniat*, ac ferire queat. De *Diuina Omniscientia, nulli prosopolepsiae obnoxia*, si sermonem esse statuamus, II. *Caligo, et vmbra mortis*, designabunt potius *velamenta pudoris*, quibus saepe *hominum oculi eluduntur*, quum *acies Diuina* se *caecari, deludi, frustrari*, non patiatur. Ita *Cocc. Latibula improborum sunt* 1. *quibus se sibimet ipsis tegunt, vt nequeant de se recte iudicare.* 2. *quibus se tegunt aliis, vt sunt omnes fuci, et fallaciae.* 3. *in quibus fiduciam ponunt, ad vitandas, amouendasque, poenas.* Haec solide, non minus, quam acute, cogitata. Concinit *Episc. Elienf. Illi quidem conantur suam improbitatem occultare; et subtiliter eam excusant, praetexunt, palliant: neutiquam tamen nebulam offundere valent Oculis Illius, qui in densissimas vsque tenebras, et profundissima secreta, penetrat.* Redeas ad *num.* II. *Vs. praeced.* et percipies, esse *Argumentum* et *subtile*, et *validum*, quod *Elihu* satis apposite acuerit, ad *Iobum* deterrendum a culpabili illa contentione, qua cum Iudice suo supremo *in certamen* velut *Iustitiae* ausus fuerat descendere.

vs. 23. E variis interpretum conatibus, scopo proximus est, *Merceri* et *Caluini: Non imponet* Deus *homini vltra* peccatum, aut meritum, *vt cum Deo contendere possit, Eumque quasi in ius trahere.* Praeiuit R. *Salom.* qui refutari putat, quod *Cap.* 23, 6. habuimus. Cum serie tamen magis congrueret conatus *Codurci: Quare diem non diffindit, vt quisquam ambulet in ius apud Deum.* Concipit formulam שם עוד *ponere amplius*, quae ei valet, *ampliare iudicium, diem differre, diffindere, comperendinare.* Consimiliter *Grotius: Non ampliat, non patitur diffindi diem, vbi aliquem in ius vult rapere.* Si *vs.* 20. agi coeptum de *iudiciis necopinato in Tyrannos immissis;* istoc aspectu commodius adhuc forte exiret I. *Nam*, vel *igitur, non viro* vlli *imponet iterum, vt eat ad Deum in iudicium:* i. e. *semel causam cognoscet, eamque de plano decidet; necesse non habens, vt Iudices humani, comperendinare, quod necdum* lique-

Deum in Iudicium. *vſ.* 24. Conterit potentes ſine veſtigatione: et ſtare facit alios pro illis. *vſ.* 25. Igitur cognoſ-

liqueat. עוד pro *iterum Gen.* 24, 20. *ſecunda vice Hoſ.* 1, 6. Orientales *non iterum*, non *ſecunda vice, fieri*, dicunt, quod *ſemel ita conficitur*, vt nec *mutari*, nec *reuocari*, queat, nedum vt *repeti* neceſſe ſit. Eſſet telum ſatis dextre vibratum in acri certamine, in quo *Iobus* deterretur a contentione et lite cum Deo. Eadem haec loci facies ſatis apta quoque II. ſi teneamus *vſ.* 20. 21. 22. exhibere argumenta quibus *Proſopolepſiam* a Deo remotiſſimam eſſe euincatur. In connexu cum *vſ. praec.* hinc exiſteret, *Deum vno ictu oculi omnia ita cernere, et diſcernere, vt nullis artibus Iuſtitia eius vel eludi, vel retardari, poſſit, quo minus ſtatim decidat, et ſontem plectat; citra vllam perſonarum acceptionem.* En aliud adhuc. Fieti poteſt III. vt verſus contineat ſpeciem quandam concluſionis ex ſuperioribus ratiociniis, quibus *Proſopolepſiam* et *Iniuſtitiam* a Deo longiſſime abeſſe peruictum; vnde ita nunc inferatur: *Ergo non imponit cuiquam vltra*, quam *vt eat ad Deum in Iudicium.* Argute eſſet dictum, *Non ſane iniuriam cuiquam imponere vult, vel poteſt, qui ei impoſuit in Iudicium venire, vbi* αὐτοκατάκριτος *ſit abiturus.* Conuenit ex parte cum *Merc.* et *Calv.* explicatione: et praebet refutationem adhuc pleniorem *Cap.* 23, 6. hic omnino conferendi. Si מחרך ſcriptum eſſet, ſenſus foret liquidus: nunc להלך aliquid ſcrupuli relinquit. Vide ergo IV. an limpidius ſit, *Ergo non iniquo affectu inuadet aliquem amplius; propterea quod eundum eſt ad Deum in iudicium.* כי ὡς μοι, *igitur*, *Ergo*, ſat crebrum in concluſionibus. עוד *amplius*, item argumentum ſuum adſtringentis, pro, *nemo dicat mihi amplius, Deum iniuſte quem inuadere; quum omnibus conſtituerit in iudicium coram ſe venire.* ישים abſolute, vt *Cap.* 23, 6. quod *vſ.* 14. huius *Cap.* erat שם לבו. Id ipſum nunc appoſite ſatis reſumi poſſe ſentis. Animoſior adhuc ſtructura fuerit V. *Ergo non in virum iniuſte inuadet vllo pacto: Eundum ad Deum in iudicium eſt.* Τὸ עוד *amplius, poſtea*, reſolui in *vllo pacto*, vt 2 *Sam.* 19, 36. *Exod.* 10, 29. *Eſai.* 23, 12. et 54, 9. etc. *Praepoſ.* ל *officii* eſt, vel *neceſſitatis incumbentis.* Argumentum tale. *Qui Homini conſtituit in ius ambulare, coram Iudicio ſuo comparere, is non poteſt vlla ratione ſuſpectus eſſe iniuſtitiae, aut tyrannidis.* Conſequentia euidentiſſima: quam euoluere ſupervacuum. Vereor interim, ne multa iaculatus, necdum ferierim. Certe dubitatio mihi necdum diremta.

vſ. 24. Cl. *Cocc.* in verbo רעע ineſſe cenſet *vim ferri ſubacti, dumque candet malleis domiti.* Grandis imago; quam confirmatiorem reddi poſſe peruelim: et reddetur forte ex *Origine* alibi producenda. Nunc teneatur, apud *Arabes* رعوع frequentari pro *plebe viliſſima*, et *faece vulgi.* Sequens כבירים vertit *maximos*, indifferenter, tum *praerogatiuis*, tum *operibus, quibus videantur poſſe gloriari apud Deum.* Subdit tandem

לא חקר referri ad *multitudinem*, et *magnitudinem*, *eorum*, *quos Deus subigit*. Mihi *generalis* hicce *conspectus* כבירים *potentium*, *validorum*, *opulentorum*, non displiceret, pro *nova instantia* qua vrgeatur, nullam *prosopolepsiam*, et *iniustitiae* vel vmbram, apud Deum esse; quippe qui nemini *potentiam*, *diuitias*, *fortunas*, iusserit esse *proprias*, ac *perpetuas*; sed vel *eminentissimas personas*, *familiasque*, subito *atterat*, atque ad *infimam vilitatem redigat*, obscuris, et ignobilibus, ad nobilitatem, dignitatemque, productis. Est Locus in quem *Tragici* saepe exspatiati. לא חקר sic satis commode *innumerabiles* designabit: quia illius *vicissitudinis*, qua *alta deprimuntur*, *humilia in altum tolluntur*, refertum semper fuit theatrum orbis terrarum. Ipse *Iobus* materiam attigit *Cap.* 12, 17. et seq. alio scopo. Suspicor eo respexisse *Elihuum*, et illa exempla in *Iobum* quodammodo retorta voluisse; cui opportune inculcetur, atroces hosce casus ostendere potius, penes Deum *nullum Personarum respectum* valere, sed Celsis etiam, atque Eminentissimis, citra conniuentiam, id iniungi, quod canones *Iustitiae* exigunt. Posset לא חקר *imperscrutabili via*, ac *ratione*, quoque exponi, in eundem hunc sensum. Forte aliud latet. אחרים *Alii*, oppositi כבירים *potentibus*, quos Deus *subito faciat stare*, sunt *humiles*, *iacentes*, non alio, quam potentium illorum *contemtu*, *insignes* hactenus. Hos *stare facit* supremus Orbis moderator, quum deiectis prioribus, eos ad fastigia prouehit, iisque habenas rerum in regnis, ciuitatibus, vrbibus, permittit. עמד in *imperiis* et *praefecturis* signatum: vt *Dan.* 11, 2. 3. 4. *Mich.* 5, 3. et *Dan.* 12, 1. et 1 *Sam.* 19, 20. etc. Dices, ad idem sic deuolui *Elihuum*, quod amici tetenderant; *Tyrannos exscindi semper* etc. *Ergo Iobum Tyrannum egisse.* Id incommodi adhaeret plerisque sententiis. Nostra haecce eo parum, vel nihil, grauatur. Nempe *Elihu* hinc tantum adstruere velle videtur, Deum sine vlla *prosopolepsia* iudicia exercere, et nunquam *insontes*, sed tantum *sontes punire*, etiamsi *potentia* et *dignitate* praemineant, seque forte *poenis superiores* imaginentur. Iterum dices, sic propius adhuc ad *Amicorum sententiam* accedi, atque idem omnino statui. Imo vero inde discessimus longiuscule. Amici scilicet *statum quaestionis* mox conturbarant, ita argumentando, *Iobus miser est*, *ergo et malus*. Hinc conflictus illi acres, semet irritantes simul, simul intricantes; in quibus *Iobus* se *insontissimum puniri* tendens, item aberrauit a *natura* et *conditione* sui *casus*, *veri nominis poenas* censens *miserias* illas, et *plagas*, quibus confectus iacebat. Atqui non erant *poenae*, non *plagae* ex *ira* Dei impositae, sed contra *occasiones* glorioſae et *illustres*, ad *virtutem Viri* in *Theatrum* omnium *seculorum* producendam. Si id exploratum habuisset *Iobus*; haud sane murmurasset. Si *Elihuus*; haud increpasset, vel fortia nimis locutum. Quid ergo? *Elihuus*, huius consilii Diuini haud dubie inscius, agit cum *Iobo* ex ipsiusmet sensu. Is quum toties clamasset, se *ab irato Numine exscindi*, et *poenas* Eius *atro cissimas pati*; sed *insontem* plane, ac *immerentem*; ac *Deum ius* sibi *suum eripuisse*, ac *peruertisse*: meritissimo nunc viciſſim audit, *Iura* a Deo *non per-*

cognoscit opera eorum, et euertit Noctem, ac contunduntur. *vs.* 26. Sub sceleratis explodit eos, in loco spectantium. *vs.* 27.

peruerti, et neminem *plecti* a iustissimo Iudice, id est *veri nominis poenas sustinere*, qui non eo ipso pro *sonte* sit habendus. Id vt nemo in dubium vocauerit, ita euidentissime apparet, quod supra alicubi positum, *Elihuum ad rem disputando*, neutiquam tamen *rem acu tangere*, ac *quaestionem conficere*, potuisse: cuius *enodatio*, et *decisio*, ipsius Numinis interuentum requirebat. Incipimus, ni me omnia fallunt, firmius quid sub pedibus habere, quam ante; et iam in genere saltem diluescit, quorsum tela sua direxerit disputator; non temere supponens, et vincere annitens, *Iobum esse*, et *fuisse* semper, *improbum:* sed tantum peruictum dare cupiens, Eum in *praesenti* hac *causa* non posse haberi *insontem;* et *si poenas luat* a *Numine irato inflictas*, quod *Iobus* ipse contendebat, subesse *culpam grauem*, quae tam *graues plagas* prouocassет. Fidenter dico; idem et nos iudicassemus, si plagis et contentionibus *Iobi* interfuissemus. Sine peculiari reuelatione aliud nihil, vel a moderatissimo mortalium, rite cuncta expendenti, potuisset constitui, ac proinde *Elihuus* boni Monitoris partes, quantum circumstantiae dabant, feliciter impleuit.

vs. 25. Satis commoda iam via patere coepit ad *vs. praeced.* cum quo arctissime cohaeret hicce, siue per *causae redditionem*, *propterea* quod *cognoscit opera eorum* mala etc. siue, quod rotundius, per *illationem*, *Ergo cognoscit eorum opera*, vt *vs.* 10. huius *cap.* Non simpliciter capio illud *cognoscere*, sed *iudicialiter*, vt opponatur *Prosopolepsiae*, qua *causae malae cognitionem*, *examenue*, detrectant Iudices humani. Forte alluſum ad formulam הכיר פנים *cognoscere vultum*, pro *accipere personam in iudicio: Deut.* 1, 7. et *Prov.* 24, 23. Contrarium הכיר מעשה et מעבר *Cognoscere factum ipsum*, *citra respectum vultus honorati.* Redit, vt vides, non inuenuste ad כבירים *Eminentes dignitate*, et *potentia*, quorum tamen non *vultus*, sed *Opera*, *spectet* Deus; et pro meritis plectat. Huc fertur sequens colon, quod, omnino ad linguae genium, transtulit Cl. *Cocc. Mutat noctem*, pro *mutando efficit* illis *Noctem*, nempe *calamitatis*, vel *Mortis.* Sat commode etiam *Merc. Vertit*, *inuertit* super illos *Noctem calamitatum* etc. Suspicabar, *Et irruit Nox*, item miseriae, poenae, ignominiae publicae; cum alluſione ad *Capitis damnatos*, quos *atra* velut *nox*, et *nebula*, omnis horroris plena, inuoluit: cuius mole elisi et attriti pereant. En aliud audacius, *Et euertit noctem*, Deus, *ipsam noctem sedibus inferis emotam quasi*, *capitibus horum hominum iniicit*, *vt isto pondere conterantur.* Habes *Merceri* illud, figura Tragica auctum, occasione forte dicti *Iobaei Cap.* 12, 22. Optet quisque, quod ridet. Quod genus *Iudiciorum* intendatur, et in quos, ad *vs.* seq. distinctius submonebo.

vs. 26. Granditatem Tragicam, quam modo indicaui, suggessit mihi hocce theatrum omni terrore stipatum. Ad ספק sagaciter notatum, a Cl. *Cocc.* isto verbo, hic repraesentari *subitum ictum*, itemque

que *sonum ab ictu*, cum *desitione*. Melius dixisset cum *repercussione*. Origo id arguet, in سقق et صقق latitans. *In loco spectantium*, enucleate, ἐν θεάτρῳ 1. *cum pudore et ignominia*. 2. *in exemplum, ad metum peccantium, et consolationem oppressorum*. Egregie. *Adf.* in ספקם sese refert ad eos, qui versu *praec.* sub *mole immensa Noctis subuersae* veluti *contriti iacebant*. De his ita pergitur ad nostram mentem, *pro improbis eos explodit, in loco spectantium*. Paulo distinctius agendum. Notetur 1. agi de כבירים *potentibus illis vs.* 24. quorum *personam* parum curet Deus, si *opera* illorum *mala* sint: atque in quos saepe *totam Noctem infernam*, e sedibus imis excitam veluti, *vertat*, ad eos *exitio dirissimo conterendos*. Sentis aliquid, quo *Iobi* etiam Caput ex obliquo impetatur. *Explodit eos* 2, praegnanti sensu positum, resonat ידכאו *atteruntur*, infertque *supplicium atrox*, quo *noxium Caput exscinditur inter grauissimos ictus, terrorem quaqua versum spargentes*. Huc pertinet 3. *Locus spectantium*, siue *Theatrum supplicii publici*, quod hic figurate, et ad Genium stili *Tragici*, adhibitum. Ansam *ferali imagini* plurimam dederat ipse *Iobus*: in *Cap.* 10, 15. vbi semet considerat vt *infami supplicio mactatum in conspectu totius orbis*: item *Cap.* 12, 14. *coll.* 11, 10. nec non *Cap.* 13, 26. quod ab *Elihuo* repositum *Cap.* 33, 11. Iterum *Cap.* 16, 11. et 17, 6. Ad haec, et similia dicta, reflecti existimem: in quibus vt *Iobus* sibi *vim* et *iniuriam* grauissimam fieri contendebat, ita *Elihu* nunc ei ante oculos proponit, hanc esse *viam Iustitiae Diuinae*, quae citra vllum *personarum respectum*, in *publico theatro Orbis, capitali supplicio plectit* saepe vel *Eminentissimos viros*, כבירים, si *improbitatis* sese *reos* fecerint. Ita iam 4. רשע *improbus* videtur induere specialem vim *Capitis ad supplicium ignominiosum damnati a Iudice*: prout *scelestus* et *sceleratus* apud Latinos nonnunquam signanter venit. Istum vsum praefert *Esai. Cap.* 53, 9. eundemque *Iob. Cap.* 16, 11. intendi, verisimile. Ergo 5. מחח רשעים conuertere licet trifariam *a. sub improbis; inter improbos*: vt *Esai.* 10, 4. *b. pro improbis, tanquam improbos, eadem conditione qua improbi, et scelesti, infamia supplicia pendentes*. Denique *c. sub improbis* iterum i. e. *in loco improborum*, vel clarius, *ita vt sub onere improbitatis suae, vindictam publicam exigentis, elidantur quasi*. Respicio ad phrasin 2 *Sam.* 2, 23. *Cecidit ibi, et mortuus est* מחחר *sicut ibi iacebat confossus*. Item *Esai* 25, 10. *Moab triturabitur* מחחיו *sub se: vulneribus* et *plagis* ita *contusus*, vt *in loco* vbi *iacet*, et *conculcatur, sub pedibus hostium exspiret*. Adde *Amos* 2, 13. ad quam formam *sub improbis* esset, *omni illa mole calamitatis qua Improbos atteri, et elidi, par est*. Est quidem paulo argutius; sed forte placere incipiet, ex *Iob.* 40, 7. דרך רשעים מחחם *Contunde improbos sub se*; i. e. *sub illis ictibus quibus conteri merentur, omnique mole poenarum ipsis debita*. Eadem fuisset constructio, ורשעים ספק מחחם *Et improbos explodit sub sese*. Hanc si tenuisset *Elihu*, ambiguitas extitisset, velletne רשעים *improbos* diuersos a כבירים *potentibus*, an *Elliptice* posuisset *improbos*, pro *vt improbos, nomine* et *titulo improborum*. Hoc posterius eum voluisse, series vniuersa arguit, ac propterea dedit nunc,

nunc, ſtructura neruoſiſſima, חחת רשעים סספם *Explodit eos ſub improbis*: i. e. *ſub illa perſona, quam induerunt, improbitatem exercendo.* Hinc tandem 6. dilucere incipit, *Elihuum* non tam diſſertare de *Iudiciis Dei* in *Tyrannos*, et ſtricte dictos *improbos*, qui omnia ſacra et profana aperte violant; et ne ſpeciem *probitatis* alicuius, ac *religionis*, retinent: quam quidem de *Viris Eminentibus*, ac *potentibus*, titulo כבירים *Magnorum* inſignitis, qui *ſub ſpecie probitatis*, vel *in totum ſeſe improbitati tradiderunt*, vel *ex parte aliqua ad eam acceſſerunt; capitalia crimina in ſe admittendo.* Vtriusque conditionis exemplum in *Saulo*, et *Dauide*: prior *ſub aliqua ſpecie religionis* plane *improbus*: ac propterea *Regno* et *vita* mulctatus: *infamique ſupplicio* velut mactatus, ſuper theatro orbis, in ſe, et numeroſa ſatis Familia, quae *Iſraeli* Reges perpetuum ſuffectura credebatur. Poſterior in cauſa *Bathſebae*, et *Vriae*, ad *improbitatis confinia*, cum ſumma ſua virtute, et pietate, *tam prope acceſſit*, vt propterea et ipſe velut *publico ſupplicio*, quod homines infligere non poterant, Diuinitus fuerit adfectus: quando per Filium ſolio eiectus, thorum quoque ſanctiſſimum eodem ſacrilego auſu temeratum, dolere coactus fuit. Habes *mediam* illam diſputandi *viam*, quam *Elihuus* et voluit, et debuit; tenere; *Iobum* nec in totum damnando ratione omnis vitae anteactae; nec in totum abſoluendo: ſed tantum id tendendo, quod praeſens cauſa ſuggerebat, Deum tam grauibus plagis, et poenis, non percuſſurum, neque ſane pro *improbo* traducturum fuiſſe *Iobum*, ſi *probitatem* omni ex parte *intemeratam* Numini approbaſſet; et nullius ſe criminis alligaſſet. Non eſt idem, quod amici contenderant; ſed iuſta ſatis concluſio ad ipſius *Iobi Hypotheſin* facta: vt ſupra explanatum.

vſ. 27. Inſtatur in rationem grauis ſupplicii, *Viris principibus* inflicti citra conniuentiam. Aliquid ſcrupuli haud immerito motum ad אשר על כן, quod ita haud incommode exprimetur. *Quod pro certo receſſerint ab eo ſequendo; et omnes Eius vias non prudenter intellexerint.* אשר pro *quia*, *quoniam*, paſſim. על כן *pro certo* etiam ſonare putem in formula כי על כן *Ier.* 38, 4. *Quoniam pro certo.* Similiter in reliquis, ſupra poſitis. Hac emphaſi appoſite vſus *Elihu*, vt inculcaret, vbi *veri nominis poena* Diuinitus inflicta; ibi et *veram culpam* extare; licet forte vel reliqui homines, vel ipſi illi, qui Numen iratum experiuntur, id minus noſcant, agnoſcantue. אשר *Quia, eo quod*, creebrum, pro על אשר *Ier.* 13, 25. *Haec ſors tibi a me aſſignata*, אשר *Quia oblita es mei etc.* 1 *Reg.* 15, 5. *Propter Dauidem dedit ei Lucernam* אשר עשה דוד *Quia fecit Dauid quod rectum* etc. Poſſes quoque dare, *Qui pro certo receſſerunt*; i. e. *quia*: vt *Luc.* 1, 45. μακαρία ἡ πιστεύσασα *Beata quae credidiſti*, pro *eo quod credidiſti.* סרו מאחריו vt 2 *Chron.* 34, 33. *Deut.* 7, 4. Vſurpatur in iis qui a *Religione* ſemel ſuſcepta *deſciſcunt*, vel *minus ſincere ei adhaerent.* Alias שב מאחרי יהוה *retroire a Domino*: vt *Num.* 14, 43. כי על כן *Quoniam pro certo retro abiiſtis a Iehoua* etc. Signata etiam formula דרכיו לא השכילו *vias eas non intellexerunt*; quam reperies *Pſ.* 64, 10. et *Pſ.* 106, 7. eadem ſtructura praegnante,

vſ. 27. Qui pro certo deſciuerunt ab Eo, et omnes vias Eius non mature intellexerunt. *vſ.* 28. Vt venire faciat ad ſe vociferationem tenuis; et vociferationem pauperum audiat. *vſ.* 29. Et ille ſedabit, quis autem conturbabit? abſcon-

gnante, quae infert cum *debita maturitate*, et *prudentia*, *dignoſcere*, *percipere*, *obſeruare*. כל *omnes vias*, poteſt ſumi pro *vllas*; vt *vniuerſalis* ſit *negatio*: poteſt etiam ſtrictius, quatenus *dimidiatum* quidem *obſequium* hi homines praeſtiterant, ſed non *omnem* illam *rectitudinem*, et *ſinceritatem*, quam Deus requirit. In hanc mentem bona, quae *Calv. Conc.* CXXIII. adtulit. Cuncta haec talia ſunt, vt cadant potius in *dubiae probitatis viros*, quam in *profanos* et *erecta manu improbos*. Nempe *Elihuo* ita temperanda fuit oratio, vt in *Iobum* eius vis et acies recidere poſſet. Negarat *Iobus* diſertis verbis, ſe *a Dei viis receſſiſſe*: vt *Cap.* 23, 11. 12. et 31, 7. etc. Regerit monitor, *pro certo eos a Deo receſſiſſe* vel *in totum*, vel *ex parte*, cenſendos, in quos tam *atroces plagae*, et *poenae*, incumberent; ad publicum velut exemplum. Non eſt idem, quod Amici concluſerant; *ergo Iobum* eſſe *improbum ratione vniuerſae vitae*: ſed mollius, et *medium* quid; *ergo Iobum* non aliis tantum, ſed et ſibi ipſi, *ſuſpectum* eſſe debere *grauioris* alicuius *culpae*; qua tantam molem punitionis in caput eius attraxiſſet. Non *damnat* in totum; non *abſoluit*: ſed vt *dubius*, et *ſuſpenſus*, id vincere nititur, quod praeſens ei caſus ſuggerebat: neque enim reuelatum adhuc erat, *Deum* חנם *gratis*, i. e. *citra cauſam* ac *culpam Iobum abſorpſiſſe*, et *Satanae in praedam*, ad tempus, *permiſiſſe*.

vſ. 28. Omnes ad eundem ſcopum collineant; ſed non vna manu. *Vulg.* I. *Vt peruenire facerent ad Eum clamorem egeni: et audiret vocem pauperum.* Eſt paulo ſubtilius, quaſi illi *oppreſſores* ſuis *vexationibus* dicantur *effeciſſe*, vt *clamor egeni penetraret coelos*. Argutius adhuc *Merc.* II. *Ideo Deus potentes conterit pro impiis, vt ſic adducant, et peruenire faciant ad Deum egeni clamorem.* i. e. *vt appareat oppreſſos illos tandem a Deo auditos.* Aliis III. placuit, *vt* Deus *adduceret ſuper illum*, i. e. quemlibet eorum, *clamorem egeni* etc. Huc Cl. *Cocc.* cum aliis conceſſit. Bonum factum quod ſubiecerit, *poteſt etiam ſic*, vt adducat ad ſe: *Pſ.* 18, 7. Hunc adſpectum exſecutus *Caluin. Conc.* CXXXIII. Is et mihi adblanditur. Quamdiu *oppreſſi* non vindicantur, eorum *vociferatio* non videtur *peruenisſe* ad Deum: at *vindicta oppreſſores* obtrerente, *vociferationem* ad Deum *intraſſe* omnibus apparet. Eſt translatio a *Libello ſupplicantis*, qui *intrat* ad Regem, quum *votis* annuitur. Vix opus eſt moneam, *Iobum* denuo feriri; non quaſi *Tyrannum ad omnem importunitatem proiectum* egiſſet: ſed quod veriſimiliter *potentia* ſua abuſus eſſet, ad pauperes plus, minusue, vexandos: quum *maxima fortuna*, et *innocentia*, vix vna in ſede morari ſoleant. Omnino conferenda, quae ad *vſ.* 11. praemuniui.

vſ. 29. Omnino *Elihuus*, ad impetum diſputationis ſuae, hic primo *generatim* concludere videtur,

abſcondetque faciem, quis autem videbit illum? idque ſuper gentem et ſuper hominem, pariter. *vſ.* 30. Ne regnet

Vbi Deus, cordium rerumque ſcrutator, cuique citra proſopolepſiam rependens, quod meretur, vſ. 11. ſupra, *aliquem tranquillat, et inſontem agnoſcit* veluti, *neminem* tunc poſſe *vel conturbare*, vel *condemnare* talem, *quem Deus ipſe abſoluit:* itemque contra, *ſi Deus aliquem damnet, et vt Nocentem priuet lumine vultus ſui, neminem tunc luſtitiam, innocentiamque, ſibi iure vindicaturum, eamque euicturum; etiamſi pertinaciſſime pro ea pugnet, atque iniuriam ſibi fieri contendat.* Hoc ex aequo verum ait, tam in *gente*, quam Deus vel *ornet*, vel *perdat:* quam in *homine* quolibet, cui item vel *gratiae*, vel *irae*, indicia obtingant. Habes, ſecundo, *ſpeciatim*, quid *Iobo* ante oculos propoſitum fuiſſe cenſeamus; vt enim in *Iuſtitia* ſua defendenda *modum exceſſerat*, et ab Auditoribus ſuis *grauius adhuc*, quam fecit, *eum exceſſiſſe* cenſebatur; ita *Elihu* conuictionem hancce valde prudenter claudit iis ſententiis, quae Noſtrum admoneant, *ipſum in ſua cauſa temere Iudicem agere; quum ſolius Dei ſit, iuſtum, vel iniuſtum, aliquem pronunciare. Si ergo Deus ipſum abſolueret, fruſtra fore omnes hominum condemnationes. At ſi Deus faciem ſuam ab ipſo abſcondere pergeret*, atque ita eum condemnaret, *fruſtra fore omnes illas contentiones pro Iuſtitia obtinenda.* Verba ſic enucleo. 1. *Et ipſe* ישקיט *intranſitiue*, ſi velis, *Quieſcet, non iraſcetur*, vt *Eſech.* 16, 42. Malim ego, *Tranquillabit, ſedabit, pacem conſcientiae*, et *ſenſum gratiae ſuae, dabit*, vt *Pſ.* 94, 12. Opportune ſuccurrit *Eſai.* 57, 20. הרשעים *Improbi ſunt vt mare conturbatum, quod* השקט *quieſcere*, vel *ſemet ſedare, non poteſt* etc. 2. *Et quis* ירשיע *conturbabit*, haud ſperno, nec abeſſe poſſe cenſeo, ob venuſtiſſimum illum luſum, quem collatio *Eſai.* 57, 20. ſuggerit: maxime tamen intendi putem *condemnationem*, qua quis vel *in totam*, vel *ex parte*, *reus peragitur*, atque vt *improbus poenae traditur.* Illa *condemnatio* trahit *conturbationem mentis confuſae, et limum coenumque voluentis* etc. in qualem non incidiſſet *Iobus*, ex mente *Elihui*, ſi Deus quoque ipſum *innocentem plane* haberet, atque *pacata*, et *liquida, conſcientia* ipſum *gaudere*, ſineret. 3. ויסתר פנים *Et occultabit faciem*, non *damnati*, vt *Bold.* vult, ſed *ſuam ipſius* Deus: ſubtrahendo radios gratiae, et fauoris, atque *iram* ſuam commonſtrando. Alibi cum *adſ.* id effertur, פניו; *abſolute* exſtat etiam *Eſai.* 59, 2. חטאותיכם הסתירו פנים מכם *peccata veſtra faciunt abſcondere faciem a vobis.* Idem hic adſpectus. Reflexum ad *Cap.* 13, 24. vbi hac formula vſus Noſter. 4. *Et quis* ישורנו *intuebitur illum?* non *hominem* iterum, ſed *Deum*, eiusque *vultum ſerenum, propitiumque* qui ſolus *conſcientiam ſerenare*, et *tranquillare*, valet.

vſ 30. *Vulg.* vertit: *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* LXX. et *Chald.* aſſimiliter. Legiſſe videntur ממריך. Ex nexu orationis hoc velle videtur *Elihuus:* Deum talia *poenarum exempla* edere, qualia *vſ.* 24. 25. 26. 28. 29

gnet Homo hypocrita; vt non sint laquei populi. *vs.* 31. Nam ad Deum sane dixit, Accepi, *quod* non pigneratus eram.

26. 28. 29. descripta, *Ne regnet Homo Hypocrita*, simulator religionis, atque *semper alta ceruice gradiatur*, occulta patrans crimina, hominesque non tantum, sed et Deum ipsum, deludere quaerens sub larua pietatis, et religionis. *Homo simulator* videtur *collectiue* accipiendus, pro *genere* illo *quod sub persona viuit*. Hi *regnare* elegantes dicuntur, quum *secure et laute se pascunt*, a *poenis immunes*, atque *intacti;* vnde *superbia*, et *insolentia*, sponte subnascuntur, cum *contemtione*, vel *oppressione piorum*. Hoc ad tempus permittere potest Diuina Prouidentia; sed tandem *supplicii tarditatem grauitate compensare* solet; *ne sint Laquei populi* i. e. *scandala*, et *offendicula publica*, ad quae omnium simul *fides concutiatur*, atque *labascat;* quasi Deus *Religionem*, *Veritatem*, *Virtutem*, parum, aut nihil, curaret: resque humanas susque deque volui sineret. Hunc *Laqueum*, cum *periculo* inde *pedibus* suis *obiecto*, exsequitur *Psaltes Ps.* 73. Alibi crebro tangitur. *Iobus* ipse hinc sibi *Scandalum* datum indicat *Cap.* 21, 6. 7. atque ex hoc fonte acerbissimas querelas hausit; ad sortem suam complorandum. Quum ergo bonis ipsis hinc tam periculosa tentatio existat, quid non ruinae, exitiique, reliquis immineret; si Deus *Hypocritas semper impunitos volitare*, ac *regnare*, permitteret? *Iobus* perpetuam ipsis immunitatem *a poena*, hac in vita, tribui tendens, haud dubie nimis contentiose disputarat: quum omne seculum, omni in gente, quam plurima tulerit Exempla Oculi in Coelis Vigilantis, ad Laruam Hypocritis detrahendam. Hoc pro Scopo *Elihui* sufficiebat; qui ita ad Amicorum sententiam accedit, vt satis longe tamen inde discedat, atque *medium* illud seruet, quod in nouissimo hocce congressu requirebatur.

vs 31. Insuperabilis ferme scopulus. Tentare I. liceat, cum arctissima copula ad *vs.* praec. *Nam ad Deum sane dixit;* ille *homo Hypocrita*, illud genus fictum, *sustuli, non accipiam pignus.* Clarius. *Tollo, non capiam pignus.* Hoc est, *praesentibus gaudeo; Pignora parum curans.* Id ita exponas licet, *Iura mihi mea statim volo persolui, nec pignoribus captis contentus ero:* vt sit vox hominis *iniusti*, *pauperem*, specie iniustitiae, *opprimentis*, et *spoliantis:* quod ad *vs.* 28. rediret. Sublimiore sensu exiret, *Nam ad Deum ecce dixit*, Hypocrita, *Iura mihi mea reddi volo a Te; nec satis habebo pignus accepisse.* q. d. *Meritis suis elatus, inflatusque, cum ipso Deo contendere audet, eique dicam importunam impingere.* Praef. ה per *Ecce*, vel *sane*, exprimi, nemo improbabit. Sentis aculeum, quo *Iobus* grauiter lancinetur. Qui gloriatur, se habere ἐνέχυρα τῆς ἀναστάσεως *pignora Resurrectionis*, et *vitae aeternae*, vt phrasi aurea *Chrysost.* vtar, is *iniustus* est, et *ingratus*, si cum Deo expostulet, quod *praesentis vitae commodis* priuetur, aut *miseriis temporariis* conflictandum habeat. Haud acquiesco. En II. alium conatum: *Ergo ad Deum an dicet* aliquis? *Accepi, cuius pignus non cepi.* Id est, *Luo, quod non contraxi. Poenas pendo innocens.*

eram. *vſ.* 32. Praeter quod video, Tu doce me; ſi iniquitatem feci, non addam. *vſ.* 33. Ecce de Tuo rependit

eens. Ita נשאתי *Tuli*, pertineret ad *Crimen, poenas, plagas.* לא אחבל *Pignus non cepi*, ad *innocentiam*; quatenus ſtylo ſublimiore *pignerari*, i. e. *pignore accepto* ſibi *deuincire*, et *obſtringere*, transferri amat ad *nexus*, quos quis non *alteri* ſolummodo *ad ſoluendum*, ſed et *ſibi ipſi, ad recipiendum, iniungit.* Hoc ſenſu *pignerari poenam*, valeret, *pignore capto obligari ad poenam recipiendam, veluti portionem debitam.* Quodnam iſtud *pignus? Crimen, iniuria, noxa*, vnde *noxius* quis appellari queat in foro Dei; i. e. *deuinctus*, et *obſtrictus, ad poenam*, vt *ſorte* ſibi *debitam, auferendam*, ac quaſi *poſſidendam.* Prouerbiale dictum *Arabum* rem paulo abſtruſiorem explanabit:

كل امرئ بما كسب رهين *Omnis vir in eo quod patrat, pigneratus eſt.* Dupliciter exponi poteſt, vel *actiue*, vt ſit, *ſemet poenae oppignerat:* vel *paſſiue*, vt exiſtat, *capto* velut *pignore ad poenam ſubeundam*, vel *recipiendam ſuo tempore*, obſtrictus eſt quaſi. Sentis quid hoc adſpectu valere poſſit, *Accepi*, *cuius pignus non cepi. Solutum mihi*, *quod non debebatur: inflictum*, *quod non merui.* Liquidior, et tutior, foret ſenſus, ſi חבל non tantum *deponenter* notauerit *pignerari*, ſiue *pignus capere*, ſed etiam *paſſiue*, vel *reciproce*, *obligari*, *ſemet obligare* et *obſtringere dato pignore.* Huc vſus *Arabum* ſub رهين potiſſimum inclinat, vti quum aiunt, *omnem hominem morti eſſe pigneratum.* i. e. *dato velut pignore ſub eius nexu eſſe:* item, *omnis maleficus poenae pigneratus;* pro *certiſſime poenas* eſt *perſoluturus.* Et Romanos ita locutos, diſcas ex *Liui* pulchro loco, *Lib.* 29, 36. *Conſcientia ſibimet ipſis exilium conſciſcentes, quum abſentes damnati eſſent, corporibus ſubtractis bona pignoranda poenae praebebant.* Apud *Graecos* translatio eadem ſub ἐνεχυράζειν, et ἐνεχυράζεσθαι, quod vtramque vim amplectitur, et *dandi pignoris*, et *capiendi;* vnde eleganter ἐνεχυράζεσθαι *pigneratus eſſe* dicitur qui *obligatus eſt ad poenas ſoluendas.* Sic explicandum coniicio *Neh.* 1, 7. *peccauimus tibi* etc. חבל חבלנו לך, vulgo, *corrupimus tibi.* Cl. *Guſſ.* cenſet teneri poſſe, *pignora cepimus tibi*, quod in Lege vetitum, *et non obſeruauimus mandata tua.* Literalis ille ſenſus languet: *Figura* noſtra locum granditer implet, *omni pignore tibi obſtricti tenemur ad poenas.* Eadem imago appoſitiſſima ad obſcurius illud *Prov.* 13, 13. *Contemnens verbum* יחבל לו; multi, *perdetur ob illud:* alii, *dolebit:* optime *Vulgat. ipſe ſe in futurum obligat.* Proprie *oppignerabitur ei*, ad *poenam* videlicet: vt colon ſeq. *praemium praecepti religioſe ſeruati* exhibet. Ad hanc rationem Locus noſter ſic foret conſtituendus, *Fero* plagas, poenasque, *nec tamen pigneratus eram.* האמר *Num dicet?* impersonaliter, per *interrog. negantem* τοῦ ה, vt *Ioël.* 1, 2. *Eſech.* 19, 23. etc. Oblique *Iobum* tangit. Directe, ſi reddamus, *Iam vero ad Deum ſane*, vel *Ecce*, *dixit* Iobus,

pendit illud; namque subulceratus es: quod quidem tu eligis, et non Ego: ecquid nosti? loquere. *vs.* 34. Viri cordati

Iobus, *Fero, nec oppigneratus eram.* Apostrophe ad Coetum, vt *vs.* 2. 4. 10. cum *asseueratione* sub ה. Ex *relatiuo* vsu existeret, *Ergo ad Deum qui dixit, patior insons*, dicat potius etc. Haec omnia ita a me prolata, vt liquidius quid, certiusque, circumspiciendum autumem.

vs. 32. Vertimus: *Praeter id quod video Tu doce me*, o Deus; *si iniquitatem patraui, haud addam.* Praesidia interpretationis nostrae haec sunt. 1. Ambigi vix potest, quin אם עול פעלתי *si iniquitatem patraui* etc. sit solemnis formula *confitentis culpam*, et *deprecantis.* Ea 2. opponi videtur contumaci illi dicto, *Fero quod pignoratus non eram.* Hinc 3. in praecisa breuitate satis tamen ansae ad sensum apprehendendum, quatenus *Iobus* a *contumacia* deterretur, atque ad *submissionem* sub Virga Castigatrice vocatur. Ergo satis legitima insertione vterer 4. si darem, *Ecce dixit* Iobus; *Accepi, cuius pignus haud cepi;* qui dicere debuisset, *praeter id quod video Tu doce me*, O Deus! etc. Attamen cum modestius, hinc, tum pungentius illinc, si directe *Elihuus* hac eiaculatione, et *Apostrophe* ad Deum ostenderit, quid paratus esset omni tempore *confiteri;* nempe *se viuere infinitis peccatis obnoxium, notis* partim, partim *ignotis*, atque nunquam propterea commissurum, vt cum Deo disceptet etc. sed semper *aram Misericordiae* pro vnico *Asylo* habiturum. Hoc adspectu, connexuque, magis mihi arridere incipit explicatio ad *vs.* praec. dubitanter proposita: et *probabilitatis gradu* auctus, obscurissimis hisce locis aliquid lucis illatum confido.

vs. 33. Subtiliuscule *Crinsoz. An Deus tibi imputabit eam, si tu reiicias* eam? iniquitatem scil. *Nam tu is es, qui eligis* has partes, *non autem ego: sed si cognoscis in te* aliquod peccatum, *eloquere, confitere.* Obstat adf. ה *faem.* non respondens עול *iniquitati*, vtpote *masc.* Alia mitto. Laudo tamen iactum, bona manu ita destinatum, vt a Scopo non multum deerret. Nempe omnino iam tandem cogi, efficique, debet, quod *vs.* 11. susceptum: *Deum sua cuique facta rependere*, et *neminem aliquid poenae aut mali, per iram Eius, subire, nisi commeruerit.* Huc collineans, ita iaculor. *Ecce quod a Te* factum, *id ipsum rependit; quando quidem exulcerato es animo: quod quidem Tu eligis, non sane Ego* etc. מעמך 1. pro אשר מעמך venuste pro *id quod de tecum*, a te, a tua parte, *ortum, tuum crimen, facinusque.* Dixere nempe עמו *cum eo culpa*, pro *penes eum;* et מעמו *de cum eo culpa extitit.* Eleganter 2. *adf.* in ישלמנה respondet מעמך, vt *neutrum* accepto: cui *foeminina Hebraeorum* fere dicata. In מאסת 3. alludum suspicor ad *Cap.* 10, 3. vbi vertimus, *subulcerato adfectu spernis opus manuum tuarum.* Imo vero, inquit, *Tum subulcerato adfectu* obmurmuras Deo, etc. Dari etiam posset simplicius, *Quia spernis* facere, quod ego feci, *peccata nota et ignota confiteri.* Ad vtrumque se praebet, 4. *Namque tu eligis*

dati dicent mihi; et vir sapiens, auscultans mihi. *vs.* 35. Iobus non cum scientia loquitur; et verba eius sine maturitate intel-

gis hoc, *et non ego. Tibi placet via contumaciae: mihi submissionis, qua virgam vel praeueniam, vel auertam.* Postrema, 5. *Et quid nosti? loquere:* vel *et quid nosti loqui?* eandem fundunt sententiam, qua *Iobus* ita prouocatur ad respondendum, vt simul insinuetur, Eum *conuictum* saltem teneri *contumaciae*, quae vel sola has *plagas* concitare valuerit. Non dico omnem mihi dubitationem diremtam, quoad singula cola; non tamen longe a *Scopo* abesse possumus: quem felicior manus recta feriet.

vs. 34. Confirmat explanationem modo datam haecce *prouocatio*, qua omnium *Sapientum* iudicio causam suam permittit; atque *Iobum* conuictum, constrictumque, teneri, sumit. Latini Interpretes, ad *Vulgatam, Viri intelligentes loquantur mihi, et Vir Sapiens audiat me. Iob autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam*, in *Elihuum* inuehuntur, vt *vanissimum* et *arrogantissimum declamatorem;* quem *fastus, turpisque adulatio*, impulerit, vt *turbae imperitae, Cordatorum* et *Sapientum* titulum daret, ad *gratiam captandam.* Ita *de Pined.* Nostro iudicio animosa quidem illa, sed satis mollis, ac modesta, *confidentia Elihui;* qua tandem cumque structura vtare. Nempe יאמרו לי aliis est *dicent mecum*, vel *pro me;* aliis *dicent mihi, consentientes.* Item שמע לי aliis *qui audit me:* aliis, *audiet me.* Haec minutiora, et cuiusque arbitrio permittenda.

vs. 35. Non superbum, nimiumque, quod omnium *Sapientum* calculo confirmandum fore dicat, *Iobum non cum scientia locutum*, illa nempe quae taxauerat, Censor, *et verba eius non fuisse in matura prudentia.* Ne nunc quidem Virum Sanctissimum absoluimus, sed multa *imprudentius, irreuerentiusque*, dicta, magnitudine dolorum excusamus. Maiori ergo iure *inscientiam*, et *imprudentiam*, Nostro obiicere potuit *Elihu*, ex fontibus supra indicatis: in eoque a *modesto Charactere* suo non desciuit.

vs. 36. Omnino commemoranda explicatio Doct. *Tigur. Haec autem in medio adfero, vt res Iobi discutiantur exactissime, quo paratae sint responsiones contra prauos homines.* Accepere 1. אבי pro אביא *adduco:* per *Aphaeres.* elementi alibi quoque omissi in talibus formis. Quin in hoc ipso verbo *Mich.* 1, 15. 1 *Reg.* 21, 21. 29. *Ier.* 19, 15. et 39, 16. Non infirmo ergo stat talo. 2. ער נצח *exactissime*, valde ad Rem simul, et Linguam. De eo mox plura. *Quo paratae sint responsiones* etc. 3. non inelegans: sed minus firmum: vt statim discutietur. Vicinum quod *Coduc.* laudat, *Adducam* plura, *donec se victum fateatur Iobus.* Hi respiciunt ad נצח per *vincos Victoriam* reddi solitum a LXX. Eam vim expresserant *Iun.* et *Trem.* quoque: eademque obuersata *Crinsozio.* Origo adfert *meram* et *sinceram puritatem;* nec non *veritatem causae victricis.* Ita *Hab.* 1, 4. *Non exit* לנצח *ad veritatem Iudicium.* Conf. *Esai.* 42, 3. Ad hanc *Originem* palam ducit 1 *Sam.* 15, 29. *Thren.* 3, 18. Inde in *Iuuenil.* tentabam, *Pater*

mi

intelligentiae. *vſ.* 36. Adduco, quo exploretur Iobus ad purum putum; ſuper reſponſionibus inſtar hominum vaniſſimorum. *vſ.* 37. Nam addit ſuper peccatum ſuum defectionem; inter nos complodit; et multiplicat verba ſua ad Deum.

CAPVT

mi exploretur Iobus ad veritatem. Pro eo poſſes etiam, *Deſiderium meum, vt exploretur Iobus ad veritatem vsque;* i. e. *donec veritas triumphet* Haec molliora, quam, *in ſempiternum:* eſtque in his *honeſtum votum*, vt ex iis quae diſputata erant, *Victrix cauſa* pateſcat. Commodius adhuc fuerit, *Adduco*, quo *Iobus exploretur ad purum putum vsque:* prout Doct. *Tigur.* reddiderunt; niſi quod illud אבי ex mente noſtra valere poſſit, *Adduxi* iam, et *porro adducturus ſum.* Eſt eadem Fiducia *Vincentis*, quam *Cap.* 33 ſub finem indicauimus. Cl. *Cocc.* noſter ex parte, quum peti ait, vt *ſinceritas Iobi manifeſtetur: quodque in illa adhuc obſcurum, rubigine deterſa niteat.* Appoſite. Nam בחן eſt *metalla explorare admota coticula.* Talem coticulam *cauſae Iobi* penitius *pertentandae* a ſe prolatam, non immerito nunc gloriatur: ad eamque *ipſum* tum *a ſemet ipſo*. tum *ab aliis*, iubet *explorari.* [Voculam אבי *Vulg.* transtulit *Pater mi;* Gr. Alex. *verum enim vero;* Syr. et Arabs *vere;* Chald. *cupiens ego.* Vog.]

Ibid. Extremum Colon, ob ſtructuram exquiſitiorem, in diuerſa tractum. Haud incommode *Merc.* I. *propter reſponſiones cum viris iniquitatis;* ſiue *pares iis quas improbi dant.* Eodem redit II. *Iun.* et *Trem. propter reſponſiones* quales *inſunt hominibus iniquis:* niſi quod paulo argutius ſit. Non aliud offert III. *Schmid. ſuper reſponſionibus inter Viros iniquos.* i. e. *quas dum dat, et quatenus dat, eſt inter Viros iniquos.* Preſſius, IV. et liquidius, *Crinſoz. ſuper reſponſionibus* quae dantur tantum *inter homines improbos.* Idem habet *Cler.* inſerens, *quales audiuntur* etc. Quod ego olim V. monueram de vſu *praepoſ.* ב *comparationi* inſeruientis, non plane abiicio: nam reuera ב pro כ non raro vſurpatur, niſi quod fortius quid ſignet: vt quum dicitur בים שברך *in mari confractio tua;* pro כים *lata, vaſta, tumultuoſa ſicut mare.* Genus iam perſequi haud licet. Habeatur tantum inde, *propter reſponſiones in Viris vanitatis;* pro *ſicut hominum vanorum: in quibus vanorum*, et *impiorum, characterem induiſſe Iobus* videatur. A *Num.* I. II. III. IV. non differt, niſi flexu conſtructionis. *Numero* IV. tamen palmam deberi cenſeo; quia *modeſtius* eſt; idemque exprimit, quod *vſ.* 8. vidimus decenter ſimul et acriter obiectum.

vſ. 37. Verba سفق et صفق apud *Arabes, verberare cum ſoni repercuſſione, plaudere, complodere, explodere*, ſpeciatim vſurpantur in *exploſione*, dicam? an *effuſione liquoris cum ſonitu vehementi*, quod et *Graecis* πίτυλος. Hinc ſtruere eſſet, יספק אמריו *cum πιτύλῳ, κόμπῳ ſtrepitu profundit, et multiplicat, ſermones ſuos in Deum.* Non omnino idem eſt, ſed tamen ſatis vicinum, quod *Ier.* 48, 26. grandiſſime figurauit. *Inebriate*

CAPVT XXXV.

Vers. 1. Et respondit Elihuus, dixitque. *vs.* 2. Num hoc reputasti pro iudicio? dixisti, Iustitia mea prae Dei.

eum, quia se magnificauit contra Iehouam: et Moab מפק בקיאו *plaudet in vomitu suo*, Incommodius paulo, *manibus plaudet:* plenius, *toto corpore plaudet, et volutabit se.* Et huc πίτνλον traduxit Cothurnus *Aeschylaeus* in *Pers* 981. ἐνὶ πιτύλῳ τλήμονες ἀσπαίρεσι χέρσῳ *vno plausu miseri palpitant humi.* i. e. *strati iacent, et moribundi corpora iactant.* Necdum vides *vicinum* illud, quod inesse dicebam. En! per figuram ex *ancipiti.* Quum praemissum sit, *Inebriate eum, nam* הגדיל *grandia locutus est;* fieri nequit vt in מפק non sit lusus conueniens isti *iactationi.* Subsumitur ergo, *Et plaudat tum Moab in vomitu suo. Qui dulci fortuna ebrius insolenter se iactabat, iactitet sese moribundus, et ira Diuina inebriatus; manus, pedes, corpus, in suomet vomitu, terrae applodens.* [וְיָרֵב *Vulgatus* protulisse videtur וְיָרִיב a ריב litigare. *Vog.*]

Ibid. Altiorem adhuc curam locus hicce postulat: nam ex eo diluceſcere potest, quid *Elihuus* de *persona*, et *Casu*, *Iobi*, cogitarit. Patescit nimirum hinc, quod supra aliquoties inculcatum, *Elihuo* hanc sedisse opinionem, *poenas*, quas *Iobus* pateretur, haud esse *immeritas*, neque *tantam* esse eius *innocentiam*, quantam pugnabat; sed eum haud dubie ob *noxam* plecti, quam vocat חטאה; cui nunc accedat *aperta rebellio*, פשע. Ad haec duo ita se adhaereſcere indicat *Elihu*, vt se plane *animi pendere* fateatur, quid tandem de *Iobo* iudicare debeat: *probisne* sit accensendus; qui ob *delictum aliquod grauius grauioribus plagis castigantur:* an *improbis*, ob *Hypocrisin poenas* tandem *luentibus*, et eo ipso tanto *certius*, et *iustius*, *pereuntibus*, quanto *contumacius* Deo *obmurmurant.* Hanc Viri mentem sequentes, sermones distinctius exponent.

Vers. 1. Vlterius *tertio pedatu* progreditur *Elihuus;* atque speciatim refutat imprudentissimum illud, et ferme profanum, quod *Cap.* 34, 9. tetigerat, *probitatem non prodesse prae improbitate.* Istac ansa remouet, quod *Iobus* aliquoties obiecerat, *probos* iacere, *improbos* florere, *Iudicium* Dei in terris *nullum* esse; sed omnia caeco quodam motu volutari, misceri, susque deque inuerti. Hoc prudenter, et solide, refellit, ostenditque per *impatientiam*, et *superbiam*, talia suggeri: ad quam abreptus fuerit *Iobus*, quod Irae Diuinae infinitam molem ante oculos non retineret. In his paulo vlterius iam calor disputandi *Elihuum* prouexit; et praesertim ad finem asperior reperitur: quod tamen non sine ratione, vtique ex optimo principio, factum, in loco patescet.

vs. 2. Animosior instantia, qua denuo confutare aggreditur *Elihu* nimis audax *Iobi* dictum, quod *Cap.* 34, 5. posuerat. Ex abrupto, nec sine indignatione, *An hoc reputas* למשפט *pro iudicio?* etc. Mollis quidem est conatus cuius meminit

Cocc.

Dei. *vſ.* 3. Quod dicas, quid proderit tibi, et quid proficiam, prae peccato meo? *vſ.* 4. Ego tibi reſpondebo verba;

Cocc. nomine *iudicioſiſſimi Interpretis*, ita reddentis, *putaſtine hoc iuri conuenire*, de quo *dixiſti, Mea Iuſtitia eſt a Deo; Dicere, quid me iuuabit illa, et quid inde emolumenti capiam magis quam a peccato meo?* Leuari poſſent ſcrupuli, quos obmouit ὁ πάνυ; nam reuera *Iobus* confidenter aſſeruit, ſe ab ipſo *Deo iuſtitiae teſtimonium reportaturum*, ſi modo ad Tribunal eius accedere daretur. Inde nunc ſatis aculeate inſtaretur, *An in eo etiam te Iuſtum* pronunciaret Deus, *quod negaueris Iuſtitiam prodeſſe cuiquam, prae peccato.* Conſtructio tamen aliud ſuggerit, quin et *Elihui* increſcens vehementia aliquid vehementius depoſcit. Hoc aliud eſſe nequit, quam quod *Cap.* 34, 5. iam obiectum vidimus. Ibi erat צדקתי *Iuſtus ſum* in hac cauſa, *et Deus Iudicium meum*, i. e. ius mihi debitum, *remouit, abiecit, euertit.* Idem gradu nouo auctum nunc reponitur, *An hoc* ergo *reputas in iudicium*, i. e. *an in eo ſitum ius tuum? an hoc tibi pro* Iure *etiam arrogas? et ſuper eo* Iudicari *poſtulas?* Cl. *Guſſ.* ſub חשב bifariam. 1. *an hoc cogitaſti vt in iudicium proferres?* 2. *an hoc reputaſti pro ratione iuſtificatiua?* Poſterius ad noſtrum proxime accedit. משפט hic eſt *liquidum Ius; quo quis cauſam obtinere poteſt, et debet, apud aequos iudices:* vt Cap. 34, 6. et 23, 4. et 13, 18. אמרת Quod *dixeris*, pro שאמרת, nil habet duri. צדקי מאל *Iuſtitia mea prae Dei.* Non dixit, inquiunt, etiam ii, qui *Elihuo* patrocinantur, ſed per conſequentiam id collegit legitime. Sufficere poſſet. Sed vide an non diſerte ſatis dixerit, *Cap.* 13, 18. *Ecce inſtruo aciem Iudicii: ſcio* כי אני אצדק *me, me, iuſtum futurum* i. e. *euicturum innocentiam.* Confer quae ibi notata. Hoc qui dicit, quum ſe cum Deo diſceptaturum eſſe ſolenniter profitetur, is aperte dicit צדקי מאל *Iuſtitia mea prae Dei:* videlicet in *Cauſa praeſenti.* Iſtos vltra fines ire, nefas. Reliqua eiusdem Capitis eodem tendunt. Adde, quae ad *Cap.* 23, 4. 5. 6. 7. 14. nimis fortia, ſane, atque cum *optimo*, et *tenerrimo*, in Deum *corde*, (quod *Elihuo* haud patebat) meram *contumaciam* ſpirantia. Iure ergo *Iobum* caſtigat, atque confutat, qui non niſi ad *verba* de *ſenſibus* eius poterat iudicare. Si quis addere velit eum *Zelo pro Cauſa* Dei non *correptum* tantum iam, ſed et *abreptum*, atque vlterius, quam par, euectum, non equidem refragabor. Inculcatum ad *Cap.* 32, 2. et alibi. Immota tamen manet Viri Integritas, quae hic nihil aliud paſſa, quam quod vel Iuſtiſſimi, atque moderatiſſimi, mortales, in conſimili cauſa paſſi fuiſſent.

vſ. 3. Redi ad *Cap.* 34, 9. vbi τὸ אמר diſtinctum a *vſ.* 5. non ſignat expreſſa verba *Iobi*, ſed *animi eius ſenſa*, ex modo diſputandi manifeſta. Speciatim alluditur ad grauiora dicta, quae hoc ipſum aperte prae ſe ferre videbantur: vt *Cap.* 9, 21. 29. 30. 31. et *Cap.* 10, 14. 15. vel nihil dicit ibi *Iobus*, vel hoc, *nullam ſibi vtilitatem reueniſſe ex pietate, et innocentia ſua; adeoque rem rediiſſe, vt ſi vel nocentiſſimus*

verba; et Amicis tuis tecum. *vſ.* 5. Vibranti oculo tuere coelos, et cerne; atque adſpice aethereas plagas; altifrontes ſunt

vixiſſet mortalis, ſeque totum peccato tradidiſſet, plus malorum ſubire non potuiſſet. Sentis *Adfectum* miſeri, miſere luctantis, et aeſtuantis: quem nos iam excuſamus, et benigne interpretamur, quia *Coronam Virtutis* et *Innocentiae* Fideliſſimo Seruo ſuo ipſe Deus impoſuit. Sed an *Elihuus* iam tum id iudicii ferre vel poterat, vel debebat, de talibus vocibus, quarum *Radicem ſinceriſſimam*, id eſt *Conſcientiam nulla labe taminatam*, ei perſpicere needum datum erat? Nemo dixerit, materiae ſuae intelligens. Ad hanc rationem elucet, מחטאתי commodiſſime reddi, *prae peccato meo*, hoc eſt, *prae quam ſi peccator vixiſſem.* Abruptum illud חטאתי, *peccatum meum*, cum ſuppoſitione, pondus trahit. Ex *Cap.* 10, 14. id huc illatum, vbi חטאתי et עוני eodem plane adſpectu. Eſt oppoſitum צדקי צִדְקִי *iuſtitia mea*, i. e. *Vitae innocentia*, qua *Iuſtam* ſibi *Cauſam* tam fortiter vindicabat Noſter. De ea *Iuſtitia* opportune ſubſumitur, *Quod autem dicas, quid promit tibi?* quid vtile inde ad te redundat? *et quid ego emolumenti capio* inde *prae peccato meo?* i. e. *prae quam ſi peccato me totum dediſſem? Ego* ad id *reſpondebo tibi* etc. Habes connexionem teretem, quam ſequentia commendabunt. כי *Illativum*, pro *Quod autem*, ſatis crebrum. *Deut.* 7: 17. כי תאמרו *Quod autem dicatis in corde veſtro, Multi populi illi prae me, et qui potero eos occupare?* *vſ.* 18. לא תירא מהם *Ne timeas ab illis* etc. *Iun.* et *Trem.* noſtri ſunt in nexu, in ſenſu non item. Hoc ſi teneatur, non tantum praecedentia, ſed et ſequentia, limpidius fluent, et aciem diſputationis dabunt tam bene ſtructam, firmatamque, vt ei merito conceſſerit, tenax quidem, ſed non pertinax, contumaxque, cauſae ſuae propugnator.

vſ. 4. Qui ab hoc connexu aberrarunt, varia ſupplere, vel hiatum linquere, coacti. Ad noſtram rationem arcta ſimul, et firma cohaeſio, per quam opportuna anſa praebetur *Elihuo*, cum refutatione *Iobi*, *Amicos* ſimul conuincendi quod *ſtatum controuerſiae turbarint*, et non iis armis *Iobum* aggreſſi fuerint, quae ipſa materia miniſtrabat. Hoc quale ſit, ad intelligentiam huius *Capitis* praemuniendum.

vſ. 5. Circumſpiciendus ante omnia *Scopus*, quo ſublimis haecce diſputatio recta feratur, et quidem ita, vt cum *Iobo*, *Amici* ſimul refutentur. Nempe ab vtraque parte itum fuerat in *exceſſum:* et *Amici* quidem tetenderant *pietati*, et *virtuti*, *comitari felicitatem;* et non conuenire *Iuſtitiae*, vt *veri* et *ſinceri* Numinis *cultores* ſint miſerrimi. *Iobus* contra pugnarat, *calamitoſiſſimos* reperiri eos, qui *maxime religioni* ſtuderent; eiusque *contemtores* palam florere, in bonisque aeuum traducere. Hoc reſpectu, non alio, acerrimae illae concertationes habitae: atque huc quoque, tanquam in centrum, collineant duae illae audaciſſimae *Theſes*, quas *Elihu* nunc conuellendas ſumſit, *Iuſtitia mea prae Dei:* et, *Quid proderit*, *Religioſum* Dei *cultorem vixiſſe* potius, quam *peccatorem*

egiſſe

egisse nullo scrupulo vlla in re retentum? Hanc faciem addidimus versui 3. sine qua *filum* rite prehendi nequit. Haec *ex animo*, i. e. ex *sensu interiore Cordis puri*, *Deoque* indiuulsim *adhaerentis* vel inter tormenta, et cruciatus, neutiquam dixerat *Iobus;* sed tantum ex *affectu conturbato*, et *doloribus* simul, simul *criminationibus iniustis Amicorum irritato*. Tanta tamen haecce dixerat vehementia, vt *Elihuus*, cui *Conscientia Viri* haud patebat, merito propterea indignaretur, et tanquam *ex animo* profecta forte, sibi redundenda duceret. Concipit ergo talem *harum Thesium* redargutionem, qua *Iobo* compresso, *Amici* simul conuincerentur improuidi fuisse disputatores; quum tam inconsiderate vrsissent, Dei *Iustitiam* postulare, vt *bonis* semper *bene*, *malis* vero *male*, *omnia cederent*. Habes conspectum rerum, quem prudens disceptator controuersiae intactum linquere non potuit, quum ex media haecce causa, vltro, citroque, agitata, sponte se ingerat; atque nihil egisse videri debuisset, nisi hoc ipsum curatius discussisset. Eum in finem demonstrare aggreditur, *Iustitiam Diuinam*, *vniuersamque rationem prouidentiae*, *nostro modulo haud metiendam: quasi par esset*, *vt vbi pietas*, *et religio*, ibi continuo adsit *felicitas*, et *quaedam* quasi *merces*, Dei cultoribus iure suo competens: item, vbi *impietas*, ibi confestim adsit *calamitas*, et *praesentissima poena*, quae Dei contemtores palam feriat. Haec duo si nimis acriter teneantur, sententiae ferentur imprudentes, ac temerariae, de Dei erga homines vel odio, vel fauore. In hanc partem peccarant Amici. Eodem ex fonte quoque infinitae existent criminationes prouidentiae, quasi Deus res humanas non moderaretur secundum normam aequitatis, et iustitiae, sed eas caeco casui, Fortunaeque ludibrio, ferendas, et voluendas, mandasset. Huc *improbi* γυμνῇ τῇ κεφαλῇ procedunt. Moratiores, et modestiores, mussitant. *Probi* et *religiosi*, vbi grauior quaedam vis tentationum, per calamitates, incubuit, in acerbas erumpunt querelas, cum Deoque *expostulare* etiam, et *contendere*, occoeptant. Factum, nimis factum, a *Iobo* nostro: atque adeo, ardente cum maxime certamine inter *Ipsum*, et *Amicos*, vix aliud factum. Non poterat, ergo, non debebat, *Elihu*, totius *arcem* causae praeterire: sed iam opportunissime eandem inuadit, atque Nostrum ex fortissimis suis praesidiis ita depellit; vt simul in Amicos, tanquam parum prudentes aggressores, tela recidant. Hoc distinctius enucleasse operae erit pretium.

Ibid. Se ipso maior, celsiorque, *Elihuus*, coelesti velut adflatu tactus, *Iobum* quoque, et Amicos, tangere, et Numine implere gestit. Ex abrupto ergo infert, הבט שמים *vibranti acie tuetor coelos!* Contemplator mihi immensa illa coelorum spatia, qui pulueri adfixus haeres; de Deoque nimis anguste cogitas: וראה *et cerne*, vero, et spirituali, oculo, discerne, quantae Maiestatis specimen ingerant, supra visum, captumque, nostrum, infinitum quantum sublimatae. ושור שחקים et *subtilissimas*, *aethereasque*, illas *plagas suspicito:* גבהו ממך *altifrontes sunt a te.* Id sonantius, pleniusque, quam, *quae* sunt *altiores te*, quod *Merc.* aliique habent. *Prae te*, ferri posset, si

resol-

sunt a te. *vs.* 6. Si pecces, quid officis illi? et denseſcant defectiones tuae, quid facis illi? *vs.* 7. Si iuſtus ſis, quid dabis illi? aut quid ex manu tua accipiet? *vs.* 8. Viro, ſicut

reſoluatur in, *prae quam vt* accedere viſu, nedum mente capere, valeas. *Supra te* habent *Iun.* et *Trem.* quod noſtro proximum, qui indubitato tenemus *a Te, in infinita a te diſtantia*, magnificam *frontem attollunt.* גבה vt גבא proprie *Altifrontem eſſe* ſignat: de quo alias. Ad ſcopum *Elihui* facit, vt *Deus* iam conſideretur *Coelos pro ſolio habens*, et *terram* pro *ſcabello pedum:* vnde inferri queat, *ſicut Coeli alti ſupra terram, ita viae meae altiores veſtris* etc. Hoc pro fundamento ſtrauiſſe ſuffecerit. Reliqua argumentatio mox euoluetur.

vſ. 6. Bono conſilio *Vulgat. Si peccaueris, quid ei nocebis* etc. Item *Tigur. ages in illum.* Alii, *facies aduerſus Eum.* At *Iun.* et *Trem. operaris ei.* Minus bene. *In malum* tendere hanc formulam חטעל בו, luce clarius. Ceterum ad Magnificum illum adſpectum, quo *vſ. praec.* euocabat, et *Coelorum interminabilem*, atque *inaeſtimabilem*, *ſublimitatem*, pulcherrime ſubſumitur, *Si pecces quid efficis in illum?* etc. Deus immenſum ſupra hominum *ictus*, et *tela*, eſt *ſubuectus:* quippe quae in *caput iaculantis* confeſtim *recidant.* Dei *pax*, *felicitas*, *gloria*, *lux* inacceſſa, *peccatis* mortalium *conturbari*, *minui*, *obſcurari*, ne minimum poteſt. Quicquid de *laeſa* Dei *Maieſtate*, et *offuſcata* eius *gloria*, ſtylus humanus fert, id humanitus intelligendum. Haec demonſtrare Ardelionis eſſet. Quid inde *efficere* velit *Elihu*, ad *Conuictionem Iobi* ſimul et *Amicorum vſ.* 8. dabitur.

vſ. 7. Inductio validiſſima ex *immenſitate Coelorum* elicita in contrarium; vt *minui peccatis* nequeat *Maieſtas*, aut *Gloria Dei*, in ſe; ita nec hominum *officiis*, *virtutibus*, *religioſiſſimisque cultibus*, vel tantillum poſſe *augeri.* Ecquid *Soli*, vel *Stellis*, *lumen* addere poterit homuncio, in terris repens? Plura dabit, qui verba perdere volet, et *Meridiei* faculam accendere.

vſ. 8. In ſenſu paululum ambiguitatis. Alienum plane duco I. quod *Gregor. Philip.* aliique, illud *qui ſimilis tui* traxerint ad *imitatores*, et *ſectatores* q. d. *Nemini nocere poterit impietas tua, ſi male agentem aemulatus, non fuerit: quemadmodum filium hominis iuſtitia tua iuuabit, ſi vias tuas, cum recte incedis, imitetur.* Paulo ſpecioſius II. multi ſic concludi autumant, *Quicquid vel boni facis, vel mali, id ad proximum ſolummodo redundat.* Vergunt huc *Doct. Tigur. Caluin. Conc.* CXXXVII. *de Pined. Sanct. Schmid. Crinſoz.* etc. Reſtrictius III. *Vatabl. Si male feceris, damno tuo id feceris: ſi bene, bono tuo.* Conſentit *Merc. Cuique ſua impietas nocet, iuſtitia prodeſt.* Laxius IV. Cl. *Cocc.* duo haec amplectens *Si tu improbe agis, ipſe deprauaris, et proximo tuo, vel iniuria, vel ſcandalo, obes. Si item iuſte agas, tu meliori ſtatu es, et proximo tuo, vel actu charitatis, vel exemplo, commodas.*

Ibid. Ex iis quae ſupra ad vſ. 5. propoſuimus, calculus ita erit ſubduce-

ſicut tu, improbitas tua: et filio hominis, Iuſtitia tua. *vſ.* 9. Ab Opulentia oppreſſi opem conclamant; et quiritan-

ducendus: *Tecum volutas, et dicis, quid proderit iuſtum vixiſſe potius quam iniuſtum, quando Deus Iuſtum, iniuſtumque, iuxta habet; quin iuſtis mala, iniuſtis bona impertit?* Itane vero, inquit *Elihu.* Hoccine vt ex ore tuo exeat! *An Deo quicquam inde vel decedet, vel accedet, ſiue tu Iuſtum egeris, ſiue iniuſtum? In Te, Te ipſum, vel Iuſtitiam tuam,* vel *Iniuſtitiam, redituram ſcias, etc. Tuo capiti fuerit, ſi malum praeoptes: tuo item, ſi bonum.* Hoc primum. En alterum. *Deus nec Tibi, nec vlli, quicquam debet; neque rationes reddere tenetur, cur bonis* ſaepe *mala, malis bona, obtingant. Sufficit ad Eius Iuſtitiam,* quomodo tandem cumque res ire videantur, *omni criminationi eximendam,* immotum fixumque, manere, *Improbitatem ſibi eſſe poenam praeſentiſſimam; itemque probitatem, et virtutem, ſemet,* vt ita dicam, *remunerare.* Nunquam *improbus non infelix,* vel *in gremio Fortunae,* et *Felicitatis ſuae, vt ſomniat, culmine.* Numquam *probus* non *felix,* vel in *ſummis calamitatibus,* ſi modo a ſeſe non deſciſcat, ſed Deo *obedientiam,* et *patientiam* debitam, praeſtet. Vno ictu *Syſtema Iobi,* vel potius *Arcem querelarum* eius, *expugnari; Amicorumque tum Hypotheſin,* tum *ſiniſtras conſequentias,* diſſipari ſentis: vt nil nimium ſibi *vſ.* 4. arrogaſſe appareat acrem huncce, nec minus ſubtilem, diſputatorem. Magna Emphaſis, admiſſo hoc loci conſpectu, in כמוך *Viro, ſicut Tu,* i. e. *cuius natura imperfecta, mutabilis, dependens, obnoxia, indiga, cui omnia accedere, omnia item decedere, poſſint.* Potuiſſet efferri רשעך et צדקתך, *Viro, ſicut tu, improbitas ſua; et filio hominis ſua iuſtitia.* Sed vehementior oratio ſubſtituit צדקתך et רשעך *Improbitas tua,* et *Iuſtitia tua,* quod ictus in *Iobum* deſtinaretur.

vſ. 9. Verbum יזעיקו 1. alii *clamant* reddiderunt, alii *clamare faciant.* Neutrum arridet. Prius fuiſſet in *Kal* יזעקו, quod ſemper vſurpatur in *clamore quiritante* eorum qui aliquid mali, aut iniuriae, patiuntur; eſt enim *cum fragore erumpere;* vel *rumpere querelas* etc. vt صعق. Eadem vis in צעק صعق, vt alibi indicatum. Conſonat fere σκήπτεσθαι, et ἐπισκήπτεσθαι, quod eſt *actionem iniuriarum intendere,* ob *verbera, vulnera* etc. *Vindictam poſtulare ab oppreſſionibus.* Hoc in *coniug. Kal* paſſim obtinet. In *Niph.* נוזעק et נצעק eſt *conclamari,* ſiue *vndique conuocari ad opem ferendam:* item, *ſe inuicem hortari ad ſuppetias* etc. 1 *Sam.* 14, 20. *Iud.* 6, 34. 35. et 18, 22. 23. Eadem poteſtas in ἐπισκήπτεσθαι. In *Hiphyl* הזעיק valet *conclamare,* vel *ſub praecone aduocare ad opitulandum* etc. *Iud.* 4, 10. 13. et 2 *Sam.* 20, 4. 5. הזעק לי ἐπισκήπτε μοι *euoca mihi viros Iudae, tres dies.* Hinc *promulgare per edictum,* ſuccreuit; vt *Ion.* 3, 7. item, *inclamare vehementius,* vt in *conſternatione,* et *periculo bellico:* quod *Zach.* 6, 8. dexterrime locatum. Elucet hinc 2. עשוקים ſtare in caſu recto, vt *oppreſſi* dicantur *conclamare,* et *conuocare opitu-*

tantur ob brachium magnatum. *vſ.* 10. Et non dicit, vbi Deus, Factores mei! dans cantica in nocte. *vſ.* 11. Do-

opitulatores. Intelligeſis *Deum hominesque; quibus vindictam ſui,* aduerſus violentiſſimos oppreſſores, *non ſine tempeſtate querelarum, mandent.* Habes Theatra omnis *violentiae* hinc, illinc *conſternationis*, et *quiritationis;* quae ſemper in orbe terrarum conſpecta. 3. מרב *ex amplitudine* i. e. *ex media abundantia*, quod Cl. *Cocc.* offert, relatum ad *oppreſſos*, quorum *impatientia*, et *auaritia*, ſic increpetur ſimul, incommodius. Magis ad rem, *a copia* fraudantium, et *amplitudine, conclamant fraudati*, aegerrime ferunt *oppreſſores* ſuos *viuere laetos, lautos, copioſos*, ipſi *inopes, nudique.* Ita רב *abundantiam, affluentiamque bonarum rerum* notat *Deut.* 28, 47. et רבים ſunt *opulenti, diuites, copioſi Pſ.* 37. 16. Cohaerent voculae רוב רבים *copia copioſorum*, quas ſtylus ſublimior ſeiugauit, vt זרוע *brachium violentiae* interueniret. Simplex oratio dediſſet עשוקים יזעיקו מרוב ומזרוע רבים *Oppreſſi conclamant publice opem ab opulentia, et brachio Opulentorum magnatum.* Licet et רוב רבים *magnitudinem Magnatum*, eadem *Paronomaſia*, reddas. *De Pined.* רבים hic *iaculatores* dari poſſe cenſens, iactum perdidit. 4. ישועו eſt verbum ſolemne in *publicis* et *grauioribus vexationibus*, quod priori יזעיקו apte recinit, per formulam, *Laeua guttur praefocatum*, de qua alibi. Ex hiſce dubitari nequit, quin *Locus* de *Oppreſſionibus Magnatum in orbe graſſantibus, deque Oppreſſorum quiritationibus a Deo neglectis*, ſuſcipiatur. Hunc *Iobus* in medio curſu diſputationum ſuarum aliquoties tetigerat, atque *Cap.* 24. ample executus erat. Relegenda, quae ad *vſ.* 1. et *ſeq.* ibi data: itemque ad *vſ.* 12. vbi diſerte negauit Noſter, *Deum querimonias Oppreſſorum* audire, quas contemtim propterea חפלה *ſputationem*, ſiue *ſcreationem gutturis preſſi*, vocabat. Deſcendendum proinde cenſeo in eorum ſententiam, qui hanc grauiſſimam *Iobi* obiectionem, et criminationem Iuſtitiae Dei, nunc refutari autumant. Id *Amicis* ex ſua *Hypotheſi* integrum haud fuerat; ac proinde vna opera ipſi refutantur, et conuincuntur parum cohaerentia dixiſſe. Anſam *obiectionis* huius nunc *excipiendae*, et *refellendae*, dabat *vſ praec.* valde opportunam, ſi enim *Improbitas in Caput* recidit *auctoris;* et *ſi Probitas* ac *iuſtitia* ſuam ſibi mercedem mox fert, neceſſe eſt *probos florere, improbos ſub pedibus iacere.* Atqui contrarium palam obtinet. Totus aër reſonat *quiritationibus* eorum, qui ſub *tyrannide*, et *improbitate, florentium diuitum*, ingemiſcunt. Ergo fallit Canon: nec Iuſtitia Dei ſarta tecta praeſtatur.

vſ. 10 Preſſiuscule inſiſtendum in *Characteres*, hocce, et ſequenti verſu, conſignatos. Ad priorem, *Et non dicit, vbi Deus, factores mei!* notari velim, non ſine magna quadam Emphaſi hic inſertum illud עשי *Factores mei.* Amputo ſubtilitates. Teneo quod ſana cum ratio, tum Doctrina, dictat, *Vbi Deus, Factores mei!* eſſe aliquid diſtin-

ctum, et minime vulgare, tum in constructione; tum in significatione: vnde *Mysterii* respectum excludere haud par. איה *Vbi!* non est *spernentis* iam, et *insultantis*, vt *Mal.* 2, 17. *Vbi Deus iudicii!* sed *quaerentis*, et *anhelantis* veluti. *Ier.* 2, 8. *Sacerdotes non dicunt* איה יהוה *Vbi est Iehoua!* Confer *Esai.* 63, 11, 15. *Ps.* 89, 50. איה חסדיך *Vbi misericordiae tuae!* etc. Ostenditur ergo iam vera causa, ob quam *oppressi Deum vindicem miseriarum* suarum non experiantur; quia *vindictam* quidem *poscunt Deum*, Coelumque clamoribus fatigant, sed *Deum ipsum non quaerunt*, non anhelant, non vt *vnicum* et *summum Bonum*, in mediis miseriis, *celebrant*, atque *amplectuntur*; prout sese nobis in *Foedere gratiae* reuelauit; et cum omni *amplitudine bonorum spiritualium* offert. Hoc si facerent, *in Cruce* quoque *Gloriari* possent, et plus quam *Victores* existere, per Eum qui *Cantica praebet*, non *de Die* tantum, sed et *Nocte media*, atque vel *densissimas* inter *tenebras* calamitatum. [*Chald. Graec. Alex.* et *Vulg.* pro עָשִׁי legisse videntur עָשְׂבִי; *Syr.* autem et *Arabs* עָשְׂנִי. Lectionem עָשְׂנִי veram esse arbitror; ex ea quoque tam עָשִׁי quam עָשְׂנִי facili librariorum lapsu oriri potuerant. *Vog.*]

Ibid. Venio ad secundum: *Dans* ille *cantica in nocte.* Subscribo eorum sententiae, qui hic solam admittunt *Figuram*, vt *Nox* designet *Calamitates*, et sensus sit, *Qui in nocte versantibus adflictionum dat materiam cantici, et gratiarum actionis.* Ita *Vatabl.* itemque *Castal. Grot.* Signatissime *Episc. Elienf. Qui non tantum valet releuare miserum, ac corroborare, verum etiam vel in saeuissimis calamitatibus eum gaudiis suis complere.* Hoc intentum, si non vnice, praecipue saltem, res ipsa arguit; nam eundum dare vult *Elihu*, neminem *a Deo deseri*, in veramque cadere miseriam, nisi qui primus *Deum deserit*, Ei plena cum fiducia non adhaerendo. Hoc in *Iobum* dextre simul intorquetur, qui si *Fidem*, *patientiam*, *submissionem*, *resignationem sui*, reliquasque virtutes, *Iustitiae* haud minimam partem, retinuisset, in *profundissima* hac *Nocte calamitatum*, *materiam* quoque *laetitiae*, et *Carmina*, inuenisset: quum nunc, de gradu ferme deiectus, dixerit, *Cithara mea in Luctum feralem*; et *Organum* in *vocem plorantium conuersum Cap.* 30. *vs. vlt.* Habes insignem Locum, campumque, de *Victoria Fidei*, quae *in ipsis adflictionibus glorietur*, et *triumphet.* In hoc adspectu, vt olim, ita nunc quoque, pedem figo. Non necesse *Noctis* vsum huncce figuratum ex Libris *Arabum* adstruere; nam *Sacer Codex* eum passim offert: monendum tamen tantopere eum ab *Arabibus* frequentatum, vt in stylo sublimiore omnem impleat paginam. *Schol. Harir.* ad *Conf.* 3. *Arabes omnia horrenda, grauia, aduersa, comparant Nocti tenebricosae.* En gustulum, ex *Hamasa.*

Es tanquam cui nulla vnquam
Nox obtigerit,
Quum assequeris vltionem, quam
concupiscis.

Inter *Prouerbialia* dicta a *Tebrizio* productum ibidem: *Sterne lateri tuo ante Noctem locum recubitus:* i. e. *Calamitatibus venturis, para aliquid remedii, vel in patientia, qua*

Docens nos prae brutis terrae: et prae volucri coelorum nos sapientes reddit. *vs.* 12. Ita clamitant, et non respondet,

qua temet armes. In *Diw. Hud.* continuata item Allegoria.

Concurrite, iuuate me aduersus
Noctem, sane illa
Omni oculo non nictanti incubat
longissima.

Appositissime *Gloss. Ordin. Carmen in Nocte* est *Laetitia in tribulatione.* q. d. *Si pressuris temporalitatis adfligimur, spe tamen de aeternitate gaudemus. Infirmus cum adfligitur, nimia pusillanimitate lassatur, spem gaudii futuri non retinens, qua vim aerumnarum lenire, et superare, posset.* Hoc *Elihuo* in censura aduersus *oppressos, aerumnis succumbentes* prae *defectu Fidei*, non potuit non aduersari: quando omnis *expostulatio* cum Deo, et *criminatio viarum Eius*, hinc oriunda. Id adeo verum vt Cl. *Cler.* ad finem huius Capitis reponere ausus fuerit, *Magnam partem Sermonum Iobi eo spectare vt ostendat Deum nullas poenas imponere, proptereaque eorum numerum augeri: atque hanc querelam esse eorum quibus poenae alterius vitae aut ignotae prorsus, aut sat notae non erant, vt de iis constaret.* Saepius supra refutatum. Si extra dolorem, et tentationem vrguentis cum maxime calamitatis, tales querelas instituisset *Iobus*, species subesset, tenuissima illa quidem, sed tamen non omnino nulla. Ast *aestuantes* miseri *querimonias* in *confessionem* quandam *Fidei* eius velle conuertere, nimis profecto imprudens, et iniustum. [Pro דמיונות *Syr.* et *Arabs* legerunt forte דמות *cogitationes. Vog.*]

vs. 11. *Merc.* generaliore conspectu, qui ad omnes ex aequo se diffundat, sic: *Qui efficit vt doctrina, mente, et Sapientia, bestiis praecellamus. Ratio enim est, et mens, qua mutis animantibus praestamus, insigne Dei donum. Haec quum oppressi non considerent, Dei dona ingratitudine oblitterantes, quid miraris, si Deus eos libidini, et tyrannidi, potentum permittit.* etc. Prolixius *Calvin.* ea admiscens, quae non nisi in *probos* quadrent. Distertim *Cocc.* cum *ratione*, et *mente*, coniungens, *verbum*, quod *homini vitam immortalem*, et *communionem Diuinae naturae, ac beatitudinis, proponat* etc. Officia hinc speciatim ab *Elihuo* intenta, percenset 1. *Omnia quae nobis accedunt, accipienda esse, vt gubernationem Dei* et παιδαγωγίαν του. 2. *Ab hoc magisterio Dei semper pendendum, nisi velimus in extremam lineam stultitiae incidere, et sapientiorem temet putare eo, qui te sapientem facit.* 3. *Quod sapimus ergo, recteque agimus, Deo Auctori semper tribuendum.* 4. *Nos eum semper debere quaerere* etc. *Quumque* 5. *adfligimur, non debere latrare, ac mugire, sed orare instar filiorum.* Haec et alia bene multa, *pietatis officia*, his sententiis inclusa, ambigi nequit, quum *Doctrina*, et *Sapientia*, qua *homines* a ceteris *animantibus* distinxit Deus, inferat praesertim *nobilissimum* illum *sensum Religionis*, quo qui caret, *vitam pecudum sub humana specie viuere* censendus. Ex *Religionis* porro *sensu* omnis *virtus* efflorescit, cum *spe*, et *fide*, *immortalitatis* consequendae. *Virtus* autem

det, a vultu elationis malorum. *vſ.* 13. Profecto vanitatem non audit Deus; et omnipotens non adſpiciet illam. *vſ.* 14.

autem per *ſpem*, *fidemque*, *vinam*, animata, vt omnia *munia pietatis* complectitur, ita inprimis inſpirat, *conſtantiam*, *fortitudinem*, *patientiam*, *magnitudinem animi miſerias vincentis*, et *in materiam triumphi conuertentis*. Hi ſunt *excellentes* fructus, quos *Religio Cultoribus* ſuis *praeſtat*, et *repraeſentat*, pro *pignore cumulationis* adhuc *remunerationis*. Iſtam *animi exaggerationem*, ad quam *homines* erexit, vocatque, Deus, ſi, vt par erat, obtinerent, non ſuccumberent aduerſis, atque, vel in *noctibus caliginoſiſſimis*, non *querelas* funderent, ſed *Hymnos*, ſed *carmina* decantarent, illam inexhauſtam gratiam celebrando, quae *malum* ipſum conuertit in *bonum*, ſi a *pietate*, et *virtute*, non deſciſcamus, Deoque fortiter, et conſtanter, adhaereſcamus.

vſ. 12. *Merc. Ibi* ergo, *clamabunt propter elationem malorum*, prae faſtu improborum a quibus opprimuntur, *nec audiet* eos Deus, *ob cauſam iam dictam*, *quod non redeant ad Deum ex animo, et fide.* שם *ibi* accipit pro *Tunc: eo loco vbi adſtiguntur.* Similia habet *Caluin. Conc.* CXXXVIII. *Quum homines Deum quaerent in veritate, is tunc propinquus erit, ſeque eius manus exeret ad opitulandum; ſed tantisper dum vlulant inſtar ferarum, clamor ipſorum erit inutilis: nec propterea dicendum, Mundum et res humanas obliuioni a Deo tradi.* Ei שם *ibi*, eſt, *vrgente vi malorum.* Ita etiam *Iun.* et *Trem. Ibi, in calamitate poſiti.* Eleganter *Cocc. ideo* reddi poſſe monet, ex *Pſ.* 14, 5. Signatius quid ſubeſſe ſuſpicor, vt *ibi* valeat, *ſic adfecti*, et *intus mente diſpoſiti*, hoc eſt, *minime compoſiti ad ſubmiſſionem religioſam ſub manu Dei.* Hoc feliciter expreſſum ab *Eleg. Crinſoz.* Quod Cl. *Cler. ibi clamabunt*, reſoluat, *ſunt alicubi qui clament*, diluit ſenſum, non firmat. Rectius poſterius colon effert, *ſed non exaudit* ita vt liberet *a ſuperbia malorum.* Nempe *Hyperbaton* euitans, venuſte מפני יענה, non יצעקו מפני, ſtruendum cenſet. Phraſin *Praegnantem* vocant *Grammatici.* Ea hic pondus fert, et decus. Pondus, quia *clamor* ob *ſuperbiam*, et *violentiam* iam *vſ.* 9. expoſitus. Decus, vt *Pſ* 22, 22. מקרני *Ex cornibus* —— *reſpondiſti mihi* i. e. *me inde vindicans.* Liceat adhuc addere, מפני hic non ſimpliciter poſitum videri, ſed *Emphatice*, vti quum dicitur, *Ne conſterneris* מפניהם *a facie, a vultu eorum: Eſech.* 2, 6. *Ier.* 1, 8. 17. et 39, 17. Sic exiret, *Non exaudit a facie ſuperbiae Malorum.* Notum, apud Latinos *Vultum* nonnunquam cum *terrore*, aut *faſtu*, venire: ad quam formam haberemus, *a vultu ſuperbiae malorum.* Geminum germanum, *Vultus inſtantis Tyranni*, apud *Lyricum.* Omittere nequeo *ſuperbiam malorum* a *Vatabl.* exponi *vehementiam adflictionum.* Figura ſplendida.

vſ. 13. Plerique cum *Merc.* I. *Verum vanitatem* i. e. *Vanas preces*, talium (ſc. qui opprimuntur) ſine fide orantium, *non audiet Deus, nec intuebitur illud;* ſcil. *quod opprimuntur*, ſiue *iniuriam illis faciam.* Quaſi redderetur, quod *vſ. praeced.* dictum

vſ. 14. Quod autem dicas, non adſpicies eum: iudicium coram eo; et praeſtolabere eum. *vſ.* 15. At nunc, quod nihil

dictum erat, addita cauſa. Ita *Cocc. Cauſa, quod non reſpondeat clamantibus* h. e. *non conſoletur eos, nec tranquillet eorum animos, eſt, quod nec audit, nec adſpicit, id quod temerarium eſt.* h. e. *quod non poſſint ei placere preces temerariae.* Eſſet *Regula Sanctuarii*, opportune hic inſerta; *adſ.* in ישורנה ad שוא redeunte. Eodem aſpectu generaliore Doctiſſ. *Belg.* quibus שוא notat *Homines Vanitati deditos*, eoque ipſo *Preces parum ſinceras fundentes.* Nil tritius *Abſtractione* pro *Concr.* Poſſem II. non omnino incommode, *Verumtamen Vanitatem non audiet Deus, neque Omnipotens eam adſpiciet.* Quantumuis non continuo *ſuberbiam*, et *Vanitatem*, *exſcindat* Deus, ſed eam *in terris regnare* nunc permittat; nunquam tamen *eam* laetus, facilisque, vel *audiet*, vel *adſpiciet. Improbitas*, etiam quum *florere* videtur, et *culmina rerum ſcandere*, eſt, et manet, Deo exoſa; tantoque grauiores, quanto lentiores, tandem poenas ſubibit. Hoc cum ſeq. *vſ.* praebet nexum ſatis mollem. Mouit me, quod שוא in hoc Libro *improbos*, et *improbitatem* ſignet: vt *Cap.* 11, 11. et 31, 5. Adde *Pſ.* 26, 4. etc. Sic refutaretur, quod *Iobus* inſinuaſſe videbatur *Cap.* 24, 23. et 27, 9. 10. Cohaerentius tamen III. quod *num.* I. poſitum, cum aculeo in *Iobum* emiſſo. Dixerat ille *Cap.* 24, 12. *Deus non curat ſcreationem* pectoris oppreſſi etc. Regerit *Elihu, Sane vero vanitatem non audit Deus:* etc. Ideo *aures* eius *clauſae*, quod *Quiritationes* illae *miſerorum*, quas inuidioſe תפלה appellaſti, *nomen* et *omen* gerant, atque reuera nil aliud ſint quam *ſcreatio*, et *indecora ſputatio*, ex *impatientia*, *incredulitate*, aliisque vitiis, oriunda. Haec, vt in loco perquam obſcuro, ita profero, vt liquidius quid deſiderare me diffiteri non poſſim.

vſ. 14. Poſt id quod *num.* II. *vſ. praec.* dabam, ſatis apte ſubſeteretur: *Quod autem dicturus ſis, Te illum*, vel *illud*, *non videre;* Te hanc *Dei Iuſtitiam*, et *ſeueritatem*, erga improbos non perſpicere: *Iudicium coram illo*, *quod tibi patienter expectandum.* Liquido certe adſirmari poſſit, *Expectationem* hanc eſſe *patientiae*, qualis *praegnantis*, *quae dolores aequo fert animo.* Series interim, conditioque *Iobi* omnino videtur exigere, *Quod ſi dicas*, *Non videbis illum*, i. e. plane hoſtili affectu me a facie ſua excluſit, *Iudicium ante Faciem eius;* eſt aequiſſimus: *iuſtitia* et *iudicium Throno* eius *adſtant.* Confer *Pſ.* 9, 5. *Itaque patienter expectabis illum*, vel *illud:* nam לו ad vtrumque ſe praebet; malim tamen ad *Deum. Non* תשורנו *cernes illum*, eodem adſpectu, quo *Cap.* 34, 29. Caſtigatur *Iobi impatientia*, in quam, vt capitale crimen, etiam eorum, qui gratiae Diuinae non exſortes, tota haecce inſtantia incumbit; cuiusque duo poſtremi verſiculi Noſtrum nominatim reum declarant. [Pro תשורנו Illuſtr. *Michael.* ſubſtituiſſe videtur ישורנו. Interpretatio *Schultenſii* ideo locum tenere non poteſt, quoniam

nihil admodum visitarit Nasum eius; et non experiatur pro tumore impensius. *vs.* 16. Ideo Iobus vanitate diffringit os suum; in inscientia grandia facit verba.

CAPVT

niam ex Hebraeorum construendi ratione, exstare deberet אשורנו. *Vog.*]

vs. 15. *Merc.* I. *Et nunc quia Nihilum* est *quod visitauit ira Eius*, Exigua est, et pene Nihil, ira, qua te adflixit; *neque nouit multitudinem* peccatorum tuorum *admodum*. i. e. *lenius te puniuit, quam commerueras* etc. Vestigiis *Merceri* insistens dare possem, II. *Et nunc quia Nihilum* est *quod visitauit Ira*, vel *Nasus Eius; neque animaduertit in turgorem valde* etc. Ad mentem *Belgarum* haberes, *nec* Deum *agnouit, in turgore valde.* Commodius in *praesenti* III. exiret, *Neque agnoscit* hoc *in turgore*, quo inflatur *vehementius*, Deum prouocans, cum Eoque contendens. *Iobus ita in fermento iacet, totusque tumet, ac turget aduersus Deum, vt non agnoscat se mitius, quam meruisset, castigari.* En aliud IV. opportunius adhuc, *Nunc autem quia Nihil est*, quod *visitet* Deus *Nasum eius; et non cognoscat* hoc, *in turgore valde: Ideo Iobus* ad *vanitatem distendit os suum* etc. Linguae indoles inuitat פקד אפר potius conuertere, *Deus visitat Nasum eius, Iobi*, quam, *Nasus*, siue *ira*, *Dei visitat Iobum.* Ita פקד עון *visitat iniquitatem*, passim. Iniquitas *Iobi*, erat *eius Nasus*, i. e. *ira*, siue *vehementia*, qua in Deum ipsum conferbuisse videbatur. In eo simul vis *arrogantiae*, et *ferociae*, comprensa; vt *Cap.* 18, 4. et *Cap.* 34, 17. vbi ex nostra quidem mente *Iobus* iubetur *Nasum refraenare.* Sui similis ergo *Elihu*, apositissime nunc *Nasum Iobi* iterum retunderet acriore hocce dicto: atque, venusto simul lusu, ob *Nasum* nimis *turgidum Os in vana verba* resolui innueret. Omnem quercum quatienti occurrit ידע absolute in *poenis;* vt supra *Cap.* 21, 19. Inde nasceretur, *Nunc autem, quia Nihil* admodum *visitauit* Deus *Nasum eius; neque cognoscit*, praesentes poenas dat, *in turgore valde; ideo Iobus* ad *vanitatem dispandit os suum* etc. אין *Exiguum quid, Nihil admodum*, siue ratione *magnitudinis*, vt *Hagg.* 2, 3. siue *ratione durationis*, vt *Ps.* 39, 6. Vtrumque aptum Scopo, qui est *Iobum* conuincere *impatientiae;* atque ad *sedatam submissionem*, et *patientiam*, si pote, reuocare. Sic duo postremi versus in periodum satis rotundam coalescunt; et *suffixa* in אפר ac פיהו ad *Iobum* simul redeunt; cum *Apostrophe* decenti ad Auditores, qua Viri indecens *contumacia* grauiter castigatur.

vs. 16. Variant iudicia circa cohaesionem. Iis immorari haud necesse. Nobis ו nunc valet *ideo, idcirco, propterea.* Videsis *Nold. num.* 26. In verbo פצה aliquid graue; quippe quod proprie designet *diffissionem, diffractionem*, vnde ad *apertionem oris* translatio facta. *Diffindere os suum*, pro *dispandere, distendere, latius diducere*, ad varios adfectus se praebet. Quid hic non sine aculeo intendatur, cuiuis occurrit. *Multiplicare verba* non displicet. Fortius tamen, *grandia facere.* Confer *Cap.* 8, 2.

CAPVT XXXVI.

Verſ. 1. Et perrexit Elihu, dixitque. *vſ.* 2. Coronare mihi pauca, et indicabo tibi; quia adhuc pro Deo ſermones. *vſ.* 3. Adferam ſcire meum inde a longinquo; et Facto-

Verſ. 1. Quarta hacce, et nouiſſima, inſtantia, ſatis artificioſe reſumuntur, atque in vnam aciem compinguntur, quae hactenus diſſertata erant. Praeſertim inſiſtitur in Dei Iuſtitiam, quae improbis ſemper infenſa, probis fauentiſſima. Deſcenditur deinde in materiam *Cap.* 33. luculenter praeſtructam: atque vltimo hoc congreſſu preſſius cuncta adurgentur. Oſtenditur ergo, eos, qui Dei caſtigationibus ſe emendari patiuntur, felices viuere, et mori: qui inobedientes ſunt, infeliciter ocyus, ſerius, maledicta morte abſumi. Hypocritas autem, ſuae iuſtitiae opinione inflatos, peſſimis exemplis exſcindi. Hinc ad *Iobum* conuerſus Orator, Officium ei multiplex ante oculos proponit, a *contumacia, impatientia,* et *contentione* cum Deo, ipſum vocans ad conſiderationem Maieſtatis illius immenſae, quae Coelum, Terras, Maria, nutu temperat, atque in omnibus ſuis operibus cum admirabilem, tum verendum, ſeſe exhibet, ad ſolatium piorum, et impiorum terrorem.

vſ. 2. Qui iniquius de *Elihuo* ſentiunt, hic deprendunt *Arrogantiam,* et *inſolentiae plenam ironiam,* vbi omnia *meram* et *veram* ſpirant *modeſtiam.* Prius Colon reddidit *Vulgat. Suſtine me paululum* etc. Hoc quamvis longiuſcule ab *Hebraeo* diſcedere videatur, plurimorum tamen calculo comprobatum; praeeunte *Iarchio*, qui ad haec verba appoſuit כולו לשון ארמי הוא *tota periodus Aramaea eſt.* Nempe כחר *Chald. et Syr.* valet *praeſtolari, expectare.* זעיר pro *pauxillulo,* item creditur *Aramaeum*, quamuis apud *Eſajam* quoque occurrat. Denique חוה pro *indicare*, in hoc quidem Libro ſatis crebrum, ſed alibi rarius, *Chaldaeis* iterum, *Syriſque*, tritiſſimum. Eſt ſenſus percommodus, in quo propterea acquietum ab omnibus ferme, qui aliquid nominis habent. Cl. *Cocc.* vim *praeſtolationis* ad *Hebraeum* fontem reuocare conatur in *Lexico*, a *circuitu* ſuſpicans propagatam *moram* et *expectationem.* Non alienum; quamuis necdum ſatis liquidum. Occurrit mihi vim *Hebraicam* preſſius retinenti, *Coronam dare mihi pauxillulum*, etc. Audientiam *Coronae* ſibi continuari petere orator. Quid ſi ſit? *Coronare mihi paucis:* pro, *paucis finem faciam, atque ita quae differui coronabo velut.* Fortius *pauca:* Infin. pro *Fut.* eleg. Dubitari nequit, quin, vigente *Lingua Hebraea*, Radix כחר *Coronauit* multis magnisque metaphoris fuerit inſignita. Eius *Origo* haud prompta. Quid heic loci figuratum ſit, inde cum tempore eruetur.

vſ. 3. Pulchra formula, אשא דעי *proferam ſcire meum:* et *ſermone claro exponam* למרחוק *inde a longinquo*, iudice *Merc.* aliisque, eſt, *altius repetens.* Doct. *Tigur. non preſſius agens.* Subtiliter *Cocc. inde ab vltimo limite cognitionis meae.*

Argu-

Factori meo dabo Iustitiam. *vs.* 4. Namque profecto non fucus sermones mei: Integer scientiarum tecum. *vs.* 5. Ecce Deus praepotens, et non subulceratur, praepotens robore

Argutissime *Sanct. Quod diu ante meditatus sum, et didici de Deo, et operibus eius.* Prius simplicius.

vs. 4. שקר in *Origine*, *colorem rubrum*, mox *fucum*, signans, ad *pigmenta Oratoria* etiam traduci se patitur. *Fucato Oratori* opponit *integrum scientiis*, i. e. *sincerum*. Non *callidus te circumueniam*, etc. sed *veritati indagandae* vnice insistam. Modeste semet in 3. *pers.* designat. Recte *Caluin. Sentiet me esse fidelem Doctorem.* Concentu magno omnes idem amplexi. Quid venustatis, et decentiae, ferat 3. *Pers.* pro 1. in stilo praesertim sublimiore, saepius indicatum.

vs. 5. Saepius antea Iobus querelis suis innuerat se *innocentissimum* et *iustissimum* Dei *cultorem*, ex *mero* Dei *arbitrio*, *immeritis* hisce *plagis confectum iacere*; quin imo ex *occulto odio*, et *subulcerato adfectu* aduersus *insontem* plane, atque adeo *praemia promeritum*, saeuiri. Hoc illud est, quod vt ad *confinia blasphemiae* accedebat, ita strenue nunc confutatur, tanquam a Dei *Celsitudine*, et *virtute exaggeratissima*, immane quantum abhorrens. Quorsum ictum huncce destinarit *Elihu*, ex *Cap.* 10, 3. etc. patescet: vbi *crudissime* Noster; *An bonum Tibi vt opprimas* תעשק violentiam inferas iniuste? *vt* תמאס *subulcerato adfectu reprobes laborem manuum tuarum?* Eodem *spiritu*, et *adfectu*, *conturbato* emissa, quae *vs.* 4. 5. 6. 7. prostant de *inuidia*, et *aemulatione*, quae Deo ipsi quodammodo obiectatur, dum ab Ipso remouetur. Adde inprimis, quae *vs.* 13. 14. 15. 16. animosissime *Ibid.* subnexa. Nec omitte *Cap.* 13, 23. 24. etc. et *Cap.* 14, 15. 16. 17. Ad haec, et alia, oculos reflectens *Elihu*, negat in Deum *adfectiones* tam *humiles*, quibus *homunculi* obnoxii, cadere. Non adfirmaret id *Iobus*: absit! absit! Sed inter *aestuantis cordis dolores*, et *liberiores querelas*, talia effuderat. *Elihuus* interim recte retundit *Spiritus* illos *ferociores*, atque ex iis occasionem captat *Actionis sublimioris*, qua *Iobum* ad *contumaciam* deponendam, et *poenitentiam*, *submissionemque*, *Deo praestandam*, cohortatur. Hoc fundamento dedimus, *Ecce Deus praepotens* ille quidem, *at non subulcerato adfectu spernit: Praepotens* quippe *virtute cordis*: h. e. *supra* omnem *imbecilitatem* immensum quantum *subiectus*, nec vel *inuidiae* et *aemulationi*, vel *simultati*, vel *odio* ac *rancori*, *obnoxius*: nec *Prosopolepsiae*, item, *iniustitiaeue* vlli, qua quicquam cuiquam vel derogaret, vel contribueret, quod non *exactissimae Iustitiae* responderet. Habes *centrum* totius *controuersiae*; ad quod recta collinearunt Doct. *Belg.* in notis: nec non *Patric. Crinsoz. Mich. Reim.* Adde *Deod. Bez. Drus. Bolduc.* Ioculare, quod *Syrus* et *Arabs* כח לב in vnum conflantes, dederint, *non repudiat eum, qui purus vt lac.* Ansam erroti praebuisse suspicor quod *Cap.* 10, 10. figuratum. [Pro כח לב *Chald.* legisse videtur חכם לב. *Vog.*]

bore cordis. *vſ.* 6. Non viuificat improbum; et Iudicium pauperum dabit. *vſ.* 7. Non ſubtrahit a iuſto oculos ſuos; et cum Regibus in thronum: et ſedere facit eos

vſ. 6. Egregiae, et Cedro dignae, ſententiae; quae *Controuerſiam* agitatam mirifice illuſtrant, et *Elihui Hypotheſin* veriſſimam nobis declarant. Adſerit nimirum *Elihuus*: *Neminem improbum felicem*: item contra, *Neminem probum Infelicem*. Inſiſtitur in *Theſin Cap.* 35, 8. expoſitam. 1. *Deus non viuificat improbum*, valet, *nullam veram* et *ſolidam felicitatem ei confert*, ne in hoc quidem ſeculo: *omnis* eius *proſperitas maledicta*, cedens in *cumulum miſeriae*, et *theſaurum irae in diem irae*. Refutatur *Cap.* 21, 8 etc. Locus ex *Philoſophia* et *Theologia*, nemini non compertiſſimus. 2. *Iudicium pauperum*, i. e. proborum, et Dei reuerentium, *dat*, tantundem ſonat ac, *Patronum*, ac *Fautorem* ſemper *ſeſe* iis *praeſtabit*, vel inter mille calamitates, ac mortes, eos haud quaquam proditurus, nedum *bonam* eorum *cauſam peruerſurus*. Haec *piorum* his in terris *fundatiſſima Felicitas*, quam nullae machinae, ne portae quidem inferae, queant labefactare, aut conuellere. Inuictum hocce praeſidium ſi obtinuiſſet *Iobus*, ſupra omnem tentationis ictum poſitus, tela ignita *Satanae* ex facili eluiſſet: atque aduerſus mala palmae ad inſtar caput erexiſſet. Erexit enimuero, ſed nutabundus *Nutationes* Viri, ſunt *querelae*. Eas tempeſtati in ipſum deſaeuienti nos nunc condonamus. *Elihuus* qui *alte radicatam* eius *fidem* necdum exploratam habebat, ſummo iure ita cum *Iobo* diſputat, ac ſi a *firmiſſimis* hiſce *Principiis Religionis* deſciuiſſet.

vſ. 7. Magnifica deſcriptio ſortis *Iuſtorum*: quibus ornamenta, et decora immortalia circumdet Deus. Offero I. *Non minuit a Iuſto oculos; at cum Regibus ad ſolium* ſunt: *et facit eos ſedere in perpetuum, et altifrontes ſunt*. Hoc quadrifariam exponi poteſt. 1. *Iuſtos produci a Regibus ad dignitates*. Eſt tenue. Tenuius quoque 2. quod a *Crinſoz.* expreſſum, *aliquando eos cum Regibus in thronos euehi*. Fortius 3. quod *Merc.* dedit, *cum Regibus in ſolium collocat iuſtos in ſeculum*, in finem, *tandem ſuper eos in ſublime euehit in ſupremum rerum faſtigium, et dignitatem* etc. praeſertim ſi addas, quod *Belg.* 4. in *notis* ſubmonent, *illius gloriae complementum Seculo futuro reſeruatum*. Huc oculos intenderunt *Hebraeorum* illi, qui מלכים pro מלאכים *Angelis* accepere: quorum *Choris inſerendi* ſint *Iuſti*. Eodem autigatur *Gloſſ. Ordin. Reges Spirituales* deſcribi cenſens, quorum *thronus non terrenus*; quod dicantur, *ſedere in perpetuum*. Hanc *immortalem*, et *marceſcere* neſciam, *dignitatem Iuſtorum*, obuerſatam *Elihuo*, mihi plus quam veriſimile. Materiae, phraſiumque, pondus huc deſcendere cogunt. Ad *materiam* quod attinet, *Religionis* et *virtutis Arcem* nunc *emunit Elihuus*, oſtendens, *omnes improbos infelices*: et contra, *probos omnes Felices*. Vltimae *Theſi* firmandae congerit lectiſſimas formulas. *a. Deus non minuit a Iuſto oculos* i. e. nunquam ne minimum quidem *remittit* de *amore*, et *fauore*, quo eos

eos in perpetuum, et sublimantur. *vs.* 8. Quod si vincti compedibus; attineantur funibus adflictionis. *vs.* 9. Et indicet ipsis opus eorum, et defectiones eorum, quod superbe

eos complectitur, vel in mediis, quibus forte conflictantur, miseriis: quin e contrario magis magisque eosdem omni benedictioni cumulat. λατότης. *b. Et cum Regibus ad solium*, nempe, sunt, destinantur; vel et *in solio* sunt: sunt *Personae Sacrosanctae*, *Regali fastigio* videlicet, per *vnctionem coelestem*, *ornati* iam, atque vltetius *decorandi. c.* וישיבם *Et sedere fecit eos*, magnifice dictum, ex phrasi signata ישב לכסא *sedit ad solium*, vel *in solio: Ps.* 9, 5. et 132, 12. Indicatur *firmitas Imperii* nunquam conuellendi. Hoc inuitauit 4. לנצח *in aeternum*; qui enim hoc *solium* semel *bene occupauit*, per *Spiritum Gratiae*, et *Fidei*, inde non deiicitur; *praesidio Dei*, vt ita dicam, *circumcinctus*. 5. Maiestatis denique plenum ויגבהו *et Altifrontes sunt: alta fronte eminent.* Scilicet, ne per *calamitates* quidem *deiecti*, sed in omnibus plus quam Victores etc. Splendidus locus, quem ne *Philosophia* quidem ignorauit, secundum illud, *Rex est qui metuit nihil*, *Rex est qui cupit nihil*; *Hoc Regnum sibi quisque dat.* Quanto magis par erat, vt *Elihu* ex Sapientiae Diuinae Fontibus nobilissimam veritatem deriuaret? En II. rotundius adhuc, et deductius: *Non minuit a Iusto oculos suos, sed Reges ad solium: et sedere facit eos in perpetuum etc.* Ad medium Colon supple *ducit*, *producit*; quod in ל sponte semet offert. Ob compendium, et granditatem, omissum. Ita את מלכים *Reges*, casu *accusandi*, directe ad *Iustos* redit, eorumque *vnctionem*, *dignitatem*, et *inuiolabilem Sanctitatem*, consignat.

vs. 8. Ad *quosnam* pertineat *Casus*, et *proprie*, an *improprie*, accipiendae sint, *Catenae*, ambigitur. Alii nempe ad *Reges*, alii ad *Homines quoscunque*, alii ad *Homines aliquos*, alii ad *Iustos*, alii ad *improbos* etc. hunc *Casum* referre videntur. Vt periodus haec a *vs.* 8. ad 16. felicius euolui queat nec *probos* intelligerem, nec *improbos vs.* 6. memoratos: minus adhuc, *Iustos vs.* 7. sed, cum *abstractione* nunc valde necessaria, *Aliquos*, *Homines*, quos hactenus nesciat *Elihu Iustisne* accensere debeat, an *Improbis*. Submoneo hoc, ne mihi obiiciatur, hos *aliquos* esse vel *probos* vel *improbos*. Scopus *Elihui* postulat, vt id adhuc ignoretur: prout ipse de *statu Iobi* apud Deum, dubius, et incertus, pendebat. Proponit ergo subtilis disputator vltimo hoc pedatu, quo *Iobi tumorem* se compressurum sperabat: *Quod si vincti catenis*, *attineantur funibus adflictionis.* Suppositum non aliud, quam quod materia ipsa ministrat, *Homines calamitatum catenis vincti*, de quorum *conditione interna* haud constet, sintne *Probis*, an *Improbis* annumerandi. De *Catenis* iam promtius erit iudicium Non sunt 1. *proprie* dictae *compedes*, quasi inducerentur *in Captiuitatem auecti.* Non satisfaciunt etiam 2. qui figurate *Calamitates*, *angustias*, et tum *animi*, tum *corporis*, *dolores*, intelligunt. Sed omnino 3. adiungenda

be se gesserint. *vs.* 10. Et reuelet aurem illorum ad correctionem; et moneat vt reuertantur a vanitate. *vs.* 11. Si

genda est *imago* illa *Tragica*, quae sub *Catenis* nobis sistit *caput* aliquod *noxium*, quod Diuinitus plecti meretur in *Theatro* orbis terrarum, ad Iustitiae supremae terrorem reliquis mortalibus incutiendum. Hac *graui* et *tristi figura* sortem saepe suam aggrauarat *Iobus*; et vel hanc ob causam potissimum tam animose, tamque acriter, pro Innocentia sua eum stetisse vidimus. Apposite ergo *Elihu*, in hoc ipsum nunc insistens, *Quod si*, inquit, sint, qui *Catenis publicis* Diuinae Iustitiae *onerati detineantur*, velut supplicio capitali digni, *vinculis adflictionis*, i. e. *plagarum manu Dei impressarum*. Habes *Casum feralem*, in quem se *immerito*, contra *ius* et *fas omne*, incidisse, contendebat *Iobus*. Id vt nemini credibile fieri poterat, tum certe, quum Deus necdum de *Iobo* pronunciasset; ita *Elihu* ab ista nunc opinione Nostrum satis prudenter conatur retrahere, quippe quam *submissioni*, et *poenitentiae eius*, obicem ponere autumaret. Et quis non autumasset, si ibi fuisset? Vides simul, prudentissime ita temperatam orationem, vt qui nunc *vincti* supponuntur, *Improbisne* sint, an *probis*, aggregandi, haud dum constet, quippe de quorum *conditione* effectus demum, et *euentus*, *harum punitionem*, decidat.

vs 9. Reliqua iam promtius, clariusque, sese dabunt. Monendum, triplicem teneri viam constructionis. Prima per ἀπόδοσιν, dat, *Tunc annunciat illis opus eorum* etc. Hanc *Merc.* cum plerisque sequitur. Secunda continuans periodum, sic pergit, *vs. seq.* in ἀπόδοσιν conuerso; *Quod si vincti* fuerint *catenis*, *et indicauerit illis opus eorum* etc. *Tunc reddit eos aure reuelata dociliores ad disciplinam* etc. Haec Eleg. *Crinsoz.* placuit. Tertia longius adhuc *pericopen* extendit; *Quod si vincti compedibus detineantur funibus adflictionis*, *Et indicauerit eis opus eorum* etc. *Et reuelarit illis aurem ad correctionem*, etc. *Si* tunc *audiant*, *et seruiant*, *absoluent dies suos in bono* etc. Hinc *Cocc.* stat: nec *Ium.* et *Trem.* aliud voluere; quamuis incommodius paulo hic dederint, *postquam indicauit eis opus eorum.* Meis rationibus omnia ex aequo accommodata. Posterius tamen vt rotundius, ita ad filum praesentis conuictionis vehementius, τῷ אם *vs.* 8. recinente veluti altero אם *vs.* 11. et 12. cum duplici effectu. Accedit potestas *Vav Conuersiui fut.* in *Praet.* quae exigit potius, *et indicarit*, quam *tum indicat* etc. Maxime tamen me mouet, quod *Elihuus* aperte nunc resumat id, quod latius praemiserat *Cap.* 33, 15-22. etc. Hoc autem non tam commode facere potuit vt *docens* denuo, *repetitionem* enim inseruisset *otiosam*: sed opportunissime vt *concludens*, et *adstringens*, quae ibi tam luculenter, hoc ipsum meditans, praemuiserat.

Ibid. Circa phrasin paucula פעל *Opus*, absolute *in malum* vergere, ad h. l. monui olim; nec est, qui ambigat. Aliquid tantum dissensionis ad verbum יחנברו existit, quod *Vulgat.* I. ad *Personas* refert, *Quia violenti fuerunt.* Similiter *Tigur.*

Si audiant, et cultum praestent, conterent dies suos in bono, et annos suos in amoenis. *vs.* 12. Si vero non audiant, per

Tigur. *Quia superbierunt.* Nec aliter *Codurc.* *Quoniam animum obfirmauerunt.* Ad *defectiones* reducit II. *Merc.* *Quum inualescunt* i. e. *vt prius quam inualuerint, ab illis recedant.* Pariliter *Drus.* citans illud *Principiis obsta* etc. Alii *Quoniam inualuerunt.* Cum acumine *Cocc.* *Quod extulerint se, defectiones eorum.* Apponit, *magnae gratiae est, pullulans malum statim opprimi; nec minoris, inualescens reprimi, ne dominetur.* Habet et prius. Liberam optionem cuique relinquimus. Ex collatione *Cap.* 33, 17. praeferrem quod *Tigur.* dederunt. *Superbiam in Deum* hoc verbo signatam habes *supr. Cap.* 15, 25. Confer specimina olim edita.

vs. 10. Cur malim, *Et reuelauerit aurem eorum ad correptionem; et dixerit* etc. ad *vs. praec.* dedi. Ambigi nequit, quin eadem nunc scena reponatur, quae *Cap.* 33, 16-19. 22. instructa ad *Iobi* praesentem casum. Apparet inde, de quibus *personis* loquatur *Elihu:* de iis nempe, quos Deus ob grauiora crimina seuerius castigat, vt eos flagellis quasi admotis a *superbia*, et *securitate carnali*, qua *insolescunt*, ad *poenitentiam*, et *veram Iustitiam*, adducat. Hi vel sunt *probi*, *magnis*, *multisque*, *criminibus* adhuc *impliciti*; vel *improbi Hypocritae*, a Deo vlterius *denudandi*, et *traducendi*; donec *sub impoenitentia* sua *pessime pereant.*

vs. 11. אם ישמעו, *Si audiant*, nihil aliud infert, quam *Officium poenitentiae*, omni homini incumbens. Non male *Pagn.* *si paruerint.* Vide *Ps.* 81, 9. 12. *Esai.* 1, 19. etc. Sequens יעבדו grauiter, et venuste, positum. Ellipsin לו *Ei*, inducunt plurimi. *Cocc.* sine supplemento, *si audierint, et seruos se agnouerint.* Acute. Fauet vsus absolutus *Arabum*, quo عبد عبد *seruire*; valet *Religiosissime viuere*, vt *Seruum Dei decet.* Cl. *Schmid.* si nihil subaudiendum, mallet ex *Chald.* et *Syr.* notione, *si audiant, et faciant:* i. e. *ab iniquitate reuertantur.* Idem visum fuerat *Codurco.* Praefert prius. Nobis acumen illud *Cocc.* adblanditur: cum oppositione ab eodem indicata ad *vs.* 9. יתגברו *superbire, se facere Virum, et Dominum rerum suarum. Contumacius in Deum se efferre.* Notandum apud *Arabes* عبـــد *seruitium*, inter alia exponi *poenitentiam:* et *seruum* extendi ad *Homines* generatim, vt العباد *serui* vocentur, quotquot *Mortalium* nomine salutantur; etiam *Reges* ipsi. Ea latitudine eleganter et hic, *Hominem, Seruumque, se gerere.* Id fit, in *Cultu debito praestando.* De יבלו *conterent dies suos in bono*, cum variante Lectione יבלו, dictum ad *Cap.* 21, 13. Hic notes velim, *Iobo* suum illud cum foenore reddi. Conquestus nempe fuerat, *Improbos in bono dies suos deterere*, extremam vsque senectam, videlicet, et tum *momento* ad plures abire, *in Orcumque*, raptorem communem mortalium, *atteri*, ac velut *confriari.* At *Elihuus* nunc, *Minime gentium!* inquit, *Deus non* יחיה *vinificat, vita laeta*, et *vere felici, beat improbum:* *vs.* 6. supra: sed qui *improbitate exuta*

per missile telum transibunt, et expirabunt in inscientia. *vs.* 13. Et Loripedes cordis ponunt Nasum; non implorant

Deum *Religiose colent*, *illi*, *illi* demum, *in bono dies suos conterent*; et *annos suos in laetis*, *lautisque*, *rebus*. Refutatur *Iobi* illa *exaggeratio inuidiosa*, qua dixerat *Cap.* 21, 7. *Improbos* חיה *viuere*, *vigere*, *in omni amoenitate*, *et bonarum rerum affluentia*, *aeuum traducere*. Imo vero inquit *Elihu*, qui *Deo fideliter seruient*, *pacatamque* possidebunt *conscientiam*, ii demum *annos suos* in *Amoenis*, *iucundisque*, *rebus*, *consument*, non ad *Tympanum*, et *Citharam*, etc. *exsultantes*, non *inter pocula*, et *epulas*, *hilaria agitantes*, non *mendacibus gaudiis ebrii*, et *Pax*, *Pax*, clamitantes, quum tamen Gladius vltor Capiti et Ceruicibus impendeat: sed vel in *fortuna tenui* vere *diuites*, *beati*, *copiosi*, *omnibus bonis rebus circumfluentes*, et *limpidis*, *solidisque*, *voluptatibus*, tanquam *Promulside Vitae perennis*, delibuti. Confer quae ad *Cap.* 33, 23. 26. etc. nec non quae *vs* 6. 7. huius *Cap.* pro fundamento iacta. Ad *vs.* 16. statim de *Hypothesi* quam tenuit *Elihu*, et natura *bonorum*, de quibus loquitur, eminentes characteres consignabuntur. [In Cod. *Berolinensi* exstitit olim יבלו, a seriori manu autem mutata est haec vox in יכלו. *Vog.*]

vs. 12. Sors dira *impoenitentium* diris coloribus expingitur. Ex *Cap.* 33, 18. 22. nostra sententia, de phrasi *Tragica*, עבר בשלח, *Transire* in *Telo missili*, vel *Gladio*; percipi poterit: intelligi, videlicet, *Mortem maledictionis aculeo armatam*, *quae Corpus Animamque vno ictu occidat*. Hoc ipsum intentum forte a *Merc.* *in Gladium transibunt* nunc exponente, *Misere peribunt*, *et absque vlla Salutis spe*; *vt qui gladio percussus est*. Addit tamen, paucis interiectis, quod fluctuationis nonnihil arguit, *incident in gladium*, *et arma*: ad quam rationem Cl. *Cler.* *Missile in eos incidet quo occidentur*; siue, *ferro interimentur*. Omnino *Gladius vltionis Diuinae*, et *plaga lethalis*, cum *maledictione*, signatur, secundum ea quae superius discussa. Iis nunc superaddo, allusum videri ad *Supplicium Capitale perduellium*, quos laesa Regis Maiestas iubet *transire per Gladium*; vt *ad terrorem* aliorum *infami nece occumbant*. Tale nunc *supplicium Rebelli* velut *inflictum*, vniuersa series disputationis, et atrox Casus *Iobi*, sponte suggerunt. Versus 14. mox cumulum omnis infamiae, et execrationis, huic Iudicio superimponet.

vs. 13. Deleatur quod tentatum in *Iuuenil.* *Hypocritae vilipendunt iram* Dei, *nec clamant* etc. Etiam Cl. *Crom.* plerosque ait accipere de *contemtu poenarum*; idem suo firmans calculo; sed hactenus quidem neminem habuimus ita reddentem: et liceat monere *Lexicon* nubeculam offudisse, in quo سلم خسفا exponitur *Damno*, *noxa adfecit*. Item, *vilipendit*. Atquin formula illa sonat proprie, *imposuit detrimentum*, vel *onerauit Zamia*; quod inter alia pro *vilipendio* venire potest. Quid ergo? Non inuenustum quidem censeo, *apponere iram*, pro *accumulare velut thesaurum*, speciatim: quod *Doct.* *Tigur.* *Grot.* *Codurc.* aliisque placuisse

rant gratiam, quum vinxit eos. *vſ.* 14. Horum anima cum excuſſione morietur, et vita eorum inter nefandos. *vſ.* 15.

cuiſſe cerno. Dialectus *Syriaca* et *Chald* סימחא frequentat pro *Theſauris*. *Scopus* tamen *Elihui* nunc magis depoſcit *apponere iram*, pro *intendere*, *in Deumque cum exeandeſcentia*, et *contumacia erigere* veluti, ad obloquendum, et obmurmurandum. Hoc ipſum autem cum venuſtius, tum expreſſius e textu noſtro eminebit, ſi demus *Et Hypocritae Cordis*, *ponunt Naſum*: i. e. *Naſum erigunt* in coelum, Deoque ferocius ſe opponunt, *eius Iudicia cauillantes*, *criminantes*, atque adeo *damnantes*. Ad hunc *gradum inobedientiae contumacis*, ſub Dei virga, obiectandum, ſuus *Elihuum* impetus aduerſus *Iobum* ſponte prouexit: vt in hoc adſpectu acquieſcere auſim. *Naſus* hicce *contumaciae*, vt praecipue bilem commouerat *Elihuo*, ſic maxime ab eo impeti, et contundi, debebat. Redi ad *Cap.* 35, 15. vbi plura *Altitudinem Naſi* illuſtraui ad *Pſ.* 10, 4. Apud *Arabes* nil protritius, quam *Naſum ponere*, *erigere*, *in altum tollere*; tum ad *ſuperbiam*, tum ad *contumaciam*, conſignandam. Habes *Cumulum perduellionis* in Deum; quem *vltimo ſupplicio vindicandum* merito pronunciat; vt *Iobum* iſti culpae proximum hoc tandem fulmine contereret, atque ad Officium reuocaret. חנפי לב admirabiliter figuram. Origo praebet *Loripedes Cordis*; quorum *cor fermento Hypocriſeos*, *et Iuſtitiae propriae*, *turgidum*, *non recte incedit* coram Deo: et *contorto* ac *vacillante* velut *talo nititur*. חנף ex حنف et حنف hanc lucem ſuo iure ſibi repoſcit. In iis ineſt *vitium pedis torti*, et *vacillantis inter incedendum*. Viua imago *Hypocriſeos*. Conſulatur *Clav. Dial.* p. 231. Nolim praeterfugiat אסרם *vinxit eos*, tanquam *catenis ſuppliciorum*, vt *vſ.* 8. vnde impropriе locum illum exponendum, liquido confirmatur. לא ישרעו *non clamant*, nempe *gratiam imploraantes*, et *ſupplicantes*. Diſerte tamen *Iobus Cap.* 30, 19. אשוע אליך *Vociferor ad Te*, *et non reſpondes mihi*. Retorquet, credo, dictum Cenſor, et negat eum *opem*, *gratiamue*, *implorare*, qui *Deum prouocare* ſuſtinebat: quippe quod ſit *ponere Naſum*, non autem *ſupplicare*, *aramue miſericordiae amplecti*.

Ibid. Modus connectendi iam facilius diiudicari poterit. Duplex via I. vt iidem refractarii teneantur qui *vſ. praec.* inducti; hoc pacto concluſione adſtricta: *Sic Hypocritae cordis* qui *ponunt Naſum*, *nec implorant*, *quum vinxit eos*, *Morietur anima eorum* etc. II. vt *genus nouum*, et *execrabilius* adhuc, ſubſeratur h. m. *Quod autem ad Hypocritas cordis*, qui *ponunt Naſum*; *nec clamant*; *quum vinxit eos*: *Morietur anima eorum* etc. *cum abominandis*. Hi Deo vel maxime *execrabiles*, omni *infamia* cooperientur etc.

vſ. 14. Dirum et infame ſupplicium delineatur. Thema בער infra *Cap.* 38, 13. ſignate occurret in *grauiſſima exterminatione*. Adde *Pſ.* 136, 15. Inde נער per *Excuſſionem violentam* conuertere licet. Non eſt quod obducatur, nuſpiam alibi

vſ. 15. Eripiet autem adflictum in adflictione ſua, et reuelabit in preſſura aurem eorum. *vſ.* 16. Atque etiam te inſtigauit ex

alibi formam hanc ita venire; nam primo, ex quatuor locis, quae hanc vocem ſiſtunt, quid tandem concludere ſit, ad totius Linguae indolem? Secundo, duo ex illis dubia: nam *Iob.* 33, 25. placuit nonnullis, *a concuſſione;* quod non ſpernerem ibi, ſi ſeries magis faueret. Iterum *Pſ.* 88, 16. גרע מגער commodiſſime dari poteſt, *Expirans prae excuſſione*, qualem *Pſ.* 109, 23. habes, נגערתי *Excutior vt locuſta.* Non ambigendum, quin Forma haec vim omnem ſui Thematis ſubſequatur, etiamſi exempla deficiant. Grauis vſus *Neh.* 5, 13. *Et* נערתי *excuſſi ſinum meum, dixique, ſic* יגער *excutiet Deus* מביתו ומיגיעו *e domo ſua, et labore ſuo, omnem eum, qui non praeſtiterit mandatum; eritque* נער *excuſſus et vacuus* etc. Adſciſci hinc poſſet *Iudicium publicum Excuſſionis* veluti, quod Deus extra ordinem inſligit *Hypocritis, fiducia propriae luſtitiae Naſum ponentibus*, vt eorum *turpitudinem nudet*, atque omni *infamia* eos *cooperiat*, in Theatro Orbis terrarum. Ad hanc *Infamiam*, et *deteſtationem*, retulerim titulum קדשים *Nefandorum*, quorum *ſcelera* honeſto vocabulo velantur, dum *ſacri*, vel *ſacrati*, appellantur, qui omnibus modis *execrabiles*, et *fulmine maledictionis* prae reliquis omnibus feriendi. Non plane ſecurus ſum, me mentem omnem *Elihui* aſſecutum: ab ea tamen non longiſſime aberratum confido.

vſ. 15. continere videtur generalem collectionem ex ſuperioribus, ad tranſitum commodiorem. Obſeruetur itaque 1. עני בעניו peruenuſto luſu dare, *Humilem in humiliatione*, h. e. qui *dum* a Deo *adfligitur*, vere eſt *adflictus, fractus, contritus;* non *Naſum ponens*, ſed omnem *priſcam ſuperbiam deponens.* 2. Talem יחלץ *ſaluum praeſtat* Deus, atque quantumuis periiſſe ſibi videatur, ſubito *extrahit* ex omnibus *anguſtiis*, et *preſſuris*, לחץ hic dictis, cum iucunda *paronomaſia;* qua יחלץ בלחץ ſibi inuicem reſonant. 3. Iisdem vere *Adflictis*, ac *contrito corde* ſemet *humiliantibus*, *per preſſionem aurem reuelat* i. e *efficaciſſime erudit eos*, atque *ad fidem*, *virtutemque ſinceram*, ac *conſtantem*, *reuocat.* Poſſis etiam, *in media preſſura aurem eorum reuelat;* i. e. *ſenſum veniae*, et *pacis coeleſtis* iisdem *inſinuat*, atque *obſignat.* Huc tendit Cl. *Schmid. Significat Elihu, Deum in preſſura afflictos innocentes conſolari ſuper liberatione: quod per certa indicia gratiae, aut per verbum promiſſionis facit.* Commutes *adflictos innocentes*, in *vere adflictos* etiamſi *nocentes* ante fuerint: et habebis veram Doctrinam, *in media preſſura* exiſtere *fontes conſolationis* et *laetitiae*, vbi *Cor* antea *durum inſtar lapidis*, ſemel tactum, et colliquefactum ſub *virga* Dei *vel ſeueriſſima.* Hanc qui *oſculari* incipit, ſub *ſaeuiſſimis* etiam *plagis*, *oleum* ſibi et *vinum* ſimul *adfundi* ſentiet, quibus ſuauiter recreetur, atque ad laetiſſimas ſpes, et res, mox erigatur. [Pro אזנם *Syr.* et *Arabs* legerunt forte ארחם *viam eorum. Vog.*]

vſ. 16.

ex ore angustiae, ad latitudinem, sub qua nihil coarctati, et vbi missus mensae tuae plenus opimitate. *vs.* 17. At

vs. 16. Aciem disputationis propius admouens orator, *Iobum* directe compellat. Non ambigi posse videtur, quin versus hicce contineat luculentam picturam *lautae* et *opimae fortunae*, in locum *calamitatis* succedurae: sed ambiguum, num 1. *per modum promissionis* ea proposita sit, sub *conditione*, siue in *praeterito*, quid Deus *fecisset*: vt *Merc. Beza, Drus. Pisc. Belg. Patric.* etc. siue in *fut.* quid Deus *facturus sit*, vt *Crinsoz. Cler.* Itemque *Reim.* vt sit, *Quin et excitabit te ex ore angustiae*, si submittas te, etc. *Praeter. loco fut. in praedictionibus.* Adiectum ab Eodem, *vel si mauis redde*, *Quin et vbi excitauerit te ex ore angustiae* etc. Num 2. potius *per modum declarationis*, quid Deus intendat hac graui adflictione in *Iobum* immissa. Inde emergit. *Quin et te* iam *depellit*, depulit, depellere studuit, Deus, *ab ore angusti* in *latitudinem sub qua nihil arcti; et* vbi *fercula mensae tuae plena opimitatis.* Quid ex hisce praeferendum sit, ex elucidatione versus seq. eluceſcet. Nunc dicam ex *Collatione Cap.* 33. et toto Filo Actionum *Elihui* posterius satis plausibile videri, succinente vi vocum et sententiarum: de quibus enucleatius paulo agendum.

Ibid. Incipio 1. a ואף *Et etiam, Quin et.* Adstringitur ad *personam Iobi*, quod *generatim* erat expositum *vs.* 15. Non incommodum, *Enimuero et Te* עני בעניך si *adflictum* te *in adflictione* dedisses, et non *durum, excitasset ex ore angustiae* etc. Commodum quoque, *Enimuero et te excitabit* etc. Sed commodius adhuc, *Quin etiam Temet excitauit* Deus etc. *Adflictionum* haec *agmina*, atque hi *Exercitus malorum*, de quibus tam *vehementes querelas commouisti*, ideo *in Te emisi*, vt per *oppressionem auris tibi reuelaretur.* 2. Exquisitissimum verbum הסיתך. De eo ita *Merc. Est proprie* incitare ad aliquid, *fere* malum: *et quia qui aliquem incitat, ab vna re propellit ad alteram, ideo pro* remouere *vsurpatur;* vt 2. *Chron.* 18, 31. Alii malunt nunc *excitare, incitare, pellicere.* Nobis lucem praestat quod *Cap.* 2, 3. dedimus de *Instigatione per sibilum oris.* Inde grandiore *metaph.* nascitur, *Quin et Temet* ita *instigauit* Deus *ex ore angustiae*, ad *latitudinem* etc. Illud מפי צר 3. ex coniectura reddo: *Quin et Temet instigauit* Deus *ex ore*, per os, *Angustiae*, in latitudinem etc. Dixerat *vs.* praec. *Reuelat per pressuram*, per calamitatem coangustantem vndique, *aurem eorum.* Eodem colore nunc subsumeretur, *per Os, ex ore*, ipsius *Angustiae* veluti, *Te impulit, et instigauit* ad *veram pacem*, et *felicitatem*, etc. *Angustia* quae *te tamdiu indagine cinxit, suo* quasi *ore* te *inhortata est, incitauit, insibilauit* etc. Confer querelas *Iobi Cap.* 10, 16. 17. et 16, 12. 13. vnde huic audaciſſimae Figurae ansa ministrata. *Per Angusta ad Augusta* dicit verbum vetus. *Per Os Angustiae* ergo 4. *hortantis* veluti, *in latitudinem incitatum*, et *impulsum fuisse* Nostrum, innuitur. רחב absolute *spaciositas*, nil nisi *bonum* signare

At Tu Litem improbi impleuisti: Causa et iudicium obtinent. *vs.* 18. Quoniam aestus nasi; ne forte instiget te in com-

signare hic potest. Idem haud dubie quod מרחב *Locus spacioſus*, pro *felicitate*, *tranquillitate*, *pacata*, *laeta*, *lauta*, *conditione vitae*. *Ps.* 18, 20. et 31, 9. et 118, 5. Ad *naturam felicitatis* huius declarandam 5. adiectum לא מוצק מחחיה *Latitudo*, *ſub qua* לא מוצק *nihil compreſſi*, illuſtri forma loquendi designat talem *ſtatum*, cuius *felicitatem* nihil *delibare*, nedum *contaminare* queat. Est descriptio *pacis cum Deo*, cum *liquidis* et *limpidis*, *conſolationibus*, inde ad *animam piam* redundantibus. Eodem nos vocat 6. *Ferculum Menſae plenum opimitate*. Vox מחח *Calv. Cocc.* aliis, a נוח descendit, vt sit *requies menſae*, *menſa quieta*: aliis a יכח *poſitio*, *appoſitio menſae*, siue *id cibi quod ſuper menſam apponitur*. Ira *Merc. Schmid. Cler.* etc. Clar. *Guſſ.* a מחח *id quod deſcendet ad feriendam menſam tuam*, πλήρωμα *pinguedinis erit*. Si a נוח vel יכח deriuetur, non respondebit satis structura cum אנא *maſc.* quum formae istae sint *faemin.* At *deſcenſus* a מחח *maſculinus*, vt *Esai.* 30, 33. Sic *deſcenſus menſae*, erit, quod *in menſam e coelo* ipso *demittitur* quasi, *omni benedictione cumulatum*. מלא דשק *plenus pinguitudine*, tria adfert, *opimitatem*, *affluentiam*, *tranquillitatem*, monente *Cocc.* Haec omnia autem sponte suggerunt, de quibus *bonis*, *donis*, *ferculis*, cogitandum sit: iisdem videlicet, quae *Pſ.* 23. et alibi iisdem Figuris depinguntur. Confer iam quae *vſ.* 11. dicta.

vſ. 17. Ad *praeced.* versum monuimus iam in eo non tam *Promiſſionem* contineri verisimile esse, quam *declarationem conſilii Diuini*, in *Adflictionibus* agminatim *laxandis* super *Iobum*, vt omnem *ſuperbiam* exueret, atque per *anguſta illa*, ad *auguſtam latitudinem*, et *vbertatem*, *Pacis Coeleſtis*, perueniret. Huic consilio *Iobus* non obtemperarat, ex opinione *Elihui* in his circumstantiis rerum necessaria. Inde exsurgit, *At Tu Cauſam*, siue *Litem*, et contentionem, *Improbi impleuiſti: Cauſa* ergo, *et Iudicium*, *obtinent*. In priori membro דין est *Lis* ipsa, eiusue *conteſtatio*, et *contentio*: vt *Prov.* 22, 10. Grauiter Nostro obiicitur, pro *ſummiſſione hominis probi*, sub *manum*, *virgamque*, Dei, hominis *improbi litigioſam*, et *contumacem*, *contentionem*, cum Deo, ad *ſupremam* quasi *marginem* vsque ab ipso impletam. רשע *Improbus* hic idem cum חנף *Hypocrita vſ* 13. qui *propria Iuſtitia turgens*, et virtutis suae opinione plenus, *Naſum ponit quum a Deo caſtigatur* etc. In altero colo דין est *id quod Iuſtitia exigit*; a *parte Dei*; vt *Cap.* 35, 14. *Itaque Ius et Iudicium tenent*; obtinent; vel et *tenent te*, *attinent* hactenus *vinctum*, et *catenis iuſti iudicis conſtrictum*. Sic *Prov.* 5, 22. *Sua crimina* ילכדנו את רשע *capient illum*, *Improbum*: ובחבלי חטאתו יתמך *et funibus peccati ſui attinebitur*. Habes *imagines vſ.* 8. huius *Cap.* positas. Censura haec non est rudior, quam par. Grauissima disceptatio pro *Iuſtitia Dei*, quam suis *Criminationibus* nimis

nimis audacter appetierat Noster, hocce vltimum telum deposcebat. Ignorabat Censor, quid *Iobus* in pectore gereret. Ex verbis Ipsum suis iudicabat. Ea redolebant *rebellionem*, *contumaciamque* aduersus Deum, ac praesertim *Nasus* ille *vs.* 13. notatus, inde eminebat. Hoc vocat *Implere contentionem Improbi* i. e. *Ita disputare cum Deo vt improbissimi* solent: vnde nil mirum, infertur, si pro *latitudine pacis et opimitatis plena*, adhuc experiatur *angustias*, *funes*, *vincula anxietatum*, et *poenarum*. A me stant, leuiculo cum discrimine Doct. *Belg.* Strat et *Beza* ita commentans, *At Tu contrarium iter ingressus*, *ita te gessisti* cum Deo disceptans, *vt te plus satis reum peregeris Iudicii*, *quod Deus aduersus scelerates exercet.* Haec citans Cl. *Cocc.* apponit, *Durum hoc tribuere Elihu*, *tam benigne agenti*, *cum possis aliter*; *cum non exigat*, *aut ferat*, *series*; *nec scopo conueniat.* An *aliter possis*, conuenienter *scopo*, et *seriei*, diiudicare est ex iis quae recensita: inprimis ex *Hypothesi Elihui*, circa *personam*, et *conditionem Iobi.* Hanc si supra rite iecimus, adstrmare licet, necessario ad hoc vltimum sulmen veniri debuisse; ad *Iobi spiritus* illos *ferociores comprimendos.* Illuc haud dubie tota actio *Elihui* directa. [Prius membrum egregie interpretatus est CHALD. *Iudicium rei consummasti*, h. e. maximorum scelerum, seu peccatorum, reum te fecisti. *Vog.*]

vs. 18. Ex reliquis Interpretum sententiis, de sensu huius vs. maxime ad rem facere videtur *Merc.* qui dedit, *Nam ira* est: *ne forte propellat te* Deus *percussione*; *quando multitudo pretii non auertat te*, a poena et ira Dei. Intelligit in priori inciso, *Iram Dei Iobo incubituram si ita pergeret*, *vt coeperat.* שפק hoc sensu ex *Cap.* 34, 26. in subsidium vocatur. Hanc *Merceri* sententiam Doct. *Belg.* ita reddiderunt. *Quum ira* sit Deo, i. e. iustitia vindicatrix; caue *ne forte propellat te vna explosione*; *ita vt magnum Lytron inde non eximeret te.* Non est nimis asperum; nec video quid mitius dici posset ei, qui a *contumacia* in Deum, et *expostulationibus audacissimis*, cordate, sine blandimentis aurium, deterretur. Cum *omni* sua *innocentia*, de qua tam persuasus necdum erat *Elihuus.* quam nos nunc sumus, hanc *increpationem* promeruit Noster, eamque Iustissimam adfirmare ausim. Illud *vna explosione*, *vno ictu*, בשפק, illustraui in *not. Iuuen.* ex *Arab.* بشفعة *simul et semel*, vt vulgo dicitur. Non excludo illum *ictum effligentem*, et *contundentem*, qui *Cap.* 34, 26. signatus. Vehementer, quinimo, placet, fortior adhuc constructio Clar. *Guss.* sub שפק, *Ne te compellat in contusionem.* Eadem vsus erat et *Cocc.* alio licet adspectu: *ne pelliciat te in complosionem*; quod est *Iudicium improbi*; scilicet. Istam ideam sub סרת etiam inculcat *Guss.* *intelligo*, inquit, impellere in afflictionem, *non tanquam mere passiue*, *sed quodam consilio obiecto*, *quo homo spontanea* imprudentia, *id quod nocet*, *ipse quaerit.* Acutissime enimuero; sed quod ad *Deum* directe rediens, paulo forte durius; quatenus insistitur in vim *instigationis permouentis aliquem*, *spontaneo affectu.* Hinc mallem I. alium *instigatorem*, cui ista *impulsio* egregie conuenit, nempe דין *Litem vs.* praec. siue *actum contentionis litigiosae cum Deo*, ad modum Improbi.

probi. Emergeret inde; *Quando* autem *ira* est, vel *aestus indignabundus* apud Deum, quo maiestatem suam impune minui haud patitur; vide *ne forte* דין *impetus tuus contentiosus* יסיתך *instiget te in complosionem* illam *vltimam* improborum *Cap.* 34, 26. sub cuius ictu decretorio pessime pereas. Circinatius adhuc II. fuerit fortassis, vt חמה *ira*, proprie *aestus*, et speciatim *Nasi*, tribuatur *Iobo*; in cuius *ferocia* reprimenda totus nunc est *Elihu*. Absolute חמה pro *irato impetu* inter disputandum, cepimus supra *Cap.* 19, 29. Suam phrasin *Iobo* reddens censor, appositissime praemissis subiungere potuit; *Quoniam aestus iratus* est, tibi nempe, in דין *iurgio tuo* contra Dei iustitiam *audacissime persequendo*, vide *ne* יסיתך *instiget te* דין impetus ille tuus contentiosus, בשפק *in complosionem*, etc. *Quando multitudo Lytri non faceret te declinare*; nempe *ictum* illum *peremtorium*, qui te pro *Laesae Maiestatis reo*, et *perduelli*, *explo-deret*. Ad hanc rationem אל *vehementer negaret*, et יטך esset, vel *deflecteret te* ab illo ictu, i. e. eximeret; vt Doct. *Belg. Cocc.* alii: vel *deflectere faceret te*, vt *Merc.* Idem satis commode vltimum Colon sic interpretatus: *Nullum erit Lytron tam grande, quo redimi queas.* Similiter *Cocc. Nullum pretium placare queat iram Dei in te.* Hoc praemisso, locus et altiori sensui: *ne Lytron* quidem illud *pretiosissimum Angeli Mediatoris*, de quo *Cap.* 33, 24. *te redimat*; quippe quod *poenitentes* iuuat, non *contumaces*, et *perduelles*. Iis *nulla hostia, nullum piaculum*, relictum. Licet tamen in priore sensu subsistas; et intelligas, quicquid homo de suo adferre cupit, ad Deum placandum: siue imaginarium, siue ex parte verum. Inter ea praecipuum locum tenet *Iustitia propria, virtus, probitas, innocentia vitae*, in qua vt multi confidunt tanquam in idoneo piamento, quo semet redimere valeant, et coram Tribunali Dei consistere; ita *Iobus* sane nimium quantum ei innixus fuisse videbatur; quippe qui in omnibus suis contentionibus *anteactae vitae integritatem, et Iustitiam*, acerrime vrserat, vt *Causam validissimam*, quae *iram* Dei ab ipsius Capite prohibere debuisset. Dicas, haec pro כפר *pretio redemtionis* non agnoscere potuisse *Elihuum*. Non agnoscit profecto; sed ex *Hypothesi hominis*, in talibus spes opesque suas locantis, loquitur. De *Diuitiis* eadem res est. An et eae hic in censum veniant, ad *vs. seq.* perspicietur. Veritati vnice litare studens, supprimere nequeo, explicationi huic duos scrupulos posse obmoueri; alterum, אל paululum detorqueri ab vsu ordinario: alterum יטך pro *deflectet te*, vel *deflectere faciet te*, ista potestate *liberationis* non comparere. Addo praecedens יסיתך *instiget te*, potius exigere vt יטך valeat *peruertat te*, vel *declinet te ab officio*; vt Cl. *Schmid. Mich.* aliique disertim. Teneatur ergo III. *Quoniam aestus* irae, impatientiae, contumaciae, tibi; caue *ne forte instiget te*, tuus ille impetus litigandi, *in complosionem: et multitudo Lytri ne peruertat te*, vel *deflectere faciat te a via.* Non audeo exponere cum Doct. *Mich.* de *Lytro Messiae, cuius fiducia voluntario peccetur.* Magis arridet, *persuasio sufficientis expiationis, et innocentiae*

complosionem; et quantum est Lytri nequaquam te faciat declinare. *vs.* 19. An in acie stabit Munificentia tua, *vt* non

tiae vitae; quam Cl. *Maj.* hic deprendit. Eam sic accommodarem: *et ne confidentia Innocentiae, Virtutis, et Iustitiae tuae, te impellat,* ad *perseuerandum in contumacia,* perniciem vltimam tractura. Non celabo, prius illud, quod *num.* II. exposui, mihi neruosius, pleniusque, videri. Scrupuli illi tales non sunt vt remorari debeant assensum, si vis conuictionis illuc feratur. Quisque tamen suo gaudeat sensu; quin et locus curis melioribus relictus esto.

vs. 19. Doct. *Belg. An aestimaret opulentiam tuam,* vt ne esses *in angustia, aut vlla firmamenta roboris?* Commodius forte fuisset: *An aestimaret opulentiam tuam? Nihil* est ea *in arcto; vt et omnia firmamenta roboris.* לא substantiue τὸ μηδὲν, vt saepe supra. Esset, vt *Prov.* 11, 4. *Non iuuat opulentia in die irae etc.* Posses eadem ratione, *Nihil* est *Aurum, et omnia firmamenta roboris.* שוּע *opulentia:* proprie *laxitas,* et *munificentia liberalis,* vt verisimiliter colligere est ex *Esai.* 32, 5. 6. Hinc succurrit I. *An aequaret munificentia tua,* qua vsus fuisti in pauperes, vt *non* esses *in arcto? et omnes contentiones roboris,* quibus te *multa praeclare egisse,* omnibus notissimum? Hic adspectus egregie redit ad id, quod *vs. praec.* sub finem exhibui; vbi per רב כּפר intelligebamus *Virtutes,* et *opera Iustitiae,* ac *pietatis,* quae Deo *imputare* quaerunt mortales; et Noster in sua causa toties allegauerat. Dignum moderatione, et prudentia, *Elihui,* vt *Iobo* tribuat

1. שוּע *liberalem indolem,* et *munificam laxitatem;* qua supra ceteros sui temporis haud dubie eminuit. Dignum eiusdem ingenuitate, vt Nostro concedat 2. מאמצי כח *strenuas contentiones virtutis,* siue *roboris virilis;* ad *virilia munera,* tum in *Politicis,* tum in *Ecclesiasticis,* obeunda. Haec intenta sub formula hacce, ambigere vix sinit solemne illud חזק ואמץ *fortis esto et strenuus: Deut.* 31, 7. 23. *Ios.* 1, 6. 7. 9. 18. et 10, 25. Confer quae ad *Iobi Cap.* 4, 4. libata. Hinc אמיץ כח *strenuus robore,* inter ipsius Dei titulos: vt *Esai.* 40, 26. et *Iob.* 9, 4. vbi submonui proprie signari *praeualidum neruo,* aut *tendine,* ad omnia ardua sustinenda. Habuimus etiam *Cap* 9, 19. אם לכח אמיץ הנה *Si ad neruum, praeualidus ecce, neruo* videlicet. Cum relatione ad *Virtutem,* et *munia pietatis, Iob.* 17, 9. et alibi. Consimiliter כח ad *virtutem* et *pietatis robur* fertur *Esai.* 40, 30. Negaret erga *Elihu* omnia illa, quibus confidere videbatur *Iobus,* inprimis *munificentiam in pauperibus solandis, reliquasque virtutes, strenue,* et *praeclare, ab ipso exercitas,* ad *Ornamentum Reipublicae,* ad *decus Ecclesiae, valituras* esse apud Tribunal Dei, vbi semel vt *contumax,* et *perduellis, in complosionem venisset,* per חמה *aestum Nasi, se Deo haud submittentis; quin Iustiorem Iusto illo sese arroganter ferentis.* In verbo יערך 3. sic enitescit vsus longe grauissimus *aciei instructae,* quasi, et *paratae,* a parte *Iobi,* ad causam

non *sis* in arcto: et omnes strenuitates virtutis? *vs.* 20. Ne anheles noctem, *qua* tollendae gentes sub semet. *vs.* 21. Caue ne respicias ad vanitatem; nam super hoc Electus fueris

suam contra ipsum Deum obtinendam, et peruincendam. Hoc *Actiones* Viri prae se tulerant; hoc disertis verbis declararat se praestiturum; si modo *in Congressum cum Numine* ipsi *procedere* daretur, vt *Cap.* 9, 35 *Cap.* 13, 18-22. *Cap.* 23, 3-7. Huc alludens *Elihu*, inferret nunc, *An tua* illa *nobilitata laxitas*, in acie *staret*, sisteret sese, vt *non* esses *in arcto* etc.? An illa te vindicare posset a fulmine maledictionis, quo te omnipotens exploderet? Videmur ex longo, multoque, cursu, stationem nacti non incommodam. Perpende tamen an II. commodius, firmiusque, sit futurum, si ad *praesentem Iobi miseriam*, et *angustiam*, locus restringatur, ad *comminationem vs. praec.* sanciendam. Negatum ibi, *Quicquid* haberet *Lytri* Noster, *id ipsum ex complosione*, et *ictu decretorio*, iusti Iudicis, *ereptu-rum*. Hoc ita adstringetur, ה *as-seueratiue* sumto: *Ecce opponat* nunc *in acie sese tua* illa *laxitas munificentiae*, *quo minus* sis *in arcto: omnesque contentiones virtutis.* Si te *ex praesenti Iudicio vindicare* non valet *tua munificentia*, et *virtus;* quanto minus *complosionem* illam *peremtoriam* a te depellere posses; vbi semel *fulmen damnationis* in te esset emissum Venusta *Antithesis* inter שרי *laxitas*, et צר *arctum*, *angustia:* quae obtinebit, etiamsi ה *interrogat. num.* I. retineatur. Non plane securus sum portum teneri. Ad eum capiendum faculam praelatam spero.

vs. 20. Cl. *Cocc. Ne anheles* ad noctem, *vt tollantur* et proiiciantur *populi subter se.* Statuit taxari *votum mortis prae vita*, quo vsus saepe Noster, et adiicit, *illi voto hoc inesse* crudum, et crudele, *melius finiri huius seculi tolam, quam hanc formam conditionis piorum, et impiorum, permanere.* In לעלות assentit *Mercero* qui illud ex *Hiph.* capit pro להעלות, quod est, *facere vt adscendant*, tollentur, *euanescant;* et *Metaph.* putat a *Messore*, *qui defectum manipulum tollit, et mox in terram inclinat, vbi culmi iacent prostrati* infra se, *qui modo erecti stabant.* Grauissimum sensum praestat haec *Cocc.* explicatio, at tamen ita forte melius I. scopum *Elihui* impleret; *Ne anheles illam Noctem* Naturae, *qua populos e sedibus suis tolli*, et euerti, necesse: i. e. *Ne adeo anhelis votis Mortem expetas, et Iudicium; quod omnibus statutum.* Noli *impatientia*, et *ira*, vel *Mortem* tibi, vel *Naturae* vniuersae *finem* imprecari. Reduxerim ad id quod *vs.* 18. praecessit; *Quando aestus* tibi Nasi, caue *ne instiget te* contentio *in complosionem:* i. e. *sub talem Dei ictum, quo in totum exscinderis* Simile quid in notis exhibent Doct. *Belg.* Vel sic: II. *Noli audaciissimis tuis prouocationibus Dei, Mortem*, et *Iudicium*, *tibi accelerare. Nox* illa *fatalis*, omnes *populos raptura*, sponte *aderit;* teque, cum reliquis mortalibus, *Iudici tuo sistet* citius, quam velles. Eodem redit. Tale quid hic desiderari, vix dubium. An veram

mentem

mentem *Elihui* tetigerim addubito; et vberiorem lucem exspecto, ad *tenebras* huius *Noctis* euincendas.

vs. 21. Non satis tutum I. quod olim ex *Arab.* ﻥﺪﺮ conabar, *Nam hoc pacto copiosus euades ex adflictione*, vel *adflictione discussa.* Nimium deflectit; nec mihi nunc permitto ex fonte *Arabico* haurire, nisi cum reliquo vsu *Biblico* conciliari queat; eidemque per *Originem*, et *Proprietatem*, maius quoque lumen, et decus, conciliet. בחר haud dubie est, *elegit*, *excerpsit.* Struitur cum *Accus.* vel et cum ב, passim; cum ל 1 *Sam.* 20, 30. Nuspiam על adhibitum; vnde vel *hoc*, vel *hanc*, *elegisti*, vix stare queat. *Viam versus illam*, quam *Crinsoz.* offert, longe praeferrem, h. s. *nam hoc* te conferre *elegisti*, *propter adflictionem:* Vel *vt huc* te conferre *eligas propter adflictionem.* על ימין *Versus dextram*, על שמאל *versus sinistram* *Gen.* 24, 49. et alibi. זה de *Loco: Num.* 13, 17. על זה hinc contemtim, *super hoc* latus vergere coepisti, *hasque partes* quasi *fouere*, et *praeferre.* Id obiectum Nostro *Cap.* 34, 7. 8. vbi פעלי און sunt *Religionis* et *virtutis contemtores*, se *vanis rationibus*, *rebusque*, *tradentes.* אל חפן *Ne obuertas illuc faciem*, *a Religione*, et *pietate auersam* penitus. Formula est solennis פנה אל אלהים אחרים *Respexit ad Deos alienos;* relicto Deo ad idola se conuertit: *Deut.* 31, 18. 20. etc. Succinit vsus signatior sub בחר *Prov.* 1, 29. *Timorem Domini non elegerunt:* et *Esai.* 66, 3. *Elegerunt vias suas.* Succurrit etiam II. *Caue tibi*, *ne respicias ad vanitatem*, et neglectum virtutis, religionisque, *vt vel hac conditione eligas ex adflictione* emergere: *praestat sub plagis Dei maneas*, *quam vt inde sic eximi eligas.* על זה *super hoc*, pro *super hac conditione*, vt מה על *super quodcunque:* *Cap.* 13, 14. בחר מעני *Elegit*, *optauit*, *ex adflictione*, locutione praegnante, pro *Exire ex ea.* כי pro *vt*, satis tritum. En aliud, III. *Caue tibi*, *ne respicias ad iniquitatem*, religioni, quod facere occoepisti, quodammodo, valedicens: *nam super hac conditione excerpseris ex adflictione*, vel *emedullaueris;* i. e. *fructum* quoque ex *praesenti adflictione*, si vere *adflictum*, fractum, contritum, te dederis, *acquires*, *felicemque exitum* tandem *consequi* potueris. על זה ita fere ceperat *Ab. Esra; super hoc vt caueas tibi.* Esset, vt *Esai.* 38, 16. *Domine* עניי עלידם יחיו *super his viuunt!* עני *adflictio*, ea iam amplitudine donari posset, quam huic voci tribuit *Cocc.* qui nimirum in illa *eam inopiam* intelligit, quae adferat *abrenunciationem omnis vanitatis*: nempe *paupertatem Spiritus.* בחר pro *excerpere*, absolute, a quibusdam sumtum *Eccles.* 9, 4. *Nam quis* est *qui excerpetur?* ex necessitate moriendi videlicet. Est forma *Pyhal;* quam si IV. et hic admittas per *Kametschatuph* ad primam Radicalem, existet, *Nam super hoc eximeris*, et *excerperis*, *ex adflictione: purgatus* simul, simul *probatus*, vt *aurum* ex *fornace*, *extraheris.* חרוץ נבחר *Aurum electum* extat *Prov.* 8, 10. בסף נבחר *Argentum lectissimum*, *probatissimum; Ibid. vs.* 19. et 10, 20. Contrarium בסף נמאס *Argentum im-*

ris ex adflictione. *vſ.* 22. Ecce Deus ſublimat robore ſuo; et quis ſicut ille ſtringens plagis? *vſ.* 23. Quis mandauit ei

probum Ier. 6, 30. Clauſula digniſſima, qua caſtigationes, et conuictiones ſuperiores, obſignarentur. Forma *Pohal* per *Kametschatuph*, paulo rarior, nubeculam obiecit. Accedebat, *Praeteritum* hunc ſenſum adeo non inuitaſſe, vt eum abnuere videatur. Dubitationem, mihi ipſi hinc iniectam, gemina germana formula *Eſai.* 48, 10. ita minuit, vt ferme omnem eximat. *Conflaui te* ולא בכסף *et non in argento;* non tam rigide, aiunt Docti interpretes: imo vero, *multo purius*, et *nitidius*, *quam argentum:* ad *formam* loquendi *Orientalem*, qua *negatio* infert *comparationem exaggerantem*, qualis illa, *Liberalis et non vt nubes*, i. e. *liberalior* etc. Sequitur ſignatiſſime בחרתיך בכור עני *Elegi te in Catino adflictionis.* Sunt qui בחנתיך *probaui te* ſubſtituant: alii hoc בחר ex בחן notionem mutuo ſumſiſſe autumant. Doctiſſ. *Belg.* prudenter id vocabuli adhibuere, quod *probationem* ſimul, ſimul *electionem*, conſignet. Certiſſima res eſt. *Elegi te in catino adflictionis*, praegnanti phraſi, valet, *puriſſimum*, et *probatiſſimum*, *te* ibi *reddidi*, ac *propterea Electiſſimum mihi te eſſe* ſimul, declaro. Ad eam rationem et heic: *ſuper hac conditione*, *Electus eris ex adflictione;* atque *inſtar auri probatiſſimi* inde emicabis. Sed, inquis, חָבַר, vel חִבַּר, dicendum fuiſſet, in *fut.* non בָּחַרְתָּ in *praeter.* Reſpondeo *praeterita*, pro *futuris*, et *praeſentibus*, tam frequentia eſſe, vt iuſtus inde ſcrupulus exiſtere nequeat. Deinde in *promiſſionibus* hanc *formam* captat ſtilus ſacer, vt *factum eſſe* dicatur, quod *certo certius futurum proxime.* Memini ſupra tactum; et illuſtratum. Ergo pedem in pulcherrimo *Schemate* figere licet, *Nam ſuper hac* ſola *conditione Electus fueris ex adflictione. Si hoc impleas*, *tam certo* tibi *polliceor liberationem* ex omnibus hiſce malis, *ac ſi* iam *emerſiſſes.* Sentis iterum, aptius, vberius, cumulatiusue, nihil inueniri poſſe, ad Coronidem praecedentibus imponendam.

vſ. 22. Eleganter I. *Paraphr. Tigur.* exhibet, *Ecce Deus arcem tenet potentiae: quis Legumlator ei conferendus?* Eſt vſus *intranſit.* verbi דשניב, quem tenent *Vulgat. Merc. Cocc. Schmid. Cler.* alii. Ex poteſtate tranſitiua II. *Vatabl. Ecce Deus exaltabit potentia ſua! Quis ſimilis illi docens?* Ita *Caluin. Caſtal. Iun.* et *Trem. Belg.* etc. exigua cum differentia cui inſiſtere ſuperuacuum. *Caluin.* III. ſuggerit, *Conc.* CXLII. eſſe, qui exponant, *Quis vibrat*, vel *proiicit*, *ſicut ipſe?* a ירה videlicet. Captata, credo, oppoſitio inter *extollere in Arcem*, et *proiicere, deiicere.* Non eſt reiiculum: nam ſupra *Cap.* 30, 19. habuimus הורני *proiecit me in lutum.* Reperio IV. apud *Ab. Eſran* יש אומרים מי יוכל למרוח כמהו ואינו נכון בעיני *Sunt, qui capiant, Quis poteſt reſiſtere ſicut ipſe? quod minus rectum iudico.* Et nos: ſi teneatur illa vis *reſiſtendi*, *quae cum rebellione coniuncta.* Sed Thema מרה in *Origine* ſonat per-

ei viam suam? et quis dixit? fecisti iniquitatem. *vs.* 24. Memor esto vt magnificaueris opus Eius, quod decantarunt viri.

perstrinxit, *obstrigillauit*, vnde secundariam notionem *rebellandi* ductam, alibi late deductum Inde adsciscī posset ex forma *Part. Praes. Kal. Quis sicut Ipse perstringens ictibus* flagelli cuncta disperdentis? Habes iterum oppositionem inter *Attollere in Arcem salutis*, et *sub ictu explodente adstigere in Mortem*, *et perniciem*. Adi *Opusculum de Defect.* et quae supra *Cap.* 23, 1. enotata. Reperies ibi עני מורה *Adflictionem stringentem*, viscera ipsa perurentem etc. Hoc cum filo praegresso, et *vs.* sequente aptius se connecti patitur, quam *Doctor*; quamuis haud negem pulchros colores ad Eum sustinendum adductos. En V. vicinum. LXX. nempe מורה dederunt δυνάστης *Dynasta*. Tractum ex *Aramaeo* מרא *Dominus*: quod hic vt verius, liquidiusque, amplexi *Grot. Codurc. Patric. Reim.* Speciosissimum: origo suffulcit: *Dominus* enim, et *Herus*, ita appellatus videtur, quasi *stringens*, et *flagello admonens*, *temperansque*, *familiam suam*. Hoc alibi latius exequendum. Fieri nequit, si מורה hic *Dominum*, et *Moderatorem*, signet, quin simul ad *flagellum*, quo res mundi temperantur, sit allusum. Versus sequens id satis plausibile reddit.

vs. 23. Ad geminam vim verbi פקד geminus quasi ordo Versionum. I. *Quis mandauit ei*, vel *iniunxit*, *super eo*, *viam eius*; etc i. e. *Quis ei terram mandauit administrandam*, *eique praescripsit formam*, *et normam*, *regiminis*, *quam obseruare deberet*. Huc collineant *Merc. Iun.* et *Trem. Angl. Belg. Cocc.* etc. Conueniunt in re, disconueniunt nonnihil in modo rei vel exprimendo, vel deducendo. II. *Quis visitauit*, *vel visitat*, *supra ipsum viam eius? et quis dixerit*, *fecisti iniquitatem*. Huc pertinent *Vulgat. Vatabl. Caluin. de Pined. Schmid. Patric. Crinsoz. Cler. Reim.* etc. In re iterum consensio: dissensio in modo: sed haec minutiora, quam vt nos detinere debeant. Vtraque ratio vertendi sua radiat luce, et *Independentiam* Dei, *summumque*, ac *Iustum*, *Moderamen* in oculis defigit. Moneo tantum, has duas facies in vnam sponte conflari, si attendatur, *eum qui alteri mandat* munus, prouinciamue, *habere Ius inspiciendi*, *visitandi*, *ad rationes vocandi*: et contra eum qui *visitat*, et *inspicit* alterius opus, eo ipso id *fidei* eius *commisisse* intelligi. Iam vero quid *Elihuus* in magnifico hocce Excursu intenderit, et quomodo superiorem suam conuictionem per eundem fortius adstrictum, inculcatumque, ire voluerit, omnibus enucleatis, certius diiudicari poterit.

vs. 24. Cl. *Cocc. Recordare*, *quod multiplicares opus*, *quod decantant homines*. Reuocat ad *Iobi* ipsius *magnificas* illas *praedicationes Dei* et *operum eius*: q. d. *Itane non recordaris quae tu ipse depraedicabas in sermone tuo*, *et infinita esse agnoscebas*; *quaeque* viri cordati *et* sapientes *cantant*. In אנשים *Viros*, vere viros, et *praestantes*, indicauit quoque *Drus.* Cl. *Schmid.* subscribens *Cocc.* hunc praebet conspectum, *Velim Tu tui iam sis memor*, *et eorum quae hactenus dicere*

viri. *vſ.* 25. Vniuerſitas hominum inſpiciunt in illud; mortalis cernit vibrata acie e longinquo. *vſ.* 26. Ecce Deus, Magnus, vt non cognoſcamus; Numerus annorum eius, vt nulla

cere ſolitus es, Opus Dei in natura creanda, conſeruanda, gubernanda, magnificans. Ad propriam prouoco confeſſionem: vt et teſtimonium virorum Sapientum, qui opus Dei laudant, decantant, celebrant. Non obſtat תשגיא in *futuro* enunciatum, quod in *praeſentis* notione ſolemne; nec minus *imperfecti;* vt ſit *praedicare ſolebas.* Decebat *Elihui* ſapientem modeſtiam, vt *Iobo* laudem meritam exhiberet, atque ad *excellentiſſimas* illas *celebrationes immenſi Numinis, Operumque Eius,* prouocaret, quas non ſine admiratione, et ſacro horrore, legere eſt. שרר pro *Celebrare canticis* 2 *Chron.* 29, 28. Doct. *Sanct.* ipſa verba *Veteris Cantici* ſubtexi cenſet; ad *vſ.* 14. *Cap.* 37. vsque. Non perſuadet.

vſ. 25. Omnia plana. Pro מרחוק Cl. *Schmid.* למרחיק poſitum cenſet, vt ſit *vsque in longinquum ſe extendens* opus, *tantae, tamque admirabilis amplitudinis, et vaſtitatis, vt ad finem, nec oculis, nec mente, peruenire queat.* Placet: nec tamen למרחוק indigemus: quum ipſe Homo concipiatur ſuper *Theatro vniuerſitatis conſtitutus,* ad *opera Dei* מרחוק *procul inſpectanda, vibranti, et intenta, acie, inter profundiſſimas immenſi Numinis adorationes.* Non negligendum acumen *Calv. Conc.* CXLIII. *Significat tam eximia eſſe* opera Dei, *tantamque in ipſis magnitudinem, et maieſtatem, vt quamuis a nobis longo interuallo diſtent, ipſa tamen intueri poſſimus.* Pulchre illuminat. *Scimus ſi quispiam longius diſtet a nobis, adſpectum noſtrum ad ipſum vsque proferri non poſſe; euaneſcit enim. Magna arx eminus conſpecta, videtur eſſe tuguriolum: Vrbs, duarum aut trium domorum inſtar. Sol vix bipedalis oculis noſtris. Dei tamen opera vel eminus diſſitis ſe ingerunt* etc. *tantamque Maieſtatem venerari cogunt.*

vſ. 26. Structura aliquid rati, et impediti, habet. Rotunde, et pulchre, *Vulg.* I. *Ecce Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum eius inaeſtimabilis.* Cl. *Schmid.* II. in altero colo repetit שגיא, *Ecce Deus magnus,* adeo *vt non cognoſcamus;* magnus *numerus annorum eius, vt non ſit inueſtigatio.* Habes decus: nec opus cum Clar. *Cler.* extra textum ſubaudire גדול aut רב. Eleg. *Crinſoz.* III. *Verum eſt, Deum eſſe Magnum; ſed non bene cognoſcitur: exiſtit ab omni tempore, ſed non quaeritur.* Id ita applicat. *Fateor Dei Exiſtentiam tam neceſſariam eſſe, et euidentem, vt nulla noua reuelatione indigere videamur, ad Eum rite cognoſcendum: ſed tanta tamen inter nos hac in parte incredulitas, vt dignum ſit eius Bonitate, in tui Reſtitutione hoc ipſum fortius adhuc demonſtrare, ad os incredulis et profanis occludendum.* Exiſtimat Vir *Erud.* alteram illam vertendi rationem cum *Hebraeo* quidem conſiſtere, ſed cum *filo* ligatiſſimo *Elihui* neutiquam. Nempe, ſi de *Effectis Prouidentiae, in Reſti-*

nulla sit perueſtigatio. *vſ.* 27. Quum ſubtrahit ſtillationes aquarum, *quae* eliquant pluuiam ad vaporem eius. *vſ.* 28.

Reſtitutione Iobi, diſſeruiſſet *Elihu*: quod non liquet ſane; et magnis ſcrupulis grauatur. Lubentiſſime tamen IV. retinerem מספר שניו, vt per ſe ſtans, *ab omni tempore exiſtit.* Proprie; *Numerus annorum eius*, abrupte, pro *Anni eius numeroſiſſimi ſunt.* Anceps vſus מספר *Numeri*, inferentis et *paucitatem numerabilem*, et *copiam* ac *multitudinem innumerabilem.* Sic *Cap.* 15, 20. *Numerus annorum reconditi violento.* Obſeruabamus ibi, ſi poſtponatur, *paucitatem* exiſtere; praepoſitum autem *copiam* exprimere poſſe. Ita recurret *Cap.* 38, 21. *Et numerus annorum tuorum, multi.* Quid ſubſit aculei ibi, in loco indicabitur. Tres formas loquendi Linguae genius fundit: שנים מספר *Anni*, *numerus*; pro *pauci*: שנים אין מספר *Anni*, *non numerus*, pro, *innumeri*: et מספר שנים לו *Numerus annorum eſt ei*; pro *longum duxit aeuum.* Hoc per Excellentiam quadrat in *Antiquum dierum*: et, quamuis prima fronte nihil alienius, *Aeternitatem* ipſam ſignare apta nata haec formula, מספר שניו *numeroſi ſunt anni eius.* Ea amplitudo videlicet ei ſubiecta, quam *Pſ.* 102, 28. *Tu Ipſe, et Anni tui non finiuntur*: ſed *numerantur* ab aeterno *in Aeternum.* Si ſubtilius iudicetur; concedam in illud *Schmidii*; *num.* II. quod exemplis adſtrui, et illuſtrari, meretur. Quodcunque ſtatueris, habes *duos Characteres*, omnibus *Operibus* Dei, vt ſic dicam *inſculptos*: primus *immenſitatem* exprimit, quae etiam in *minimis* ſeſe exerit: alter *Aeternitatem* conſignat. Haec duo faciunt, vt in *Theatro* vniuerſi מרחוק *procul*, *e longinquo*, *intueri* dicamur ea, quae *prae oculis*, *prae pedibus*, *prae manibus*, atque adeo *ſub iis.* Conſummatiſſimi Naturae veſtigatores hoc ſentiunt, agnoſcunt, celebrant; atque quam magis per *Experimentorum* clauim fidelem in intima rerum ſeſe penetrarunt, tam magis *immenſitati*, et *Aeternitati*, Diuinae, *procul adſtupent*; atque *in profundiſſimam operum* eius *venerationem* ſubſidunt.

vſ. 27. Verbum נרע, *Auferre* et *prohibere* aliis eſt, aliis *imminuere*, aliis *detrahere* ex alto, aliis *attrahere* in altum, aliis denique *minutatim* vndique *colligere*, et *conuehere.* Lexica iſtam confuſionem aluerunt, vbi reperias, *diminuere*, *ſubtrahere*, *ſucciđere diminuendo*, *contrahere*, *abſtrahere*, et alia. Ad *Cap.* 15, 4. 8. ſupra tetigimus aliquid de hoc diſcidio: ibique praeeunte *Cocc.* ſubiecimus examini vlteriori vim *attrahendi ad ſe*, et *tractu ſorbendi*, *reſorbendi in ſe* liquorem. Sic *Arabes* جرع ſuum frequentant; vnde in *Camus* جرع الماء بلعة *verbum* נרע *de aqua*, idem quod בלע *ſorbſit eam.* Eſt tamen lentius, leniusque; quum בלע بلع notet *actum deglutiendi*, et *in viſcera demittendi*: جرع autem magis ad *attractionem* per *os*, et *labia*, quam *ſorbitionem* vocamus, pertineant. Ita גרעה جرعة declaratur

ratur per حسو *actio lentius sorbendi, et attrahendi liquorem.* Inde figura concinna *Ier.* 26, 2. *Loqueris omnia verba ad populum,* אל תגרע דבר *verbum ne sorbeas* i. e. *subtrahas.* Similiter *Iob.* 15, 4. *Sorbes precationem,* resorbes in te, et supprimis. Item *vs.* 8. *Sorpsisti adte sapientiam: attraxisti:* solus *bausisti.* Ad *diminuendi* notionem praelucet *Eccl.* 3, 14. *Non est addere ad illud,* et *de illo non est* לגרוע *demere sorbendo, resorbendo, ad se attrahendo.* Ita *Deut.* 4, 2. et 12, 32. Sublimiore adhuc tropo *Iob.* 36, 7. *Non* יגרע *subducit,* resorbendo ad se, *oculos, eorumque influxum salutarem in se retrahendo.* Notabile et hoc *Num.* 27, 4. *Quare* יגרע *deficeret* extinctum, suppressum, resorptum, *nomen Patris nostri e medio familiae eius?* Est ex *Niph.* Iterum *Num.* 9, 7. *Quare* נגרע *cogeremur abesse, retro manere, subtracti* quasi *a reliquo coetu Israelis, indeque separati* etc. Mitto alia, ex his facile euoluenda; si significatio haec sese approbare valuerit. Ego quidem vltra speciosam coniecturam haud putem processum: et liquidius quid desidero; quo res peremta detur. Adhuc interim, vt maxime plausibile, retinere liceat; *Nam attrahit* sorbendo *guttas,* vel potius *stillas aquae;* quae *eliquatam fundunt pluuiam ad vaporem eius.* Omnino גרע 1. pertinere censeam ad *attractionem* in altum, quae est veluti *sorbitio* quaedam, quum Sol, Terras et Maria radiis suis feriens, elementa aquae sursum vehit, et educit in regionem Aëris imbriferam. Si veteris alicuius *Chemici Hebraei* scriptum prostaret, forte verbum גרע deprenderemus auctum peculiari artis notione, quae hic apprime quadraret: veluti quum in *Furno Philosophico, Athanora* vocitant, ex fonte *Arabico* التنور *Attannour,* itemque *Hebraeo* תנור *Fornax,* quum in illo ergo *Furno* operationes fiunt arcanissimae, *extrahendo, attrahendo, sublimando,* etc. ad quae גרע satis aptum natum videtur. Intra coniecturam interim et hoc contineri velim. 2. נטפי מים non retulerim ad *guttas imbridas,* quas *Elementa* aquae *sursum euecta,* et *associata,* formant in aëris regione inferiore: nam hae *guttae* ipsum efficiunt *imbrem maiorem, minorem,* qui mox dicitur *eliquari* ex hisce נטפים; sed Oeconomiam loci existimem aurigari ad illas *aquae particulas,* et quasi *stillulas,* quas *Calor Solis* vndique *attrahit, sursumque sublimatas assorbet:* vt in *pluuiam* constipentur, atque *guttatim* iterum decidant. Patitur Lingua, nam Radix נטף نطف valet *stillauit* aqua, *destillauit, exstillauit,* quocunque tandem modo; praesertim per *exsudationem,* et *exhalationem,* Habes id ipsum, quod hic requirebatur. Haec *Elementa aquae* 3. יזקו *Eliquant, Eliquatum conflant, imbrem.* De *imbrium effusione* in terras, id acceptum a praestantissimis Interp. Atqui זקק magis sonat *Conflare, conflando purgare.* Quidni intra hos fines subsistatur? *Defusio in terras vs.* seq. expressa. Admirabile Schema! cuius ansam sumsisse potuit potens Orator ex *Cap.* 28, 1. vicissim *Iobum* euocans ad *Officinam* Dei Omnipotentis, qui *Furno naturae sublimatas in pluuiam conflat, purgat, parat, aquas,* vt rigandis, foecun-

foecundandisque, terris, inseruiant. *Merc.* annotans זקק proprie esse *conflare*, *excolare*, *eliquare*, idem in animo habuisse debuit; quamuis ad *effusionem* dein referat. *De Pined.* indicatam censet *mirabilem artem aquam guttatim percolandi, cum puritate, et purgatione quadam, qualem habere solent percolati liquores*; ex *Hippocr.* et *Galen.* obseruans, *Aquam pluuialem* esse *leuissimam, limpidissimam, et tenuissimam.* Negat *Plinius Lib.* 36, 3. cum cuius effato conferes, quae Magnus noster *Boerhauius Elem. Chem.* pag. 600. docet. Ad mentem *Elihui* explendam sufficit popularis, et latior, vsus, qui *aquam coelestem* agnoscit *defoecatissimam*, et *laetitiae segetibus, agrisque, adfundendae* Diuinitus *saccatam.* Nihil aliud ex זקק nunc quidem elicere vel necesse, vel fas. Ad haec autem 4. לאדר sponte se dare incipit, apparetque, si his finibus versum nostrum includamus, nihil aliud intelligi posse quam *Nubem* ipsam, vel *vapores* in *Nubem coalitos* et *compactos* vndique, vt *visibiles* fiant *aquae*, quae antea *inuisibiles* per *Atmosphaeram* obuolitabant. Simplicissima hinc facies, *vapori Eius*, seu, *pro vapore* et *Nube*, quam *constipari* iubet, *ad imbres fundendos.* Confer *Gen.* 3, 6. Habent principes *Chemici*, quod profundioris suae sapientiae lumine perfundant; quin et ipsum hoc quod dedi, vt potui, copiosius illustratum dabunt vberrimi illi Fontes *Elementorum Chemiae pag.* 542. etc. et *pag* 597. Inprimis explicationis hanc viam mihi emuniuit *splendida* illa *comparatio*, qua Vir Summus *pag.* 600. vsus est, *Aquam pluuiam vere a natura destillatam: et Chemicum arte sua destillatoria aquam parare non posse puriorem illa, quam Natura parare solet hac coelesti destillatione.* מטר *Pluuia*, non tantum quae *cadit*, sed etiam quae *Lagenis* coelorum *clausa* adhuc continetur.

Ibid. De connexione non nihil adhuc monendum restat. *Caluin.* Scopo proximus esse videtur: *Profert Elihu pluuias, vapores, tonitrua*, etc. *vt Dei infinitam maiestatem arguat, quam cogamur adorare, nisi ingrati simus et stupidi nimis. Verum est dari altiora Dei opera, et difficiliora ad comprehendendum, quam ista quae* h. l. *commemorantur; sed Spiritus S. voluit nos rudiori stilo docere. Hinc Elihu proponit exempla operum Naturae, quae* vsitata *et* ordinaria, *appellamus* etc. Nobis ad has lineas, dextre ductas, addere liceat ex *vs. prace.* duos *Characteres* etiam in *notissimis*, et *obuiis* maxime, *operibus Dei eminentes*, nempe *immensitatis*, et *aeternitatis*; qui nostram superbiam deprimere, in religiosissimamque rerum simul, et viarum Eius, adorationem nos defigere possint, et debeant, nisi cum ratione velimus insanire.

vs. 28. Paucis defungi erit. Ad *aquarum coelestium largam effusionem* vnanimi consensu refertur: nisi quod Cl. *Schmid.* de *rore* cogitarit, quod *nobile* Dei *opus* hic non negligi debuisse arbitratur. Nititur *Prov.* 3, 20. Idem pronom. אשר ad *Deum* reflectit. *Vatabl.* et *Pagn. Quia stillant e nubibus, stillant* inquam *super homines affluenter.* Aliter *de Dieu. Quia diffluunt nubes* etc. i. e. *quia nubes non manent solidum et compactum corpus, sed solutae fluunt, et fiunt* נהלים *fluenta.* At *Cocc. Quibus stillant nubes tenues* etc. Ad *guttas* relatum. Propius *Belg.* ad מטר

vſ. 28. Qua fluunt aethereae nubes; deſtillant ſuper homine multo. *vſ.* 29. Etiam num intelliget expanſiones nubis; fragores tentorii Eius? *vſ.* 30. Ecce expandit ſuper eam

pluuiam, *Quam effundunt nubes.* Sed נזל magis *intranſitiuum.* Ergo *Qua fluunt, defluunt, nubes: deſtillant*, vel, *rorant ſuper homine multo.* נזל eſt نزل *pluuia diffluxit.* רעף eſt رعف *prae copia humorem effudit* vter, *exſtillauit.* Inde السحاب الرواعف *Nubes exſtillantes pluuiam;* in *Hiſt. Salad.* maiore, per *Iſpahanenſem.* Item in *Camus* رعوف الامطار الخفاف *pluuiae tenues vocantur* רעוף. Haec alibi latius. Duo iſta valide cauent de calculo ad *vſ.* praec. inito, arguuntque, hactenus de *pluuiis clementioribus* ſermonem eſſe. Ad *vehementiores* ſequentia ducent.

vſ. 29. Adeo obſcurus, et poſt varios Interpretum conatus, conclamatus eſt hic verſus, vt, pro nouo explicationis conatu, *Non Liquet* adpoſuiſſem, niſi quaedam ſaltem ſatis tuto et liquido, adfirmari poſſe viderentur. Obſeruo itaque 1. יבין, quod nonnulli ad Deum retulerunt, ad *Hominem* pertinere, de quo rogetur, *Etiam num intelliget expanſiones nubis denſae?* 2. אף *Etiam*, artificioſiſſime hic locatum, efficere vt יבין ad *vſ.* 27. 28. quoque redeat. Nempe *vſ.* 27. ſtatim poni potuiſſet אם יבין *An intelliget* quiſpiam, *quomodo* Deus *attrahat elementa aquarum?* etc. Nunc abruptius Exordium per אף אם יבין *Etiam, num intelliget?* heic loci ſuſtinetur, et declaratur. 3. מפרשי eſſe *expanſiones*, et quidem quales *Aulaeorum*, quod et *Cocc.* obſeruauit ex *Eſech.* 27, 7. Adde *Pſ.* 105, 39. et confer quae ad *Cap.* 26, 9. ſtrinximus. 4. כסה *Tentorium* adferre *Coelum nubibus vndique ſubtextum, et obductum*, vti quum *tempeſtas* conglobatur. Sic *Pſ.* 18, 10. *Et tetendit Coelos* etc. ſupra explicitum. Item *vſ.* 12. *Ibid.* מכחו חשכת מים *Tentorium eius horrida obſcuritas aquarum* etc. 5. תשאות ſonare *fragores*, *ſtrepitus* veluti *ruptarum nubium*, ex forma *Pyhal;* a שאה ثاي *Rupit cum fragore*, pannum, velum etc. Pleniſſima imago ad *vim tonitruorum*, *Nubes ſcindentium*, *inter terribiles fragores*, ſignandam. In hoc ergo verſu ſic ſatis pulchre res procedere videtur: ſed in ſequenti ita impedimur, vt vix quicquam cum fiducia proponi queat.

vſ. 30. Series iam exigere videtur: *Ecce expandit ſuper illam*, nubem denſam, אורו *Lumen ſuum*, *fulmineum* videl. quod a *Tonitruis* ſe diuelli vix patitur. Coeli adſpectum putem deſcribi, *fulguribus* vndique *coruſcum*, quum quaſi *aulaeum lucis fulmineae diſpanditur ſuper Dei thronum*, et טפרשי עב *expanſiones latiſſimas denſae nubis*, *quae*, tempeſtate conglobata, *totum Aetherea opplebant;* et *Tabernaculi nigri* ſpeciem praebebant. Hanc grauiſſimam *figuram lucis*, inſtar *aulaei*, vel *tapetii*, *expanſae* in ſuprema aëris regione, adhibuerat *Iobus Cap.* 26, 9. Eiusdem generii, et ingenii, magnificum illud

Pſ.

eam lucem suam; et radices maris obtegit. *vs.* 31. Nam in his iudicat populos; dat cibum ad modum Multiplicantis. *vs.* 32.

Ps. 104, 2. *Operiens se luce instar togae, extendens Coelum instar aulaei: contabulans aquis caenacula sua* etc. פרשׂ *expandere aulaeum; velum; rete; alas; Esai.* 32, 23. *Ps.* 105, 39. *Prov.* 29, 5. *Exod.* 25, 20. Pulcherrime figuratum *Ioël.* 2, 2. *Aurora super montibus expansa.* Alterum Colon ferme inaccessum. *Dithyrambicum schema* forte recludet. *Et radices maris superintegit, superinduxit* שרשי הים *Radices maris* vix aliae sint, quam *profundissimae* et *obscurissimae aquarum conglobationes*, quas Deus *superinduxit* isti *auleo fulmineo*, quum inter *fulgura* coruscа *immensam vim aquarum conuehit, constipat, coaceruat;* ita vt *Mare* vniuersum, *cum* vastissima *aquarum congerie*, in Coelum videatur esse translatum. Non absimile hoc *Lucr. L. 6. vs.* 248. etc.

Quod tunc per totum concrescunt aëra nubes
Vndique, vti tenebras omnes Acheruntа reamur
Liquisse, et magnas Coeli compleſſe cauernas.
Vsque adeo tetra Nimborum nocte coorta,
Impendent atrae formidinis ora superne;
Cum commoliri tempestas fulmina coeptat.

Eadem *Lib.* 4, 170. reperies. Talia complura sublimior cothurnus suppeditat. כסה infert *operimentum exterius, Amiculum.* Speciatim dicitur כסה שק *induit saccum.* Geminus hinc oritur adspectus. 1. *Et maris radicibus induit se* Deus: eo sensu, quem supra ex Cl. *Cocc.* laudauimus. 2 *Et radices maris superinduit*, nempe *super illam lucem fulmineam; Oceani* ipsius *mole illuc quasi conglomerata*, et *congesta.* Confer *horrorem tempestatis minacissimae, Ps.* 18, 13. 14. 15. 16. depictum. Non magis dictum, quam pictum, quoque illud Poëtae:

Eripiunt subito nubes coelumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether:
Praesentemque viris intentant omnia mortem.

Factum periculum: an aliquid profectum, nescio: et vlterius deliberandum existimo. [*Gr. Alex.* pro אורו legit אירו. *Vog.*]

vs. 31. Conspectum, quem pandimus firmat duplex Opus Dei, quod e *Nubibus*, tanquam e *Praetorio*, aut *Tribunali*, in morrales edit; partim *in malum*, partim *in bonum.* Sensus posterioris coli hic esse videtur: *Dat cibum ad modum multiplicantis*, vel potius *magnifice* et *munifice largientis.* Phrasis הכביר אכל *multiplicauit cibum*, hanc amplitudinem admittit, quin inuitat. Habebamus *Cap.* 35, 16. מלין יכביר *verba multiplicat*, vel *multa*, et *grandia* simul, *fundit.* Alibi non occurrit. Reputa iam quid Lingua viuente, et vigente, ex הכביר necessario debuerit redundare omnem in formam: praesertim illam, quae titulo גבור *magnifici*, et *praepotentis*, respon-

deat,

vſ. 32. Manum geminam veſtit fulmine; et contra eas ordinauit interceſſorem. *vſ.* 33. Annuntiat de eo clangor eius; Rubedinem flammantem Naſi, contra elatum.

CAPVT

deat. Fauet ſolenne illud *Arab.* الله اكبر אלה אכבר *Deus O. M. eſt.* Concludimus, quamuis et aliis ſua ſubſit gratia, pleniſſimum tamen videri hocce: *Deus dat cibum* למכביר *munifice* et *magnifice* eum *dilargiens* Praepoſ. *Lamed* infert ſaepe *ſicut, ad modum, ad rationem*, vt *Iob.* 33: 10. *Reputat me in inimicum ſibi* לאיב, *inſtar inimici:* niſi quod fortius ſit. Item *Mich.* 2, 8. לאיב יקומם *in inimicum ſurgit*, pro *veluti inimicus, animo plane hoſtili.* Euoluens hac occaſione *Nold.* ſub *num.* 36. hunc ipſum quoque locum allegatum video, h. ſ. *Dat cibum tanquam multiplicans* quis. Si malis ל *Emphaticum* omni caſui aptum idem manebit adſpectus. Mihi *Noldianum* hocce vnice ridet: eique acquieſco; addita *magnificentia largiendi.*

vſ. 32. et 33. Eſt locus difficillimus. Cl. *Guſſ.* bis eundem attigit, ſub נגד, et פגע. Sub poſteriori inſiſtit in notionem *Intercedendi* precibus, quam הפגיע exerit *Ier.* 36, 25. et *Eſai.* 59, 16. Nihil ergo cohaerentius cenſet, quam vt *poſt terribilem ignium apparatum*, et *Iudicium Dei, hominibus per illa intentatum, inferatur monitum, ad Eius miſericordiam pertinens* ויצו עליה במפגיע; *Et* nihilominus *de ea* re *mandata dat Interceſſori* i. e. *piis hominibus ad intercedendum pro reis iamiam plectendis, atque ita ictus fulminum ab iis auerrun-candum.* Sub נגד haec reperio, ad *vſ.* 33. pertinentia: *Pecus* nuntium adfert *de eo* malo imminente *ſocio ſuo*, paſtori, *etiam de adſcendente:* cum adhuc vapores et exhalationes adſcendunt, ex quibus fulmen componi debet. *Hoc miraculum eſt Dei, bonitatisque Eius, quod format quidem nubes fulmineas; ſed de iis praeſagitionem dedit ipſis brutis, vt poſſint hominem praemonere.* Per haec veſtigia ingreſſus ad *Prov.* 2, 16. tentabam olim I. *propter manus* ſupplices *tegit*, condit *fulmina, et imperauit contra ea deprecatorem. Indicat de eo* malo tempeſtatis, vel fulmine, *ſocio ſuo*, ſiue paſtori (רעו), *pecus*, (מקנה) *etiam de adſcendente*, antequam oriatur. כפים *ambae manus*, dicatae *precibus:* vt *Thren.* 2, 19. et 3, 41. נשא לבבנו אל כפים *Tollemus cor noſtrum ad Manus*, vna cum manibus, *ad Deum in Coelos:* venuſtius fuerit, *Tollemus cor noſtrum ſuper Manus* impoſitum: nam אל ſaepe *ſuper*, *in* לבב אל כפים *Cor manibus impoſitum* grata Deo oblatio. Iterum *Pſ.* 63, 5. *Ieſ.* 1, 15. vbi obſerues velim formulam, בפרשכם כפיכם *quum expanditis palmas veſtras.* Hinc audaciore figura, cum Libri huius genio coniuncta, exiſteret, *per palmas* ſupplicantes *obtegit* tamen *fulmen; contra quod interceſſorem imperauit.* Ille מפגיע Interceſſor grauiſſime ſic locatus eſſet ex ancipiti, *interceptorem* ſimul adfe-

adferens, qui fulmina vel *praeuertat*, vel *auertat*. Huc *vſ.* 33. ſe vtcunque adaptari patitur. Fatebor tamen *pecus* iſtud, *cum ſuo ſocio* et *paſtore*, mihi plus languoris nunc ferre videri, quam vigoris et nerui: qualis requiritur in hac ſerie, vbi ita ſe his *Meteoris* adfectum profitetur diſſertator, vt *totus inhorreſcat*, et *cor velut e ſede ſua motum diſſiliat*. *Cap.* 37, 1. Haec obſeruatio plerisque ſententiis aduerſa; etiam illi quae de *Eclipſibus Solis* et *Lunae* hic agi ſtatuit. Eam quum Doct. *Nieuwent.* in *Contempl.* p. 676. maiori in luce collocatam dederit; ad eamque et *vſ.* 33. accommodare ſtuduerit, nefas eſſet egregium conatum praeterire, etiamſi in poſtremo verſiculo non feliciſſime res proceſſerit. Vniuerſa ſeries ſic ordinatur: *Manibus obtegit lucem, eique interdicitur, per interuenientem. Indicium praebet de eo*, etiam *occupatio vultus* illius *qui euaneſcit* ex oculis noſtris. Nempe מִקְנֶה *poſſeſſio*, ſignare poteſt *acquiſitionem*, *occupationem*. אַף *iram* non ſolum, ſed et *Naſum*, quin *Vultum* denotat. עלה *adſcendere*, pro *euaneſcere*, *ex oculis tolli*, nemini ignotum. Quomodo *Eclipſibus Solis* et *Lunae*, *interceptoque Lumini*, ac quaſi *vultui* vtriusque *ſideris*, *deliquium patientis*, applicetur, ex ipſo fonte repeti velim. Haec limpide fluere dici nequit: et *Linguae fines* nobis *notos tranſcendunt*. Ad ſenſum itaque huius loci, ſi forte, aperiendum, ante oculos retineri velim *Formidabilem illam Maieſtatem*, *quam e Nubibus, tanquam e praetorio*, aut *Tabernaculo* regio, *populos iudicantem*, induxerat Orator: dum hinc *fulminum telis*, *globisque tonitruum*, cum tempeſtate ruentium, *poenas exerceat*; illinc *munifice* et *magnifice liberalitatem ſuam* oſtendit. Huic adſpectui ſatis congruere videtur II. quod modo poſui, de *palmis* ſupplicibus, quae *fulmina tegere*, iterumque *condere* valeant: quando ipſe Deus *interceſſorem*, et *interceptorem*, aduerſus ea ordinarit, Quem? omnem Religioſum Numinis Cultorem, quem tela haec petere, ac ferire, non ſinuntur: vt contra *ſuperbos* et in Deum *contumaces exſcindunt*. In hunc ſenſum continuari ſuſpicor *vſ.* 33. *denunciat de eo fragor* eius tonans, *inflammationem Naſi contra Eminentem*. I. רַע *fragorem* tonantis coeli, plurimis iam placuit: non tam a רעע, vt *Codurc.* tendebat, quam a ריע *clanxit*, vnde חרועה *ſonitus*, *ſtrepitus* vehementior. A *tremulo*, et *fracto*, *ſono* deriuatur, de quo alias. Forma רֵעַ extat *Exod.* 32, 17. *Mich.* 4, 9. Adde *Iob.* 6, 27. Apud Latinos *clangor vndarum colliſarum* reperitur. 2. מקנה אף poſſem cum quibusdam *poſſeſſionem*, Theſaurum, *irae*; ſed iam ſubmonitum a *Merc.* obſtare *Segol* ſub *Nun*: proinde cum tutius, tum illuſtrius, a קנא ſeſe dat *inflammatio rubens naſi* Diuini. Crebra mentio אף *Naſi*, vbi de *procellis fulminantibus* agitur. *Pſ.* 18, 9. עלה עשן באפו *Adſcendit fumus in Naſo eius*, *et ignis ex ore eius amburebat*. קנא in *Zelo*, et *aeſtu indignationis* protritum. Origo, *intenſiſſime rubuit*, *inflammata fuit rubedine*. Tale quid captatum a *Targumiſtis*; quamuis et *figuram*, et *rem*, non ceperint. A קנא deſcendit מִקְנֵא per *Tſeri*, ad formam מַחְבֵּא: pro quo ex viciſſitudine *Quieſc. tert. Aleph.* et *He* exiſtere poteſt מִקְנָה,

מִקְנֶה, cuius *Segol* tunc inuariatum manet in *Regimine*. Formulam hanc, קנאת אף *Rubedo flammata Nasi*, olim obtinuisse, dubitari nequit. Separatim habes *Esech.* 35, 10. כאפך וכקנאתך *pro Naso, et pro Zelo tuo flammante.* Iunctius *Ps.* 79, 5. *Quare* תאנף *Nasum ducis* iratum, *amburit vt ignis* קנאתך *Zelus tuus inflammatus.* Extremum עולה 3. his admissis non aliud patitur, quam *Eminentem*, et *celsum*, siue *verticem*, siue *hominem.* Vtrique aptum vocabulum. Notum, *summos feriunt fulmina montes.* Tale quid et *Elihuum* hic inseruisse putem, ad *Iobi* nimis *altos* illos *spiritus* comprimendos: eumque ad *palmas supplices* redigendum. Non supprimendus duplex scrupulus, qui ad *vs.* 32. potissimum mihi inhaeret. Vnus, quod על כפים *per manus*, pro *instrumento tegendi*, abeat a genio Linguae. Scio Cl. *Guss.* sub כסה heic loci, et *Mal.* 2, 16. vim *velandi* per על admittere: sed non persuadet. Alter, quod עליה ad אור *fulmen* relatum, *anomaliam* pariat *generis.* Verum quidem alios iisdem quoque scrupulis premi: sed hoc parum leuat, quum veritas quaeritur, quam nihil grauet. Accedit, verbum כסה, *Amiciendi* notione auctum *vs.* 30. eandem quoque vim et hic suo iure retinere videri. Perpendatur itaque III. an haec loci facies sese magis commendare queat, *Manibus ambabus amicit lucem;* vtraque manu fulmen vibrat Deus Iudex in nubibus residens, *et interdicit iisdem de supplice* etc. Reliqua eodem sensu, quem modo dabam. Sic Deus introduceretur *vtramque manum amictus fulminatore lumine:* ita tamen vt non sinat *Manus* illas *tela iaculari* in *supplicem*, etc. sed tantum in *superbos*, et *elatos.* Ne hoc quidem vel plenum satis, vel rotundum. Cumulatius mihi, et simul teretius, videtur, IV. *Ambas palmas vestit lumine* fulmineo, *contra quas tamen interceßorem*, eundemque *interceptorem*, *ordinauit*, *Annunciat de eo* lumine *eius clangor*, *inflammationem Nasi contra eminentem.* 1. כסה על *cooperire aliquid*, *et totum superinduere:* vt *Esech.* 24, 9. et *Hab.* 2, 14. Hinc 2. *Manus ambas superinduere luce*, designare potest, *eas luce* fulminante *vestire* quasi, et *obarmare.* Eodem redit *Cocceii insternere:* nec aliud velle potuerunt, qui *fulmina manu retinere*, *et recondere* quasi, *ad ea eiaculanda*, hinc exsculpebant. 3. *adf.* in עליה omnino reduxerim ad כפים *Manus* illas, per solennem *Hebraismum*, et *Arabismum*, quo adfixum hocce respondet *pluralibus* et *dualibus* vtriusque sexus 4. יצו עליה *ordinauit contra eas.* Vrget *Merc.* צוה על esse *interdixit ei.* Verum: sed si negatio sequatur. Res clarior fiet exemplo. *Esai.* 5, 6. אצוה על העבים *iniungam super nubes*, מהמטיר *ne pluant:* i. e. *interdicam.* Pone להמטיר, *ad pluendum*; contrarium exstet, vt 1 *Chron.* 16, 40. et 2 *Chron.* 7, 13. Vtrumque, *mandatum* nempe, et *interdictum*, habes *Gen.* 2, 16. 17. vt mirari liceat pro *interdicendi* sola potestate hunc locum citatum. Teneatur itaque על post צוה inferre etiam *constituere*, et *sancire*, aliquid *contra* aliquem: *Nah.* 1, 16. Construo hinc 5. צוה במפגיע עליה *Ordinauit*

vt

CAPVT XXXVII.

Verſ. 1. Etiam ob hocce expaueſcit cor meum; et ſubſultim trepidat e loco ſuo. *vſ.* 2. Audite audiendo fremitum

vt deprecator eſſet *contra eas*, vel ſi velis, maiore acumine, *ſupra eas*, qui poſſet *fulmina ipſa ſopire, et vincere*, nempe ſemet ſubmittendo, et *palmis* illis *obarmatis igne, ſupplices* obtendendo *palmas*. Extremo verſui hoc tantum 6. adiici velim, in רע *clangore* alluſum forte ad *clangorem bellicum*, quo *in aciem* proditur: vel et *Claſſicum*, quod ad *praetoria Regum* et *Ducum* perſonare ſolebat, in iudiciis publicis exercendis [עוֹלָה *Graec. Alex. Symm.* et forte etiam *Syr.* cum *Arabe* protulerunt עַוְלָה; niſi hi pro עולה legerunt עַוָּל. *Vog.*]

Verſ. 1. Optime habet calculus, qui hinc noui Capitis initium ducit; eſt enim *inſtantia*, et ſimul *amplificatio praecedentis Scenae;* ob quam quum huc oratione ſua euectus eſſet *Elihu, terribile* hocce *Tribunal* Dei, *in nubibus praeſidentis*, ad *Iudicia* ſua in mortales *viſibiliter adminiſtranda*, luculentius adhuc inſtruit; atque ſe primum ſacro eius horrore perfuſum oſtendens, totum conſeſſum ad eiusdem venerationem religioſam euocat, atque inde nominatim *Iobum* huc citat veluti, qui toties Deum citare auſus fuerat: atque admirabili plane artificio grauiſſimas Actiones ſuas ad Noſtri conuictionem concludit. Cernis confeſtim, quam decenter Orator, ſpiritum quaſi colligens, inſiſtat, vltimum mox impetum daturus: atque vel commemoratione harum rerum ſe penitus conterritum oſtendat; conſimilem terrorem immenſae et formidoloſiſſimae Maieſtatis *Iobo* inſpirare moliens. אף *Etiam*, nunc valet *certe, profecto*, vt *Iob.* 15, 4. et 34, 12. לזאת *ad hoc*, quod dixi, quodque vlterius de hocce Dei *Praetorio, in nubibus erecto*, dicturus ſum. Iſtud לזאת euidenter arguit eam *ſcenam* iam *apertam* in praecedentibus, quae *tremendi Iudicis horrorem* omnibus incutere debeat: hoc eſt, id ipſum in oculis animisque *Iobi*, et totius conſeſſus, fuiſſe defixum, quod nos ex obſcuriſſima *periodo* eruere conati ſumus. Si preſſius aliquis inſiſtere velit in particulam *Etiam*, eam ita applicet licebit, *Etiam ad hoc trepidat Cor meum, emotumque e loco ſuo diſſilit:* nempe *dum haec commemoro verbis*, et *cogitatione voluto: quanto magis, ſi tonitrua, et fulmina illa, in Caput meum deuoluerentur.* Pulchrum, et graue, verbum נתר, cui aliquid lucis adſperſum ad *Cap.* 6, 9. Infert *tremulam vibrationem*, et *diſſilitionem rei, cum ſono;* qualem reddit *chorda tinniens* et *rupta.* Apte ergo non minus, quam alte, figuratum, *Cor diſſilit e loco ſuo*, ruptis quaſi chordis, vinculisque. *Arabes* ſub تر et نتر hanc vim aſſeruarunt, *Hebraeis* reſtituendam.

vſ. 2. Ad coetum conuerſa oratio, omnes excitat, eodemque modo adficere, ac ſacri horroris complere, cupit. Non placet *Pagnini, Audite cum tremore vocem eius*, quod Cl. *Cler.* ſecutus. Rectius reliqui fere, *fremitum, tremorem, terro-*

mitum vocis eius; et halitum, qui ex ore eius egreditur. *vſ.* 3. Sub vniuerſitate coelorum rectus impetus eius; et lumen eius ſuper aliis terrae. *vſ.* 4. Poſt illud rugit voce; intonat voce Maieſtatis ſuae; et non facit tardare ea, quum

terrorem vocis eius. רגז illuſtratur ex רְגֶשׁ, quod frequentatur in *primo* illo, et *lento*, *fremitu* Nubis *murmurantis*, atque *tonitrua grauiora meditantis.* Hoc ſenſu forte additum הגה a Radice, quae *Meditationem*, inter alia, ſignat. Notat item *Murmurationem meditantis* aliquid; quod illuſtri ſchemate hunc locum ornaret. Nempe tempeſtas Oriens depingitur, adhuc *lenta*, et *caeca*, *murmura* in nubibus *voluens;* mox horrendo cum *fragore* et *lumine*, *fulmineo* ſcilicet, *deſaeuitura.* Clar. *Cocc.* הגה *halitum* proprie notare putat, *cum ſono ex ore protruſum: Pſ.* 90, 9. Intelligit ipſum *fulmen.* Etiam *Pagnin.* ad *fulgur* traxerat, nec auſim improbare, eſt enim *fulgur* ex ore Dei emiſſum, quaſi *flammeus halitus meditantis fulmina* et *ictus grauiores.* Conferatur *Pſ.* 18, 9. Acute item *Cocc. Audite, tanquam in re praeſenti. An quod tonuerit inter haec verba? Nam proximo Capite dicitur Deus reſpondiſſe ex Turbine.* Eadem mens Doct. *Reim.* Amplecti vix tutum: repudiare item intutum. Suum ergo ſibi quisque habeat. Nobis anſa ex ſuperioribus ſufficere poſſit, et Figura Rhetorum, qua Auditorem velut *in rem praeſentem* traducimus.

vſ. 3. Vnum modo difficile ישרהו. *Chald.* תריצותיה *Directio eius*, *forma Segol:* a ישר. Plerique *dirigit illud*, nempe *tonitru;* vt *Merc.* aliique; *fulmen*, vt *Cocc.* qui addit יְשָׁרֵהוּ eſſe pro יְשָׁרֵהוּ, vel יְשָׁרֵהוּ, in *Praet. Pib.* Clar. *Crom.* ex שְׁרָא *micuit*, *coruſcauit* fulmen, dat, *ſub vniuerſo coelo coruſcat illud.* Species trahit; Conſtructio retrahit. Cum illo שְׁרָא habent et אַשְׁרֵי *coruſcauit* fulmen, itemque וּשְׁרֵי: vnde ישר *ſubſt.* daret, *ſub toto Coelo coruſcatio eius.* Mihi tamen tutius, quin et vehementius, ישר *Rectitudo*, pro *recto impetu cui nihil reſiſtere queat:* quin imo, qui *momento Coelum totum metiatur*, ac *peruadat.* Viuente Lingua non יְשָׁר tantum extitiſſe, ſed et יְשָׁר, ac יְשָׁר, nullum dubium. *Adf. verbale* ſaepe et *nominibus* addi, notum. Meus plane *Chald.* nam תריצות *rectum* potius et *validum impetum* ſonat, quam *directionem.* Ita הגה *fulgur* mox *fulmen daturum* ſignare, probabilius. Huc acclinis *Nieuwent.* p. 646. 648. Nil pro certo finierim. אור *lucem fulguream* et כנפות *Alas coelorum* egregie hic locatas, quiuis cernit.

vſ. 4. Pergitur ſecundum ordinem Naturae ad *grauiora* iam *Tonitrua;* quum *colliſae Nubes horrendum fragorem explodunt.* 1. אחריו poſt illud *Lumen fulmineum.* Atqui *Colliſio nubium* antecedit. Recte vero. Sed *ignis* citius *oculos*, quam *fragor aures*, attingit. 2. ישאג קול *Merc.* et *Cocc. Rugit vox*, vt *Vulg.* qui *Rugiet ſonitus* exhi-

quum auditur vox eius. *vſ.* 5. Intonat Deus voce ſua admirabiliter: faciens magna, et non ſcimus. *vſ.* 6. Quum pluuiae dicit, eſto in terra; et imber pluuiae *exiſtit*, et imber

inculcabitur. Sed manet quaeſtio, exhibuit. Alii *Rugiet voce*, quod ſequenti colo arctius ſeſe iungit. שאג *Rugiit, Mugiit*, in *tonitrubus vehementiſſimis* crebrum. *Ier.* 25, 33. *Ioel.* 4, 16. *Amoſ* 1, 2. קול item *vox ſonora*, in *tonitrubus* peruſitata. Idem hoc magnificentius 3. elatum, *intonat cum voce Maieſtatis*, vel *Celſitudinis ſuae*. רעם eſt ـعـ *intremuit, infremuitque* ſimul, *Naſo commoto*. Refer ad מקנה אף *Cap.* 36, 33. Alibi latius declarabitur. Nodum nectit 4. יעקבם. *Vulg. non inueſtigabitur, quum audita fuerit vox eius.* Apparet, quid ſecutus ſit in Themate, vnde *calx*, et *veſtigium*, ſub עקב ortum. *Merc. Neque retardat ea* etc. nempe, *pluuiam, grandines*, et alia. *Piſc. fulgura.* R. *Leui, tonitrua.* Cl. *Cocc. Non moratur eas*, radices maris. Apponit, *Nihil eſt quo referri poſſit affixum in tota pericopa, praeter illud. Cap.* 36, 30. Non breuis ſaltus. Notio illa *morandi, tardandi*, ex *Chald.* עכב exſculpta. Mallem, ea admiſſa, cum *Cocc.* a עקב ἐμποδίζειν. Valde argutum illud *Crinſoz. Iamque ictus dati quum auditur vox eius. Les Coups ſont deja frapez.* Habet decus; impletque vim loci: an et verbi, haud liquet. *Tardatio* tamen qua ſententia haec nititur, non reiicula: nam et *Arabes* eam agnoſcunt ſub عقب, *pone venit*, vnde عقب et ـعـقـب *diſtulit*. Cogitandum.

vſ. 5. Connexio indicanda. *Cocc.* concipit *Epiphonema quo deſcriptio Tonitrui claudatur, hoc opere cum aliis ita comparato, Tonat Deus mirabiliter* etc. *Quum Deus tonat, nemo non ſtupet. Sed in reliquis operibus Eius non minor potentia, et prouidentia Ea tamen* non ſcimus: *non curamus: non animaduertimus. Qualia, quae ſequuntur.* Anſam praebebat ſubtilior *Analyſis;* qua finitur *periodus* aſſignata *tempeſtatibus aeſtiuis*, a *vſ.* 28. *Cap. praec.* huc vsque: vnde *vſ.* 6. ad *Hibernas* acceditur. Ad *Miracula*, et *ſtupendas* plane *virtutes, Fulminum* reſpexit *Calum. Conc.* CXLIV. Eas *Lucr.* L. 6, 225. et ſeq. perſtrinxit. Cl. *Cocceio* obſtat, quod illud ולא ידע etiam *Cap.* 36, 26. adhibitum: vnde nil ſimplicius, quam vt ſub eadem formula, qua *Operum* Dei *inacceſſa* et *ſtupenda magnitudo* inculcata fuerat, tranſeatur ad *deſcriptionem tempeſtatum hybernarum, quas* Deus item e *Nubibus cieat*, et *in terras emittat*, ad *iudicia* ſua in iis *exercenda*, et *Numinis* ſui *praeſentiam* admirandis illis effectis ſanciendam.

vſ. 6. Cum *demonſtratione generali prouidentiae*, quam omnes tenent, ſpeciatim coniungendus videtur ille *conſpectus Iudicialis*, quo Deus ab *Elihuo* introducitur in *Nubibus reſidens* quaſi, indeque *Iudicia ſua diſpenſans* in Mortales; *ad* terrorem et *poenas improborum, proborum* autem ſolatium, et *praemia*. Id *Cap.* 36, 31. diſertim inſinuatum; et mox *vſ.* 13. infra denuo

imber pluuiarum vehementiae eius. *vſ.* 7. Manum omnis hominis obſignat; vt ſentiant omnes Viri operis Eius.

cur a *Tonitru* et *fulmine*, id eſt *Aeſtate*, tam ſubito transeatur ad *Niuem*, et *Brumale tempus anni?* Vide an haec placere poſſit coniectura. Reges in Oriente duplici vtuntur *praetorio*, et *Auguſtali*; altero *Aeſtiuo*; altero *Hyberno*. Ad eam rationem duplex *Tentorium* in *Nubibus* ante oculos noſtros *erigit*, et *occupat*, *Deus*: alterum in quo veluti *Aeſtiua agat*, circumſtipatum iis *nubium globis*, qui *fulmina fouent* et *tonitrua*, cum *imbrium*, *pluuiarumque*, *largiſſima copia*, in *poenam*, in *praemium*, *defundenda*: alterum in quo *Hyberna traducat*, item circumcinctum illis nubium ſpiſſarum agminibus, vnde *Niues*, *imbres brumales*, *venti*, *frigus*, et *gelu*, *vehentes*, omnisque *Hyemalis vehementia* terris incumbere queat. Acceſſionem lucis factam pro ſequentibus, confido. 1. בי ὡς μοι reſpondet verſui 27. vbi eadem aggreſſio rei pluribus enarrandae. 2. *Niui dicit* יאמר *imperat*, *edicit*, vt, *praeſidens* rebus humanis, vicesque haſce temperans. 3. הוא ארץ praebet venerandum veſtigium antiquitatis, quo diſcimus, הוא, et היה, aeque extitiſſe, ac היה. Sed haec ad aliud tempus ſeponenda. *Eſto in terra*, vel quod *Cocc.* maluit, *ſiſte te* in *terra*, habet pondus; idque ὕψος, quod in *Moſe* admirabatur *Longin.* יהי אור *ſit lux*. Sublimitatem indicauit quoque Doct. *Scheuchz.* quod per mihi gratum cecidit. *Miraculum Niuis* celebratur *Pſ.* 147, 16. *Dans Niuem ſicut Lanam: vellus candicans.* Materia omnem in partem vber. Additur 4. וגשם מטר *et Imbri pluuiae* edicit, *eſto* in *terra* videl. ita *Merc.* qui monet *Kimchio* גשם *vehementius* quid ſignare, quam מטר; contra *Rambani* מטר *copioſius*, גשם *lenius*; indeque h. l. גשם מטר eſſe *lenam pluuiam*. Fallitur. גשם *Hyemi* proprium *Cant.* 2, 11. inferens *turbidum* et *vehementem impetum aquae profuſae*. Languide *Ium.* et *Trem.* *Aut imbri* ac *pluuiae*. Etiam recto caſu efferre queas: *Et imbricus impetus pluuiae*; ſupple *eſto*, vel *adeſt* tunc: tempore brumali. Inſtatur 5. *Et imber pluuiarum roboris eius.* Repetitio haec in deſcriptione *imbrium Hybernorum*, vel maxime ad rem facit, atque *genuinum temporis Brumalis characterem* adfert, quippe quod *continuis imbribus*, iisque *vehementioribus*, *foetum*. Si ergo differentiam velis, non meliorem inueneris, quam *creſcentem vsque* et *vsque vehementiam*. Illuc 6. vocat adiecta vocula עוז *Roboris*, quin et *Rigoris eius*. Apud *Arabes* عز inter alia *rigidum*, *durum*, *inclemens* fuit *tempus anni*.

vſ. 7. Illuſtris locus, quo *tempus Brumale* admirabiliter conſignatur. Pulcro et iucundo acumine *Cocc.* *Manum obſignat* etc. *Ad noſcendum omnes operarios ſuos* i. e. *obſignat opus*, *et indicit* ἐκεχειρίαν, *vt operarios ſuos hiberna requie reficiat ad nouos labores*. *Sic* דעת *Noſſe Iob.* 9, 21. *Prov.* 12, 10. et 27, 3. Offero aliam *interpretationem*, cuius prima pars ſimplex ſigillum veritatis habere mihi videtur; poſterior

ſterior non eandem vim, lucemque, perſuaſionis; quantumuis ſit ſpecioſum. *Manum omnis hominis obſignat*, ſigillo *vrente omnes viros operis Eius*. Obſeruo 1. voces חתם ביד *ſignum imprimere in manum*, eamque *obſignare*, haud dubie colligandas. Ea phraſi nunc deſignari 2. ipſius *Dei ſigillum* quaſi *Manui* hominis *admotum*, quod *ei* vel *inuito* ſit gerendum. Non poſſe intelligi 3. *quietem* ab *opere*; nec *breuem* eius *intermiſſionem*, ob *pluuiam* ſi forte, aut *imbrem*, omni tempore anni. Sed omnino exprimi 4. quod ad *Cap.* 24, 16. iam propoſui, *Manum* frigore *praecludit*, et *torpidam*, *operique inhabilem*, *reddit*, *ita vt ſeſe exerere*, *et aëri committere*, *non ſuſtineat*. Suum חתם ختم σφραγίζειν hac ſplendida figura auxiſſe *Arabes*, monui *ibid.* Exemplo ſit *Auicen.* pag. 118. iungens التخدير والختم *ſtuporem membrorum*, *et obſignationem*. Simul innui putem *Coeli rigorem*, quod vt *Hyeme* ipſum *clauſum*, ita omnia *claudit*, *obſerat*, *obſignat* quaſi. Notum illud Poëtae.

Coelumque aeſtiua luce recluſit.

Vnum modo, ex talium ſegete, quam Principes Literatores, inprimisque Summus noſter *Burm.* indicarunt, ad *Val. Fl.* et *Ouid.* apponam ex *Faſt.* 4, 87.

Nunc quia ver aperit tunc omnia, denſaque cedit
Frigoris aſperitas, foetaque terra patet;
Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.

Sentis hinc 5. כל אדם reuera eſſe *omnem hominem*, ſine vlla, vel minima, exceptione. 6. כל אנשי מעשהו item nunc palam *ad omnes* in vniuerſum *homines* redit, qui venuſtiſſime appellantur, *Viri operis eius*, i. e. *Operarii*, *quibus labore manus*, *et ſudore vultus*, *quaerenda vita*, *et victus*. אנשי מעשה *Viri operis*, vt אנשי מלחמה *Viri belli* paſſim, אנשי אניות *Viri nauium* 1 *Reg.* 9, 27. אנשי רשע *Viri improbitatis Iob* 34, 8. אנשי דמים *Viri ſanguinum Pſ.* 26, 9. etc. Ab hac norma deflecti haud par. Reſtat 7. nodus ad לדעת. *Cocceii* illud, *ad noſcendum*, *ad rationem eorum habendam*, *eosque reſtaurandum*, *vt nouis laboribus ſufficiant*, ſeſe ſic ſatis accommodari pateretur ad noſtrum huncce rigidiorem calculum. Mallem tamen, *vt ſentiant*, *viuo ſenſu experiantur*, atque *agnoſcant*, hoc ipſum ſigillum manui appreſſum, omnes *Operarii Eius*. ידע *noſcere*, pro *ſentire*, *experiri*, etiam *cum dolore*, crebrum. En audacius quid, quod intra Coniecturae fines ſtans, libertatem exeundi vix impetrauit. Radicem aſſumo לדע, quae *Arabibus* لدغ *pungere*, *mordere*, *icere*, de *Scorpione*, *Serpente*, aliis, *punctu*, *morſu*, *ictu*, *vrentibus*. Inde *partic.* לָדֵעַ in *faemin.* לָדַעַת لادعة *ictus pungens*, *mordens*, *vrens*. Subauditur מַכָּה *plaga*; *ictus*: vt *Pſ.* 38, 8. *Ilia mea plena Toſto*, i. e. *tormento penitus inuſto in viſcera*. Genus in *Arabia* protritum abſolute in *participiis*: quod liberum, latumque, requirit campum. Hinc *Arabum* ſaltem ſtructura patitur, ختم חתם בו לדעת بـه لادعة

Eius. *vſ.* 8. Et intrat fera in inſidias: atque in luſtris ſuis habitat. *vſ.* 9. A penetrali venit procella; et a ſparſo-

ſignauit in eo vrentem, pro *Eum ſignauit plaga vrente.* Hoc *frigori manum vrenti* ſimul, ſimul *obſignanti*, peraccommodatum. Nihil tamen confirmare auſim circa poſterius hocce colon; quod a ידע, eiusque דעת lubentius explicarem, ſi ſatis plenus inde ſenſus expediri queat. E. G. ad rationes *Cocc.* ex *Prov.* 12, 10. יודע *Nouit luſtus animam pecudis ſuae.* Inde exiret, *Deum frigore omnia claudere*, etiam *Manum hominis*, impoſito ſigillo; *vt noſcat omnes operarios ſuos*, *indicto*, vel *inuitis*, *longo laborum interſtitio; ne maria*, et *terras exercendo*, tempore *brumali*, in perpetuum veniant periculum vitae, ac valetudinis; ſeſe *iniuriis aëris*, *ventorum*, *elementorumque*, *per auara* nimis *vota obiiciendo.* Hoc eſt illud, quod ſupra intendebam; quum ידע *curam gerere*, noſtrae ſententiae adaptari ex facili poſſe dicerem. Adiectum et aliud, in quo ידע *Noſſe* ad ipſos *Operarios* redit; qui dicantur in *manu praecluſa* per *frigus*, *ſigillum* ipſius Dei, *Manu praepotente* ipſis *impreſſum*, ſentire. Nec hoc, nec illud, omni ex parte implet, quod hic deſiderari videtur. Dies, et ſagax cura, complebunt.

vſ. 8. Alia inſignis nota *temporis Hyberni*, inclementer *ſaeuientis*, quod *ferae* etiam *ſe abdere*, et *latibula* ſua *fouere*, cogantur. Verba בוא *intrare*, et שכן *habitare*, manifeſte ducunt ad *longam manſionem*; non *horis*, non *diebus*, ſed *menſibus*, prorogatam ob *vim frigoris.* ארב *Inſidiae*, hic poſitae pro *Locis ad inſidiandum aptis*, i. e. *denſis luſtris*, *latibulis*, *ignotisque cubilibus.* Succinit מעונה, quo deſignantur *abdita luſtra*, et *cubilia*, *in quae praedas conuectant ſuis catulis.* Dicamus *Lares penitiſſimos* ferarum, *Nah.* 2, 12. *Ier.* 21, 31. *Pſ.* 104, 22. Adi *Cap.* 38, 40. infra.

vſ. 9. Inſignis Character *Brumalis Coeli*, etiam in hiſce. החדר *Penetrale* a multis refertur ad *Auſtrum* ex *coll. Cap.* 9, 9. cui opponunt מזרים *Septentriones*, quacunque tandem de cauſa ſic dictos; quaſi deſcriberetur *horrenda tempeſtas*, et nominatim *pugna* illa ventorum oppoſitorum, quam *Ennius Ann.* 17. cecinit.

Concurrunt veluti venti, cum Spiritus Auſtri
Imbricitor, Aquiloque ſuo cum flamine contra,
Endo mari magno fluctus extollere certant.

In hac expoſitione copioſus *de Pined.* Rei ipſi, et Linguae, conuenientius adhuc iudicarem החדר accipi pro *Auſtro* partim, partim pro *coelo madido*, et *nubibus*, *imbribusque*, inde venientibus, *clauſo.* Nempe חדר خدر 5 c eſt *latuit poſt velum*: חֵדֶר ſiue خدر *velum*, *aulaeum*, *conclaue interius*, *penetrale velo diſcluſum.* Ad *Cap* 9, 9. ſubmonui: vbi *penetralia Auſtri* quaſi *velo obtecta*, et *ſubducta* oculis, dabam. Addendum iam *velum nubium*, et *imbrium*; quod vſus *Arabum* ſub خدر miniſtrat. *Gjauhar.* *Velum*, vel

sparsoribus frigus. *vs.* 10. Ab halitu Dei, dat gelu; et latitudo aquarum in constricto. *vs.* 11. Etiam ad rasilem

vel velatio, notat et מטר *pluuiam, vnde in* 4. *coni.* אחדר *velum subiit, est Coelum habuit pluuiosum, et* יום חדר *dies velo clausus, madidus, pluuiosus.* Plenius in *Camus: Velum subiisse dicentur, qui incidunt in diem imbre, nube, vento, spurcum.* Hac ansa pulcherrime *Elihu, ab Austro imbricitore*, quo *Coelum nubibus, imbribusque obuelatur* quasi, *venit procella radens.* Ita *Esai.* 21, 1. סופות בנגב *procellae in Austro:* et *Zach.* 9, 14. *Incedetque procellis Austri.* Sentis *annum hybernantem foedis imbribus, ventisque.* His contrarii, nec tamen minus saeui, *Hyememque facere*, et *signare*, apti, *venti sparsores, ventilatores*, qui *nubibus dissipatis, Coelum serenant, nitidant, speculo clarius* reddunt, sed et tam *frigidum*, vt omnia *gelu adstricta, rigescant.* Apparet hos *ventilatores* non alios esse, quam *Septentrionum filios*, vt *Varroniana* phrasi, vtar, Ἀιδονηγενέτας, *Homero;* i. e. *serenitatem, frigus, et gelu inducentes*, expositore *Eustathio.* Hinc reliqua sponte cadunt; a מזר, a זרם, a זור, tentata: quibus immorari haud necesse. Apud *Merc. de Pined. Bolduc.* potissimum, haec, et alia, leget, qui volet. Lectio החדר *trepidatio*, pro חחדר, in priori colo, videtur profecta a manu, quae cum *frigore trepidationem* sibi coniungendam censebat. Hoc quam nihil sit, et *Oeconomiae* pulcherrimae huius loci aduersum, nemo non intelligit

vs. 10. Insistitur in descriptionem *saeui Frigoris;* eaque grandi figura insignitur. Nonnihil ad vtrumque Colon dissidii. In primo non tam *Res* impedit, quam constructio; *A Spiritu Dei dat gelu.* Vbi Nominatiuus? Scite *Vulgat. Flante Deo concrescit gelu.* Sic יתן *impersonaliter* positum esset; vel et, *gelu dat*, pro *tenet, obtinet, concrescit.* A plurimis *Deus* resumitur, *A spiritu Dei* Deus *dat glaciem.* Ita *Merc. Iun. Pisc.* etc. recte *ventum, flatumue*, simpliciter intelligentes. Omnino audiendus *Cocc. auram frigidam* intelligere iubens: nam נשמה et נשם est *aura subtilis*, praesertim *frigida*, et *penetrans:* qualis ferme spirat, vbi vehementissimum regnat gelu. Paulo liberius *Iun.* et *Trem. ab halitu suo Deus fortis edit glaciem*, neglecto *regimine.* Constructio, *Ab halitu Dei dat*, vbi iam *Deus* ante inductus, nil habet hiulci: estque vt 1 *Reg.* 9, 1. *Quum compleuisset Salomo, omne desiderium Salomonis.* Valde tamen vsum *impersonalem* amplecterer; si exemplis res firmari posset. Quaeratur.

Ibid. Posterius colon *Merc.* reddidit: *Et Latitudo aquarum* est *in arcto.* Similiter *Cocc.* nisi quod יתן repetens, maluerit. *Et latitudinem aquae in angustum.* Non aliter *Schmid. Et latitudinem aquae* dat *in constrictum.* Sic Radix צוק. Vterque monuit a יצק etiam dari posse, *in firmum, fusumque, instar metalli.* Pulcherrima imago ad *glaciem duram*, et *nitidam, instar speculi ex aere fusi*, vt submonuit *Schmid.* Confer quae de vocabulo מוצק prolata ad *Cap.*

lem nitorem dispellit nubem densam: nubilationem dissipat lumen eius. *vs.* 12. Et ipse *per* circuitus circumuertit se

11, 15. et mox infra *vs.* 18. Blanditur: vix tamen dimittere ausim *Oxymorum* venustum, quod oritur ex oppositione inter רחב *latitudinem*, et מוצק *arctatum;* vnde supra *Cap.* 36, 16. habuimus רחב לא מוצק *Latitudo, cui nihil arctati.* Sic *Latitudo aquarum* est *in arctato*, valet, *campi* illi *liquidi*, et *aequora late fusa*, velut *compedibus vinciuntur*, et *constricta attinentur*, quo minus *Naturam* suam *sequi*, id est *fluere*, queant. [Optime Ill. *Michaelis. Vnd breite Wasser werden wie ein vestes Metall. Vog.*]

vs. 11. Cl. *Reim.* hunc *vs.* cum *praec.* ita arctius colligauit, *Etiam purgatione* frigidorum ventorum *fatigat*, et *dispellit*, *densas nubes; dissipat nubem lucis suae*, i. e. *nubem suam lucentem*, siue *fulgurantem.* Existimat ברה etiam valuisse, *purgauit;* indeque בוריח *smegma* ductum: atque hic positum vt ברר *Ier.* 4, 11. רוח להבר *ventus ad purgandum.* Magnopere ridet; et palmam ferre videtur. *Purgationis* illa potestas sub *Themate* ברה, quod in *Dictionariis* duplicem offert vim, *Comedendi*, et *Eligendi*, ex *Origine* sese vlterius commendare posset. Istae notiones *secundariae.* Quid *primarium*, haud dum liquet. *Auenar* ex ברר *purgauit*, ausus, *deligere cibos lautiores, ex farre electos, et paratos:* item, *deligere puriores ex hominibus.* Sex exempla, quae supersunt, non multum lucis praeferre possunt. *Purgandi* tamen potestatem confirmat vsus late fusus *Arabum* sub بري, quod est *nitidare, polire, concinnare* ascia, dolabra, scalpello, ad *nitorem rasilem* vsque. Inde I. figura, ad genium *Arabiae* conformata, existeret, *Etiam* ad *rasilem* vsque *nitorem* coeli *dispellit densam nubem: dissipat nubilationem lucis suae.* Nempe vbi נשמת אל *subtilior* illa, et *frigidissima aura*, tenet, *nubibus* veluti *absterſis* Coelum *renidescit*, et *sine* vlla *nubilatione* tristi, *laetam serenamque faciem* ostentat. Huc plurimi iactus collineabant. Honos habendus et alteri *Analysi*, quo רי *irrigationem* a רוה multus calculus intulit. Inde II. emergeret, *Etiam rigatione onerat*, vel *fatigat*, *densam nubem, et facit exundare nubilationem suam lucidam*, fulminantem; vel *iride distinctam.* Apud *Arabes* روي רוה *rigauit* in *nubibus* perpetuum ferme, et ipsum hoc רי ري et ريـة דיה pro *nubium rigatione* percrebuit. יטריח tunc augeri posset *imagine* apud eorum Poëtas percelebrata, qua *Nubes imbribus foetae*, comparantur cum *Camelis onustis*, et *sub onere fatiscentibus* quasi. Ita حنانة دلوح *Gemens, onere grauis, Camela*, proprie; improprie *nubes.* יפיץ *exundare facit;* vt *Ps.* 18, 15. *Mittit sagittas suas* ויפיצם *et facit eas* nubes *diluuiare* etc. Adisis *Orig.* L. l. ענן אורו si in *Regimine* stat, erit *nubilatio fulminea eius.* Extra Regimen foret, *Exundare facit nubem Lux* eius *fulminans.* Cl.

ſe gubernationibus ſuis ad opus eorum; omnia quae mandauerit iis ſuper faciem orbis in terram. *vſ.* 13. Siue in virgam, ſiue in placamentum, ſiue in benignitatem, faciat id

Cl. *Vitr.* ad *Eſai. Cap.* 18, 4. mallet, *Diſpergit nubes pluuiam ſuam.* Commodius exit, *Exundare facit pluuiam ſuam.* Iſti ſignificationi tantum detulit Vir Summus, vt eam ibi aptiſſimam, hic certiſſimam, arbitretur. Rem magis ſpectauit, quam quid loci ſeries exigat. Ab ea *Rigatio* et *pluuia* diſcedent, niſi cum Cl. *Cocc.* ſtatuas, ab *Hyeme* recurri ad *Ver*, et *Aeſtatem;* atque ita *anniuerſarium orbem tempeſtatum* compleri. In *Camuſo* aliquid reperio, quod *pluuiae* notioni fauet *De Nubibus* אור *fluxum earundem deſignat.* An *laetitia* a *lumine* dicta, ad *pluuias*, *ſatorum laetitiam* translata? Examinandum. Ad *Biuium* interim redacta res videtur; vt vel *Coelum* depingatur *aura* illa *ſilente rigidiſſimi frigoris* ad *nitorem raſilem diſſerenatum:* vel *vernis nubibus*, *imbribusque*, iterum *ſubtextum.* Quid ſequendum habeam, mihi necdum diluxit.

vſ. 12. Locus in receſſu obſcurior. Duae claſſes opinionum, altera quae ad *Nubem*, altera quae ad *Deum*, refert τὸ הוא. Ego ſubſcribo poſteriori ſententiae, et priora verba explicanda eſſe exiſtimo vel cum *Caluino*, *circulos circumagit tempeſtatum*, vel cum *Cocceio*, *verſatur gubernaculis ſuis.* Mollius fuiſſet, *verſat ſeſe gubernationibus ſuis.* In *Lex. Cocc.* התהפך ex h. l. citatur in *Gubernatore* ad *clauum ſedente* proprie, improprie de *Deo.* Suſpicor מסבות item *nauticae artis* fuiſſe; et מתהפך מסבות eſſe *verſantem ſeſe*, inter nauigandum, *flexibus*, et *gyris*, quos prudens curſus exigit. Hoc egregie quadrat in ſupremi Numinis *Gubernationem*, qua rebus humanis praeſidens, clauumque velut vniuerſi tenens, *tempeſtates annuas dirigere* dicitur *quam ſolertiſſime*, et *meteora* omnia potentiſſimo nutu *temperare.* מסב et מסבה *circuitus* latiſſimi vſus, haud dubie, olim, hanc vim ex facili admittit. *Metaphora* a *Gubernatore*, *Nauim*, curſumque, prudenter *flectente*, et *verſante*, eandem inuitat. Ad rem ipſam, de qua agitur, hoc *Schemate* nihil quoque frequentius apud grauiſſimos Scriptores. Sequens לפעלם *ad opus eorum* Meteororum, euidenter arguit הוא ad *Deum* redire, cuique ſuam *ſtationem*, *munusque*, aſſignante. Hoc de *Nube* minus concinne adfirmaretur. *Ad opus eorum hominum;* iure merito ſepoſuit iam *Merc.* Verſus ſequens etiam non ſatis rotunde fluet, niſi *Ipſe* ad *Deum* pertinuerit.

vſ. 13. Reſumitur, et adſtringitur, quod *Cap.* 36, 31. inculcatum. Denuo nempe ad *Tribunal ſuper Nubibus erectum* euocamur, vnde *manifeſta ſigna irae*, et *gratiae*, emitti ſoleant. שבט aliis *Tribum* ſonat, aliis, rectius, *Virgam.* Circa ארצו ſuſpicio mihi ſuborta, eſſe illud poſitum pro הַרְצֹה *infinit. Hiph.* a רצה, vt ſit, *ad propitiationem monſtrandam.* Nempe *Coelum*, et *iratum tonat*, *pluitque*, et *placatum.* Item *Serenitas* alia in *virgam*, quum vere *aerea* velut coeli *facies:* alia *Numen propitiatum*

id obuenire. *vſ.* 14. Auribus percipe hoc, Iobe! ſta, et conſidera admiranda Dei. *vſ.* 15. Num noſti quum Numen illis *manum* imponit? et ſplendere facit lumen nubila-

tum nuncians. להסד *in munificentiam*, magis pertineret ad *ordinarium naturae curſum.* Non diſcedere tamen audeo a *terra eius:* quae venuſte inſerta ſentietur, ſi medium אם non *ſiue*, ſed *certe*, reddatur: *ſiue in Virgam, certe pro terra ſua, ſiue in munificentiam, inueniri faciat illud.* Minus plene הו a *Merc.* aliisque reductum ad *Nubem.* Cl. *Cler.* ad *homines*, vel potius חבל *orbem*, redire cenſet. Obſtat genus; nam חבל conſtanter *femininum.* Omnino ad פעלם *opus meteororum* per *annuos circuitus* referendum. *Cocc.* interpoſuit *praeceperit opus.* Plenius פעלם et כל אשר coniungas.

vſ. 14. Peroraturus *Elihu*, attentionem denuo poſcit, atque in ſummam nunc colligit diſſertationem ſuam *Meteorologicam*, ſimul quorſum ea a ſe directa fuerit, inculcans. Plura pro connexu non addo. עמד *ſta*, ſignantiſſime. *Conſiſte, reuerentiae cauſa, vel et ſtudii:* inquit *Cocc.* Id fortius, quam *Merceri, ſubſiſte tacitus.* Recte Clar. *Schmid. Accinge te, ad attente audiendum, quae iam porro dicturus ſum.* Hunc vſum ex عبد olim commendaui. Addo, *ſta fortiter*, iam, et *contende*, ſi potes, *cum Deo, immenſo* et *inacceſſo Numini dubiam facturus Sapientiae, et Iuſtitiae, palmam:* vt hactenus prae te tuliſti. Cl. *Cocc.* analyſis hinc incipit *refutationem voti tertii, quo Iobus Deum conuenire optauerat, ad impetrandam manifeſtationem conſiliorum Eius.* Nobis omnia inde ab initio illuc deſtinata: et quidem eo adſpectu, quem poſui.

vſ. 15. Languidior paulo *interrogatio;* ſi ſimpliciter accipiatur pro *negatione; ſane non noſti.* Inſerendus aculeus, qui *pungat*, et comprimat ſimul, *viri audaciam*, qua cum Deo congredi, et vel ad Tribunal, omni terrrore circumſtipatum, cum Eo concertare poſtularat. *Num noſti?* etc. *Non noſti, nec vel e longinquo attingere vales. Non eſt ergo quod tantos ſumas Spiritus* etc. Fortius feriet, ſi cum *adfirmatione* enuncietur, *ſane noſti.* Ita *Sarcasmus* exiſtit, huic clauſulae accommodatiſſimus. Eum firmat *vſ.* 19. et *Cap.* 38. *vſ.* 4. 5. 21. Sunt tamen in illo *Capite* complures *interrogationes* aculeatae, quae et hic eam ſatis *fortem* et *plenam* praeſtant.

Ibid. Maior difficultas in ſenſu conſtituendo. *Vulg. Numquid ſcis, quando praecipit Deus pluuiis, vt oſtenderent lucem nubium eius?* Haec *Grot.* applicauit ad *Arcum* coeleſtem: q. d. *poteſne praedicere, quando futura ſit Iris?* Eodem tendunt *Codurc. Bold. Patric. Grinſoz.* אור ענכו coactius expoſuerat *Merc. lucem quae diſſipata nube exiſtit*, vt *lux nubis*, et *nubes lucis*, *vſ.* 11. *eodem recidant.* Neutrum ſtare poteſt. *Cocc.* melius, *Quomodo et cur accendat fulgur?* Idem placitum *Iunio*, *Belg. Schmid.* etc. Blanda vi trahit *Arcus* ille, atque hunc ſenſum inuitat, *Sane noſti, quum imponit* Deus *ſuper illis;*

bilationis suae? *vs.* 16. An nosti de libramentis nubis; miraculis perfecti scientiarum? *vs.* 17. Quum vestes tuae calidae

illis; et radiare facit lucem nubilationis suae. שם על hic absolute adhibitum videtur pro *cohibere, inhibere, manum imponere* Eius rei sacrum signum *Iris: Gen.* 9, 13. *Arcum meum dedi* בענן *in nubilatione. etc.* Egregie id *vs.* 12. 13. subtexetur; et periucunda hinc varietas enitescet. Cum interrogatione idem sensus retineri potest: *Ecquid nosti, quum* manum *imponit Deus super illa* omnia Meteora: nempe tonitrua, fulmina, imbres, pluuias, niuem etc. *atque* in Coeli pacati signaculum *relucere facit* Iridem, *lucemque* placidam *nubilationis suae?* [Pro עבנו *Arabs* legisse videtur עיניו. *Vog.*]

vs. 16. Huc vocant *Libramenta nubium;* quae, siue per *Sarcasmum*, *Ecce nosti!* etc. siue per *interrogationem* aculeatam, *Ecquid nosti?* omnino pertinent ad illam *pacatam nubium constitutionem*, qua velut *aequilibrio suspensae attinentur a manu potentissima.* Idem, credo, adspectus, quem *Cap.* 26, 8. habuimus. *Vulg.* dedit *semitas nubium:* minus commode. Nil plenius, simpliciusque, *Libramentis, aequatis elibrationibus nubium*, quas *Merc. Iun. Pisc Belg. Codurc. Grot. Schmid. Crinsoz. Cler.* etc. amplexi. Cl. *Reim. sublimitatem librationum nubis*, i. e. *sublimem librationem* offert. Reuera על origine *substantiuum*, et non immerito suspecta constructio *Iunii* et *Schmid.* in vnum colon, *Nostine de libramentis nubis mirabilia perfecti scientiis?* Malim cum Doct. *Belg.* bimembre, *Ecquid nosti de libramentis nubium?* ידע על credidesim olim vsurpatum pro *rem bene notam, perspectam, exploratam habuit.* Additur, *Miraculis* inquam *perfecti scientiarum.* Nempe in eo vel maxime *inaccessa* Dei *sapientia*, et *potentia*, oculis sese nostris ingerit; atque perpetuis nos miraculis suspensae supra caput nubes suspendunt. [Posterius membrum ita transtulerunt LXX. vt probabile sit eos legisse תמימות מפלות דעים. *Vog.*]

vs. 17. Connexio non adeo liquida. Ipsa etiam sententia cum summa claritate habet nescio quid nebulosi. *Vulg. Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerint austro?* Videtur nexuisse cum *interrog. vs. praec.* per אשר *Quod*, resolutum in *Nonne?* Ego non tam *Quaestionem* hic *poni* video, quam *Characterem temporis*, et *Coeli*, quum *terra a meridie sedata*, omnibus *vestes* nimis *calidae redduntur*, et iam *nudi procedere* mallent homines, si verecundia permitteret. דרום *Meridies*, *Auster*, stat aduersus צפון *Septentrionem: Eccl.* 1, 6. et 11, 3. *Esech.* 42, 17. 18. Non inuenio pro *ipso vento*, sed sola *plaga meridiei*, vnde *lenes aurae terram sedare*, et *calore suffocare*, solent. Hoc cum praeced. *vs.* sic colligarem, *Sane nosti de libramentis nubis. Quum vestes calidae fiunt, in statu sedatissimo terrae a meridie adducto.* אשר *Quum*, vt *Gen.* 30, 38. *Deut.* 11, 6. Posses etiam, *Cui vestes calidae fiunt* etc. *Tu cum Deo ad clauum sedes*, opinor, *vicesque Coeli temperas.* Cum *interrogatione* idem aculeus manebit.

calidae fiunt, quando terra sedatur ab Austro. *vs.* 18. Expandis cum eo aetherea tenuissimum, firmum sicut speculum fusum. *vs.* 19. Notum fac nobis, quid dicturi simus

vs. 18. Meus iam plane *Mercerus*, cum *assueratione Ironica* haec efferens, *Scilicet cum eo diducebas aetherem, vt expansus esset more tabernaculi: Ps.* 104, 2. Hinc et *Luth.* stat, inferens, *imo vero Coelos expandes cum eo* etc. Cl. *Schmid.* cum plerisque censet *antecedentibus interrogationibus* melius inhaereri. Non repugno; si modo *interrogationes* fuerint, non *adfirmationes*. Id in medium destituo, quum res eodem recidat. Sed quaenam haec *expansio?* Ad *Creationem* retulit *Vulgat. Tu forsitan cum eo fabricatus es Coelos, qui solidissimi, quasi aere fusi, sunt.* Consimiliter *Tigur. An cum ipso extendebas aethera* etc. His ל *accusatiue* positum. Cl. *Cocc.* habet. *An pandebas cum ipso aetherem* etc.? Addit, *vel in prima conditione, vel quoties aether serenus panditur euolutis nubibus. Totum illud quod* רקיע *Expansum in Genesi dicitur, hic denotatur. Id ventis, nubibus, imbribus, tonitruibus, fulguribus percellitur, ac turbatur; mox iudo coelo solidescit instar speculi fusi. Ex metallis fundebantur olim specula.* Consonant quae Cl. *Schmid.* dedit, de *Coelo sereno, perspicuo, inuariato, a nubibus purgato, quod repraesentet fusum, solidum, laeuigatum speculum.* ל resoluit in לחיות *Expandisne cum illo* vt sint *in coelos?* Sic suplendus foret *Accusatiuus.* Simplicius ל *Emphaticum* quod *Accusatiuis* praeponi amat, ex *Syriasmo*, quin *Hebraismo*, saepius indicato. Ill. *Grot.* laudat, qui חלקים *laeues, laeuigatos*, mallet, pro חזקים *fortes, firmos.* Postremum plenius; nam non *nitens* tantum, sed et *firmus, immotus, solidus* quasi *Coeli status*, delineatur, qualis in *firmamento* relucet: et qualem repraesentat *Aether in serenitatem nitidissimam diffusus, atque a nubibus detersus.* Hoc intendi, ex vniuersa *Oeconomia* huius capitis, atque ex *vs.* 21. 22. manifestum. De *firmamento et Orbibus Coelestibus*, hic cogitare, *materia solida constatis*, ex opinione Veterum extra scopum; quum oratio *Elihui* sit figurata; isque non doceat, *quae* sit *materia Aetheris*, aut *firmamenti*, sed tantum pingat *adspectum Coeli lucidissimi*, et *firmissimi simul*, quum *longa tenet serenitas, aereum* veluti *fornicem, auri fulgore suffusum*, oculis ingerens.

vs. 19. Acrius insistitur in *Sarcasmum* eundem; atque ad *Scopum* tandem reuocatur tota excursio. Ad *Clausulam* hanc penitius introspiciendam teneatur *duplex adspectus Coeli*, alter *tenebris horrens*, alter *luce radiante micans.* Deus consimiliter, et in *tenebris imperuiis*, et in *Luce inacceſſa*, habitare dicitur. Artificiose hinc, et grauiter, contextus *Epilogus*, qui conuincendo penitus *Iobo* destinatus, nihil a superiori vehementia remittere, sed eam adstringere, et cumulare, debet. Aculeatissime ergo, *Notum nunc fac mihi*, Tu qui cum Deo in certamen descendere petiuisti, *quid dicturi simus illi? Non instruemus aciem a facie horridae*

mus illi; nos quidem non consistimus in acie propter tenebras. *vs.* 20. An narrabitur illi, quum loquar? Si quis dixerit, sane absorbebitur. *vs.* 21. Et nunc, non intuentur lucem, quum splendidior illa, in aethereis plagis; ventus-

ridae caliginis. Mihi quidem *formidolosior* illa *caligo*, quam Deus sibi circumfudit, quam vt aduersus eam oculos attollere sustineam, nedum aciem ordinare. Si tibi tantum animi, viriumque, ede quid dicturi simus. *Codurco* simile quid obuersatum, ad *vs.* 21. parebit.

vs. 20. Impeditior ratiocinatio: nec constructio omnino plana. *Vulg. Quis narrabit ei, quae loquor? etiamsi loquutus fuerit homo, deuorabitur.* Exponit *de Pined. si cuiquam ad Dei Tribunal aut pro se, aut pro alio, dicendi copia fieret, deuoraretur procul dubio.* etc. Eodem redit *Vauass. Nec ipsi possumus cum Deo colloqui, nec suppetit, qui se nobis interpretem, et sequestrem praebeat, apud Illum.* Idem dederat *Merc. Num audebit quispiam ei referre meos sermones, si de eo queri, aut cum eo contendere voluero; vt quod ego non audeo, tentet alius? Non sane.* Si dixerit aliquis, *se mea verba relaturum*, sane absorbebitur: *Opprimetur illius maiestate, et lucem inaccessam ferre non poterit.* Mihi et hanc et aliorum interpretationes examinanti, ex tenebris radiolus lucis, si forte, micat; atque hoc *audax* suggerit *Schema: Non consistemus in acie ante horridam caliginem.* Quare non? *Num narrabitur illi* caligini, *quum ego verba deducam? Si quis dixerit* quid, *sane absorbetur, quod dicit, et qui dicit.* Telum, quo *Iobus* a contentione cum Deo deterretur, sic intorquetur. *Insanus, qui cum caligine vellet disputare, in certamenque cum ea descendere: nam et ipse, et verba eius, confestim absorberentur. Maior insania hominis cum Deo in congressum, et contentionem, sese immiscentis; quippe qui certo certius immensitate illa impenetrabili sit absorbendus.* Conspirat cum *Vulg.* interpretatione, eique Figuram sublimem adiungit. [Quoad prius colon insignis reperitur diuersitas, si textum masoreticum cum Versione arabica conferas, huius enim Auctor legisse videtur ואספר לו כי ידבר *et nuntiabo ei, quae dicat. Vog.*]

vs. 21. Non procul a vero *Codurc. Si Dei praesentiam nemo sustinet, quando nube obuelatur, quis lucem* ἀπρόσιτον *eius ferre poterit. Non possumus mente assequi sublunaria, quanto minus coelestia?* Lucem *illam* inuisibilem Dei *describit per aetheream, cum depulsis toto coelo nubibus Sol nitet, et coruscat. Non poterimus ergo* consistere *apud illum, aut quicquam* in ordinem digerere, *tum* ob tenebras, *quae ab eius praesentia deterrent omnem hominem; tum* ob lucem; *nam maiestate absorberemur.* Dispositio, et ordo, placent; praesertim, quod חשך *tenebras*, et אור *lucem*, referat ad *inaccessam* Dei *Maiestatem.* Sed non implet vim loci, quod haec trahat ad *hominis ignorantiam circa naturam rerum;* quasi *Elihu* iam scire vellet, quid *Deo responsuri essemus, si a nobis rationem peteret*

rerum,

ventusque transiit, et purgauit illas. *vs.* 22. A Septentrione aurum venit: super Deo terribilis Maiestas. *vs.* 23. Omni-

rerum, quae iugiter oculis nostris obuersantur. Enimuero non exoludo illam *ignorantiam*, sed hoc *Epilogo* refraenari maxime autumem *arrogantem* istam *Fiduciam*, qua *congressum cum Deo* sibi *dari* poposcerat *Iobus*. Ante oculos itaque proponit Nostro acutissimus hicce disputator, ab vna parte חשך *tenebras, horrorem incutere* naras, ab altera parte *Lucem, blandam* illam quidem, sed quae paululo *nitidior* si sit, oculos statim *serenitate* sua *perstringat*, seque propius *inspici*, et *accedi*, non debere, commoneat. Vtrumque *Emblema inaccessam* immensi et Aeterni Numinis *Maiestatem* grauissime depingit, hinc *vertiginem* ex *tenebris offundendam*, illinc *visus praestrictionem*, *rotationemque*, ex ipsa *Lucis claritate* metuendam, ostendens. Ad hanc rationem omnia placide decurrere videntur. 1. ועתה *Et nunc*, aptum *instantiae*, ac *conclusioni*. 2. לא ראו *non vident* homines, pro *videre nequeunt oculis apertis*, nil habet quod magnopere offendat. Vehemens tamen me tenet suspicio, esse *formam* antiquam *part. pass.* pro ראוי, vel potius ראוו, a *Radice* ראה per *vltimam Jod*, vel *Vaw*, prolatam. Geminum dedimus ad *Cap.* 15, 22. צפו, pro צפוי *cui imminetur*. Sequetur germanum עשו pro עשוי *factus Cap.* 41, 25. Hinc nascitur, *Et nunc non visibile lumen*, i. e. *non patitur se acri et inconniuo oculo adspici* 3. אור vel *Sol*, vel *Lumen solis*, quod malim, quia ipsa *serenitas nitidior* paulo, *acriorque*, oculis alludens, et allabens, loci sententiam abunde implet; quin vim argumentationis intendit. 4. בהיר *candidus, splendidus*, ex *Chaldaica Dial.* illustratum a *Merc.* et aliis. Ex *Arabica* item a *Grot. Codurc. Boch. Hotting. Cromaj. etc.* Addere liceat נְהַר apud *Arabes* non vsurpari nisi de *luce acrius micante*, ita vt *praegrauet* quodammodo, vel *ordinariam lucem vincat*. Nil opportunius, pleniusque, hac in sede, vbi בהיר הוא signat *lucem paulo fortius micantem*, quam solet. Vides 5. quare *aethera a transeunte vento purgatum* induxerit; quod tum illa *acrior serenitas*, et *vibratio lucis*, quam *oculi* nostri *ferre* nequeunt, existat.

vs. 22. Admirabilis sententia, omnes numeros *sublimitatis* explens: *Ab aquilone aurum venit; super Deo formidabilis Maiestas.* Rem ex parte attigerunt *Graeci* qui לא ראו *vs. praec.* vt nos, expressêrant ἀν ὁρατὸν τὸ φῶς; nunc subtexunt, Ἀπὸ Βορρᾶ νέφη χρυσανγῆ τα· ἐπὶ τέτοις μεγάλη ἡ δόξα καὶ τιμή. Ipsam tamen sententiam euerterunt אלוה *Deum* in אלה *Illa* commutantes. In *Comm. Hieron.* reperio: *Audiui quendam ita dicentem, quod aestatis tempore, sole in Aquilone nascente, aurora ardentior rutilet; ita vt ipse sol aureum colorem praeferat:* q. d. *nunc Eliu; inde aurum venire*, i. e. *mundo flammeam rotam solis oboriri: et super hoc praeclarum sydus ad Deum formidolosam hominibus esse laudationem.* Est quod probes;

probes; et est quod reiicias. *Aurum* pro *Sole* ipso, *Globum aureum* referente, etiam sumsit, Eleg. *Crinsoz.* ad hunc nexum satis concinnum, *Quod si oculo fixo suspici nequeat radians lumen Coelorum, quum per ventum pulsis nubibus, Sol nobis ab Aquilonibus detectus* veluti *micat;* quanto magis *in Deo gloria inaccessa praefulgeat?* Plurimus calculus tendit ad *lucem* solis *serenissimam, liquidissimam*, et *aureo fulgore rutilantem* in *Coelo*, quum omnes nubes Aquilonibus fugatae, et detersae. Ita *Rabbini* plerique, et vniuersus ferme Chorus noster, exigua differentia, quam enotare vix pretium. Laudant *Zach.* 4, 12. vbi זהב *aurum*, est *oleum flauum et splendens.* Nonnulli addunt ex *Ier.* 51, 7. כוס זהב *poculum auri*, pro *viri rutilantis.* Apud *Arabes* ذهب *Aurum* sese ad similes figuras laete porrigit, ac praesertim in *Coelo rutilante* concelebratur. Defungar vno specimine ex *Schol.* ad *Moallek.* hunc veteris Poëtae versiculum laudante,

Solque inclinabat ad occasum, iamque currebat
Aurum vesperae super argento aquae.

Nemo ergo *durum* vocet *tropum*, qua nihil *mollius, splendidiusque.* Apud *Graecos*, et *Latinos*, seges talium. *Aureus Sol, Auricomus, Aurea lux*, passim, et *Aureae cauernae coeli* apud *Varr.* Item abstracte *Aurum*, ea granditate, quae *cothurno* orientis aequalis. *Val. Fl.* L. 2. 55.

Quin agite, O Socii, micat immutabile Coelum.
Paraque, nec grauido surrexit Cynthia cornu:
Nullus in ore rubor: certasque ad talia Titan
Integer in fluctus, et in vno decidit Auro.

Stare nequit *Euro*, quod edi solet. Ill. *Heinsius* tentabat, *Vicino decidit auro:* quod languidum: nec aurem implet, *genuino decidit auro.* Celeb. *Burm.* mallet, *Et mundo decidit auro*, vel *ore;* non nimium tamen istis tribuens. Mihi *Flacci* genium, spiritumque, reddere videtur, *in vno auro*, i. e. *constanti, perpetuo; aequabili, nullis nubibus fuscato.* Sic *vno sub ictu*, mox *inf. vs.* 259. et *Lib.* 7, 230. *vno sub frigore;* et *vno vultus pallore gelati:* L. 12, 168. quae optime explicita, de *continuo*, et *omnia obtinente simul.* Eadem granditate iterum *Val.* L. 5, 370.

Et saeuo cum nox accenditur auro
Luctiferas crinita faces.

Describitur *formidolosus coeli aspectus*, quem *Iubar crinitum Cometae efficit;* quod magno spiritu *saeuum aurum* vocat Poëta, quo *Coelum accendatur* quasi. Isti terrori vnice respondet *Luctificas*, quod pro *Lucificas* Cl. Editor substituit. Capitalis emendatio. Ex *Silio ibid.* laudatum.

— *Clypeumque accenderat auro*

Et ex *Claud.*

Stellas accendit in auro.

Haec omnia *Auri a Septentrione venientis* figuratam, quam secuti sumus, acceptionem, stabiliunt. Addidi olim, nec poenitet, *praestrictionem visus*, quam *Arabes* adsciuere sub זהב ذهب, quod speciatim valet, *praestrictos habuit oculos ex fulgore auri.* Mire quadrat

Omnipotentem non comprehendere valemus; Magnus est robore; et iudicio ac magnitudine iustitiae non opprimit. *vs.* 24. Propterea timebunt Eum homines; Nihil videt omnes sapientes cordis.

CAPVT

drat in hac sedem: *Ab Aquilone*, Coelos perflante, et tergente, *venit Aurum oculos praestringens: super Deo formidolosa Maiestas est.* על quod plerisque *apud*, *penes*, esse hic *possidentis*, bene monuit *Schmid.* Intendit, quod Cl. *Mich.* clarius, signari *indutum*, *praeditum Maiestate.* על *super* in *vestibus*, et *ornatu*, solemne. Sententiam, simulque *Oeconomiam* loci, ad *vs.* praec. satis puto illustratam. Concludo, vt incipiebam, locum hunc ὕψος cumulatissimum sistere, cui par, aut secundum, vix dabitur.

vs. 23. Desinitur in illustri *Gnome*. *Omnipotens*, quem *comprendere non possumus*, *plurimus robore*, *at Iudicio*, *ac multitudine Iustitiae*, *haud opprimet:* nempe *sine causa*, vel *innocentem*. Ita *Crinsoz Cler. Reim.* etc. Est idem, paulo aliter enunciatum, quod *Cap.* 36, 5. vt ambigi vix queat, quin vt ibi illustri illa sententia *Dei potentiam infinitam*, *infinita iustitia*, *et bonitate*, *temperatam esse*, insinuabatur; ita hic in conclusionem, conuictionemque, idem nunc consignetur. עבה absolute *vim facere*, *opprimere*, *iniuste vexare*. Sic *Cap.* 30, 13. *Dies oppressionis*, et *vexationis iniustae*. Item *Exod.* 3, 7. *Ps.* 9, 14. etc. Ad tollendum scrupulum, cui ob *Ellipsin* τοῦ ב adhaesum, dari posset; *Et Iudicium*, *ac Magnitudo Iustitiae*, *nos adfligit*, *non opprimit.* Ita שגיא כח redderet quod *Cap.* 36, 5. dictum, cum hac luculenta accessione: *Eum qui est Iustitia ipsa*, *neminem posse iniuste vexare; aut potentia sua opprimere.* Confer *Deut.* 32, 4. *Omnes viae eius* משפט *ipsum ius.* etc. Adde *Ps.* 99, 4. et 119, 121. Item *Ps.* 89, 15. et 96, 4. *Iustitia et Ius firmitas solii eius.* Illa *abstracta* loquendi *forma* nil habet quod displicere queat. Sit tamen optio libera. Res eodem redit.

vs. 24. Quod primo adspectu languidius videri posset, pro reliqua vehementia, et acrimonia, Actionum praegressarum, duplici ferit aculeo, atque decentissimum praestat Finem harum *lobi* redargutionum. Prius Colon nihil habet dubii; nam quod יראוהו aliis est *timebunt*, aliis *timent*, aliis *timuerunt Eum;* aliis denique *timeant*, nullum facit momentum: vt nec, quod אנשים *Viri* quibusdam, aliis, cum respectu ad vilitatem, *Mortales;* quibusdam postremo *Homines cordati Virorum* nomine digni. Talia, quae nulla norma Linguae decerni possunt, pendent a modo cogitandi, in quo, vt in lineamentis, cuique suum pulchrum. In posteriori colo voculam לא incommodius vertunt *Non;* mihi occurrit iterum τὸ μηδὲν, quod in לא saepius iam *substantiue* deprehendimus. Inde grandi figura subnascitur, *Nihilum*, τὸ μηδὲν, *videt omnes vel sapientissimos cordis.* Grauissima *Gnome;* in qua appositissime Finem fecit Vir Zelo Dei flagrans; idemque moderationis, prudentiae, et solidae acrimoniae, absolu-

CAPVT XXXVIII.

Verſ. 1. Et reſpondit Iehoua Iobo ex turbine, et dixit.
vſ. 2. Quis hic obtenebrans conſilium, in verbis ſine ſcientia?

ſolutum Exemplum. [Pro לא יראה *Gr. Alex. Syr.* et *Arabs* nec non prius Targum (datur enim duplex huius verſus Verſio chaldaica) legerunt לוֹ יִרְאוּ *eum reuereantur. Vog.*]

Verſ. 1. Vltimus hicce actus exhibet geminam *Apparitionem*, Diſceptationemque *Dei e Turbine*, qua interminabilis haec lis, et contentio, ita finitur, quemadmodum par erat; atque Homo pius, quem dolores infiniti, et conſcientiae intaminatae puritas, vlterius euexerant, quam reuerentia Deo debita poſtulabat, ad officium placide reducitur, *Creatoris immenſitate* ei ante oculos propoſita, et clementiſſimis interrogationibus, prouocationibus, deductionibus, viuo ſub lumine, et ſenſu, conuictionis, inſinuata. Habes, ni fallor, vno verbo vniuerſam *Oeconomiam* quatuor Capitum, in quibus per mihi mira ſaepe viſa cum *materia*, ſtatui *Quaeſtionis*, quae tantis animorum motibus diſceptata fuerat, non directe reſpondens: tum *tractatio* ipſa tam longe, late, lente, circumducta, atque in monſtrorum formidoloſiſſimorum deſcriptione deſinens. Aliter reſponderi non debebat, nempe, illi, qui Deum in certamen, et congreſſum, vocauerat toties: nec cum eo deſcendendum in *abditas rationes conſiliorum Diuinorum*, ob quas *bonis* ſaepe *mala* immittuntur, *malis* ad tempus permittuntur *bona*. Sufficiebat, vt *cum ſenſu* propriae *tenuitatis*, *immenſa* Dei *Magnitudo*, ex operibus creationis ſplendidiſſime relucens, ei paulo fortius admoueretur, radioque ex Patre luminum profecto ſeſe menti hominis Religioſiſſimi penitius inſinuaret. Hoc *Elihu* in poſtrema oratione, non ſine Numine, admirabiliter facere conatus fuerat; et credibile, cum reliquam viri reprehenſionem, tanta aequitate temperatam, Noſtrum adfeciſſe; tum inprimis partem illam nouiſſimam Eum tetigiſſe, vbi hinc *caliginem profundiſſimam*, et *inpenetrabilem*, qua ſummum Numen ſe, ſuasque vias, abſcondit: illinc *lucem glorioſam*, et *inacceſſam*, *quam* nulla *creata acies* ſuſpicere, nedum ſuſtinere, ac propius inſpicere, queat, inculcatum iuerat. Haec videtur cauſa, vel vnica, vel praecipua, quod *Iobus* et placide audiuerit differentem, et ſilentio ſuo caſtigationes tam cordatas, ac graues, comprobauerit quodammodo: ſe *modum* haud *ſeruaſſe* in acerrimis illis defenſionibus ſui iam perſentiſcere incipiens. Sic plerique cum *Mercero* iudicant. *Calv. Conc.* CXLVII. cenſet *Deum, quod animaduerteret Iobum non ſatis domitum ſermonibus, et rationibus Elihui, illi Maieſtatis ſuae ſenſum ex turbine exhibuiſſe, vt expauefactus culpam agnoſceret.* Id ex parte verum, nemo neget: nullum enim vel lumen, vel fulmen, orationis humanae, frangat, edometque, Cor ſoli Deo penetrabile. Simul tamen tenemus, hac ipſa efficaciſſima *conuictione*, *Victoriae palmam* contra iniquos Cenſores Noſtro aſſignatam; in eaque

que luculentiſſimum praeberi teſtimonium *Innocentiae*, et *luſtitiae*, nullam in partem culpabilis; niſi quod crimina nimis acriter a ſe depellendo, in criminationem quandam ipſius Dei incidiſſet; atque reuerentiam infinitae Maieſtati debitam non *corde*, ſed *ore*, imprudentius minuiſſet.

Ibid. Circa hanc *Apparitionem* magna exoritur quaeſtio: quandonam ea facta: an *durante* adhuc *conflictu*, et *conflictu*: an poſt *interuallum*, minus, maiusue, *temporis*. Triuium. Sunt I. qui סערה, *procellam* hancce, differente cum maxime *Elihu*, collectum, eo ſilente mox erupiſſe velint. Tenent hoc non tantum omnes illi, qua Veteres, qua Recentiores, qui *vſ.* 2. ad *Elihuum* et *Amicos* trahunt: verum etiam multi eorum, qui *Iobum* ibi compellatum ſtatuunt. *Caluin.* idem tacite ſupponit, in iis quae ſupra adduxi. *Merc.* illuc quoque acclinis eſſe debuit, quum monet *Elihui ſententiam a Domino magna ex parte confirmari, et argumenta eadem ex meteoris ſumta adhiberi* etc. Diſertim *Cocc. Dicit* סערה *indigitans procellam Elihu loquente coortam* etc. Similiter *Schmid.* notat, *nihil a Iobo exceptum ad ſermones hoſce; licet nullam quoque confeſſionem habeamus: ſed nec ſciri, an tantum temporis interuenerit, inter finitum ſermonem Elihui, et apparitionem Dei, vt Iobus mentem ſuam exponere potuerit.* Aliud II. ſectati, qui *Turbinem* figurate vel *ſomnum Diuinitus immiſſum*, vel *Ecſtaſin*, interpretantur. Videſis *Caiet. Munſt. Iſid. Clar.* ex quorum mente *miſſum* ſaltem *coetum* oportuit ante, quam haec *Ecſtaſis* ſuperueniret. Etud. *Crinſoz.* III. annotat, *aliquantum ſpatii* videri *interceſſiſſe; quin veriſimile Amicos iam tum ad ſua fuiſſe reuerſos:* ex *Cap.* 42. 8. Apparet rem eſſe haud facilem ad conſtituendum. Priori ſententiae nonnulla fauent; nonnulla item obſtant. Fauet 1. quod ad tantam litem ſopiendam Arbiter e Coelo requirebatur, antequam confeſſus ſolueretur. 2. Quod ita ordo Libri contextus, vt hoc ipſum innui videatur. 3. Quod alias inferendum fuiſſet ויהי אחר הדברים האלה *Et fuit poſt haec:* vt 1 *Reg.* 21, 1. et alibi. 4. Quod *Materia*, per *Oraculum* deducta, eiusdem ſit *Characteris* cum oratione *Elihui*, eique *cumulum* ſuperaddat. 5. Quod ſtilus quoque eiusdem ſit coloris; quaſi indicare voluiſſet Deus, ſe poſtquam *Ore Elihui* vſus eſſet ad *hominem hominis opera* conuincendum; nunc tandem *ſuomet ore* adeſſe, ad *os contradictionis claudendum*, et *cor obedientiae* ſubmiſſae *recludendum.* 6. Quod nimis diu vel aperte damnata, vel ex parte ſuſpecta, Viri virtus, atque innocentia, in lucem venire merebatur ante, quam vel *Amici*, cum ſuo immoderato et iniuſto, vel *Elihu* cum moderato ſuo et iuſto praeiudicio, a *Iobi* praeſentia diſcederent. Decens quoque dixerim 7. vt Noſter, qui *praeſentibus* multis *modum* ſaepe *exceſſerat*, etiam iisdem *praeſentibus* ad officium rediret; atque ingenua confeſſione cordis contriti dilueret, quicquid ore minus prudenti eſſet peccatum. Obſtat contra. 1. Quod *Apparitiones* in frequenti coetu contingere vix ſolerent; ſed in ſecreto per *ſomnum*, vel *Ecſtaſin*, quorſum media opinio tendit. 2. Quod *Iobus* non tantum *audiuiſſe vocem* Numinis, ſed etiam *imaginem*

nem quandam, et *speciem visibilem Maiestatis*, oculis hausisse videatur, ex *Cap.* 42, 5. vnde iterum *visus Ecstaticus* firmamenti quid sumit; qui similis fuerit illi, quem *Cap.* 4, 13. etc. describit. 3. Quod *totum consessum*, hoc *turbine inuolutum*, in loco mansisse, atque *aure attonita verba oraculi* accepisse, a vero abhorreat. Magis 4. absonum fuerit, si eos nihil audiuisse statuamus. 5. Neutrum satis aptum ad id quod *Cap.* 42, 7. subnotatur, nisi placeat ibi continuare orationem, *Tresmirosque in consessu eodem* clara voce *increpitos* statuere. Id series interrupta narrationis, et mutatio stili, vix permittant. Habes rationum momenta, quae suspensum retinere queant animum trutinantis. Qui rem decidere poterit, inibit gratiam. Plus sumit, quam oportebat Cl. *Cler.* quum notat, *Qui volunt hunc Librum esse Parabolam, hoc loco nituntur, aut niti possunt, quia excepto Mose Deus neminem ita allocutus est, vt ei palam responderet. Quod si reuera factum in gratiam Iobi, intelligendum erit quod de Mose Num.* 12, 7. 8. *cum hac exceptione, nisi aliter visum fuerit.* At *diuersi hi modi Reuelationis;* neque necesse est, vt *Num.* 12. illud languidulum annectatur. Neutiquam etiam legitima conclusio, *hunc Librum esse parabolam*, i. e. *totam Historiam esse conflictam more parabolico.* Iustius, credo, intulisset, ergo *more parabolico conscriptam esse hanc Historiam*, ad quam adscita sint *ornamenta Dramatis*, vel *Tragoediae*, quibus non nimis presse sit insistendum; veluti quod hic repraesentetur immediate post conflictum illum Coeleste oracultum interueniisse, ad *Litem durante* adhuc *consessu terminandam*, et in ordinem cogendos omnes, qui limites officii excesserant. Erunt forte, qui in eo acquiescent: mihi necdum liquere haud diffitebor: et ad *Extraordinarium* huncce *casum* maiorem lucem circumspicio. Argumentis, quibus priorem sententiam communiui, in consessu, *pendente* velut *Lite*, decisionem e Coelo factam, hoc superaddi velim, quod submonuit Cl. *Cocc.* verbo יען *respondit* respici *ad vota et sermones Iobi: cui, quum in* סערה *procella atteri petiisset, in contrarium res vertat; vt ex procella oriretur consolatio.* Fortius stringet, si attendatur, *Iobum* ter, quaterue, *publicum* veluti *congressum* cum Deo depoposciisse; in quo *Causam* suam *exponere* posset. *Cap.* 9. et 13. et 23. denique *Cap.* 31. sub finem. Amici non *bonam conscientiam* interpretabantur, sed *contumaciam.* Ipse *Elihuus* tantam *confidentiam*, vt par erat, reprehenderat acriter. Datur tamen honori Viri, quod dari posse negabatur, et *Deus* velut *de Throno descendens*, cum *homuncione disceptationem habere* non dedignatur, eumque *interrogationibus lentis*, et *summa clementia temperatis*, *pacat*, *tranquillat*, ad submissionem sedatam reuocat, simulque *Victorem Causae* declarat, *citra Causam Iobum* tam diu *vexatum* fuisse, *suomet testimonio* confirmans. Manet hoc pacto simplicitas literae, neque necesse est *Turbinem* hunc ad *Figuram* coactiorem detorquere, qua vel *aspera increpatio*, vel *turbatio mentis procellosa*, vel *Ecstasis subito turbine immissa*, significetur. Non laudo, quod per *Iehouam* hic *Angelum Iehouae* intelligendum esse censeat *Grot.* Ipse *Creator vniuersi* nimis diserte verba facit. Eius nomine talia locutum

scientia? *vs.* 3. Accinge, age, sicut Vir, lumbos tuos: atque interrogabo te; et notum fac mihi. *vs.* 4. Vbi loci

Legatum, nunquam probabitur. Alia quae de nomine *Tetragrammato* hic apposite adhibito: de conuenientia *apparitionis in Turbine;* de scriptione מב pro מן, hic habent Docti interpretes, omittere vt possum, ita debeo, quemque hoc in genere suo sensu abundare iustum censens. Idem dictum velim de *Allegoricis* et *Mysticis* illis *fontibus*, quos in quatuor hisce Capitibus extremis praesertim insignes Doctores, qua veteris, qua recentioris, aeui, aperuere. Horum cogitatis per meum silentium nihil derogatur: quando totum hocce genus extra limites Commentarii huius positum: quippe qui in Litera constituenda, et explananda, vnice occupetur.

vs. 2. Quis hic compelletur, et perstringatur, magna dissensio est. Plerique Latini I. in *Elihuum, Censuram* hanc obliquo ictu cecidisse censent, oratione mox *vs.* 3. ad *Iobum* directa. Ita *Gregor. Philipp. Beda, Thom. Aquin. Lyran. Dionys. Hugo, Titelm.* Eodem, dubius licet, inclinat *de Pined.* itemque *Sanct.* Latius *Coduc.* II. cum *Elihui arrogantia*, Amicorum quoque *garrulitatem superbam, fulminari* ait: in versu sequente *amicam* et *familiarem* statuens *compellationem*, quae *Iobum* erigat et bono animo esse iubeat. Vlterius progressus *Bolducius* III. hanc increpationem vniuersam, in Caput *Elihui* detorquet, *prima* hac *appa ritione* pro *Iobo* omnia haec dicta contendens, vt *Viri Iuuenis arrogantia retunderetur.* Vincit IV. sententia *Chrysostomi, Augustin. Caietan. Steuch. Eugub. Isid. Clar. Vatabl. Calv. Merc.* etc. a qua nec *Vauass.* recedere ausus: quin ne *de Pined.* quidem, quinque rationibus eam adstruens. In re liquida nec adducere eas vacat, nec alias complures superaddere necesse: quum altera illa opinatio inde tantum emanarit, quod de *Elihuo* minus recte sentirent, quem viri *prudentis, moderati*, et vero Dei Zelo inflammati, partes egregie sustinuisse probauimus, quin imo *os Dei* quodammodo fuisse, ostendimus, ad eum *hominis ratiociniis* retundendum, qui *Deum ipsum* in certamen, et congressum, deuocare, ausus fuerat. Haec *audacia*, quantumuis purissimae conscientiae testis, et index, merito iam ab ipso Deo taxatur, et quasi deridetur, formula מי זה *Quis hic?* qua *infra Nihilum* deiicitur, qui se *Aliquid* coram Deo facere nititur החשיך עצה *tenebrare consilium* est species *Oxymori*, pro *lumine ipso consilii*, et *sapientiae, abuti ad tenebras sibimet offundendas, ibique velut in nocte oberrandum, vbi dies lucere potuisset, et debuisset.* Talis fuit casus *Iobi.* Habebat ille *Consilium* עצה, habebat *Conscientiae purissimae testimonium;* habebat *lumen fidei;* habebat *amorem Dei;* omnia tamen haecce *Diuina principia*, quibus se erigere debuisset, et dolores vincere, contra semet ipsum conuertebat quasi, ad sese adflictandum, cum Deoque immoderate, et immodeste, expostulandum; quasi a *gratia Dei* excidisset, qui eam *perenni radice* in sese *radicatam* sentiebat. Hoc vere erat *Tenebricosum facere Consilium*, et *lucem suam efficere horridam caliginem*, in quam anima semet magis

magis-

loci fuisti, quum fundarem terram? indica, si intelligentia polles. *vs.* 5. Quis posuit mensuras eius? nam nosti: aut quis

magisque mergat. Non obiicitur *ignorantia*, aut *coecitas* in rebus Diuinis, sed *Lux pura puta cognitionis salutaris*, et *gratiae largiter impertitae*, dicitur in contrarios vsus, effectusque, conuersa, per *effrenem* illum *luctum* cui semel habenae laxari coperant; perque *nimis ardens studium innocentiae suae* aduersus iniustas criminationes *defensandae*. במלין בלי־דעת *Verbis quae sine scientia:* non tam *imperitis*, *indoctis;* vt *Merc.* quam *imprudentibus*, *sine circumspectione*, vt *Cocc.* Possis etiam, *verbis temere iactis, verbis non sensu sed affectu pronunciatis:* ac propterea *firmitudine destitutis.* Habes *Characterem querelarum* et *expostulationum Iobi:* quem saepius inculcauimus; et sine quo nec intelligi possunt, quae dixit, nec sane vllo colore excusari. [Pro מחשיך *Syrus* et *Arabs* legisse videntur מַחְשֵׁב *Vog.*]

vs. 3. Admirabilis per totum hocce caput regnat *Irrisio:* cuius *penetrantissimam acrimoniam* tanta *clementia* temperat, vt a manu Medentis, potius, quam castigantis, eam profectam, et applicitam, appareat. Rectissime *Merc.* vocat *Ironiam*, *sed Amicam*, *qua Iobus in viam reuocetur.* Teneamus ergo, quod cuique vltro se ingerit, *Rideri* illas *animosissimas Iobi voces*, quibus se *cum ipso Deo congredi* cupere, toties indicauerat: quin *aciem* quasi *instruxerat:* sed ita *rideri*, vt simul eluceat non ab *irato Iudice*, sed a *Patre*, et *Medico* mitissimo, aculeum huncce admoueri. Cl. *Cocc.* agnoscens primo *Ironiam continuari*, et omnia bene explanans, subdit, *posse etiam citra Ironiam accipi: vt* cinctus lumborum sit ἑτοιμασία *veritatis, in qua* τὸ ἰσχυρὸν καὶ φρονιμὸν, *nec non* τὸ ἀνδρῶδες: *et* notificare, *ignorantiam suam*, *ac Dei prouidentiam*, *confiteri: vt* הודיע *Ps.* 32, 5. *valet confiteri.* Omnino retinenda *Ironia*, et quidem *Sarcastica;* quae decus et pondus his sententiis adstituit. [*Syr.* atque *Arabs* vt et is, qui *chald.* Paraphrasi puncta vocalia adiecit, nomen גֶּבֶר protulerunt גַּבָּר. *Vog.*]

vs. 4. Intendit se *vehementia amica*, et *paterna*, *Ironiae. Vbi loci eras?* Rectissime *Piscat.* et *Merc. nusquam eras: ne eras quidem.* Item *Merc. Quum e terra sumtus sis, vbi eras, quum ego eam fundarem? cum irrisione dictum.* In postremo membro אם ידעת בינה suspicabar, formam *imperatiui* adscisendam, vt sit, *Indica, si nosti, declara:* sed non desciscendum a *formula*, ידע בינה *pollere intelligentia*, quam reperies, *Esai.* 29, 24. *Prov.* 4, 1. Item 1 *Chron.* 12, 32. et 2 *Chron.* 2, 12. Vehementer pungit, *intelligentia praepolleas necesse est, quippe qui te Deo Iustiorem, et Sapientiorem, in Causa hacce, feceris; tam animose ei in complexum, ac certamen, venire cupiens.*

vs. 5. Sublimitatem, et pulchritudinem, *Imaginis* susceptae, *qua Orbis terrarum* cum *Aedificio magnificentissimo* comparatur, late exequi nec nostrum est, nec a nobis id quisquam desiderabit. Verbulo

quis extendit super ea lineam? *vs.* 6. Super quid bases eius demersae sunt? aut quis iecit lapidem angularem eius? *vs.* 7.

tantum submonebo, ad *Immensitatem Conditoris* inculcandam interrogationes has valere: atque medium illud כי תדע non esse, *quod noscas*, non, *vt noris*, non etiam, *si scis*, sed crescente *ironia*, *nam scis:* vt optime *Belg. omnino scias necesse est, qui tantos tibi spiritus sumseris.* Simile *vs.* 21. recurret. Cl. *Schmid.* mallet, *quia scies, si, scilicet, me sapientior sis;* vel *si ibi fuisti, vbi fundaui terram.* Neruosius illud. Obseruandum praeterea, illo מי *Quis?* non simpliciter nunc exquiri *Quisnam sit qui orbem sit architectatus:* nam perfacilis fuisset responsio; sed simul *modum creationis* includi. Hoc ad *vs. seq.* plenius sentietur. De *mensuris* hisce, et *linea*, conscisendum *Mercero*, *Cocceio*, aliisque, esse figuratam dictionem, qua *dimensiones* designentur, et *norma* exactissima, *Diuinae* huius *substructionis*, quam nulla acies creata assequatur, nedum exequatur. Cl. *Schmid.* mauult *mensuras et regulam negari*, q. d. *quis instrumentis mensoriis delineauit eam? quis duxit super eam regulam aliquam? Certe nemo: sed sine instrumento mensorio et sine omni regula facta est. Quomodo ergo fieri potest, vt tam eleganti forma, et proportione, facta sit?* Nulla hic dissensio; sed amica consensio, ac conspiratio: nam *sine omni regula, et dimensione externa, Aedificium* hocce *pulcherrimum* esse *constructum*, vt vtrimque tenetur; ita ad *internam proportionem*, et *regulam*, tantum opus inenarrabiliter elibratum, vtrimque insinuari video. *Calvin. Conc.* CXLVIII. consulendus vbi recte ostendit, sic *mensuras* et *lineam architectonicam, remoueri*, vt simul *statuantur modo longe excellentiore, in quo agnoscendum eiusmodi miraculum, vt omnes nostri sensus in eo deficiant.*

vs. 6. Cum *mensuris*, et *linea*, concinne iunguntur *Bases profundias mersae;* velut in luto, ex vi verbi טבע: et *Lapis angularis*, *Frontispicium*, et *fastigium*, huius *Aedificii* constituens, firmans, ornans. Cl. *Schmid.* iterum monet: *At nobis certum est, quod terra nullas Bases habeat, nihil super quo bases demitti possint. Sic supra Cap.* 26, 7. terra *dicitur* suspensa esse super בלימה Nihilo. *Quin hoc ipso loco negari putamus bases, et basium fundamenta: et hunc sensum esse:* Habetne terra vllas bases? etc. *Certe non habet, et a nihilo tota suspensa est.* Eadem species dissensionis, quam ad *vs.* praec. indicaui, cum magna consensione; nam ita *Bases*, et *Lapides* Angulares, strictius dicti, remouentur, vt tamen *terram fundamentis* et *firmamentis* suis *libratam*, *nixamque esse* modo imperuestigabili, inculcetur. Hoc phrasis *Cap.* 26, 7. *Suspendendi super Nihilo, et nutibus suis in se conglobandi, ad firmitatem inconcussam*, disertissime adfert. Confer *Merc. Pisc.* etc. in primis *de Pined.* qui hic copiosus: nec non naturae facem praelucentes philosophos *Scheuchz.* et *Niewentyt:* Interrogatio per מה *Quid?* et מי *Quis?* concepta, arguit, de *modo creationis* agi, atque *Iobum* simul castigari, quod in *Creatoris* quodammodo *Iura* inuaserit,

et

vſ. 7. Quum cantillarent ſimul ſtellae aurorae; et clangerent omnes filii Dei. *vſ.* 8. Et obſepſit valuis mare? quum erum-

et *virtutem*, ac *ſapientiam*, plusquam *creatam* ſibi arrogauerit, qui ita vniuerſi huius *Opificem* ac *Moderatorem* prouocare auſus fuerit. Ergo illa, *Quis poſuit? Quis extendit? Quis iecit?* hunc ſenſum fundunt, *Tune is, qui cuncta e Nihilo extracta, ſuper Nihilo ſuſpendis.* Grauiſſimus ictus, quo *creatura* admonetur, vt quod probe ſciat, etiam intime perſentiſcat, neque cum *Creatore infinito* contendere pergat.

vſ. 7. Receptiſſimus nexus is eſt, qui cum proximis haec copulat pro inſigni acceſſione, qua *Terrae magnifica* haec *ſubſtructio* cumulatur; quod *coeleſtes chori*, ſiue *Aſtrorum*, ſiue *Angelorum*, ſiue *vtrique iunctim*, *laetiſſimo clangore* et *concentu coelum reſonare fecerint*, quum *inferius* hocce *theatrum virtutum diuinarum erigeretur*. Triuergium ſcilicet hic exiſtit opinionum. Sunt 1. qui omnia dicta velint de *Aſtrorum micantibus* illis *choreis*, quas *ſtellas matutinas* appellarit Deus, vel quod cum *Aurora mundi* emicuerint, vel quod *luminis matutini inſtar reſplendeant*; vel quod *ſub auroram magis* lucere videantur. Plurimi 2. diuidunt, et in priore colo *ſtellas* vel *errantes*, vel *fixas*, in poſteriore *Angelos* intelligunt. [Sic *Chald.* et multi Magiſtri: nec non *Munſt.* cet. Rotundior, et expeditior 3. ſententia, quae cuncta *Angelis* applicat, qui pulcherrimo Emblemate *ſtellarum Aurorae* inſigniantur, partim quod *lucidiſſimae* ſint *Originis* et *Naturae*, partim quod *ſub Aurora Mundi creati*, *lucem primigeniam vt totidem Phosphori*, *praecurrerint* quaſi, *atque illuſtrarint*. Vide Doct. *Piſc. Belg. Cocc. Schmid. Mich. Reim. Crinſoz. Cler.* etc. Obſeruat praeterea *Cocc. Angelorum iubilationem proponi in Exemplar*, *et opponi murmurationibus Iobi.* Ad hoc fortius adſtringendum reſumit ex *vſ.* 4. *Vbi eras* tunc, *tu reprehenſor conſtituti a me ordinis; quum Angeli conſtitutionem mundi*, *quam ego adhuc ſeruo*, *et tu non fers*, *celebrarent. Nec interfuiſti*, *nec extitiſti adeo.* Dubium eſſe non poteſt, quin *clangentium*, *laudesque Creatoris concelebrantium*, *Angelorum* mentio hic opportuniſſime intertexta, ad depingendam *Maieſtatem immenſi Regis*, *cuius Solium Myriades Myriadum circumcingunt*, *opera*, et *molimina*, Eius, *perpetua admiratione proſequentes.* Hoc ipſum euincit, in priori colo *Angelos* quoque intendi; qui vt *Sidera* admirabiliter hic *interlucent*, et deſcriptioni magnificentiſſimae Diuinum *ſplendorem* circumfundunt. [Pro ברן *Syr.* et *Arabs* legerunt בָּרָא. *Vog.*]

vſ. 8. Excellentiſſimae figurae, aliquot verſibus contextae, ad *Vaſti Elementi* miraculoſam *productionem*, *excluſionem ex vtero* veluti, et *incluſionem intra iuſtos fines*, delineandam. Audaci *Schemate Coduro.* loco huic *denſiſſimas tenebras incubuiſſe* praefatus, quod ad סבך vel שוך itum eſſet, a סוך *vnxit*, exſculpit *inungere valuas maris*; quaſi metaphora deſumta eſſet ab *inunctione partium genitalium*, *qua Medici*, *et Obſtetrices*, *ſuccurrere*

erumperet illud; ex vtero exiret. *vſ.* 9. Quum ponerem nubilationem veſtem eius; et denſam caliginem eius faſciam. *vſ.* 10.

ſoleant parturientibus: q. d. *Quae Lucina praefuit parentis Naturae puerperio, quum mare enixa eſt?* Non inquiro, quid *Ars Obſtetricia* adnuat forte, abnuatue; ſed aio eſſe *metaphoram* nimis longe adductam, quae cum *granditate* quam adfectat, aliquid *minutum*, et *ſuperuacuum* traheret, *inungere in valuis*, pro *Lucinam praeſtare facilem:* quae ſic forte nimis *difficilis* intelligeretur. Non patitur *lentas* haſce *moras*, nec *Elementi* ipſius *natura*, nec vis verbi גוח, vel גיח, quod in *aquis magno impetu prorumpentibus* vſurpatur, vnde et גיחון *Gichoni* flumini nomen factum. Sic infra *Cap.* 40, 18. 23. vbi *Arabum* جاخ producetur: et *Dan.* 7, 2. Nullus tamen dubito quin דלחים *valuae*, cum רחם *vtero*, vnam in *metaphoram* conſpirent. Mihi hanc imaginem cum animo volutanti occurrit aliquid omnem ſuperans audaciam, et tamen cum Genio Linguae mirifice coniunctum, *Et* quis *obſepſit valuis mare*, velut vtero praegnante, ac tumente, in perpetuum incluſit, *eo ipſo* tempore *quo erumperet, atque ex vtero exiret.* Cumulatiſſimum *Oxymorum*, huc rediens: *Quis mare, quum ex vtero primum exiuit, perpetuo quaſi vtero, e quo egredi nequeat, conſtrinxit, conuinxit, et feruidiſſimo cum tumore, aeſtuque, fluctuum, miraculoſe intra ſemet coërcuit, vt nuſpiam prorumpere, atque euagari, queat; quamuis omni momento omnia deuorare, abſorbere,* et *obruere velle, ac poſſe, videatur.* Habes idem, quod Doct. *Belgae* cum *Piſc.* intendebant, illuſtri *Schemate* adauctum. *Aquis marinis* addi ſolet *Epitheton* זידונים *tumentium cum feruore*, vel *feruentium cum tumore:* et nihil tritius, quam vt *Mare* dicatur *Tumere*, in omnibus Linguis; metaphora a *ventre intumeſcente.* Ita et *Graecis* κύματα *Fluctus*, quaſi κυήματα, ἀπὸ τοῦ κύω *ventrem fero, praegnans ſum.* Si nimis *Dithyrambicum* iudicetur, acquieſci porerit in eo, quod *Cocc.* adfert, *Quum terra fundaretur* h. e. *quum compingerentur craſſiores partes; ſimul facta eſt* ἔκχυσις *et expreſſio aquae, eiusque incluſio* in caua terrae, *et* ſubterranea, *ſecundum illud Archelai apud Laert.* τὴν θάλατταν ἐν τοῖς κοίλοις διὰ τῆς γῆς ἠθροισμένην συνεστάναι; *mare in concauis per terram colatum conſiſtere.* Rectiſſime ſubdit, *alia eſſe maris concitati repagula, litora, et arenas, vſ.* 10. Eandem ſententiam fouiſſe video Erud. *de Pined. Deus mare operuit, et ſubduxit a noſtro conſpectu, cum terrae ſinibus et concauitatibus illud concluſit; ne ad nos irrumpere poſſet.* Cl. *Cler.* ſimiliter *mare alueo ſuo incluſum, quum ex vtero velut primum erupiſſet,* exhibet. Si quis huc inclinet, vel ſic דלחים *valuas vteri* teneat licet, *quas*, vbi e *viſceribus terrae expreſſum fuit mare*, de nouo *ei circumdederit* Deus, ne *quaquauerſum ſaeuire*, et *diluuiem, ſtragemque, ferre* poſſet. Humano more loquor, prout Deum nobiscum in Scripturis vbique loqui, perſuaſiſſimum habeo, ac propterea ſubtilitates, quibus ea, quae *Naturam rerum* ſpectant, ad viuum reſecantur, ex diuerſisque hypotheſibus applicantur, ſi ſatis aſſequi poſſem,

vix

vix commentationi huic admiscere sustinerem. Ea contenta est Literam ex Linguae fontibus vtcumque adspiciendam praebuisse; vt qui Scientiis istis interioribus praecellunt, profundos sinus, recessusque, Naturae, fideliore ductu, et pleniore lumine, referare queant, si homini ad ea accedere datum, quibus *sigillum immensitatis Impressum.*

vs. 9. Insistitur in *Metaphoram foetus ex vtero educti*, et *cum cura susceptI, a Sapientissima Nutrice, Natura.* Quodnam hoc *vestimentum nubilationis*, et quaenam haec *fascia obscurae caliginis*, non conuenit. *Merc.* I. ita mentem declarat: *Mari adhibitae circumquaque* nubes *tanquam* vestes, *quae ei assidue circumstarent, quia* nubes *ex aquis gignuntur, et maxime marinis; crebris inde vaporibus in altum vi radiorum solis sublatis. Hae* nubes *et* nebulae *tanquam* fasciae *videntur esse* Infanti; *quod assidue apparere soleant super mare, et subinde ex eo in magna copia gignantur.* Addit, *significatur interim Deo tam facile esse* Mare, *corpus alioqui vastum, reprimere, et compescere, quam Matri, aut Nutrici,* infantem *fasciis inuoluere.* Adiectum II. a Cl. *Cocc. videntur* Nubes Nimbique *momentum habere ad coërcendum mare, intra limites suos. Nam cum tumet, quod fit imprimis certis mensium reuerticulis, vapore copioso exhalante, detumescere probabile est.* Idem, credo, voluit *Caluin. Quamuis multis repagulis ad vinciendam tantam et tam furiosam naturam opus esse videatur, Deus tamen ad ipsam cohibendam violento remedio non vtitur, sed duntaxat* Nebulam *constituit ad ipsam coërcendam: quae statim atque adscendit, et super mare se effundit, mare quietum et tranquillum reddi videmus.* Clar. *Scheuchz.* III. pressius insistit in imaginem *vestis fasciaeque fouentis,* et *calorem intus continentis;* qualem *fotum circumiectae nubes Mari praestent.* Haec omni ex parte, vel liquida, vel rotunda, dicere non auderem. Nobis IV. *totum mare, quam late funditur*, et *terras ambit*, hic videtur pingi tanquam Diuinitus omni loco, omni tempore, *amictum, fasciatum, constrictum,* intra *sedem*, et *Elementum* suum, ita *coërcitum*, vt quantumuis sit *mobile, feruidum, impetuosum*, tamen *aestu* illo *irrequieto*, quo *dies noctesque agitatur*, ne latum quidem digitum *excedere* queat *modum, mensuramque* praescriptam; haud secus ac *infantulus, linteis, fasciisque* suis, *inuolutus.* Talia *linteamina*, et *fascias, mari* vndiquaque *circumfusas*, ad eius *motus internos* praesertim *regundos,* exhibet mihi *Aër*, siue *Atmosphaera vniuersa*, primum, quae nominibus ענן *nubilationis aëreae*, et ערפל *opacitatis caliginosae*, recte appellari potuit. Specialius deinde per *densum* et *opacum aëra, mari* instar *indusii*, et *fasciae, circumiectum*, intelligerem illas *partes aërias*, quae vastum Maris corpus *interne* etiam *complectuntur*, et *constrictum tenent*, neque *lineam suam egredi* patiuntur. Docet nempe *Hydrostatice*, aërem quatenus *grauis* idem, *fluidusque, omnia corpora aequabiliter premere ab omni latere, superiore, inferiore, obliquo;* ac proinde eius ope *Aequilibrium* illud *aquis* praestatur, quo secundum *Legem altitudinis* sese cogitur mouere. Confer quae *Cap.* 28, 25. tetigimus. Vlterius progredi non audeo; si quid et in his erratum, non difficilis erit venia. Sunt alia, quae Emblema *Indumenti*, et *fasciarum*, horumce Sacrorum Mystis suggerere poterit. Ego autem desino:

vſ. 10. Et dimetirer ſuper illo ſtatutum meum: ponerem-que vectem et valuas. *vſ.* 11. Et dicerem; huc vsque venies,

vnum hocce ſubindicaſſe contentus, accommodatiſſimum illud videri, ad *fluxum, refluxumque, Maris*, deſignandum. Exequentur, quibus Miraculum illud naturae, aeſtusque marini origo, comperta.

vſ. 10. Nouis coloribus *vaſti Elementi* potentiſſima, et vere Diuina, coërcitio, illuminatur. In priori Colo aliquid ex granditate obſcuri. Cl. *Cocceius*, ſententia ſatis concinna, *et fregi ſuper ipſum modum meum.* Reſpicit in חק ad notionem *demenſi*, quaſi, *vt paterfamilias demenſum de integro pane defringit, ita Deus mari ſuum locum aſſignaſſe* diceretur. Vicinum quod Cl. *Reim.* habet de *Litoribus amfractu multo inciſis ad maris oportunitates.* Confonat quod ego olim tentabam ex *Arab.* شبر *Spithama dimenſus eſt.* Placuit quibusdam; aliis diſplicuit, vt *peregrinum* ſcilicet. At *domeſticum* eſſe *origo* demonſtrat, qua شبر *Spithama*, quaſi *fractio; minor menſura*, dicta fuit. Pro *demenſo* item vſurpatum vocabulum, diſcas ex *Camuſo* vbi אלשבר الشبر etiam valere dicitur *Donum; et id quod vxori debetur. Ius matrimonii* habet Cl. *Gol.* Intelligeſis *Ius lecti;* quaſi *Demenſum.* Facile tamen ſeponi patior, ſi melius adferri queat: nam eſt lenior paulo figura haec, non omnino reſpondens *vectibus*, et *valuis*; in quibus *vehemens compreſſio*, et *coërcitio.* Iſtam *vehementiam* ex parte adfert *Ab. Eſra*, quem ſecutus *Luth. Et fregi ſuper eo* robur, impetumque eius, *decreto meo.* Cl. *Szathmari* mallet *Fregi illud praecepto meo.* Idem ab Etud. *Crinſoz.* expreſſum. Proxime verum; nam in שבר *fregit* ad *vehementiam fluctuum infractam*, ac *debilitatam*, reſpici, dubium eſſe vix poteſt: attamen non minus euidens, חק *ſtatutum*, hic magis *terminum praeſtitutum* notare, quam *praeceptum*, vel *decretum imperantis.* Rotundius ergo, et cumulatius quod *Coccii* coniectura fert, *forte* modum meum fregi ſuper ipſum, *eſt, frangendo impetum maris intumeſcentis, facio ipſi modum.* Omnino חק deſignat *finem, terminum, quo quid circumſcribitur*, vt *Cap.* 26, 10. et 28, 26. et *Ier.* 5, 22. *Prov.* 8, 27. 29. שבר *frangere*, eſt *frangendo metiri.* Inde pulchra, et grandiſona, forma nunc elatum *et frangendo dimenſus ſum ſuper eo modum meum.* Qui genus *Dithyrambicum*, in hoc Libro regnans, cognoſcunt, pro genuino facile agnoſcent. Admirabile *lumen* orationis, *frangere modum*, pro *frangendo conſtituere, et praefinire.* Non minus *lumen* veritatis; nam *Mari tumido*, et *in Coelum conſurgere molienti*, fluctuum *infractio* עליר *ſupra ipſo, praeſentiſſimum ponit modum*, ita vt mox *mole ruat ſua*, atque *in ſeſe reſidere* cogatur.

Ibid. Vectes, et *Valuae*, mari *oppoſitae*, nos parum, aut nihil morabuntur; liquet enim *repagula validiſſima* deſignari, quibus tanta illa *vis* ac *ferocia* refringatur: ſiue cum *Grot. Cocc.* plurimis, *Litora, arenam, montes*, intelligas; ſiue figuratius adhuc, *limites, intra quos ex Lege motus coërceatur.* Clar. *Schmid.* ait *Verbum Domini*, et

De-

nies, et non perges; et hoc opponet se elationi fluctuum tuorum. *vs.* 12. An ob aeuum tuum, praecepisti Auroram

Decretum, esse *vectes* et *valuas maris*, quod *arena*, *et litus*, *alias non sufficerent*. Credo equidem, sed non propterea incommoda locutio, quam *Ier.* 5, 22. illustrat. De *Litorum repagulis* potius cogitare iubet natura Emblematis; quod sistit *externas moles saeuienti Elemento obiectas*.

vs. 11. Continuatur *furentis maris cohibitio*, et *repressio*, ad nutum Omnipotentis. Omnia perspicua; nisi quod in ישית anceps constructio. Mihi non displiceret, *et hocce opponet se superbiae fluctuum tuorum*. Vocula פה origine est *substantiua*, *os* id est *oram*, signans: vt ergo עד פה *ad oram hancce venies*, *non vltra*; est *vis intus refraenans*; ita פא ישית *haecce ora ponet se*, est *vis extus retundens*, *atque refringens maris* vel *tumidissimam elationem*. Possis quoque, *et Hocce ponet* obicem, murum, *in superbia fluctuum tuorum*. Absolute שות *ponere fundamentum*, vnde שתות *fundamenta*. Forte aliud latet, quod dies in lucem edet. [Pro תסיק *Arabs* legisse videtur תשוב. Et pro בגאון exstitit olim in Cod. Berol. כנאון. Praef. כ autem postea in ב mutari coeptum. *Vog*.]

vs. 12. Beneficium *Aurorae* et *Lucis*, perenni lege terris datum, ad sensim sine sensu tenebras noctis fugandas, venustissime interseritur, et appositissime amplificatur. *An prae diebus tuis mandasti Auroram?* Eo quod *dies* habeas *numerosos*, et *ipso Mundo* mecum *antiquior sis?* Hoc distertim *vs.* 21. reddetur. Ad Lectionem ידעתה שחר quod attinet; si *Masorethae* nihil aliud in *Codicibus* inuenissent quam *He quiescens*, et *protractionis*, quod in אתה, indeque orto מקדחת, crebrum, *Dagesch forte* sequenti ש non addidissent. Esse *He Emphaticum* etiam vix concesserim, quod praecedens בקר eo careat. Imprimis mouet me vetustatis auctoritas, a qua discedere religio fuit *Masorethis*. Suspicor itaque ידעתה auctum esse *affixo masc.* ה per *kamets* pro *Cholem* agglutinato, ad normam *praeteritorum*, cui subscriptum *Patach*, cum *Dagesch* in שחר ad arctiorem copulam. Genus alibi illustrandum. Pleonasmus *adfixi* magnum nunc pondus adferret; ad *Miracula renascentis* quotidie *Diluculi*, pro *salute orbis terrarum*, insinuanda. Vlterius haec persequi, haud nostrum. Monemus tantum *Auroram*, et *Lucem matutinam*, tanquam *Famulas* introduci, et *Prouidentiae*, humana potentissime ac sapientissime regentis, *ministras*, quae *Iussa* Numinis *alacri aure*, et *pede*, capessant quotidie, *stationesque* suas nunquam intermittant.

vs. 13. Aliquid valde ingeniosum produxit Cl. *Reim.* quasi Deus rogaret *Iobum*, *num ipse efficere possit*, *vt Aurora aeque ac Benedictio*, *et felicitas*, *tantum probis exoriretur*; *improbi autem per eam dispellerentur*, *et disperderentur? Deo quidem constitutum manere*, *solem suum oriri facere*, *super malos aeque ac bonos*. Non patitur *vs.* 15. nec *Imaginis sublimior virtus*, quae haud dubie *Lucem diei* pingit velut *Dei Ministram*, cui *demandata* sit

ram *esse:* assignasti luci matutinae locum suum? *vs.* 13. Vt apprehendas alas terrae, et excutiantur improbi ex illa. *vs.* 14. Conuertat se *illa* vt lutum sigilli; et *illae* sistant semet

prouincia illa *Alas terrae* quotidie *arripiendae*, ad *improbos inde*, tanquam sordes, et puluerem, *excutiendos;* et *opera tenebrarum, cum Lucifugis illis, confundenda, ac dissipanda.* Habes aliquid multo sensu, et lumine, foetum. 1. inculcatur, *Lucem* esse *inimicam tenebrarum*, et *improbitatis*, *tenebras captare*, sibique circumdare, *solitae.* 2. *Improbos exortu lucis fugari* quasi, *compesci*, *a multisque sceleribus deterreri;* quin illuc *adigi*, vt *virtutis*, et *honestatis, laruam*, *de die induant*, *operibus tenebrarum* sub oculo Solis *vacare non sustinentes.* Certo sine verum: nam in luce *Personati* fere ambulant *mortales*, et diceres vbi hominum *Ciuilem* illam *vitam* contempleris de die, (a faece, et sentina ciuitatis, si discesseris) *probitatem* neutiquam terras reliquisse. Est indicium manifestissimum Numinis orbem iudicaturi, et improbitatem omnem confusuri. Ergo 3. in *Aurorae stato* illo *exortu*, est *specimen*, et *pignus* simul, illius *magnae aurorae*, quae *diem beatae immortalitatis auspicabitur.* Illius *Lux* omnes in perpetuum *tenebras* fugabit, atque *alas terrae apprehendens, vltimo iudicio, Improbos et improbitatem inde excutiet; ad Orcumque amandabit.* Caue credas *Allegoricos* esse *lusus:* in media materia versamur; et *Emblematis* nostri *naturam*, *amplitudinemque* pandimus; qua omissa ne *Literae* quidem satisfactum foret. [Artissime coniunctus est hic vs. cum praeced. et, ni fallor, sensus hic: *vt iam terrae extremitates prehendere cupias, omnesque improbos simul atque semel ex ea excutere* atque *disperdere.* Existimem Auctorem huius orationis his verbis respondere voluisse ad supra memoratas *Iobi* querelas de secunda improborum fortuna. *Vog.*]

vs. 14. Magna cum cura contuli atque examinari varios Interpretum hunc vs. explicandi conatus, sed ex iis omnibus sensum huius vs. expiscari non valuisse confiteor. Aliquid tamen ad *Aenigmatis* huius *intelligentiam* conferre conabor. Obseruo itaque 1. *Lutum* طـيـن appellari ab *Arabibus* omnem *materiam lentam*, *sequacem*, *tenacem;* nec aliud iis vsitatius vocabulum, quo *ceram sigillarem* exprimant; quod ab officio חתם خـتـم dictum, in *Camuso* declaratur *Lutum quo quid obsignatur*, חותם *autem*, *id quo Lutum imprimitur.* Nempe *sigillum ipsum*, siue *annulus sigillatorius:* qui et hic 2. per חותם haud dubie intelligendus, vt *Gen.* 38, 18. et alibi. Ergo 3. locus non est *terrae figulinae*, cum *figuris*, *formisque* ei inditis, quo *Calvin. Iun. Szatmar.* tendunt. Sed omnino tenenda 4. *cera sigillaris.* Et quidem 5. quatenus ea ad omnem *formam*, et *impressionem*, *facilis.* Quin et 6. *delebilis*, simulque *apta ad nouum characterem* recipiendum. Hoc verbo התחפך 7. signanter quoque expressum; nam *conuertens se cera*, non simpliciter esse potest *deleta;* sed *nouam faciem induens*, siue in *bonum;* siue in *malum*, quod hactenus anceps. Satis euidens

euidens 8. illud תתהפך redire ad *terram:* tum ratione constructionis, hoc suo iure poscentis; tum respectu *materiae* id ipsum inuitantis. Et quidem 9. ad *terram vnde impii excussi*, vel *excutiendi*, vt in fine *vs.* praec. vidimus. Hinc 10. elucescit, *conuersionem* hanc *in bonum* inclinare, quod *terra* quamdiu *ab impiis tenetur*, quodammodo *deformata*, iis *deletis*, Deo *dignam faciem* videatur recuperare. Ad has structuras iam aliquid lucis adfulgere incipit: quam si posterioris Coli accuratior excussio auxerit, *auroram* ex hisce tenebris spero emicaturam. Notetur ergo 1. vt תתהפך ad *Terram*, ita יתיצבו ad בקר *Auroram*, et שחר *Diluculum*, sese referre; quae *vs.* praec. *Terrae oras prensabant, ad improbos inde excutiendos.* His 2. apprime conuenit *fistunt se, in statione, in grada, in ornatu decenti*, quam vim התיצב exerere solet. Vide *Prov.* 22, 29. *Zach.* 6, 5: *Ier.* 46, 4. etc. Recinit pulchre ad id, quod *vs.* 12. praemonui, nesciens tamen quid inde lucis hic mihi accessurum esset, *Auroram* et *Diluculum* induci vt *Famulas Omnipotentis*, quotidie *stationem* suam obeuntes. *Ornatum magnificum* quoque verbo subesse, ex *Ps.* 45, 10. senties. Iure ergo infero 3. כמו לבוש *instar vestimenti*, vel vt in *vestimento*, pertinere ad *splendorem, pompam, decus;* quale in לבוש מלכות *Est.* 6, 8. *vestis regni, regalis;* quae mox absolute הלבוש *vs.* 9. 10. 11. Adde 8, 16. et *Esai.* 63, 1. הדור בלבושו *Magnificus vestitu.* Verbum לבש *vestire*, splendide quoque productum *Ps.* 104, 1. 2. vbi Deus *Maiestate et decore vestitus, Lucem* pro *paludamento amiciuisse* dicitur. Par itaque, et verum, vt *Ministrae* Numinis, *Aurora* et *diluculum, sese fistant* כמו לבוש; vbi 4. subdubium, sitne, *tanquam in vestimento*, quod *Cocc.* alio licet sensu, vult: an quod Doct. *Belg. instar vestimenti.* Vtrumque pulchrum, et plenum: nam *Lux* et *vestita regaliter*, ipsa, et *magnifice* omnia *vestit.* Difficilis optio. Prius cumulatius putem. Ad יתיצבו *fistunt se* suauius quoque accommodatur.

Ibid. Quae adhuc discussimus, ostendunt satis, qua via *veritas* hinc eruenda sit: necdum tamen *sensum loci* peruium, liquidumque, praestant. Is ad *amplitudinem vs.* praec. exhibitam rotundandus; si non aliis solum, sed et mihimet, satisfacere velim. Non despero successum; nam vtrumque membrum ad tria illa se praebet, quae ibidem enotaui. Quod ad prius, *Terra se* in nouam faciem *vt lutum sigilli conuertit*, illucescente Aurora; 1. *quum tenebris*, quas natura horret, quaeque pulchritudinem eius dehonestant quasi, *fugatis, suum recuperat decus*, et splendidum quid, Magnoque creatore dignum, denuo induit. Addo 2. quum *improbitate* per lucem *vtcumque conterrita*, et *compressa*, ne tam effuse, et licenter, *operibus tenebrarum* indulgeatur *de die*, quam quidem *de nocte, honestior*, vt sic dicam, *facies, terris redditur*, et *probi*, si non esse, *videri* saltem cupiunt longe plurimi mortales. Hoc vt indicio est, Deum Iudicem, vindicemque, rebus humanis praesidere; ita 3. *specimen* praebet, et *pignus maximae* illius *conuersionis*, qua *lutum* hoc *sigillare* Omnipotentis pleniſſime *vindicabitur a seruitute peccati*, et *foedis* veluti *vestigiis*, quae grassans, regnans-

semet tanquam vestimentum. *vs.* 15. Et prohibeatur ab improbis lux eorum; brachiumque celsum confringatur. *vs.* 16.

gnansque, improbitas ei impressit. *Aurora immortalitatis* nempe, erasis, exustisque, omnibus his labibus, secum vehet *nouos coelos, nouamque Terram, in qua Iustitia habitatura.* In altero colo illustrando haec tria quoque conueniunt; *Et illae*, Aurora, ac Lux matutina, *sistunt se tanquam* in *vestimento.* Iterum 1. *quum in stationibus* suis *paratae*, velut Famulae Omnipotentis, *lucidissimo amictu*, quo procedunt, *inimicas* terris *tenebras dissipant*, delentque. *Inimicas* dico, non stricte, sed pro scopo, quatenus *pulchritudinem mundi sepeliunt*, et simul *sepulto pudore, improbitati audaciam addunt.* Ergo item 2. quum *Iubar* suum, ex quo Diuinum quid relucet, *ostentantes*, et *oculis* improborum *ingerentes*, vel *inuitis pudorem, metumque*, peccandi, *incutiunt:* atque eatenus orbem terrarum, in speluncam omnis horroris, ac confusionis, inuerti non sinunt. Cumulatissime 3. omnia haec praestabunt *Aurora* et *Lux seculi venturi*, quando *e terra excussis improbis vicissitudines diei* et *noctis* cessabunt, atque *Aeternitatis dies* ille, qui occasum nescit, *coelum terrasque innouabit.* Si roges quomodo? respondere liceat חותם *sigillum* Numinis *huic statui impressum*, quod temerare nefas.

vs. 15. In verbis lucidissimis, cohaerentia haud liquida sane. Clar. *Cocc.* in priori colo celsa figura vtitur, quasi *sua Lux ab improbis* diceretur *prohiberi*, quod *Aurora tenebras discutiat*, quae sunt *Lux illorum, qui vt ferae, et noctuae, diem reformidant Iob.* 24, 17. 20. 21. *Hebr.* 6, 6. 2 *Petr.* 2, 20. 21. Id alterius generis. Posterius colon sic explanat, *Audacius, impudentiusque*, *et* manu, *quod dicitur*, elata, *peccantes coërcentur per Magistratus, et Iudicia, quae primo mane celebrabantur.* Subiungit: *Ergo in his significatur magnum opus prouidentiae, quod non patitur discrimen iusti et honesti, iniusti et foedi, exolescere* etc. *Refutatur autem hisce, quod Iobus dixerat*, Deum consilio improborum adfulgere: *nam ipsa* Lux (φυσικη) *improbos* luce sua *priuat. Nonne igitur Deus, quoties oriri facit solem suum super bonos et malos, et illos quidem ad* honesta *excitat, hos autem* reos agit *coram conscientia, et coram hominibus, satis ostendit se deligere Iustitiam, et odisse improbitatem?* Concludit: *quod si aliquid videtur latere, nonne ex hac quotidiana* lucis *reuersione constat*, instare Diem, *qui omnia occulta sit reuelaturus?* Prioris membri venustum illud acumen reperio etiam apud *Castal.* qui *impiorum lucem nunc appellari* ait *noctem, quod diem pro nocte, et noctem pro die habeant Lucifugi: quorum sublimes lacerti ideo frangi* dicantur, *quod tunc vires et audaciam amittant* etc. Ex *Caietano* quoque adduxit *de Pined.* quamuis *subtilius*, et *argutius*, iudicet: q. d. *Cum lucem mundo Deus adfert, improborum lucem* i. e. *tenebras aufert, atque ita illorum vires comprimit, et debilitat.* Vehementer adblanditur; et si simplici sensu defungi esset heic loci, palmam *Oxymoro*

vſ. 16. Num veniſti vsque ad ſalebroſa maris; et in penitiſſimo Abyſſi ambulaſti? *vſ.* 17. Num reuelatae tibi portae

moro deferre vix dubitarem, quod *Capiti* 24, 17. egregie reſponderet. Videbimus tamen, quid pro *ſublimiore aſpectu* iam afferri poſſit. Non dubium 1. quin רשעים ſint *improbi* in genere. 2. *Prohibitio lucis* cum *exortu Aurorae* eſt connectenda. 3. אורם *Lumen eorum*, ad *Improbos* referri poſſe, haud negem. Sed 4. magna eſt ratio ſuſpicandi, ad בקר et שחר *Auroram* et *diluculum* redire illud adfixum; quippe quae proxime *in ſtationibus ſuis ſplendido amictu ornata* comparuerint. Duplex hinc via explicationis tenditur. Primo, ſi אורם *lux eorum* ad *improbos* pertineat, ſequendum ducerem *grande* illud *Oxymorum*, quod modo laudaui: ita *triplici* ratione euolutum. 1. *Aurora noctem* et *tenebras* fugans, *ſuam* improbis *lucem eripit;* eorumque *brachium* in facinora *audax*, et *erectum, debilitat*, quo minus *graſſari*, et *ſcelera* ſua *perpetrare*, ſuſtineant. 2. Hae *Famulae* praeluſtres *Numinis*, *vigili* ſemper *oculo* orbem *inſpectantis*, non ſinunt quoque *Improbos* hac in vita *puro* et *liquido gaudio frui*, ſed eos *lucidis* ſuis *radiis*, ac *telis*, ſaepe intus feriunt, conſcientiam expergefacientes, et venturi tandem Iudicis anticipata praeſenſione conterrentes. Dixerim breuius: *Lux radians diei Lucifugis terrorem incutit*, *extus* ſimul, et *intus*. Hoc triſte augurium, per quod pectora eorum quotidie dicuntur, *Nouiſſimo* illo *Die* 3. complebitur, et cum omni mole vindictae Diuinae in eos ingruet, omnibus *tenebris*, quibus ſe *improbitas* texerat, *diſſipatis*, vt aeterna confuſione obruatur. Haec ſunt, quae ſupra dicebam me tentaturum: argutiora illa quidem, ne quid diffitear, ſed a grauitate Loci huius non aliena. Secundo, ſi *Adfixum* ad *Auroram* et *Diluculum* reducatur, perquam grauis, et iucundus, ſenſus enitebit. Nam *Lux matutina improbis ſemet ſubducens*, et ab ipſis *conſpici ſe haud patiens*, dum *apprehenſis terrae oris male fauſtam*, et Deo exoſam, *ſobolem* inde *excutit*, referri poteſt 1. ad *terrorem Lucifugis iniectum*, ita vt *Lucem* ſuſpicere *laeto vultu* haud ſuſtineant, ſed contra eam reformident. 2. Quum *ſub oculo ſolis improbitas* γυμνῇ τῇ κεφαλῇ *graſſari*, ſeque *in opera tenebrarum effundere*, non audeat, ſed Laruam *probitatis*, et *honeſtatis ciuilis*, *induere* cogatur; an non eo ipſo *Aurora*, et *Diluculum*, *iubar* ſuum *opponunt* quaſi *improbis*, ſeque *eorum vſui*, *miniſterioque*, ſuam *Lucem* quotidie *promere*, et *praeferre*, diſerte negant quaſi: teſtanturque, *Lucis* tantum et *Diei filiis vſuram* illam *Diuinitus deſtinari?* Idem hocce 3. illuſtriſſime confirmatum dabit *Nouiſſimus* ille *Dies* quando ad *Auroram glorioſae immortalitatis* Filiorum lucis, *Filii Noctis* et *tenebrarum* in *Tenebras exteriores* expellentur, atque *omni Luce naturae*, aeque atque *gratiae*, ac *gloriae*, priuabuntur. Magnitudo Loquentis, et excellentia figurarum, haec ſuggeſſerunt; in quibus anſam porrectam ſpero vlteriori veritatis perueſtigationi.

vſ. 16. E *Coelo* deſcenditur ad ima

portae mortis? et portas vmbrae mortis vides? *vſ.* 18. Intelligis vsque ad latitudines terrae? indica, ſi noſti vniuerſita-

ima *marium*, et *terrarum*; vt cum *ſublimitate inacceſſa operum* Dei, eorundem *imperueſtigabilis profunditas* ſacro cum horrore perſentiſcatur. Nodum nectit נבכי, quod *Vulgat. profunda maris* reddidit, ſenſo duce. LXX. πηγὴν θαλάσσης quod veriſimilius Lectione altera, quae γῆν offert. In *Comm. Hieron.* id eſt *Philipp.* hi *fontes maris* trahuntur ad *fluxum*, et *refluxum*, qui tanquam ex *ſcaturigine* ſtatas vices obeant. Clar. *Guſſ.* quum a נבכה tentaſſet *Fundum maris*, quod ibi *Limus, alga, plantaeque aliae, e quibus, ſi premerentur, guttae lacrymis ſimiles exirent:* ad בוך tandem, inuita *Analogia*, accedit, quaſi notarentur *imi fundi partes perplexae, et anguloſae, ſub rupium radicibus.* Perplexa virorum Doctorum conſilia me olim compulere ad *Arabum* نبك *Collis acuto vertice*, qui *Scopulis* deſignandis aptus natus. Magis percipias ex *Camuſo. Collis acuto capite dicitur* נבך; *itemque terra in qua accliuitas et decliuitas: item colliculus omnis. Verbum in* 8. *eleuatum eſſe notat: nec non implicitum haerere malo; vel malis conſiliis, ſtudiisque; deditum eſſe.* Hinc coniectura fert, נבך et בוך eſſe *Synonyma*, principemque vim vtriusque *Thematis* in *implicito, perplexo*, et *ſalebroſo*, figendam. *Scopuloſa* et *ſalebroſa maris* aprime hic quadrare nemo negabit. Cl. *Mich.* et *Reim.* aliique calculum adiicere non dubitarunt. Quae hic Viri Docti circa connexionem attulere, *concordem* vocare debeo *diſcordiam*, quod omnes illuc neceſſe ſit recurrant, *ei qui cum Deo diſputare vult, ſeque eo Iuſtiorem ferre, Vniuerſitatem rerum debere eſſe explorati ſſimam;* atque *immenſitate* quadam *ſcientiae*, et *potentiae, comprehenſam.*

vſ. 17. Ad *profundiores* adhuc, et *horridiores, tenebras, Regionem infimam Mortis*, ſubſiditur. *Portae Mortis*, et *Oſtia vmbrae mortis* comprehendunt *Regionem* ſimul, et *Ditionem, Mortis, qua late vtraque ſe fundit, cum omni terrore, quo vel corpora diſſoluit, vel animas in ſtatu diſſolutionis, velut in carcere, continet.* Plura non addo: nam hoc in genere verba nebulam fere offundere ſolent. צלמות *Vmbram mortis*, de *Locis obſcuriſſimis, in centrum* velut *terrae* pertinentibus, habuimus ſupra *Cap.* 28, 3. nec omitti debet *Cap.* 10, 22. Vt ergo *abditas* illas et *profundas ſedes* excludere haud par: ita in iis ſenſum loci terminare iniquum: quum latius ſeſe extendat hoc vocabulum, et geminata formula *Portarum Mortis, et vmbrae mortis*, eam amplitudinem exigat, quam poſuimus. Bona obſeruatio Eleg. *Crinſozii*, *Eum qui Deo litem mouet circa prouidentiam, claras de ſtatu mortuorum ideas ante ſibi comparare debere.* Sed *Oeconomiam mundi inuiſibilis ignotam* fuiſſe Noſtro, eo ſenſu, quo ad *vſ.* 2. ſubinnuebat Vir Doctus, hinc concludere haud licet: nam in omnibus hiſce interrogationibus non agitur de *cognitione fidei:* ne *naturali* quidem, quae *cauſas ſecundas* indagat: ſed illam

quae

uersitatem eius. *vs.* 19. Ecquaenam via, *vbi* habitat lux? et caligo, ecquisnam locus eius? *vs.* 20. Vt capias

quae ad *causas primas* adscendit, et *Arbitrum* efficit *Dominumque* vniuersi.

vs. 18. Lentis passibus *Natura rerum* circumambulatur, atque *Orbis terrae* quam *latus*, et *spatiosus* sit, rogatur. Bene Erud. *de Pined.* obseruauit *Latitudinem terrae* ex vsu Linguae notare *amplitudinem* et *ambitum*. Res indubitata, ex formula ארץ רחבת ידים *Terra lata manibus*, i. e. *spatiosissima, quaquauersum patens. Gen.* 34, 21. *Esai.* 22, 18. De *vrbe* item, *Neh.* 7, 4. de *fluuio*, *Esai.* 33, 21. de *mari Ps.* 104, 25. Insignite *Hab.* 1, 4. מרחבי ארץ cum *latitudine locorum*, inferunt, *commoditatem*, et *bonarum rerum vbertatem*. Clar. *Cocc.* dedit: *Non hoc rogat, an norit, confuse et coniecturaliter, more Geographorum; sed an habeat scientiam distinctam, certam, praesentem, ac disponentem rei gerendae; qualis est Oeconomi, omnem rem familiarem obeuntis, et coram curantis: qualem scientiam postulat prouidentia.* Solide Clar. *Schmid. Terminos latitudinum* maluit, quam *spatia terrae latissima*, quod de *longinquis* et *remotis* interrogetur. Haec verum discrimen non faciunt: quando *terrae ambitum* et *extremos fines* includat necesse est qui *omnia* eius *spatia* amplectitur. *Terminos* magis elicerem ex particula עד *vsque;* in qua praecisio est notanda, nam *intelligisne vsque ad latitudines terrae?* sic resoluendum, *Intelligisne terram, quo vsque ea late exporrecta iacet?* Caue arguteris. Est sermo humanus; in quo tricari haud aequum. Sequens כלה *totam eam*, vel *vniuersitatem eius*, omnino ad *terram* redit. *Totum istud* ad antecedentia relatum; quod *Pisc.* aliique volebant; vel et *omne*, ad *omniscientiam* extensum, quo *Schmidius;* non adeo placent. Rogat Vir Doctus, *quid prohibeat vocem tam late, quam potest, accipi?* Nihil: sed iam sic *non potest;* quia Linguae genius haud permittit: quamuis rem ipsam admittam; *Eum qui cum Deo contendere velit, Omniscientiam secum adferre debere.* Illud et haec, et reliquae Interrogationes, manifesto inculcant.

vs. 19. Arridet quod Doct. *Belg.* habent de *sedibus Lucis*, et *Tenebrarum*, *quas* in Natura rerum *obtinent*, et vnde ad iussi Numinis praesto sint. Quaestione sic posita, et concepta, nihil simplicius simul, simul sublimius. In principio Mosaico potentissima resonat vox, *Fiat Lux, et facta est Lux.* Est illustrissimum specimen *Omnipotentiae*, et *Vniuersitatis* quasi *Anima*. Sed vbinam ישכן *habitat, tentorium fixit;* σκηνάτω, et *principem* occupat *sedem*, vt inde incredibili celeritate, ὥσε νοήμα, per immensum mundi ambitum se diffundat, atque diuergendo, sese refringendo, conuergendo, aliisque miraculis motuum, omni momento vim suam exerat, exerceatque? In *sole*, inquis, *habitat* hoc sensu *Lux*, nec *Quaestio* tam clara hic poni debuit. Itane tam clara? An ergo nulla *Lux* extra *solem?* Quid si *Sol* tantum sit *Moderator*, et *Director*, *Lucis*, ac *materiae igneae*, *per vniuersum* hoc, *semper*, et *vbique*, aequa-

pias illam ad terminum suum; et vt distinguas vias domus eius. *vs.* 21. Nosti; quod tunc natus sis; et numerus dierum

aequabiliter *expansae*; omniaque implentis, omnia moventis, omnia animantis? Eo admisso, quo Summus *Boerhavius* inclinat in *Elem. Chem.* p. 252. rogo, *vbinam habitat*, et *tentorium tenet Lux?* vel potius *Quaenam via*, *vbi habitat?* Signanter *via*, quod perpetua vigens mobilitate, *recta* semper *itinera* servet, *rectisque lineis* omnem in partem pergat, miraculosissima, et pulcherrima rerum, Lux. Audaciuscule dicam, *Habitat inter Tenebras*, sed *fixo*, et *immoto limite*; vt nec *Lux* in *tenebras* queat *converti*, nec *Tenebrae Lux fieri* possint: Tantum per vices, praesente, vel absente, Sole, inter se concedere tenentur, vt nunc *Lux tenebras fugasse* videatur, nunc *Tenebrae Lucem superasse*. Eadem facies rerum manebit, si *e Sole*, tanquam e fonte perenni, *materiam lucis emanare* statuatur. Manet in vigore Quaestio, *Quaenam illa via qua Lux habitat*, *tentorium* veluti *suum per vniuersitatem* rerum *expandens?* Indica, si potes, *regulas motus*, quibus *Elementum* illud omnium *subtilissimum*, *simplicissimum mobilissimum*, *vividissimum*, vno momento *Coelum* et *Terras* percurrat, atque perlustret, absque vt a *recta*, quam tenere debet, *via* sese deflectat, vel *Atomus*. Habes interrogationem, simplicem quidem illam, sed quae simul omnem humanam aciem infinitum quantum transcendat. Ad *vs.* seq. plura. [Vtrumque אירה in Cod. *Berolin.* vt vnica vox scriptum. *Vog.*]

vs. 20. Cl. *Schmid.* ad *Tenebras* adfixum vtrumqe refert: *Quando accipies eas* eductus *ad terminum vsque suum? et quando intelligere facies eas semitas domus earum!* Addit tamen, *paritatem rerum facile docere idem de* Luce *intelligendum*. Multum in his boni: nec spemo quod תבין *transitiue* sumserit. Non satis mollis tamen connexio per *Quando*. Nec refugi adeo debuisset distributio *suffixorum*, per *vnumquodque*. Eam Doct. *Belg.* amplexi, *Diei et Noctis vices alternas* spectantes; *vt deduceres eam* lucem, vel caliginem, *ad terminum suum; vtque intelligeres semitas domus eius*. Incidit arguriusculum quid, Optimis tamen scriptoribus vsitatum, vt pronomina ordine retrogrado applicentur, hoc pacto: *vt hanc* חשך, caliginem horridam, *capias ad suum terminum*; quem tenere cogatur: *Et vt distincte indices*, vel *notes*, *itinera Domus illius* Lucis. In complexu tamen non male etiam exibit, *vt* tum *hanc*, tum *illam*, *capias ad suum terminum*, finem praestitutum obseruare cogas: atque *distincte intelligere facias*, vel *signes*, *notes*, *indices*, *itinera Domus cuiusque earum*. Ex Hypothesi superius iacta subsumo nunc, *Lucem* et *Tenebras* pingi vt *duas Vicinas*, prout sunt; quibus tamen *suus ita depactus* sit *terminus*, vt *eum* hinc et hinc *egredi* nequeant: sua *assignata*, et *distincte notata Domus*, intra cuius נחיבות *vias stratas* quasi, ad *regulam* constantissimam *motus* accuratissime coërceantur. Magna ingenia, quibus Naturae penetralia introspicere datum, altius haec eruent: atque clariore in die locabunt.

vs. 21.

rum tuorum multorum *exiſtat.* *vſ.* 22. An veniſti ad Theſauros niuis: et Theſauros grandinis vidiſti? *vſ.* 23. Quos comparſi in tempus arcti: in diem congreſſus et praelii.

vſ. 21. *Vatabl. Angl. Patric.* cum *interrog. Ironica: Noſtine* haec, *quandoquidem tunc natus fuiſti, et annoſiſſimus es?* Aderas ſcilicet in creatione, et *Naturam rerum* intime perſpexiſti! Venuſtus, grauis, dignus ſenſus, cum *vſ.* 5. pulchre concinens. Eum Doct. *Belg.* cumulatiorem adhuc dedere, *adfirmatione Ironica* adſcita: *Enimuero nouiſti; nam tunc natus eras; et anni tui multi numero.* Minus tamen placet ſtructura illa membri poſtremi, ex *Iun.* et *Trem.* tranſſumta: quippe quam genius Linguae abnuat. Omnino *Ironia* 1. abeſſe nequit niſi frigus inducere velimus in Orationem ardentiſſimam. 2. *Noſti*, ſine *interrogatione*, aſſeueranter, ſonantius, magisque pungens. 3. מאז *A tunc*, directe, *inde ab aeterno, ante iacta mundi fundamenta;* ſummae *Sapientiae* videlicet aequalis: *Prov.* 8, 22. *Pſ.* 93, 2. Tandem 4. מספר שניך רבים *Numerus annorum tuorum multus eſt*, habet, quo ſe tueatur: vt קשת גבורים חתים *Arcus fortium fractorum*, pro *fractus*, nempe, et ſimilia. Sed plenius forte fuerit, *Et numerus* eſt *annorum tuorum multorum.* Eſt tibi *numeroſiſſima longorum* infinitorumque *annorum ſeries.* Redi ad *Cap.* 36, 26. [Pro ירעתי *Gr. Al.* legiſſe videtur ירעתי. *Vog.*]

vſ. 22. Non de *Cauſis ſecundis* quaeri in omnibus hiſce, ſed de *virtute*, et *ratione*, qua *mirabilia Naturae* cum formentur, tum adminiſtrentur, etiam hinc euidentiſſime liquet. *Theſauros* poſitos pro *Apothecis promtuariisque*, in quibus *immenſa* quaedam *vis niuis, grandinisque*, quaſi *congeſta*, et *conſtipata*, ad eam, vbi lubet, effundendam, quiuis ſentit. Neminem quoque fugit, eſſe *Figuram ſublimiorem*, qua inſinuetur, eas *cellas* in *Naturae profundiſſimo ſinu abditas* quaſi, ſolo nutu Omnipotentis *aperiri, claudique.* Nimis preſſum, quod *Theſauros* de *Nubibus* explicent nonnulli, de *Vaporibus*, ac *materia nubium* alii; alii de *aëris immenſa vaſtitate.* Cl. *Schmid.* addit *Originem ex Nihilo.* Res ipſa dictat, *Theſauros* hoſce, non alios eſſe, quam *Certos concurſus fluidorum in Atmoſphaera corporum;* quae *certo gradu frigoris* vel in *floccos niueos*, vel in *globos grandineos*, concreſcunt etc. Sed heus! ne vltra crepidam!

vſ. 23. Parua ſaepe res nebulam offundit. *Mercerus* אשר ad *Theſauros* recte referens, ita pergebat, *Quos prohibui* i. e. *recondidi, ad tempus adflictionis*, vel et, *aduerſarii:* etc. Ad *niuem*, et *grandinem*, reducendum potius cenſuit *Schmid.* hac ratione, *quod ſi Theſauri ſint ipſa potentia ex ſe producens meteora haec, non commode dicantur cohiberi*, ſiue *recondi.* Fateor: ſed eo ipſo agnoſcere eſt, *Theſauros* illos figurare quod poſuimus: et *niuem grandinemque*, ſi eas ſubaudire malis, non ſine illis *Cellis ſuis* poſſe concipi, Emblematis ratio ſatis arguit. Ad vtrumque ergo redit חשך; quod *Cocc.* eleganter reuocat ad vim *Comparcendi:* adiiciens; *Quia nix non*

praelii. *vſ.* 24. Ecquaenam via, qua ſe diuidit lux? diffundit ſe Eurus ſuper terram? *vſ.* 25. Quis diuiſit imbri inun-

quouis tempore anni cadit, vt nec grando; comparſiſſe, et recondidiſſe videtur Niuem *ad tempus* Arcti, *vt obſignentur omnium hominum manus;* grandinem *ad diem* praelii et belli; *vt homines puniat, et hoſtes debellet. Talia Iudiciorum exempla, Exod.* 9, 18. *Ioſ.* 10, 11. Iudicia *autem* Bella Dei *dicuntur.* Valde blanditur illud *Tempus arcti*, in priori colo, de *Hyeme*, et *frigida tempeſtate*, generatim: ſed tunc alterum membrum in aliud genus exit: quum tamen *Hyems* non minus *grandine*, quam *niue, foeta;* nec ſemper *grando* ad *Iudicia* cadat. *Merc.* vnum loci adſpectum daturus, in priori colo tentabat propterea, *ad tempus aduerſarii.* Minus placet. Duplex facies addenda videtur illuſtri Schemati. *In tempus arcti*, primo, *diemque conflictus, et praelii;* quod *Bruma horrida, minax, bellum velut inferens* terrae; *inter ventorum fremitus*, et *niuium, grandinumque, glomeratos nimbos.* Secundo, quod *niue* copioſius fuſa, reuera *angantur*, et tanquam *ex lato in arctum redigantur* mortales: quodque *grando* paulo *grauior, vehementiorque*, nunquam ſine damno, et clade, decidat; *foeda* quoque *ſtrage* nonnunquam edita *ſatorum, iumentorum, hominumque* adeo; quum non *globulos* iactat Coelum, ſed *Lapides glaciales*, ac velut *tormenta*, deuoluit.

vſ. 24. *Iun.* et *Trem.* verterunt: *Quaenam eſt via qua in partes diſſilit Lux, diſpergente Euro ſuper terram?* i. e. *qua ratione fiunt coruſcationes, fulgura, procellae, ventorum concertationes?* Ita Doct. *Tigur. Qua parte lux* fulguris *erumpet, quam ventus Orientalis in terram diſpergit?* Placuit *Deodato, Piſcatori, Druſ. Belg.* etc. qui in extremo malunt, *ſpargit ſe Eurus ſuper terram?* In hunc ſenſum egregia quoque dabit *de Pined.* Non valde commodum quod R. *Leui* attulit de *variante quotidie ortu ſolis;* quaſi קדים eſſet *Oriens*, ſiue *ortus* ipſe *Solis*, veluti *diuiſus*, et *ſpargens ſe* per diuerſas oras. R. *Salomon* ſimiliter קדים *ſolem orientem* interpretatus eſt. Confer *Niewent.* p. 666. Ita fere *Hieron. per quam viam ſpargitur Lux, diuiditur aeſtus ſuper terram?* Clar. *Schmid. Diffuſionem* quoque *Lucis in omnes partes* tenet, *cum ventorum per terram flatibus late ſparſis.* Nempe קדים *ventum Orientalem commemorari* cenſet Vir Doct. *quod prae reliquis ſe diffundat.* Mihi *vſ.* ſequens fauere videtur *Fulguri*, et *vento orientali, procelloſo:* quamuis enim *Lucis expanſio*, et *diuiſio per refractionem;* itemque *ventorum ſparſio*, et *diffuſio, quaquauerſum*, inter *Miracula naturae* principem teneant locum; tamen ſeries illuc non adeo vocare videtur. Ita ergo me hinc trahi ſentio ad *Fulgura*, et *ventos nimboſos;* vt illinc ad *Lucem*, et *flatum* omnem *ventorum*, miraculoſe quaquauerſum ſe *ſpargentes*, et *diuidentes*, retrahar: atque rem ancipitem in medio relinquere cogar; donec certior venerit dies, qui omnem dubitationem dirimere queat. [אירה in *Cod. Berol.* iterum vt vnica vox ſcriptum. *Vog.*]

vſ. 25.

inundanti canalem? et viam fulgetro tonitruorum? *vſ.* 26. Ad pluendum ſuper terram, *vbi* nullus vir: deſertum, in quo nemo homo. *vſ.* 27. Ad ſatiandum vaſtitatem et vaſti-

vſ. 25. Splendida orationis lumina et ornamenta. Nimius nugator R. *Salom.* I. quum שיטפא in *Arabia* ait vſurpari pro *Capillis*, q. d. *ſingulis pilis ſuam foſſulam aſſignatam.* شطفة *Arabibus* longe aliud ſonat, a شطف *Lauit*, quod et شطب, ſub quo *Origo* τοῦ שטף aſſeruata, quae adfert *vndationem vehementem*, quae *ſulcos*, et *tractus*, poſt ſe relinquit. Non placet etiam, II. quod idem Magiſter תעלה *foſſam* cuique *guttae in Nubibus* attribuat; *ne ſi ex vna foſſula plures guttae orirentur, terrarum orbis obrueretur.* Acumen *Rabbinicum.* Abeunt III. a *Figurae* dignitate, qui *Foſſas in terra* concipiunt, *excipiendis imbribus.* Honeſtius, digniusque, quod plurimi IV. reſpiciant ad *Aquae ductus* et *Canales*, *quibus imbres* quaſi *corriuati deducantur in terras*, quae *rigandae* ſint. *Iun.* in notis: *Quis facit, vt procelloſa nubes e coelo exundans, modo huc, modo illuc, erumpat, tanquam a certis aquae ductuum emiſſariis?* Appoſite etiam *Cocc. Ager ex fluminibus, lacubusue, ductis elicibus, et corriuatione aquarum, humana ope ſolet irrigari: ſed quum tota terra aequabiliter humectanda, quis riuos ibi et elices fecit? Quis pluuiae caſtellarius fuit?* Similiter *Merc.* תעלה *tubum*, et *aquae ductum*, explicat de *Canalibus, quibus pluuia in aëre* quaſi *corriuata defluat* etc. Addo ſpeciem ſubeſſe *Oxymori;* nam שטף *exundatio*, tunc locum habet, quum *aqua extra alueum egreſſa, ſine lege fertur.* Sic *imber vehementior ſine lege ferri* videtur, et tamen תעלה *Canali*, et *tubo ſuo*, ſub Dei nutu, manet coërcitus, atque conſtrictus. In בלג alluſum ad *riuulos*, optime etiam a *Merc.* obſeruatum. חדוד *crenatam coruſcationem fulguris* adferre, in *Iuuenil.* monui. Redi ad *Cap.* 28, 26.

vſ. 26. Non omnino extra rem, quod *Merc.* annotauit; *Dei prouidentiam in eo oſtendi, quod etiam pluuiam mittat ſuper loca inculta: culta enim ab hominibus poſſe rigari.* Parum tamen iuuaret *hominum* illa *rigatio*, ſi *riui Coelorum clauſi* manerent. Cl. *Reim.* obſeruat *Epicuraeos* eo impugnaſſe prouidentiam, quod *Imbres* ſaepe caderent, vbi *non prodeſſe; fulmina* vbi *non obeſſe*, ac *nocere* poſſent: cui argutatiunculae nunc occurratur. Videſis *Lucr.* L. 6. A bona manu profecta annotatio; cui ſuus cum reliquis locus concedendus: inculcatur enim nunquam ſine admirabili Sapientia *vtres Coelorum effundi*, atque vel maxime *prouidentiam vniuerſalem* Numinis cuncta ſuſtinentis tum notari poſſe, quum in *ſola*, et *vaſta locorum*, ſeſe exonerant, ad iis quoque *laetam fertilitatem* addendam.

vſ. 27. Magnum beneficium, indiciumque prouidentiae cuncta complexae, preſſius declaratur. שאה ומשאה *Vaſtitas vaſtiſſima* eſt periphraſis *terrae incultae*, et *deſertae;* quam tamen Deus, ſupremus ille Agricola, non abiicit, nec *aeterno*

vastitiem; et ad micare faciendum *eam* scatebram herbae. *vs.* 28. An est pluuiae pater? aut quis genuit guttas roris? *vs.* 29. E ventre cuius exiit glacies? et pruinam coeli, quis

terno squalore exustam iacere patitur; *aridissimas* etiam *arenas* rigans, in *herbaeque tenerae scaturiginem* subito *conuertens*. Id valet רצמיח מוצא דשא, in quo *Ellipsis* nonnihil impediuit. *Schmid.* supplet בה *in ea*, nempe *vastitate; accusandi* casu dans, *exitum herbae*. Mihi commodius videtur, מוצא pro כמוצא, *Ad saturandum vastitatem; et ad faciendum germinare, sicut scaturiginem herbae tenerae*. מוצא hic omnino se refert ad *Fontem*, *scatebram*, *exitum aquarum*. Hinc sublimi figura, *scatebra herbae tenellae* concepta in ipsa *vastitate*, et *siticulosa ariditate desertorum*, vbi Deus eam *largis imbribus exsaturauit*. Ad *restinctionem sitis* traductum verbum שבע *saturauit*, *Amos*. 4, 8. *Prov*. 30, 15. *Esai*. 58, 11. et 66, 11. *Ps*. 107, 9. Licet concisius sic efferas, *Ad saturandum vastitatem; et ad faciendum germinare scatebram herbae tenerae*. Supple אחה *Eam*, et senties, nil grandius vnquam posse figurari.

vs. 28. Paradoxi quid habent Figurae *Patris*, et *Matris*, quae hoc versu, et sequenti, adhibitae, respectu quatuor Meteororum, *pluuiae* et *roris*, quis illis *Genitor*, itemque *glaciei* et *pruinae*, quaenam iis *Genitrix*, e cuius *vtero* prodeant. Ansam figurae praebuisse suspicor veteres formulas *Orientis*, quibus *Pater alicuius rei* appellatur eius *praecipua Origo*: itemque *Mater cuiuscunque rei*, eius *Materia*, aut *causa primigenia*, nomine *Filiorum*, et *Filiarum*, traducto ad *omne* illud *quod* alicunde *produci* censetur. Ita verbi gratia *pluuia* vocatur *Mater fertilitatis*, quatenus *terram foecundat*, eademque, quatenus *e nubibus* proxime *nasci* videtur, salutatur *Filia Nubium*. Apparet genus: quod latius exequi haud necesse. Sensus hinc talis enitescit. *Considera mihi vel protrita illa, et quae omnibus exploratissima habentur, pluuiam, rorem, glaciem, pruinam, quem illis patrem, quam matrem assignas?* Percurre omnes causas secundas, vnde haec *Meteora gigni* aiunt Philosophi, et senties te *proximam Originem* vel vnius *guttulae* non posse indicare. Res certa, et euidens, quam enucleabunt, qui *sinum Naturae rimando* sentiunt, se quo longius in causarum secundarum vestigationem procedunt, eo clarius conuinci de *Infinitate Operum Dei*, quae vel in *guttula* admirabiliter relucet.

vs. 29. Ambigit Doct. *Merc.* ad בטן, *ventremne Genitricis* nunc designet, an *Genitoris?* Item ילדו *Genuit eam*, sitne *Patris*, an *Matris*; quod verbum hoc in *Kal* de *viro* et de *muliere* ex aequo veniat. Videtur illuc inclinare, vt בטן sit *Matris*, et ילד *Patris*, quod alias ילדתו dicendum fuisset; sub *masculo* tamen *vtrumque genus* comprendi posse concedens. Addit הוליד in *Hiph. generauit* tantum de *Viro* dici. Fallitur; et הוליד de *Matre* pleno iure vsurpatur: ac proinde Cola sic rotundius exibunt,

vs

quis peperit eam? *vſ.* 30. Tanquam lapide aquae ſemet occultant: et facies Abyſſi vinculis ſemet conſtringunt. *vſ.* 31. An religabis amoenitates ſideris calidi? et *vincula* trahen-

vt *vſ.* 28. prius *Patrem*, poſterius *Matrem* ſignet: itemque hoc *vſ.* prius *Genitorem*, cui בטן *Venter* datur *Iob.* 19, 17. et alibi; poſterius *Genitricem*. Si totum verſum praec. ad *Patrem*, hunc autem ad *Matrem* referre quis malit, Lingua haud inuita faciet. Poteris et ſic, ordine ſatis iucundo, *Eſtne pluuiae Pater? et guttis roris quaenam Mater? E cuius vtero Genitricis exiit glacies? et pruinae Coelorum quis genitor?* Prius ſimpliciſſimum. Inquirere cur *Pater* potius in hoc, *Mater* in illo membro, adhibeatur, eſſet ſibi ipſi torturam admouere.

vſ. 30. Miraculum *frigoris*, *aquam in lapidem, rigidumque* velut *marmor*, *adſtringentis*, preſſius adhuc vrgetur. Illuſtres Figurae. In priori, *Tanquam lapide ſemet occultant*, alluſum ſuſpicor ad *Originem* Thematis חבא, *Latuit ſub vaſe opertorio*. Nempe *Aquae in Lapidem duratae*, *ſemet ſub glacie*, *eiusque cruſta marmorea*, *recondunt*. Speciatim vſurpant *Arabes* in *igne ſub teſta condito*, et *ſopito*. An et ſic *Glacies Lapidea* figuratur vt *ſopiens*, atque *extinguens*, *igneam* illam *mobilitatem*, quae aquas praeſtat fluidas? Acutius, quam verius, crederem: attamen ſubmonendum duxi, quid indoles Linguae miniſtret. In poſteriori parte Doct. *Merc.* פני *faciem* notare putat *ſuperficiem*, *extremitatem*, *partem extremam*: quaſi ſenſus eſſet, *vel in magna aquarum voragine*, *quam nunquam credidiſſes gelu concretum iri*, *ſaltem ſupernas et extimas partes concreſcere*. Id minuit ex parte, quod omni modo exaggerandum potius. Cumulatius, grandiusque, *tota ſuperficies Abyſſi conſtringitur*, nempe *vinculis glacialibus*. Etiam *vaſta maria*, *qua late ſe fundunt*, *velut ſub frigore vincta attinentur*. Confer *Cap.* 37, 10. Adde *Pſ.* 147, 17. משליך קרחו כפתים *Mittens glaciem ſuam vt fruſta*; ſic vulgo; a פתח: malim a כפת كفت *Ligauit*, vt *Glacies* dicatur *Ligamina*, et *vincula rigidiſſima*; *iniicere*. Iſto colore *Sen. Troad.* 624.

Torpetque vinctus frigido ſanguis gelu.

Item *Amm. Marc.* 17, 2. *Amnes gelu vincti.* etc.

vſ. 31. Quod ad voces *Chima*, et *Cheſil* redi ad *Cap.* 9, 9. Oſtenſum ibi, prius veriſimiliter ſignare *ſidera caloris*, *veris et aeſtatis praenuncia*: poſterius, *ſidera brumale frigus ferentia*. Satis commoda ergo tranſitio a *pluuia* et *rore*, *caloris comitibus*; item, a *pruina*, et *glacie*, *frigoris ſociis*; ad *ſidera tempeſtatibus mouendis*, et *mutandis*, *praepoſita*. Apparet quoque, nil opportunius, quam מעדנות *Amoenitates*, ad *verni temporis delicias* referri; et מושכות *trahentia*, nempe *vincula*, ad *temporis brumalis rigorem illum* omnia *conſtringentem*. Placet elegans *Cocceii* ſumma; *Tune vernam apertionem terrae conſtringis rurſus frigore hyberno? et hyemis conſtrictionem verno tempore reſoluis?* In hac explanatione habes *ſublimi* et *conciſa breuitate* totius *Anni* perio-

trahentia sideris torpidi resolues? *vs.* 32. An educes Zodiacum in tempore suo? et Circitorem vna cum Filiis suis, deduces eos? *vs.* 33. An nosti statuta coeli? num dispo-

dum naturalem, cum mutationibus quas secum vehit: rogaturque hoc adspectu Noster, an ipse *orbem Anni temperet, atque conuoluat cum vicibus caloris*, et *frigoris, ei annexis?* [Pro משכות exstitit olim in *Cod. Berol.* משבות. *Vog.*]

vs. 32. Voces *Mazzaroth* et *Aiisch* bono iudicio prudentes Interpretes retinere maluerunt, in versione, quam incertum quid pro certo venditare. Prius generale nomen *siderum* facit *Cocc.* a גדר *Corona* in *Lexico:* vel et a גדל *Signa Zodiaci.* Huc *Chald.* tendit; notandumque *Orbem signiferum* vocitari a *Rabbinis* גלגל המזלות ex 2 *Reg.* 23, 5. Idem tenet *Codurc.* a גדר *corona* veriloquio ducto, quod *Zodiaci signa*, quasi *corona*, vel *zona*, totum *Coelum cingant.* Mihi haec explicatio prae ceteris maxime arridet; saltem ei in versione locum prae reliquis concedendum duxi, quod pro serie, et materie simul, reliqua omnia eidem concedant. Phrasis vniuersa huc aurigatur; et nihil opportunius, quam in *Circulo Anni*, eiusque *temporum, metiendo, signandoque, Zodiacum* memorari. Ad *Aysch* עיש *cum filiis suis*, confer quae supra iam ad *Cap.* 9, 9. monuimus, vbi rem eo iam adduxisse videmur, vt in עיש vel *Circitorem*, vel *Circationem nocturnam*, cum aliqua specie offerre possimus. *Circationem* nunc dico, quia forma *substant.* עיש istam notionem inuitat; prout *part.* עש ad *Circitoris* vim magis vocat. Vtraque appellatio aptissima, non tam *Polo Arctoo* cum *suis* sibi *filiis, metuentibus aequore tingi*; quam quidem *Hemisphaerio Boreali*, seu *Polo* nostro *sidereo vniuerso.* Certe verbum תנחה *duces, minabis*, velut *gregem*, iucundam sistit imaginem *omnium siderum, in spatiosissimum aetheris campum eductorum.* Magnificentissimum spectaculum, atque huic seriei si non vnice, praecipue saltem, aptum. Notum illud Poëtae;

Polus dum sidera pascet.

Iam vero נחה *minauit* est *verbum pastoritium*, *Ps.* 31, 4. et 23, 3. in *numerosis gregibus* praesertim: *Neh.* 9, 12. *Exod.* 13, 21. etc. Nihil *Figura* sic concepta vel illustrius, vel completius; quae alias ad minutum quid recidet; nec vim phraseos lectissimae satis sustinebit.

vs. 33. Egregie *magnifico* huic *adspectui* respondet haecce instantia, *Nostine statuta Coeli?* etc. Euocatur nempe Noster ad illud omni admiratione celsius theatrum *Coeli*, supra capita nostra *expansi*, atque perpetuum suum *orbem voluentis*, vna cum *sideribus* ei inditis, et infixis. Vna haec quaestio innumeras trahit alias, quae de *Systemate Mundi* per omnem seculorum memoriam docta ingenia exercuerunt. *Nosse* hic valet *pernouisse*, et *intime perspectum habere.* Sciendum tamen plus quam *theoreticam scientiam* intendi. Patet ex altero Colo, in quo rogatur, possitne et ipse tales *motus ordinare*, et *perenni lege praefinire? Nosse*, et *posse*, in his quaestionibus, aequiualent; vnde quid

disponis praefecturam eius in terram? *vs.* 34. Num attolles ad nubem vocem tuam? et impetus aquarum ope-

quid Deus de nostris *notitiis* vel subtilissimis, et profundissimis, iudicet, intelligere est. משטר *praefecturam* vertit *Merc.* alii *dominium* aut *potestatem*. Radix سطر apud *Arabes* offert deriuatum سطر pro *ordine*, *serie*, *linea*, et مسطر pro *Canone* et *Linea Geometrica*. Inde משטרו conuertere licet, Et *ordinationem eius descriptissimam in terram*. Ita *passiue* positum esset vocabulum: vt תקות praecedens haud dubie *passiuum*. Si quis *praefecturam* malit *actiue*, non refragabor; nam *ordinatissimi* illi *motus*, *cursusque Coelorum*, Diuinitus quasi *praefecti* sunt terris, non secundum vanitatem *Astrologicam* per fatales influentias, sed per *causas Physicas* quas *Astronomia* ex *Solis*, *Lunae*, *stellarum errantium*, et *inerrantium*, variatis positibus, et adspectibus, iusto calculo deducit. Quaenam sit vis Thematis שטר, haud constat, manente tantum hocce deriuato ἅπαξ λεγομένῳ, et altero שוטר, quod alii *Dominatorem*, alii *praefectum*, plurimi *exactorem*; Cl. *Cocc. lictorem*, reddit. Apud *Arabes* مسبط est *inspector*, et *praepositus*, *qui annotat quae ad rem curandam pertinent*. In *Schol. Harir. Conf.* 8. est: *Radix* משיטר שטר *notat scriptionem: vnde dictus praepositus rei*, *ad rationes exigendas*, et *inspiciendum*, *quid redeat inde*. Verumne *Etymon*, an aliud sit, cui ansam praebet *Camus*, alibi discutietur. Vsus adductus loco huic illustrando sufficit; si *inspectio* et *praefectura in terras* teneatur.

vs. 34. Grandis imago. קול *vox* vtique de *Tonitruis* exponenda; quum *Vox Dei ad Nubem* nihil aliud admittat; atque *Fulmina*, versu sequenti subiecta, eadem aperte postulent. Non repetitur, quod supra *vs.* 25. 26. suo ordine comparuit, verbis tantum commutatis; sed sublimior nunc ponitur Quaestio ei, qui Deum prouocare ausus fuerat, *possitne* et ipse *Tonitrua*, ac *Fulmina*, *ciere*, seque *agmine aquarum*, et *nubium conglobatarum*, velut *veste nigra inuoluere*? Confer *Ier.* 10, 11. et alia, vbi קול *vocem* sonare *tonitrua* nemo ambigat. Non sperno *Vulgati* structuram, qua לעב *in nebula*, accipitur; quod ל alibi quoque per *in* reddendum veniat. Vide *Nold. num.* 18. Commodius tamen, et vberius, *ad nubem*; vt *inter missa tonitrua nubes* quasi *citentur*, atque *agminatim vndique concurrant*. Officere videtur tamen subnexum, *agmenque aquarum cooperiet te*, quod *imbres effusos super aliquem* inferens, in *hominem* quadret, non in *Deum*. Haec ratio impulit *Schmid.* vt maluerit *operimentum nubium sese conglobantium*, *quod Deus sibimet circumdet quasi*. Valde venustum, et appositum, nemo neget; quum שפעת גמלים *agmen camelorum*, et שפעת סוסים *agmen equorum*, facile transferri se sinat ad *Agmen aquarum*, siue *nubium aquis grauium*, quae impetu citato,

operiet te? *vſ.* 35. An emittes fulmina, et ibunt? et dicent tibi, Ecce nos! *vſ.* 36. Quis poſuit in actibus vagis ſapientiam? aut quis dedit phaenomeno diſtinctam intelli-

ad vocem Tonantis ſeſe ſiſtant. Ita *Eſai.* 60, 6. שפעת גמלים תכסך *Agmen, impetus citatus camelorum, agminatim concurrentium vndique, cooperiet te.* Iſtae tamen *aquae* ſic *conglomeratae imbrem fundant* neceſſe eſt; et manet, ex parte, difficultas. Ea tota euaneſcet, ſi contuleris *Pſ.* 18, 12. 13. 14. 15. *Poſuit Tenebras velum circa ſe, tentorium ſuum caliginem horridam aquarum. A fulgore coram Eo exundarunt denſae nubes Eius* etc. *Intonuitque in Coelis Deus, et Altiſſimus dedit vocem ſuam.* Cernis *tonantem Deum aquis effuſis* veluti *cinctum*, et *coopertum.* Magna ſuſpicio inſuper me tenet, alludi nunc ad *Turbinem*, illum quo *circumamictus* Dominus in congreſſum huncce deſcendit. *Tonitrua, fulmina, imbrem*, adfuiſſe, quis dubitet? Appoſitiſſime ergo: *An vt Ego, vbi voles, tonabis, teque, conuocatis imperioſa voce nubibus, agmine aquarum cooperies?* Non deſiderabis iam *nexum*, atque nihil huic clauſulae accommodatius vltro agnoſces.

vſ. 35. Cum *Tonitrubus* iuncta eunt *Fulmina:* nec abludit a vero, dum haec ex *Nube* reſonuit Deus, ipſa quoque ſigna illa Maieſtatis, Coelum et Terram ſolo nutu quatientis, micuiſſe. *Miniſtros*, et *Satellites* quaſi, cernis tremendi ſolii, qui iuſſa Numinis capeſſant, atque ad vocem Eius laeti profiliant. Formula ſolemnis *Ecce nos*, conuenit *apparitoribus* et *militibus*, alacri pede ſeſe ſiſtentibus. Rogatur *Iobus*, num *Fulminatoris* quoque *brachium* gerat, qui cum *Fulminatore* contendere auſus ſit. Irriſio, ſed amiciſſima, atque ad *caliginem* illam, qua mentem ſibi ſuam obnubilari paſſus fuerat Noſter, diſcutiendam aptiſſima.

vſ. 36. Spero, ex hoc *Schemate* aliquid lucis emicaturum, ad abſtruſiſſimi verſiculi tum ſententiam genuinam, tum iuſtam connexionem, eruendam. Nempe tanquam praeſtricti magnificentia orationis caligant ſenſus, et nec ſeries lucet, nec materies. LXX. *Interp.* I. mirifice luſere, Τίς δὲ ἔδωκεν γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; *Quis dedit mulieribus texturae ſapientiam, aut phrygioniam ſcientiam?* Anſam praebuit טוה *neuit*, et pro טחוח legiſſe videntur טוח *Netrices*, quas in *Textrices* mox commutarunt. Monuit *de Pined.* nec non *Boch. Hieroz. Part.* 2. p. 115. *Olympiod. Chryſoſt.* aliique Graeci, *parua magnis miſceri* aiunt, atque *Meteoris coeli opificium infirmi ſexus intertexi.* Quanti haec ſint, quiuis ſentit. *Hieron.* II. a *Iudaeo* ſuo inductus, *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? Vel quis dedit gallo intelligentiam?* Commenti *Thalmudici* Auctorem, et patronos complures, reperies] *Ibid.* in *Hieroz.* Aliquid nugaci inuento delatum a *Merc.* nimium a *Saub.* in *Op. Poſt.* vbi quinque rationibus id ſtabilire conatur. Merito ſe oppoſuit Cl. *Crom.* monens *fictitiam* eſſe *notionem;* vt *Rabbinica fides* in his ferme *Punica: galloque gallinaceo* hocce nihil a ſilo noſtro abhorrentius. *Symm.* III. vltimum colon

colon sic expressiit, Τὶς ἔδωκεν μεμιγμένῳ ἔννοιαν; *Quis dedit insatuato intelligentiam?* שכוי *imaginosum* a שכה *imaginatus est* ductum, coniectat Cl. *Cler.* In *Targumim* IV. duplex conspectus, alter futilior ille, de *gallo syluestri Deum noctu laudante*; alter sanior: *Quis disposuit in renibus sapientiam; aut quis cordi dedit intelligentiam?* Huc plurimus collatus est calculus, quod sententia perspicua esset, eamque Linguae ratio admittere posse videretur. Nempe טוחות *Renes* etiam *Ps.* 51, 8. occurrunt; a טוח *illeuit*: quod *adipe* sint *illiti* et *obducti*: et שכוי a *rad.* שכה *prospexit, imaginatus est*, dat משכיות *picturam*; vnde משכיות לבב *imaginationes cordis.* Ipsumque *cor* שכוי a *pictura* seu *delineatione conceptuum* inquit *Merc.* Consimiliter *Mentem* dat *Cocc.* in qua *facultas concipiendi rerum imagines.* In *Hieroz.* ὁ πάνυ haec *clara* et *aperta* pronunciat. Nempe locum extra seriem tractabat; et *cohaerentiae* cura erat exsolutus. Eam vellem a Viris Doctiss. explanatam: nam hactenus quidem magnae salebrae. *Merc.* adeo non extricat filum, vt potius intricet. *Hactenus*, inquit, *ex praecipuis mundi partibus* etc. *Deus prouidentiam, sapientiam, et potentiam suam admirandam, ostendit*, etc. *Posthac transibit ad* Animantia, *in singulis rogans Iobum, num ea cognoscat* etc.? *Incipit ab* Homine, *in quo sapientia et intelligendi facultas* etc. Admitti posset, si post *vs.* 38. hicce staret, et noui Capitis exordium praeberet: nunc *vs.* 37. hunc calculum plane conturbat; et ferri nequeunt quae ibi apposuit Vir Doct. *Redit ad ea quae fiunt in aëre. Nec mirere ab homine ad Coelum rediri, quia repetitionem eiusdem rei, verbis tamen commutatis, aut ordinis obseruationem, non ita exacte curat Scriptura.* Mallem dicere, *non intelligo.* Cl. *Szhatm.* V. longe diuersa via, et ratione, tenebras has perrumpere tentauit. Pro priori colo adducit *Arabum* طاح *periit. Oberrauit attonitus. Per terram vagatus est.* Pro posteriori שכו شكا *Vlt. Vaw, Questus fuit, lamentando detulit statum suum* Deo. Hinc elicit Vir Doct. *Quis ponit in errantibus Sapientiam? et quis querulo*, sortemque suam lamentanti, *dat*, vel *dabit intelligentiam?* Applicat *Iobo*, cuius *tumultuantes adfectus sedare non potuerint* Amici; *sed potius exasperarint.* Consimiliter *Ps.* 51, 8. vertit: *Ecce Deus veritatis dilexisti peccatores.* Sed 1. טחות *faem.* non potest signare *peccatores.* 2. longius adhuc a serie deflectitur hoc pacto; quam in recepta versione. 3. שכוי *querulus*, cum reliquo vsu τοῦ שכה non consistit. Et hinc tamen aliquid lucis mihi adfulgere gratus agnosco. Scilicet VI. טחות ex hoc ipso fonte reddere est *iactus temerarii, vagationes, errores*, vel si malis, *res errantes, vagantes, huc illuc latae*, et *impulsae.* Indolem verbi percipias ex illo *Harir. Conf.* 1. p. 2. طوحت بي طوايح الزمن *errare fecerunt me vagabundum casus temerarii fortunae.* Adduxi ibi p. 4. *Schol. Dicitur* טוח *de sagitta, quum nullo certo fine exit, atque a scopo suo diuagatur.* Idem significatus obtinet sub טחה, vel טחו طحا *vagari, abire sine certa*

certa lege, et via, quo pedes tulerint. Item *iaculari temere*, non certa manu, prout fors tulerit. Hoc et דחו טחו scribitur; quod ex *Giauhario* declarauisse operae fuerit: *De imbre glaream disiicente vsurpatur* דחו. *Dicitur etiam de Equo, pergit iaculando, quum anterioribus pedibus iactat* arenam, *vngulam vix attollens. Item ei qui nucibus ludit, dicunt, cape longiorem metam, et disiice eam.* Cernis quid *Hebraeis* valuerit דחה *impulit cum disiectione.* Quid item velit מטחוי קשת *Gen.* 21, 16. *iaculantes arcu.* Est *forma* perfecta verbi טחו ex *Pihel.* Pro eo טחה, ad legem *quiesc.* 3. *He* dat deriuatum טְחָה *iaculatio, iactus vagus.* Inde emergit tandem hic adspectus, seriei congruentissimus, *Quis posuit in iactibus vagis* fulminum, tonitruorum, imbrium, *Sapientiam, solidam* et *firmam rationem*, ac *legem motus? et quis dedit* φαινομένῳ, *rebus subito apparentibus, et mox disparentibus, intelligentiam?* vt ita agant, ac si *intelligentia* pollerent, scirentque *quando, quomodo*, et *quousque, vires* suas *exerere* debeant. Perseueratur hoc pacto in Figura praemissa; qua *fulmina* vt *Apparitores Dei*, et *ministri dicto audientissimi*, introducebantur. In vtroque Colo pulchrum *Oxymorum* ita existeret: טחות *errationes vagae* nihil minus videntur recipere quam הכמה *solidam, certamque, agendi rationem.* Similiter שכוי *imaginatio, phantasia*, vel *apparens subito in aëre res aliqua*, et בינה *distincta perceptio intelligentiae*, toto coelo videntur distare. Deus tamen haec consociare valuit. In *Ps.* 51, 8. aliquid profundius latet. Habes et ibi in vicinia positas voces טחות et חכמה. Vide an placere queat, *Ecce veritatem*; et firmitatem, *vis in mediis erroribus; lapsibus, vagationibus: in obstructo Sapientiam mihi notam facis:* i. e. *ipsos lapsus conuertis in remedia lapsuum; et quum obstructum mihi cor*, per peccatum, *eo ipso me sapientiam doces;* atque quantum in eo sit veneni, experiundum mihi praebes. Sunt coniecturae, quae vel sponte defluent, si radice careant; vel tempore robur, et maturitatem, acquirent. Hoc cum aliqua fiducia adfirmarim, nostrum טחות a טחה speciosius deduci, et reddi *vagos iactus*, vel *errores*, quam a טוח طاخ *Liniuit, obliniuit;* vt *Renes*, vel *Praecordia*, signentur. Ad שכוי pro *Phaenomeno coelesti* vlterius commendandum, aliquid forte confert *Arabum* شكة שכה *Similitudinem retulit obscuram:* in quo *He mobile* adscitum; vt distinctum esset a شكا *Vaw* et *Je vltimis*, in quo *conquestionis* notio secundaria obtinet. Si *Origo* eius pateret; et simul, vnde סכי et סכא apud *Chaldaeos* deuenerit in secundariam item vim *contemplandi*, et *adspiciendi*, promtius certiusque de his iudicium ferri posset. Pro *Figura apparente*, et *externa*, vsurpatur cognatum שכיות *Esai.* 2, 16. *Spectacula*, vel *spectabiles figurae.* Eius *singulare* statuendum שְׂכִית contractum pro שְׂכִוִית; quod cum nostro שְׂכִוִי proximam habet cognationem מַשְׂכִּית similiter *figuram spectabilem* designat *Prov.* 25, 11. *Lev.* 26, 1. *Num.* 33, 52. et *Esech.* 8, 12. vbi tamen φαντασίαν, et vim *imaginationis*, alii

intelligentiam? *vſ.* 37. Quis ſcribere facit Nubes in ſapientia? et Vtres coelorum quis effundit humi? *vſ.* 38. Quum

alii tenent. Liberiora nactus ſpatia, accuratius in Etymon, et naturam totius Radicis, inquiram; atque quod nunc adfectum, confectum dare conabor. [*Cod. Berol.* pro בטחות exhibuit olim בטות; ſyllaba וח a poſteriori manu addita eſt. *Vog.*]

vſ. 37. Illuſtri figura *Iun.* et *Trem.* *Quis Sapphirinas efficit nubes Sapientia? et vtres coelorum quis ſternat?* etc. i. e. *Quis adeo ſerenat coelum, vt ſpeciem reddat Sapphiri? et quis nubes, velut in vtres digeſtas, exonerat?* Hauſtum ex *Ab. Eſra;* qui a ספיר *Sapphiri ſplendore* deſumptam cenſet *metaphoram.* Confirmari poſſet ex vſu *Arabum* ſub سفر *luxit, reſplenduit:* ſed tunc poſterius Colon commodius exponeretur de *Vtribus reconditis* iterum in *cellas* ſuas, *rigatione* peracta: vt Doct. *Crinſoz.* totum verſum ita conſtituens: *Quis enarrabit rationem mechanicam nubium? et pluuias coelorum quis ſedabit?* Confer *Belg. Grot. Caſtal.* nam *Coelum* pingi nunc *ſerenum*, nunc *madidum*, turbaret ordinem: atque cum *vſ. ſeq.* non ſatis cohaereret. Sed iam confirmare ſatis liquido poſſum, cum naturam verbi השכיב proniorem eſſe ad *imbrium effuſionem*, tum Emblema *Lagenarum, Hydriarum, Vrceorum, Vtrium Coeli*, eosdem ita exigere, vt nihil aliud in cenſum venire queat. Eſt *Figura* quam *Arabes* ita frequentant, vt ipſis *domeſtica* quodammodo, ac propria, cenſeri debeat. *Gjauh.* الحنتم *Hantem dicitur Hydria viridis; cuius plur. fr. Hanatim nubes nigras deſignat.* Innuit, ſtylo ſublimiore, et Poëtico, *Hydrias* celebrari pro *Nubibus aqua grauibus:* addo *minoribus;* nam *maiores* appellantur *Vtres.* In *Dim. Hud.* vetus Poëta:

Aderat Nubes propendula mulgens reliquas,
Intermicante fulmine Hydriam ferens diffiſſam.

Similiter *Abu Tſachrus Hudeilita*, poſtquam pinxiſſet *Nubem* inter *fulmina* et *tonitrua* aduectam, ſubdit

Et ſoluti ſunt nodi vtrium *eius, fiſſaeque nigrae Hydriae compactae.*

Item *Ommia Abi Aiides*

Et tonuit propendula nubes, eiusque fragori
Erant ſtitulae; veluti quum effunditur vter ſciſſus.

Iterum *Abu Tſachrus* laudans munificentiam *Aſidaeorum*, eum vocat largiorem,

Prae Nube multis verticibus conſpicua, cui orificia vtrium *diſrupta.*

Deſino in Eiusdem hocce non dicto, ſed picto. *Quum abes, ſperamus reditum tuum, quemadmodum ſperatur Nubes, quam Auſtri propellunt, velut Matrem camelorum pullis cinctam, quae propellitur ad mulgendum;*

Adducit ei Euronotus Hydrias, quae repletae ſunt
Aquis; easque inſequitur Vter
imbrem profundens (اسحم ساكب)

Quum conflatur puluis in fusum *quid*; et glebae molles ferruminantur.

CAPVT

Is sulcat arenosa albicantia omnis conuallis:
Extantque Scriptiones eius (سغوم) *in tractibus manifesto impressae.*

Pulcherrime figuratum illud سغوم *Scriptiones*, pro *vestigia fluxuum*, a *sing.* سغر vel سغر quod est *Scriptura*, *Scriptio*, *Liber*. vt ספר apud *Hebraeos*. Ex hisce diluescit, verbum ישכיב non ad *cessationem imbrium* pertinere, sed ad eorundem *largam defusionem*; siue iam amplecti placeat *collocationem vtrium in aëre, ad eos inuergendos*; siue, quod malim, eorundem *fluxum in terras descendentem*; ad exemplum שכבת טל *roris quaquauersum diffusi, et terris incubantis*. Posterius hoc firmatur vsu *Arabum*, quibus שכב السكب speciatim est الهطلان الدايم *pluuia largior et continua*: quae et אשכרב اسكوب, ad quam vocem in *Lex. Gol.* pro *fulmen*, lege *flumen*, vel *fluxus aquae*, pluuiae praesertim, *per terram se diffundens*. Dubitare vix patitur proxime praemissus ille اسحم ساكب *Vter* שרכב *effusus*, vel *fluens*. Ea potestas cum *recubatione* plus habet adfinitatis, quam prima fronte apparet; nam *fusus*, *adfusus*, pro *iacente*, *decumbente*, etiam apud *Latinos* frequentatur: quin hanc esse primariam potestatem Thematis colligere est ex משכב 2 *Sam.* 17, 28. pro *Labro*, siue *pelui*, ab *effundendo*. Ex nouissimo illo *Abi Tsachri* succurrit quoque aliquid ad prioris membri illustrationem, quod praetermittere nefas: *Quis scribere facit coelos in Sapientia?* id est, *quis eos facit* terram *largo imbre radere*, vel *arare*, ac quasi *perscribere sulcis*, *notis*, *vestigiis*, impressis. Ita *Graeci* suum γράφειν, et *Latini* quoque *scribere*, transtulerunt: nam *biulcis rimarum flexibus perscriptam terram* habet *Sidon.* L. 2. *ep.* 2. et *Plin.* molliore tropo dixit, *cultrum vomeris praedensam terram, priusquam proscindatur, secare, et futuris sulcis vestigia praescribere incisuris, quas resupinus in arando vomer mordeat.* L. 18. c. 18. Expressius in hanc figuram *Moleichus* in *Diw. Hud.* describens *imbrium* hancce *scriptionem* per notas post se relictas:

Veluti quum Liber exaratur claro charactere
In charta alba, scriptura barbara intricatiore.

Ad hanc rationem duo Cola amice concinunt: et חכמה *Sapientia*, vt in *vs.* praeced. ad ipsum *Phoenomenon Nubium imbriferarum* sese refert, quibus *Sapientia* attribuitur *ad terram* tempore necessario, vel opportuno, *compluendam*, et quasi *ductibus literarum perarandam*; quum post longam siccitatem rigationum eget. Fateor ספר pro *facere scribere*, nusquam in Sacris recurrere; sed sufficere debet in monumento tam veteri, et sublimi, si *Analogia* haud repugnet. Nil interim

CAPVT XXXIX.

Verſ. 1. Numquid venaberis Leaenae praedam; et animam Leunculorum explebis? *vſ.* 2. Quum ſubſidunt

terim pugno: coniecturam expoſuiſſe contentus. Ex variis Interpretum conatibus, maxime arrideret *Cocc.* *Quis numerato diſponit Coelum in ſapientia? et vtres coelorum quis collocat?* cum quo coniungas licet *luſtrationem militarem*, quam Doct. *Reim.* aliquando hoc verbo exprimi indicauit.

vſ. 38. Cum praecedenti ſic necto: *Quis vtres coelorum profundit*, vel *incubare facit terris, largo fluxu? Quum puluis fuſus eſt in fuſilem maſſam*; et *glebae* molles *compactae ſint.* יצק in *ſumma duritie*, qualis eſt *Lapidis*, *petrae*, *maſſae aereae*, crebrum in hoc Libro. Vide ſupra *Cap.* 28, 2. et infra *Cap.* 41, 15. 16. Item מוצק *Cap.* 11, 15. et 37, 18. עפר *puluis* hic poſitus proſ ארץ *terra;* cum relatione tamen ad *ſiccitatem*, *ex longo aeſtu.* רגבים eſſe *glebas molles*, vel *terras molliter aequabiles*, et *multa pluuia riguas*, ad *Cap.* 21, 33. adſtructum. Illae *glebae* dicuntur *compingi velut glutine tenaciſſimo*, quum non amplius *putres* ſunt, et *moueri*, *ſubigique faciles*, ſed *edurae*, ac quaſi *ferreae*, vel dicam *ferruminatae*; nam רבק etiam *ferrumen* conſignat. Hanc *metaphoram* infra *Cap.* 41. 15. illuſtratam reperies, vnde verbum noſtrum ad *duriſſimam* quoque *cohaeſionem*, et *compactionem* traductum fuiſſe, liquebit. Deſcribitur illud *Mirabile Nubium Opus*, *quo terrae longis ſiccitatibus exuſtae*, *et torrefactae*, *in tempore ſuccurritur*; *eiusque glebae induratae iterum emolliuntur*; atque *ad ſata* vel *gremio recipienda*, vel *maturanda*, *foecundantur.*

Verſ. 1. Hinc noui capitis initium ſumendum potius, quam a *vſ.* 4. res ipſa euincit; nec alia vnquam diuiſio obtinuiſſet, niſi *vſ.* 36. praec. *Cap.* ad *Hominem* fuiſſet tractus; cui in hocce vnum alterumue ſaltem animal addendum iudicarunt. Ordinem iſtum haud e limpido fluere, ſatis demonſtratum. Ab *inanimatis* ergo *Naturae miraculis*, nunc demum tranſitur ad *Animata*; in iisque perluſtrandis lento greſſu proceditur. Quo Scopo, neſcuque, non adeo euidens. *Chryſoſt.* I. aliique Veteres, ad *Prouidentiam Dei* referunt, quae in *animalibus ratione carentibus* mirifice ſe exerat: ac proinde non eſſe, cur Homo, *Animal rationale*, ſe a Deo abiici credat, eiusque bonitati diffidat, Paulo aliter II. *Merc.* *per mira haecce*, *quae in animalibus notantur*, *quorumque rationem ignoret* Homo, *inſinuatum iri*, *non eſſe quod in Arcana Dei conſilia penetret*, *aut de Dei iudiciis curioſius inquirat*, *qui vel* vulgaria, *et ad oculum conſpicua*, *neſciat.* Vicina ſunt quae *Caluin.* late proſecutus *Conc.* CLI. et ſequentibus aliquot. Ad rationem hanc plerosque acceſſiſſe deprehendo; nec ego in totum inde reſilio; attamen III. aliud quid principe loco locandum autumarem; quod cum vniuerſa huius conuictionis paternae methodo coniunctius. Nempe vt in praecedentibus primarius Scopus fuerat, *Iobi elato*

dunt in lustris; sedent in tugurio ad insidias. *vs.* 3. Quis parat coruo venationem suam; quando pulli eius ad Deum clami-

elatos illos *Spiritus compescere*, quibus se cum Deo congredi, et concertare, velle, offenderat; ita eadem nunc incus tunditur; atque lentis quaestionibus, e *Regno Animali* desumtis, pungitur, in seque reducitur Noster, dum ei ante oculos proponitur, ne quidem *vnius Animalis* interiorem *vim*, *indolem*, atque agendi *virtutem*, ab ipso *dependere*; aut ei *perspectam*, *exploratamue*, esse; nedum vt tanquam alter *naturae Dominus*, et *Arbiter*, tam animose semet inferret, Deumque ad rationes vocaret.

Ibid. Hic adspectus statim elucet ex modo interrogandi: *Num tu venaberis Leae praedam?* etc. לביא non est *Leo annosus*: sed *Leaena*. Id in *Hieroz. part.* 1. p. 719. euictum. Femellam autem, praesertim vbi scymnos habet, esse auidissimam, et audacissimam in praedas, notum. Rogatur ergo Noster, num ipse forte *venatorem animum* Animali isti indiderit, cum *sagacitate*, *celeritate*, et *virtute intrepida* etc. Haec latius persequi haud attinet. Respondet posterius colon, *et vitam*, vel *animam*, *Leonum Iuuenum impples?* i. e. *appetitum inexplebilem saturas?* Aliquid subtilius dedit Clar. *Cocc.* sic locum constituens, *Tune pro annoso Leone venaris? aut iuuenes Leones incitas, vt pro eo venentur?* Sic מלא חיה *impleuit animam*, esset *incitauit*, *animos addidit*. Subiungit, *vel*, impples vitam, i. e. *appetitum naturalem iuuenum Leonum*, *vt parentes faciant participes praedae*. Posterius hoc intendi non crediderim: חיה *vitam*, et נפש *animam*, pro *animali appetitu* venire certissimum.

vs. 2. Vim *annosi*, *vetulique*, *Leonis*, minus rite hinc adstruere voluere quidam; quasi *iacent in lustris*, pertineret *ad defectum virium*. Cl. *Cocc.* illuc inclinans, addit tamen, *etiam iuuenes Leones insidiari* etc. Videsis *Ps.* 10, 8. 9. 10. vnde cum maxime *feruentem venationem* hic describi, cum *artibus circumueniendi*, clarescet. שחח non tam *curuari* valet, quam *sidere*, *subsidere*, eodem vsu auctum *Ps.* 10, 10. מעונות sunt *Lustra* vt in *Hieroz. part.* 1. pag. 737. monuit ὁ πάνυ: et quidem *praedis conuectis referta*; quod discas ex *Nah.* 2, 12. succinente *Origine*, de qua supra, a عـــان *iuuit omni commoditate*: vnde معان מען, et معانة מעונה *Locus commodus*, *iuuans*. ישב *Sedere* hic non *Languidi*, sed *agilem saltum meditantis*. Idem vsus *Ps.* 10, 8. et 17, 12. vbi habes כפיר ישב במסתרים *Leunculum sedentem in latibulis* i. e. *insidiantem*, et *insilire paratum*. Apud *Arabes* وثب est *sedit*, et *saliit*, *insiliit*. Hoc *Origini* praelucet. סכה *tentorium*, *tugurium*, a סכך *texuit*, *intexuit*, *praetexuit*, sic dictum, stylus sublimior pro *Cubili Leonis* frequentat. Vide *Ps.* 10, 9. *Ier.* 25, 38. ארב *insidiae*, iam non a *sedendo*, vt *Latinis*, sed a *nectendo* et *nodando*, quod sub ארב asseruatum.

vs. 3. Quam intempestiue *Coruos* hosce ad *Allegoriam* inflexerint Veteres

clamitant; errant eo quod cibus nullus? *vſ.* 4. Noſtine tempus partus rupicaprarum? eniſum ceruarum obſeruas? *vſ.* 5. Numeras menſes, *quos* compleant: et noſti tempus parti-

teres, ſubmonuit *Boch. Hier. part.* 2. p. 203. 204. Alia quoque *ibidem* erudite congeſta, quae loco huic illuſtrando ſunt: p. 205. 206. et 207. vbi quae amor fabellae huic purpurae aſſuit, remouentur. צוד *venatio* pro *cibo*, vel *eſca*, alibi quoque occurrit; eſt tamen vbique grande vocabulum, et heic loci non ſine Emphaſi poſitum. Eſt nempe Auis haec *carniuora* quidem, ſed tamen *ignobilis*, *ignaua*, *imbellis*, nil minus quam *praedatrix*, *vnguibus*, et *roſtro*, *vehemens*. Et ei tamen indidit Deus vim, artemque, praedandi; longe diuerſam quidem illam ab Aquilarum nobili, ac regio velut, impetu; ſed in quo ſagacitas, et induſtria indefeſſa, ſe exerit; vel potius Naturae inſtinctus admirabilis, qui huic volucri deſpicatiſſimo, et vagabundo, prae aliis inditus. In verbo ישוער *vociferantur*, rectiſſime *Merc.* indicauit *figuram*, qua *corui pullos clamore ſuo Deum quaſi Altorem inuocare*, innuatur. Non ſatis intellexit Doct. *Schmid.* contra diſputans, et proprie dictum *Clamorem* vrgens. Eum nemo excludit; ſed ſacer textus in iſto *Clamore perpetuo* coruinae ſoboli notari vult *implorationem* quandam, qua *famem* a ſe depelli efflagitet quaſi a Conditore vniuerſi. An hoc non figuratum? Interrogatio, *Quis parat coruo venationem?* ſic reſoluenda: *Tune is es, qui talem inſtinctum iſti volucri addideris? eiusque curam geras?* Patet ex *vſ.* 22. et 29. et 30. vbi in *Regina alitum*, et *ſumma praedatrice*, de-

ſinitur. *Ordinis rationem* in hiſce aliam non quaero, quam illam, quae ex generali conſpectu Naturae miraculorum in Animalibus, et volucribus, relucet. Poſſet quidem aliquid ſubtilius ad hanc ipſam enumerationem excogitari, quale illud, *Leoni animalium Regi*, et *ſummo voratori*, adiungi *voraciſſimum* quoque, et *carnium appetentiſſimum* illum *coruum*, quo nihil *ignobilius* etc. ſed fateor me parum hiſce fidere; in talique argumento optimum cenſere ordinem, qui argutiis exſolutus, libere decurrit.

vſ. 4. Gratum nobis otium hic facit *ſummus Boch. Hieroz. part.* 1. p. 880. etc. et 915. 920. vbi quae ad *animalium* horum notitiam pertinent, ex pleno fonte haurire dabitur. Cumprimis p. 889. vbi Naturae conſultos diligenter obſeruaſſe oſtendit *Ceruarum* conceptus, partusque, octonis menſibus incluſos, ad ſtatum, fixumque, fere tempus anni. Inde ſubſumit: *Quidni vero id Iobus nouiſſet, quod nulli non obuium, et facile intelligi obſeruarique poſſit? Reſpondeo, non agi de* otioſa, *et* mere ſpeculatiua *cognitione, ſed de ea, quae* Deo propria *eſt; qua res omnes ſimul dirigit, ac gubernat. Iam vero absque ſingulari Dei cuſtodia breui deficeret hoc genus inter mille pericula, quae vel a venatoribus, vel a feris, illi imminent: vt ipſas* Matres *taceam foetus ſaepe ſuos in diſcrimen adducere.* Nempe, vt *Chryſoſt.* ad φύλαξας *cuſtodiuiſtine?* notauit, *ceruinum genus ſemper in metu, in fuga, in ſaltu, in periculo abortiendi.*

partitudinis earum. *vſ.* 6. Curuant ſeſe, foetus ſuos excludunt, dolores ſuos emittunt. *vſ.* 7. Valeſcunt foetus

tiendi. De *Ibicibus Rupicolis* idem hocce cuiuis longe periculoſius adhuc occurrit. Accedit difficillima Lucina, quam tamen ſingularis prouidentia expedit, ſubleuatque, vt p. 890. 891. docetur. Apparet cur tam ſignanter, et deſcripte, de *partitudine harum ferarum*, quaeſtio moueatur.

vſ. 5. Minus ad *Scopum* facit, quod *Merc.* aliique hic habent, *Difficile eſſe momenta partus horum animalium ſcire* etc. In nullo, credo, id facile. Magis eſt, vt haec *Numeratio Lunarum* referatur, ad *Statum illud tempus*, quod huic generi prae aliis aſſignatum; et quidem *numeratio*, quae *Dominum* arguat *Naturae.* Optime *Schmid. Num tu Ille es, qui definis menſes, quos ceruae vterum geſtantes obſeruant; facisque, vt tam accurate numerum teneant, quaſi et ipſae numerare poſſent?* Quorſum haec? Ad *ſolertiam incredibilem*, quam Deus, etiam *brutis, ferisque animalibus, inſeminauit;* quaeque omnem *ſapientiam* humanam vincat, et longo poſt ſe relinquat interuallo.

vſ. 6. Ad *difficultatem partus* haec communis refert calculus. Cl. *Schmid.* contra *facilitatem* deſcribi cenſet. Vtriusque ratio conſtat: nam pingitur *difficultas*, vt ſic dicam, *facillima;* ſiue *Lucina grauis*, et *breuis*, ſimul. Vtrumque verborum ſtructura et natura declarat. *Celeritatem* quidem *Aſyndeton, incuruantur, findunt foetus, dolores mittunt:* vbi ſentis vim Lucinae expeditiſſimae. Nodoſiſſimam eandem inculcant, verba aſpera, *Curuantur;* חברעה vt 1 *Sam.* 4, 19. Eſt, *in extremas partes corporis cum niſu procumbere;* ع ر ض. Hinc *Cocc. connituntur.* Grauius adhuc *foetus ſuos* חפלחנה *diffindunt*, id eſt *findendo excludunt.* Cl. *Crom.* ad *partus facilitatem* adducit فلح in 4. *felici ſucceſſu vſus eſt.* Ea notio ſecundaria, huc minus faciens. Primaria eſt, ſulcauit, diſſecuit. Inde grandi cothurno formatum, *effindunt, effringunt, foetus ſuos.* Habes, quam dixi, *parturitionem grauem*, ſed *promtam.* Confer Cl. *Schmid.* qui in *diffiſſione* notat *miram partus celeritatem.* Cl. *Cler.* etiam recte monuit, nil obſtare, quo minus verbum in *Pihel* exponatur, *per fiſſuram emittere.* Mallem dixiſſet *findendo emittere, ad violentiorem niſum* exprimendum. Adde, ſi tanti, quae olim dedimus, in aliis verbis *findendi*, ad *partum* tralatis. Poſterius etiam diſtrahit, et diſtrahitur. *Merc. Tormina* ſiue *dolores ſuos emittunt*, i. e. *foetus cum doloribus ſuis eiiciunt a ſe, et foras emittunt.* Alii ſimplicius *dolores dimiſſos* intelligunt; quibuscum facit *Boch.* itemque *Schmid.* quod *foetu excluſo, dolores multos non ſentiant.* Negat *opus eſſe, vt tropice de* foetu cum doloribus edito *exponatur.* Si ſola *facilitas pariendi* deſcriberetur, ſane opus non eſſet: nunc *ſumma* ſimul *difficultas* exigit vt חבלים ὠδῖνας iſto *tropo* augeamus. Apud *Graecos* nil tritius. *Eurip. Ion.* 45.

Λαθραῖον ὠδῖν' ἐις Θεᾶς ῥίψαι δόμον.

Clandeſtinum dolorem partus in Dei proiicere domum.

Item

tus earum; adoleſcunt in agro; exeunt; et non redeunt ſibi. *vſ.* 8. Quis dimiſit Onagrum liberum? et vincula Aſini

Item *Aeſch. Agam.* 1427.

Ἔθυσεν αὐτὰ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
Ὠδῖνα —— ——

Mactauit ſuam ipſius natam, chariſſimum mihi
Dolorem partus —— ——

Apud *Arabes* idem multo frequentiſſimum. In *Diw. Hud.*

Ingruo in eos malo, quod dolores facit prolabi.

Similiter in *Hamaſa.*

Calamitas, quae meiere facit matronas dolores ſuos.

i. e. *iis foetus abortiuo partu excutit.* Eſt idem vocabulum חבל, quod proprie *vinculum, funem,* notat; mox *dolorem;* inde *dolorem partus;* et tandem ipſum *foetum.* Habes iterum characterem ſupra indicatum; nam חבלים *foetus multo dolore editi,* ſignat *difficultatem;* vt *facilitatem,* vel *promtitudinem,* verbum שלח *emittere.* Subeſt ſimul ſpecies *Oxymori,* nam חבל *dolori ſtringens,* et שלח *laxatum dimiſit,* ſunt contraria, in vnam ſententiam venuſte nunc contexta.

vſ. 7. Verbum יחלמו ex *Syriaco* vſu *conualeſcendi* illuſtratum dedere Docti Interpr. *Hebraeis* quoque domeſticum fuiſſe, patet ex *Eſai.* 38, 16. Minus accurate *Vulgat. Separantur filii earum;* et LXX. ἀποβρήξασα τὰ τέκνα αὐτῶν. Apud *Arabes* خلم inter alia deſignat *cubile Dorcadis, aut latibulum eius;* vbi *apud Matrem conualeſcit* forte, et *robuſtior fit.* In *Camuſo* etiam per *Adipem* exponitur. In *Originem* Thematis חלם penitius inquirendum. Circa בר diuergium; aliis ex *Syriaco* iterum vſu *agrum, deſertum,* dantibus; aliis, *frumentum.* Poſterius amplexi *Chald. Merc. Piſc. Belg. Cocc. Schmid.* Prius tenent R. *Leui, Pagn. Iun. Boch.*

Reim. Apud *Arabes* بُرٌّ eſt *Triticum* a *puritate;* et بَرٌّ *Ager, campus purus, et patens.* Eſt notio, vt apparet, *Hebraeis* iure poſtliminii reſtituenda, ac proinde non eſt cur nomine peregrinitatis poſtponatur. Quod ex بُرٌّ *pietas* tentabam olim, minus nunc ridet. *Boch.* ſic diſtinguere mallet, ſi per *Maſorethas* liceret: *valent catuli eorum, creſcunt, foras exeunt, neque ad ipſas reuertuntur.* Ei בבר eſt *foras,* idque, *extra luſtra,* aut *ſpelaea, in quibus mater eos peperat, aut lactauerat.* Mihi *Maſorethica* interpunctio tutior non ſolum, ſed et plenior; vt ſit, *Adoleſcunt foras, per agros diſcurſantes;* et *victum ſibi ſuum quaeritantes.* Hactenus quidem ductu, auſpicioque, Matris: ſed mox, ea deſerta, *longius euagantur;* et ita *exeunt, vt non redeant ſibi.* למו elegantius ad *Hinnulos* reflectitur, quam ad *Matres.* Deſignatur *fiducia* qua *ſibi* iam ſatis placent, ſuique iuris eſſe volunt.

vſ. 8. In genere quidem de *Feris* nonnulli vocabula מרא et ערוד interpretati; ſed potior ſententia eorum qui *Onagrum* denotari ſtatuunt. Prius *Arabibus* tritum pro

Asini syluestris quis soluit. *vs.* 9. Cui posui solitudinem Domum; et habitacula eius salsuginosam. *vs.* 10. Ridet

Lalisione potissimum. *Camus: Asinus syluestris dicitur* פרא, *vel et pullus eius.* Non ergo superuacuum alterum ערוד *Arod*, nec cum *Ill. Grot.* colligendum, esse *aliud animal*, *non multum tamen differens.* Hoc *Codurc.* in *Alce* quaesiuit. *Boch.* qui *Onagrum* retinet, *Hier.* I. p. 869. a *Ruditu* confictum putat, per *Onomatopoeiam.* Non sperno: sed nec abhorret a عرى *fugit*, proprie *micuit*, *emicuit*, *celeriter prosiluit*, nomen impositum. Prius פרא a *currendo* item ductum, obseruante Viro Magno, p. 808. *ibid.* ex *Syriaco* פרי. Addere fuisset *Arabum* فرى *secuit*, *fidit*, et secundario *traiecit*, *celerrime peruasit*, *transcurrit.* Scias quoque, *Hebraeum* פרה *fructum tulit*, et פרי *fructum*, a *findendo* descendere. Est animal *vnum* omnium *libertatis amantissimum*, et *prorsus intractabile.* Lectissimis formulis hic expressius ille *Libertatis nullas leges patientis*, *aut subeuntis* vnquam, *amor.* Huc pertinent et ea, quae ad *Cap.* 11, 10. prolata. Plura dabit ὁ πάνυ in *Hieroz.* I, 871. *Natura domari nescia* ei locum hic promeruit, vt rogaretur Noster, *num ipse tam mirabilem indolem isti animali indidisset?* Nostra ratio sic habet, *Tu qui Deo temet aequas*, *cum eoque contendere sustines*, an vel *Libertatem vnius animalis minuere posses*, *idque tibi obnoxium reddere?* Plenius infra reddetur.

vs. 9. Pressius insistitur in *feritatem mansuefieri nesciam.* Nempe Deus ipse *posuit solitudinem domum eius:* i. e. hanc ei *indolem inseuit*, *vt non alium patiatur Larem*, quam *sola*, et a consortiis hominum remota, *loca.* Hinc titulus ille פרא בודד לו *Hos.* 8, 9. *Onager solitarius sibi;* de quo *Boch.* H. I, 870. Eadem granditas, et venustas, Figurae, in משכנות *Tentoria*, *Habitacula*, quae in *salsuginosis* et *vastissimis* desertorum ei Diuinitus praefixa.

vs. 10. Non vna via explicationis patet. *Merc.* I. *Etsi magna hominum turba aduersum se conueniat*, *non timet.* Id secutus fui in *Iuuenil.* ad *venationem* omnia referens. Nempe non nisi ex *insidiis capi* potest, et omnem aliam *venationem* eludit, *Onager.*

Effuso cursu, cui ardor incendii flagrans,
Aut fissio fulminis per latitudinem nubis.
Transitque, vt lapis e catapulta,
Quo quatitur murus, die oppugnationis.

Sic Poëta vetus in *Diw. Hud.* Plura excerpere non vacat. Addit *Merc.* II. *Vel*, *Ei volupe est*, *in desertis agere*, *nec frequentia Ciuitatum mouetur*, *vt illic esse velit*, *vt pleraque animantia cum hominibus versari consueuere.* Cl. *Schmid.* III. *se malle* ait, *Onager ridet alia animantia*, *quae in strepitu vrbis viuere consueuerunt*, *et eundem patienter ferunt*, *quum tamen sit mera seruitus.* Non video magnum discrimen. *Boch.* H. I. 877. simile habet; inferens hinc, *Onagrum* serui-

det ad tumultum urbis; clamores exactoris non audit. *vſ.* 11. Circumluſtratio montium ei paſcuum eſt: et omne viride ſectatur. *vſ.* 12 Voletne Bos ſylueſtris ſeruire tibi? num

ſeruitutis immunem viuere, et a nullo operis exactore increpari etc. Huc plurimus tendit calculus; cui acquieſco; quod plenius quid adferat, quam *num.* I. quodque נוּנשׁ Ἐργοδιώκτην ſonet certiſſime, *verbo*, et *verbere*, *vrgentem.*

vſ. 11. Aliquid ſcrupuli obiicit vox ſoliuaga יחור. Veteres fere a *Rad.* חור *luſtrauit* in *fut. Kal* accepere: vt LXX. κατασκέψεται etc. et *Vulg. Circumſpiciet montes paſcuae ſuae.* Similiter *Chald.* aliique. At *Merc.* nomen eſſe, non verbum, colligit ex *Iod. Schenato*, quod alias יָחוּר ſcribendum fuiſſet. *Iod* tamen ei ſeruile, vt יחור, a חור, ſit *inueſtigatio, exploratio montium*, h. e. *id quod per montes hac illac perquiritur.* Germanum in יקום *ſubſtantia*, a קום. Ad radicem יחר reſpexit Cl. *Cler. Abundantiam montium* reddens. Idem *Codurco* in mentem venerat, qui *ſuperfluum* maluit, *Herba quae non ſecatur, ſed neglecta per montes diſperit.* Mihi medium videtur elegantius: nec durum, ſtylo altiore, *Circumluſtratio montium*, pro *Herba luſtrando vndique conquiſita.* Quum tamen מרעה *paſcuum* potius adferat, quam *pabulum*, grandius concipere licet, *Circumluſtratio montium paſcuum eius.* Animal vagabundum *quicquid eſt montium oberrare* amat, atque *hoc* longe, lateque, diffuſum *paſcuum a me accepit.* חור in *Origine* eſt *circuire, circumluſtrare.* Sequentia hunc adſpectum firmant. [Prius membrum *Syr.* et *Arabs* verterunt: *In multitudine montium paſcuum eius.* Pro ידרוש autem legiſſe videntur יָרוּשׁ. *Vog.*]

vſ. 12. Magna eſt, et manebit forte, quaeſtio, quodnam Animal vocabulo ראם deſignetur. Eius *indomita vis*, et praeſertim *cornu formidoloſiſſimum*, anſam plurimis praebuit I. cogitandi cum LXX. de *Monocerote*, apud veteres nobilitato, *aſperrima fera cui nigrum cornu duum cubitorum e fronte protendi* referunt *Plin. Solin.* etc. eam *capi non poſſe* addentes. Nempe *capi non potuit, quae nuſpiam inuenta*, fera fabuloſa, ea ſaltem, quam Antiquitas *Monocerotis* nomine poſt *Cteſiam* fabulatorem concelebrat: nam *vnicornia*, μονοκέρωτα, alias dari animalia, dubium non eſt. Haec in *Hieroz.* 1, 930. et ſeq. copioſe diſcuſſa. Videndus et *de Pined.* qui II. cum *Hieron.* tenet *Rhinocerotem.* Hunc amplexi etiam *Steuch. Pagn. Forer. Marian.* aliique. Renititur *Boch.* H. 1, 958. Doct. *Boot.* A. S. L. 3, 1, 8. obſeruat III. loca pleraque vocare ad *Belluam bubulo generi adfinem*, quod *Reëmi*, et *Boues*, vt *animalia cognata* ferme veniant. *Deut.* 33, 17. *Pſ.* 29, 6. *Eſai.* 34, 6. 7. quin et *Pſ.* 22, 13. 22. Hinc colligit ſatis ſpecioſe, eſſe *Bouem ferum*; et quidem illam *ſpeciem*, quae *cornuum magnitudine* et *robore* diſtincta. Remouet itaque *Bonaſum*, quibus ἄχρηστος τῶν κεράτων ἡ ἐξοχὴ vt *Ariſtot.* monet, quod *ea* gerat *incurua, verſus ſe inuicem inflexa, et defenſioni parum vtilia.* Remouet et

Bisontem, quod *ferocissima* quidem, et *cornibus altis*, ac *robustis*, insignis, *cicuretur* tamen, et *feritatem exuat;* quum *Reëmum* nunquam *mansuescere* insinuetur in contextu nostro; vbi recte submonet oppositionem institui *inter Bouem domesticum*, *hominis* in *Agricultura socium laboriosissimum;* et inter huncce *syluestrem*, ac *ferum*, qui *ceruicem iugo subdere* neget. Concludit proinde ad *Vros*, quibus *indomitam* plane *feritatem* tribuit *Caesar;* quibusque *Taurina cornua in tantum modum protenduntur, vt ob insignem capacitatem inter Regias mensas potuum gerula fiant*, etc. vt *Solin.* loquitur; ex *Plin.* qui *Barbaros septentrionales Vrorum cornibus potare, vrnasque binas vnius capitis cornua implere* scripsit L. 11, 37. Ab hac sententia discedens *Boch.* IV. vt *Orygibus* locum faceret, has *Bootio* opposuit rationes. 1. Quod *recentior* sit *notitia Vrorum;* quos, in *Hercyniae syluae intimis saltibus conditos*, ante *Caesarem* nemo ne fama quidem acceperit. 2. Quod solus *Septentrio* eosdem alat: alios enim esse *feros boues* quos *India*, vt et *Troglodytica* regio, alere narretur. 3. *Bisontes* non minus *indomitos*, quam *Vros*. 4. Quod *Arabum*, *Chaldaeorum*, et Veterum *Hebraeorum*, communi suffragio ראם vel רים in *Caprearum censu* stet. *Arabibus* videlicet رئيم *med. Eliph*, siue *Hamzata*, est *caprea sincerae albedinis*. Item *Syrum* et *Chaldaeum* רימא vel רימנא respondet דישון τῷ in *Lege*, quod est *genus capreae*. Ex *Thalmudicis* porro eadem notione confirmata, *necdum* tamen *rem confectam* fatetur, quod in *Caprearum* genus haud quadrent, quae Scriptura de *Reëmo* tradit: quum *Capreae* sint *imbelles*, *imbecilles*, *ab aratro* aeque *immunes*, ac caprae domesticae, et *cornibus* non adeo *conspicuae*, vel *robustae*, vt in prouerbium mitti potuerint. Fassus ergo *aquam* sibi *haerere*, et *coniecturis agendum*, vbi *certae probationes* desint; ad *Orygem* se conuertit, quem *saeuum* appellarit *Martial. L.* 13, 95. quemque *Oppian. Cyneg.* 2, 445. describat, vt *feris ipsis formidolosum*, ob *cornua alta*, *nigra*, *omni ferro*, *aere*, *saxo*, *duriora*, quo *Apros*, *Tauros*, *Leones* subsistere, et excipere, audeat. Vide *Hieroz.* 1. 968. et seq. Haec, vtut speciosa, assensum non impetrant. Nam 1. ipse Vir Magn. sibi obiicit, *Orygem* esse *animal peregrinum*, aeque ac *Rhinocerotem*, et *Vrum*. Grauius 2. quod ipse quoque attigit, ראם esse *animal boui congener*. Eo argumento *Bootium* pro *Vro* nixum vidimus. Respondet ὁ πάνυ, *Ceruinum genus* aliquid *commune* habere *cum natura bouis Syluestris;* atque propterea *Arabes* nomen البقر الوحشي *Bouis feri* etiam *Ceruis* imposuisse. Hoc est vitare ictum, non frangere. Non satisfit certe 3. nostro textui, cuius tota series postulat animal *Boui aratori* non *nomine*, sed *corpore*, et *vniuersa specie*, simillimum. Mitto reliqua. Coactum quoque, et dilutum 4. quod *Num.* 23, 22. et 24, 8. exhibet, ad תועפות ראם לו *Vires*, vel *elationes*, *Reëmi sunt ipsi;* q. d. *Tam eminebit hic populus inter reliquos populos, quam eminet Reëm inter reliqua Caprearum genera.* 5. Non constat adhuc, idemne sit *Oryx* ille *indomitus Oppiani*, cum *Oryge* minore, quem *Plin. Colum.* aliique indicant.

dicant. Saltem 6. ריים *Dorcas candita*, צבי ظبي, si iam ad *Orygem* latius se diffundere detur, de quo non liquet hactenus, non adfert illud *capitis*, *corporisque proceri*, *robur*, quod vbique ex ראם elucet. An ergo cum Illustr. *Ludolf.* in *Comm.* ad *Hist. Aetiop.* p. 155. ad *Rhinocerotem*, quem *Bouem Aethiopicum* appellat *Pausan.* reuertemur? Haud tutum; nec digero *Deut.* 33, 17. *Cornua Rhinocerotis cornua eius*, resolui per *Periphrasin subst.* pro *adiect.* in *Rhinocerotina.* Sic gratia Emblematis offuscatur, et a simplicitate naturae discedit. Appellatio *Bouis Aethiopici* aeque iusta, ac *Bouis Lucae*, vel *Lucani*, *Elephanto* indita a *Romanis*, quum *Pyrrhus* eas belluas cum Bello in *Italiam* transportasset. Haec obstant iis quoque, qui *Monoceroti* hoc accommodare coacti, *Enallagen numeri* adscisebant. Magni item scrupuli impediunt, quo minus ad *Bootii* sententiam accedamus. Id tamen in illa laudo, quod *Bouini generis Animal* tenendum vrgeat. *Vrum* Septentrioni suo relinquo; et in *Reëmis* i los potius V. *Boues feros* agnosco, quos *Syriae*, et *Arabiae* deserta nutriunt. Hos vel *Bisontes* nominare possis, vel *Bubalos*, latiore illo vsu, in quem id vocabuli nunc immissum. Apud *Arabes* crebra mentio البقر الوحشي *Bouis feri*; qui et الثور الوحشي *Taurus ferus*; et absolute الوحشي *Ferus*, per Excellentiam: alias نمش, quod *albis nigrisque maculis* sit *distinctus* fere. *Faemellae* nomen generale البقرة الوحش vel الوحشية *Bos fera.* A *nitidissimo candore* البهاء, et النعجة, nam vtraque Radix adfert, *nituit prae candore.* Alias appellationes non exequor. Tantum monebo elegantem *Bubali Africani*, et *Syri*, descriptionem dedisse *Bellonium Obs.* 2. 50. quam *Boch. Hieroz.* 1. 283. adtulit, cum vocabulo الماري *Bos syluestris* et الماوية *vacca syluestris*, vnde מריאים ibidem illustratur. Cum hac contendas velim eam *Iuuenculam Syluestrem*, quam in *Aegypto* a se spectatam narrat *Prosp. Alpin.* L. 4. *Cap.* 9. *Rerum Aegypt.* vbi hoc genus *facile cicurari* adiecit. Contrarium obtinet in *Arabicus Bubalis*, quibus *indomitam feritatem* attribuunt Poëtae gentis, tam multi in eorum *venatione* describenda, et *imaginibus* ab eorundem *forma*, *decore*, *robore*, *cursu rapidissimo*, *frontis honore*, *cornuum terrore*, transferendis, vt frequens et nobile esse genus in *Arabia*, euidentissime appareat; quum de eo loquantur, vt *desertorum*, *montiumque*, *suorum* nemini ignoto *incola.* Egregiam talis *Bouis* descriptionem dat *Ommia Abi Aiides* in *Diw. Hud.* vbi inter alia extat.

Albus medium dorsum, cernas colorem eius
Ad instar Sindonis bene custoditae post polituram.
Acutus geminam hastam, torosus membris;
Candicans, oculo Lunae instar micante.

Submonet *Schol.* Tauri illius *Cornua* hic appellari *Hastas:* vnde promtum de eorundem *proceritate* et *robore* iudicium. In eadem *Antholog.*

tholog. Hudeil. est carmen *Moleichi*, cuius hoc initium. *O Maiia, si desideras prolem tibi raptam; at Tempus raptor est.*

O Maiia! Ferae terrae pereunt,
Et Dorcades, et Bubali magnis oculis, *et Reëmi, et homines.*

Subsumit deinde

O Maiia, non effugit dies fatales *albedine pedum conspicuus* Bubalus, (خدم)

In monte celso vbi Iasminum et mel Syluestre.
In Capite verticis, cuius semita frigida
Proxime coelum, cum Naso per aërem prominente.

Notat ibi *Scholiastes*, خدم *Metacarpia* vocari *Albedinem quae cingit pedes Tauri.* Horum *genus ferum* Poëta nomine عين עין *Magnis oculis praeditorum* designarat in versiculo priore. Iis adiecerat ارام *plur. fr.* pro ارام a *sing.* ريم, quod est רֵאם pro רְאֵם, pro quo et רֵים, cum *plur.* רֵמִים, exaratur. Idem *Schol.* vocem illam declarat *Albicantes Dorcades;* sed magna me tenet suspicio τὸ ريم latius patuisse, et *Candicantes Bubalos* quoque sub eius ditione contineri. Ordo versus illuc vocat. Habeo et alia indicia eiusdem vsus latioris, quae hic promi nequeunt. Concludo tandem, nihil verisimilius, quam ראמים denotare *Bubalos prae pinguitudine nitentes;* a ראם رام *coaluit*, et *conglutinata fuit res.* Succurrunt hac occasione ראמות *Cap.* 28, 18. *de Curaliis* explicita: quibus a *Conglutinatione* forte nomen inditum. De *Etymo* tamen nondum liquet: nam et a רום ob *altitudinem cornuum* satis commoda deriuatio. Amplius.

Ibid. Vel haec *pericopa* adeo insignita pro *Boue fero*, vt *Animal* aliud in coniecturam venisse cuiquam, mirari sit. Transitus certe ab *Asino Syluestri, clitellas respuente*, ad *Bouem ferum* item *iugi haud patientem*, quantumuis ei vnice videatur aptus, nec *Rhinocerotem* admittit, nec *Orygem* adeo, quos *labori rustico* nemo admouere vellet, puto, etiamsi eos edomare valeret. Diuersior etiam *forma*, et *indoles*, vtriusque, quam vt luculenta haec amplificatio iisdem accommodari queat. *Bos* sit oportet, sed *efferus*, et *indomitus*, qui *bouina ministeria* subire velle negatur. Quae *de Pined.* ad conuenientiam *Bouis*, et *Rhinocerotis*, adstruendam, habet, semet destruunt; quum ad *Antithesin* mox recurrat. De *Oryge* adhuc impeditior res est; nec debuisset ὁ πάνυ tantam difficultatem tam leui brachio expedire. Pulcherrima phrasis, *Num approbabit seruire tui?* vel, *seruitutem tuam?* in verbo עבד speciatim *culturam terrae* nunc respici, recte notauit *de Pined.* adducto et hocce *Cic. de Nat.* 2. *Quid de bobus loquar, quorum ceruices natae ad iugum: tum vires humerorum, et latitudines, ad aratra extrahenda?* Posterius Colon, *Num pernoctabit ad praesepe tuum?* scrupulis quibusdam premi, olim monui. Cl. *Guss.* אבוס *Aream* potius significare, verisimile fecit; coactius tamen exit, quod sub לון adfert, *An murmurabit contra aream tuam? in ipsa* scil. *seruitutem pati adactus.* Tentabam, *Num facilem*, obsequentem, *se praebebit super*

num pernoctabit super area tua? *vs.* 13. Num ligabis Alticornem in sulco, fune suo? num offringet valles post te? *vs.* 14.

per area tua? Apud *Arabes* opposita sunt خشن *Asper fuit*, quod de *refractario indomitoque*; et لان לון *mollis fuit*, quod de *domito, iugique patientissimo*, celebratur. *Haririus Conf.* 4. من حكم بان اللين وتخشن *Quis sententiam tulit vt ego mollis sim*; et obsequens; *tu asper*, et refractarius? *Pernoctandi* originem hinc pendere, aliquando suspicatus sum. Necdum tamen res ad liquidum mihi perducta. Si אבוס esset *praesepe*, retinerem potius *pernoctationem*; nec mouerent me scrupuli a Cl. *Guss.* iniecti ex constructione cum על; itemque ex eo, quod *iumentum non seruiat ad praesepe; sed in area*: nam vtique *seruitutem* fatetur, quum *ad praesepia* se *religari* patitur, et demensum accipit. Stare etiam possit. *Num pernoctabit super area tua?* Nempe Orientales *demessas fruges non domum in horrea conuehunt, granis nondum excussis, sed in Aream quandam sub dio comportant; deinde sparsis per* Aream *manipulis frugum*, Boues *et* Bubalos *immittunt, qui dum pedibus subiectas fruges proterunt, grana nullo negotio aristis excutiuntur.* Ita *Leuncl.* in *Turcic.* p. 234. Morem pluribus illustratum dedit *Boch.* H. 1, 311. 312. et 301-303. Hos *Bubalos* caue cum nostro ראם confundas. Est *genus medium* inter *cicures*, et *syluestres Boues*, quod *aratro*, et *reliquo operi rustico*, etiam admouetur; docente *Gesnero.* Confirmamur et hinc in sententia exposita; nemo enim *Reëmum* vidit *triturantem*, quum tamen *Boui* et *Bubalo* isti ita sit cognatum animal, vt idem esse videatur. Ab *Area* autem *domituram* auspicatur Sacer textus, quod *vitulos operi rustico* hinc fere *initiari* soleant Orientales. Egregius in hanc rem locus *Hos.* 10, 11. *Ephraim vitula est assuefacta; amat triturare.* Nempe *larga* tunc illis *sagina*, vnde עגלי מרבק *Vituli in area reuincti collo ad triturandum*, pro *nitidissimis*, et *praepinguibus*, in prouerbium abiuere. Adisis *Hieroz.* 1, 302.

vs. 13. Satis libere *Hieron. Numquid alligabis Rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te?* Defendi vtcunque posset ex *Arabismo*, quo *suo* valet *tuo*, siue 3. *Pers.* pro 2. vsurpatur. Idiotismus est, quem ad *Cap.* 18, 4. supra indicaui. Hic tamen minus quadrat: et rectius *Pagnin. Numquid ligabis* eum *in sulco fune suo?* Est *Ellipsis:* ad quam vitandam R. *Leui* struxit, *Num ligabit eum in sulco Lorum eius?* Obstat genus. Exquisitius quod dedit *Cocc.* cum aliis, *Num vincies eum ad sulcum funis sui?* i. e. *vt sulcum agat secundum eum funem quo tu eum regas?* Bona phrasis, *sulcus lori eius*, pro, *qui ad lorum moderatoris ducitur recta linea*, absque vt quicquam *deliretur*; siue a *lira deflectatur.* In eundem sensum se porrigit posterius, *Num* ישדד *occabit valles post te?* vel *iterum proscindet?* Nempe *quum primum terra aratur, proscindere vocant rustici: quum iterum, offringere.* De *pingui gleba* notat *Colum:* eam *proscindi*, et

vſ. 14. Num confides ei, quia multus neruus eius? eique mandabis laborem tuum? *vſ.* 15. Credeſne ei quod reuehet ſemen tuum? et aream tuam comportabit? *vſ.* 16. Ala

dein *iterari*, ac *tertiari*. Hebraei primam *arationem* vocitarunt פחח *Eſai.* 28, 24. *incidere ſulco:* cum quo ibi connexum שדד ducit ad *iterationem*. Eadem vis pellucet *Hoſ.* 10, 11. Pro *Occare* ergo ſubſtituere ferme auſim *offringere*. Apud *Arabes* سدن eſt *direxit*, *recta collineare fecit*. Eo nil ſimplicius pro *iterata* hac *ſulcatione*. עמקים *valles* retineri ſenſu proprio nil impedit; grandius tamen erit, ſi *profundiores ſulcos* ſic appellatos ſtatuamus. Verterant ſic Doct. *Tigur.* nec *Merc.* aliud intendit, quum ait, *conualles* vocari *porcas in terra factas arando, quibus ſulci ſubſint demiſſiores*. Minus accuratum tamen, quod *porcas*, i. e. *prominentias terrae in ſulco*, dici putet *valles*, quum *ſulcis* ipſis demum, ſiue *liris*, et *foſſis*, iſta appellatio conueniat. עמק عمق *profundus fuit*, huic *Schemati* fauet. Qui *valles* proprie ſumtas tenent, eas ad *difficultatem arandi* referunt partim, partim ad *facilitatem*. Poſterius tenet *de Pined.* cui *glebae vallium*, ſunt *mollioris terrae;* in qua *vituli aratro aſſuefieri* ſolent. Docte illuſtrauit ex *Colum.* L. 2. vbi *modus*, quo *boues ſub iugum mittendi*, praeſcribitur. Inde expedit etiam nodum, quem אחרי *poſt* nectit; non *praecedit* enim Ruſticus *bouem aratorem*, ſed *ſubſequitur:* at quum *vitulus domandus*, et *aratro aſſueſcendus*, eſt qui *claua ſalignea praeeat*, ad *impetus reluctantis modicis ictibus coërcendos*. Valde blanditur. Rem in medium relinquo.

vſ. 14. Ab *imagine* ſuſcepta abit longiuſcule, quod hanc *fiduciam* in *Rhinocerotis viribus*, ad *diſcrimina bellorum* trahat *Caietan.* cum alluſione ad *Elephantum* praeliorum anteſignanum. Alienius quoque, quod *Thom.* et *Nicol.* alludi velint ad *canes villaticos*, et *cuſtodes agrorum*. Lenius cohaeret, quod de *opere ruſtico* et hic agi, teneant plerique, atque inde iterum colligo, de *Bone Syluestri* potius cogitandum; quam de vllo alio animali.

vſ. 15. Completur luculenta pictura; in *Agricolationis fine*, et *fructu;* qui eſt, *comportare ſemen*, i. e. *ſegetem fruges* et *demeſſas, domum;* vt *horrea conſtipentur*. Pulchra phraſis, *Aream colligere*, pro *conuehere in aream fruges triturandas:* niſi malis, *quod in area trituratum, nitidatumque, ex agro domum reuehere*. Huc collineauit *Cocc.* monens גרנך *aream tuam* poſitam pro מלא גרנך *plenitudine areae*, vel דגן גרנך *frumento areae*, metonymice. אסף תבואה *colligere prouentum* pro *ex agro domum referre*, habes *Exod.* 23, 10. et alibi. Quicquid fuerit, agitur haud dubie de *vectura* et *alligatione ad plauſtra ruſtica*, a quibus *Rhinocerotem* vaſta ſua moles ſatis *diſiungit*. Pariliter *Orygem plauſtro iunctum* tam parum quis cuperet, quam *ibicem*, *capreamue* quamlibet. Ergo his *animalibus* parum loci relictum. [*Syrus* et *Arabs* pro זרעך וגרנך legiſſe videntur גרנך וזרעך. *Vog.*]

vſ. 16.

Ala Struthionum exultabunda: estne penna pietaticultrix, et pluma? *vs.* 17. Nam mandat terrae ova sua; et super puluere

vs. 16. *Ordinis rationem* in hoc censu non anxie captandam, supra monuimus. Constituto tamen loco, apparebit, satis concinne *Onagro*, et *Boui*, *deserticolis*, adiunctam esse *Arabiae solitudinibus familiarem* illam *bestiam* dicam, an *auem? Struthocamelum.* Eum hoc in versu vel praecipue, vel vnice, intendi, sequentia arguunt. Fatendum tamen rationes Interpretum hic turbatissimas esse. Nihil se intellexisse declarant LXX. vocibus πελασσα, ἀσίδα, καὶ νέσσα, retentis. Hac ansa *Asida* apud *Gesn.* appellatio *Graeca* huius Alitis. *Hieron.* dat, *Penna Struthionis similis est pennae Erodii, et accipitris.* Ille *accipiter* ex נץ *vs.* 29. elicitus sub נצה. Is traxit ad *Herodium* in חסידה: e *genere aquilino.* נעלסה pro *similis est*, sensui expediundo adscitum. Is melior sane, quam *Aquil.* πτερύγιον αἰνάντων συναναπλέκει —— Ἐρῳδίος καὶ ἱέραξ. Melior quoque, quam *Symm.* πτερὸν ἀγλωσμᾶ περιφύεται, εἰ ἐναγκαλίσεται ὁ κύκνος πτίλαις αὐτᾶ. Nihilo sanius quod *Chald. Ala Galli Sylueſtris qui celebrat, et laudat; et an ala Ciconiae et accipitris?* Ne *alitem* quidem vllum expressere *Syr.* et *Arabs* praebentes, *Alis laudum extollitur, et volat, et venit, et nidificat.* In *Polygl.* tamen *Anglic.* reperies pro

كنفي الشبح, כנפי שבחין

Alis laudum, vt *Boch.* vertit *Hier.* 2, 238. *Struthionem:* eumque significatum indicat *Castell.* in *Lex.* non alio, vt videtur, fundo, quam loci huius. Clar. *Cler.* tentauit, *Ala Struthionis agitatur;* sed *an* est *valida ala pia, et auolat, vt ala Ciconiae, et pluma?* q. d. *Alae Struthionis quidem laetae, perpetuoque motu agitatae; sed non piae sunt alae validae illae, quae auolant, et oua sua deserunt.* Recte ex *Boch.* obseruat חסידה, proprie esse *Piam*, atque *Ciconiam* hoc nomine affectam, quod sit *pietaticultrix:* vt contra חחנם *impius*, ob contrariam rationem, *Struthio* vocitatus. Recte etiam hinc infert *Struthionem* non conferri nunc cum *Ciconia*, sed potius eidem opponi. Reliqua minus expedita. Vide an mollius exiturum sit *Ala Struthionum* quae *exultare facta est; an penna pia, et pluma?* Notari velim 1. *duas, tresue, aues* hic tangi, neutiquam verisimile. 2. Ad *Struthiones faeminas*, sequentia *vnice* tendere. Has 3. voce רננים designatas, a *tremulo*, et *tinnulo*, quem fundunt, *sono*, vix ambigi posse; nam חסידה vel *piam* designare in genere; vel *Ciconiam* ob *pietatem*, certum: et נוצה *plumam* esse, aeque certum ex *Esech.* 17, 3. vbi quoque iunctim deprendes כנף *Alam*, אבר *pennam*, et נוצה *plumam.* 4. Praemisso nomine *Alitis; clangore tinnulo Arabiae deserta pererrantis*, eius *Characterem* geminum apponi; *Ala exultare* perpetuo *facta;* eademque *impia* tamen, et plane *in naturam rebellis.* Genuinam vtique notam 5. *Struthionis* praebet כנף נעלסה *Ala* quae *exultare facta* est. Radix עלה cum עלו, et עלץ eandem tenet *Originem*, quae est σφαδάζειν *vibrantem motum edere, irrequieta iactatione*

agitari: quam *Clav. Dial.* p. 282-284. referauit. Illud σφαδάζειν *Alis* datum a *Schol. Aesch. Pers.* 207. vbi quod Poëtae erat πτεροῖς ἐφορμαίνοντα explicat, σφαδάζοντα, καὶ ὀξέως κινούμενον ἐν τοῖς πτεροῖς *iactantem, et acriter quatientem sese alis.* Hic *Alitis noſtrae* perpetuus habitus, quae

—— *Calidas curſu transmittit arenas;*
Inque modum veli ſinuatis flamine pennis
Pulueruleuta volat. ——

Vt *Claud.* L. 2. in *Eutrop.* i. e. dum *pulueres ciet pedibus*, ſimul *volat* quaſi *ſuper terras*; ſiue, *in terra* facit, quod reliquis tantum *alitibus in aëre* conceſſum. Confer quae de hoc *curſu volucri* in medium dedit *Boch.* H. 2. 245. Alteram illam *exultationem alarum Struthionis*, quam attendi poſſe cenſet *Vir Summ.* p. 246. ex *iucunditate*, et *pulchritudine*, qua praenitent, deriuatam, cum hacce primaria connecterem. Habes primum Characterem. Alter non minus euidens, 6. *An penna pia, et pluma?* Vt *indefeſſam agilitatem* laudes illius *Alae*, an et *pietatem* eius, et *maternam curam* in *oua*, et *pullos* laudare poſſis? Minime vero: quamuis *nulla penna, nulla pluma, fouendis ouis, pullisque*, aptior nata videri queat. Nempe in eam mirifice etiam quadrat, quod de *Aquila* extat *Eſech.* 17, 3. *Ampla alis, longa pennam, plena plumam prominulam, teneram, mollem.* Ea proprietas vocis נוצה, cuius *forma* eſt *Particip.* quae *Arabibus* ناصية *Coma*, vel *pluma propendula.* En 7. adhuc argutiusculum aliquid. Vbi de *Aue* ſermo eſt, vix fieri poteſt, vt חסידה non luſum aliquem in *Ciconiam pietaticultricem* ferat. Suſpicor itaque ſub *penna pia, et pluma*, ſimul adumbrari illam vere *maternam indolem*, quae in *in Ciconiis* admirabiliter relucet, cuius contrarium plane in *Struthionibus* deprenditur, inde חחמס *Tachmas* dictis apud *Hebraeos*, a חמס *crudus, crudelis, impius, iniurioſus, violentus fuit:* vt apud *Arabes* ظليم ab *iniuſtitia* item, et *impietate:* quae ex *Hieroz.* 2. p. 233. abunde conſtare poterunt. Via explicationis, quam tenuimus, perfacilem praebet connexum. Is huc redit: *Tune porro is es qui Miraculum illud naturae, Alitem beſtiam, deſertorum veſtrorum clamoſam habitatricem, iſta mobiliſſima Ala donaſti; qua per pulueres, et arenas, grandibus Ciconiarum pennis, plumisque, veſtita ſe infert; non volans tamen, ſed currens: impietate in oua*, et *pullos*, *tam infamis, quam Ciconiae per pietatem ſunt nobilitatae.*

vſ. 17.' Filum ſua ſponte ad has lineas, generatim praemiſſas, decurrit. Apparet ex iis quae diximus, nunc porro oſtendi *Struthioni* abeſſe *pennam piam, quippe quae deſerat in terram oua ſua etc.* Ex *Arabum* fontibus multam lucem hiſce infudit *Hieroz.* 2, 251. 252. vbi inter alia Prouerbium adductum اذل من بيضة البلد *vilior ouo terrae*, i. e. *Ouo Struthiocameli, quod deſeruit.* Exemplum habe ex *Hamaſa.*

Ego vir ſum, cuius perdidit Fratres
Fortunae iniuria, factus iam ouum terrae.

Ibi *Tebriz. Dicitur de* Ouo terrae, *Oua Struthionis intelligenda, quae, ſtolidiſſime ſe gerens, oua ſua ponat in loco* aliquo, *quae mox deſe-*

rat

puluere calefacit. *vſ.* 18. Et obliuiſcitur quod pes illa compreſſurus ſit; et fera agri ea ſit trituratura. *vſ.* 19. Du-

rat inde aberrans ita vt pereant. Accidere etiam ſaepe vt aboat, et foueat oua non ſua, quae opinetur ſua eſſe. Alii volunt Ouum terrae *eſſe* Fungum album, *quem fiſſa excludit terra, a beſtiis mox conculcandum.* Vtrumque obtinere ſcias. Ratio euidens in *Fungo.* In *ouo Struthionis* etiam ſatis promta; ſed tenendum inſuper بـلـــد *ſolum, terram*, vſurpari pro *Nido Struthiocameli*, quod non *cremiis, ramulisue, congeſtis* texatur, ſed *nuda* conſtet *terra*, ſiue *arena* paululum *pedibus excauata.* Appellatur أبدة, ابدي et ابدوة; et מדחה מדחי, *quod pedibus eum locum ſibi expandat, arena huc illuc disiecta.* Confer *Hieroz.* 2, 252. Inde denominationem hanc ductam docet *Gjauharius: Terra pro Nido Struthionis ponitur; inde prouerbium; vilior ouo Terrae.* Exquiſite locatum illud *Relinquit* תרזב, quod duplici poteſtate nunc auctum: prima *deponendi*, prout *onus ponitur*, et *traditur* alteri *portandum.* Ita *vſ.* 14. huius *Cap.* et *Pſ.* 10, 14. et *Gen.* 39, 6. Inde vertas licet *Mandat oua ſua terrae.* Altera vis infert *derelictionem*, quam hic omittendam non eſſe, ſequentia ſatis arguunt; etiamſi iſta *deſertio* non tam ſtricte ſit ſumenda, vt ſtatim atque *oua poſuerit*, ea *derelinquat:* nam ſat *longum* ſaepe *tempus incubat:* quin et *excludit* haud raro *oua:* ſed tamen tam *trepida*, et *ſtupida*, eſt *natura*, vt *ad minimum ſtrepitum fugiat, ouaque ſua deſerat*, quae deinceps, prae

uecordia, inuenire non valet. Locus *Taurizii* in hanc rem diſertus. Poſterius membrum *Boch.* H. 2, 253. reddidit: *Et ſuper puluerem calefiunt*, vt *Pihel* hic vim τοῦ *kal* retineat, et תחמם ad *oua* redeat, cum *Enallage numeri.* Rationem addit, *quod non calefaciat ea ipſa oua, quae reliquit.* Intelligit non *calorem*, qui *viuificet*, ſed qui *corrumpat:* quod vt *Damir: Alkazvs* aliique tradunt, *dicatur oua ſua in tres partes diuidere; ita vt quibusdam incubet; quaedam aëri exponat, vt putreſcant; quibusdam ſe alat* etc. Fabuloſum: aeque ac illud, quod alii hinc exſculpſere, *ſola calore ſolis*, ac *fotu puluerис*, haec *oua excludi*, ſine *incubatu.*

Quid ergo? תחמם omnino eſt *calefacit*, quod hic venuſte pro *fouet, incubat;* et membrum hocce non aliter capiendum, quam natura rei ſponte ſuggerit, vt poſterius priori reſonet, *Mandat terrae oua ſua, et ſuper puluere incubat.* Senſus hic. *Oua facile deſerenda deponit in terra, et ſuper nudo puluere incubare ſolet, vbi parata iacent praeda, matre longius euagante, aut ad ſolii ſtrepitum fugitante; et proditum nidum prae uecordia iterum reperire non valente, quin mox obliuioni tradente.* Deſino in luculento teſtimonio *Leon. African.* L. 9. *Habitat in deſertis inaquoſis, atque oua numero* 10. *aut* 11. *in arena emittit, quorum ſingula tormentarii globi magnitudine, plus minus* 15. *libras pendunt: ac* breuiſſimae *cum ſit* memoriae, *loci confeſtim obliuiſcitur. Quare*

faemi-

faemina in haec oua incidens siue propria, *siue* aliena, *incubat, et calefacit* etc.

vs. 18. Nouissimus ille character *stuporis* incredibilis, hoc, et sequenti versu, clare expressus. Parcior hic *Boch.* H. 2, 253. 254. vbi ex *Damirio* tamen adductum, *si in alterius Struthionis oua incidat*, aliena *incubare eam, suorum immemorem.* Frequentissima *stolidissimae obliuionis* mentio in Poëtis. *Hamasa*

Vt quae lactat foetus alienos, et perire sinit
Filios ventris sui: Hoc (هذا) *deerrare est a via.*

Ad haec *Taurizius. Vox* Hoc *innuit formam prouerbialem. Nempe Struthocamelus hoc facere dicitur, ex malo ingenio suo, quo suamet oua reliquens, in pastumque euagata, quum illuc redire cupit, a proposito aberrat, atque oua aliena incubat. Hinc Ibn Herma*

Sane ego quum deserui liberalitatem nobilium,
Et terebro manu mea igniarium auarum.
Sum vt quae relinquit oua suamet in campo
Et oua aliena vestit sua ala.

Similis fere comparatio in *Nawabig.*

Est qui omittat pietatem in propinquos, alienis benefaciens:
Vt Struthio deserit oua sua, et oua aliena incubat.

Grauia verba pro *mole ouorum* adhibita; זור *comprimere vehementius*, ad *succum extorquendum*, et דוש *triturare.* Haec ad *conculcationem*, et *contritionem sub pedibus vagantium* per deserta *ferarum*, pulchre traducta. In priori membro *pedem hominis* stricte teneri, necesse non est. Dubito an vel vllus ei sit locus. Structura simplicior haec, *Et obliuiscitur fore, vt pes ferae ea comprimat, et trituret.* Hinc duo membra, pro perpetuo stylo huius Libri, confecta ad granditatem.

vs. 19. Colores extantissimi, quibus haec *pietatis expers*, et *stolidissima*, *natura Struthionis* vlterius depingitur. Constructio nonnihil impedit: nam תקשיח *mascul.* abit et a natura, et ab Harmonia cum reliquis *faemininis.* Magnus *Boch. Hier.* 2, 254. *Duriter tractat pullos suos, ac si non essent sui* etc. Addit, *Masc pro Faemin. vsurpari frequens Hebraeis, maxime circa animalia.* בניה *Filios suos* exponit *Oua ex quibus pulli emersissent, si fouisset:* ὀεινωτικῶς. Clar. *Cler.* suo more, *Quis nobis praestabit primitus scriptum non fuisse* תקשיח, *et figuras*, siue *Enallagas*, *passim non esse menda: praesertim cum literarum figurae non sint dissimiles?* Nil facilius hoc genere *Criseos*; et semet frustrantur, qui hinc subtilioris cuiusdam vel eruditionis, vel aciei, laureolam venantur. Subdit idem, *castigandum Aelianum Lib.* 14, 6. de *Anim.* vbi narrat *Struthionem tam amantem esse pullorum, tamque sitientem eorum consuetudinis, vt per splendentia etiam hastilia, Nido a venatoribus circumposita, passis alarum velis transuolet, atque semet transfigat.* Id a Cl. *Cler.* ex *Boch.* in dubium vocatur, quin loco huic contrarium censetur. Atqui huius *Alitis mirum in pullos affectum, rapidumque impetum, quo Nidum sub vesperam repetat*, celebrant etiam *Arabes.* In *Diw. Hud.* hinc similitudo ducta ad *rapidissimum cursum fugientis* describendum

Ac

Ac si Sindon mea esset super Struthione, qui sub vespera pullis suis se offert.
Qui Struthio rasus crura, longurio, anteuertit ad oua sua frigus Aquilonis.
Sensit nempe nebulam, nubemque noctis; properatque ad vallem, arenamque, formidolosam:
Velut si ala eius esset palpitatio venti australis in Sindone non trita.

Complusculа hinc discere est 1. *Struthiones* et *oua*, et *pullos recens exclusos*, quotidie *deserere*, et *pastum* inde *abire* in loca remotissima. 2. Ad *nidum* tamen sub *noctem*; vel vbi *metus tempestatis increpuit, passis alis recurrere.* 3. Non ergo absolute intelligendum, quod Vir Magnus autumabat, de *ouorum derelictione* statim *post partum:* quum et *incubare*, et *oua*, ac *pullos* etiam iam in lucem *editos*, magno impetu sub vesperam requirant iterum. Interim tamen 4. eas ob *stoliditatem* a *prole* saepe *sua* abertare, atque *alienum Nidum* inuadere *sui* plane *oblitas*, ex superioribus patere potuit. Inde 5. consequitur *stupidissimum* hocce *genus* vix *certam* habere posse *sobolem*, atque vt in *suos* plerumque *impium*, ita in *alienos foetus pium* deprendi. Tam singularis Character ex hac descriptione abesse non debet, non potest. Tale quid obuersatum *Chaldaeo*, qui exhibet, *Fouet filios, qui non sunt sui.* Non absimiliter *Syr.* et *Arabs. Multiplicat filios de non suo.* Hoc *Struthionis mores optime referre* submonens *Boch.* H. 2. 254. adiicit, *Hebraea tamen hanc versionem non ferre.* Fateor; nam τῷ קשח cum *fotu*, vel *multiplicatione*, nihil: et recte Vir Magn. ostendit קשה *durum esse*, et קשח, fuisse cognata, vt apud *Arabes* non قسي tantum extat, sed et قسح *praedurum* et *rigidum* esse. Ne quid dubii relinquatur, en *Camusi* verba *Radix* קשח *cum infin. Kasoha, et Kosouha*, est *valde durus, aut rigidus fuit. In viro* קשח *et* אקשח *etiam notat, multa tentigine adfici. Item* אקשח חבל *est valide torsit funem; et Kesech, phathata media, est siccitas dura; vt et* קושחה *valet* יובשה *aridam, siccam; de veste, rigidam, crassiorem.* Dandum fuit, quod in fonte, quia riuuli *Lexicorum*, hoc in genere praesertim, nunquam satis puri. Discas ex Magni nostri *Golii* appendice, vbi قَسَحٌ redditur, *siccitas*, et, *libidinis reliquum quid:* et מקשוח مقسوح *Libidinosus*, vt قسح *Durus fuit. Contorsit funem. Libidinosus fuit.* Quid vltimis hisce cum priori, primo obtutu? *Durus rigor*, vel *rigida durities*, omnia copulabit. Eadem in قشح per *Schin* locum habent: nam sic iterum *Camus Forma Kaschahi* (قَشَاحِ), *vt in Katami* (قَطَامِ), *notat Hyaenam. Dicitur vestis* קושח *per Schin, et per Sin, pro rigida; et Kuschahh dicitur quicquid durum ex ariditate.* Hanc appellationem *Hyaenae* adducens *Boch.* autumat eam sic dictam, quod *collum* habeat *rigidum*, nec vllo modo flexibile. Aliud Etymon indicaui in *Iuuenil.*

ab

Duriter habet pullos suos pro non suis; in vanum labor eius sine solicitudine. *vs.* 20. Quia obliuiſci fecit eam Deus Sapientiae; nec sortem ei dedit in intelligentia. *vs.* 21.

ab *impia duritiae* et ἀστοργίᾳ in foetus. Eam tetigit *Teblebius* ad *Conſ. 6. Harir. Dicitur, ſtultior quam Hyaena. Eius ſtoliditatis et hoc, quod quum exit quaeſitura quod voret, et inueniat foetus non ſuos, quorum item mater exiit, catulis relictis, ibi tum ſubſiſtere ſoleat, catulosque alienos lactare, dum interim eius pulli a Lupo deuorati pereunt. Huc alluſit Poeta, quum ait*

Vt quae lactat pullos alterius,
et perire ſinit
Filios ventris ſui. Hoc vero aberrare eſt a via.

Ad *vſ.* praeced. productum ex *Hamaſa*, vbi *Taurizius* ad *Struthiones* alluſum volebat. Hocce propius vero; quia in *Struthiones* non quadrat, vt *Lactare* dicantur *foetus*. En Scopum tandem! קשוח *Hyaena*, ab *impia*, *et* στοργῆς *experte*, *natura*. Item plane vitium in *Struthionibus*. Hinc pleniore ſenſu emergit, *duriter*, et impie, *tractat filios ſuos*, *pro illis qui non ſui*. להּ ללא iſtam ad faciem haud paulo commodius, quam ad alteram illam: nam *Praepoſ.* ל paſſim infert *collationem boni* alicuius, *beneficium*, *fauorem*, *curam* alicui *impenſam*. Praeciſa breuitas ſic explenda; *Duriter tractat ſuosmet foetus*, *in bonum non ſuorum*. Veriſſimum; ſiue בנים *filios* interpretere *oua*; ſiue *pullos* iam *excluſos*: ſiue vtrumque. Si ſola *oua* velis, res in oculos incurrit, nam *derelictis* impie *ſuis*, *aliena fouet*, prae *vecordia*. Si *pullos* malis, amat enimuero illos, quos fotu ſuo excluſit, ſed iam plerumque *non ſuos*, quippe quae *alienos nidos incubare* ſolita, nullam *certam prolem* habere queat, ſed perpetuam confuſionem naturae, per caecum huncce impetum, adfectumque, inuexerit: vt ſi non omnes, pleraeque ſaltem Matres ſtipatae eant alienorum foetuum grege; atque dum *curam* gerant *non ſuorum*, aduerſus *ſuos impiae* et *durae* reperiantur. Habemus, quod intactum relinqui non potuit. Scrupulum ex *Enallage generis* ortum ſic leuare eſſet: *Duriter tractare filios ſuos*, *pro non ſuis*: vt הקשיח ſit *infin.* cum *Chirek* ad *Characteriſt.* quod ſatis frequens eſſe, nemo ignorat. Iſte *infinitiuus*, pro *praeſenti*, ſingularem adfert vim, et gratiam, quatenus per vniuerſum *genus Struthocamelinum* haecce *impietas* pertinet. Ad poſterius colon recte monuerunt Docti *Interpr.* in פחד *metum prouidum*, et *ſolicitudinem piam parentis*, deſignari, qua *timidiſſimum* alias animal omnino careat. Vide *Hieroz.* 2, 255. Quid ſi פחד hic *ſobolem*, et *familiam* ſignet? Nempe فخذ *Arabibus* eſt *familia ex femore prognata*, *propria* et *vera proles*, a primaria notione *femoris*, quam *Cap.* 40, 12. adſtruemus. Hinc exiret, *in vanum labor eius*, *ſine propria prole*, *et familia* exiſtentis. Eſt *foecunda*, eſt ام الثلثين *Mater triginta ouorum*, vt per excellentiam inſignitur ab *Arabibus*; nec tamen habet פחד *familiam*, tum quod *oua deſerta* pedibus ferarum triturentur, plerumque; tum quod

vſ. 21. Quo tempore in altum ſe ad curſum incitat; ridet equum, et vectorem eius. *vſ.* 22. Num das equo fortitudi-

quod quae *excludantur*, ferme *aliena* ſint, nec *veram* faciant *prolem*. Fundamentum huius coniecturae infra dabitur. Praefero tamen hactenus, *ſine ſolicitudine pia* exiſtenti *in vanum labor*. Fruſtra *parit* quod mox *deſerit*; fruſtra *fouet*, *incubat*, *excludit* quae *non ſua*. Confer *Eſai.* 65, 23.

vſ. 20. Elegantiſſimae formulae, ad incredibilem huius animalis *ſtoliditatem* et *vecordiam* exprimendam. Prima eſt, *Obliuiſci eam fecit Deus ſapientiae*; חכמה ex *origine* ſonat πυκνότητα. In omnibus animantibus *ſua* πυκνότης *ſolertia*, quae *admirationi* eſt, et *hominis* quoque *ſapientiam* in quamplurimis exſuperat. Solus *Struthio* nil niſi *merus ſtupor*. Nempe ſine delectu vllo deglutit, quicquid obiicitur, *ferrum*, *vitrum*, *oſſa*, *lapides*, *carbones*, *quin prunas candentes*; nec vt gallus *margaritam* inueniens in fabula, *granum* mallet. Incredibilis quoque ſtoliditas Longurionis, quod *capite in arenae cumulum*, *vel fruticem*, *immiſſo*, *ſe oculis* venantium *ſubductam* autumet; atque ita *manibus capiendam* ſemet dedat. Meminere *Plin. Oppian. Claudian.* alii. Mitto alia apud *Boch.* H. 2. 258. 261. inueniunda. Hinc prouerbium أحمق من نعامة *ſtolidior Struthocamelo*. Non quod omnis *ſolertiae* expers ſit in totum: ſed quod tam *debili* ſit *memoriola*, vt mox ſuum opus deſerat; atque ita reuera *oblita* dici queat *ſapientiae*. Addenda tamen *vacuitas a ſapientia*. Patet ex adiecto, *et non dedit ei ſortem in intelligentia*. Reliquis Animalibus, et volucribus multa

pars, et *ſors*, in hac quaſi *diſtributione*, atque *haereditate dotium ſingularium*, quas Deus cuique *generi* aſſignauit. *Struthocamelus* ſolus *exſors* omnis *prudentiae*, ad ſingula momenta *improuidis*, *caecis*, *temerariis*, *motibus* ſuis ſeſe abripiendum tradens.

vſ. 21. *Venatio equeſtris*, hoc in loco commemorata, clariſſimum fert indicium *Struthocameli*, quem non aliter capere eſſe, diſerte monet *Oppian. Cyneget.* L. 3. 482. vbi rationem reddit cur *Struthioni* in *ferarum venatione* locum tribuat: quod non *viſco*, non *arundine*, non alio aucupio circumueniatur, ſed *equis*, *canibus*, *retibus*, eam aggredi neceſſe ſit. Huc ſpectat quoque comparatio *Claud.* L. 2. in *Eutrop.* 310.

Vaſta velut Libyae venantum vocibus ales,
Cum premitur, calidas curſu transmittit arenas.

Eodem vocat hocce *Plin.* L. 10. c. 1. *Altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritatem vincunt: ad hoc demum datis pennis, vt currentem adiuuent. Cetero non ſunt volucres, nec a terra tolluntur.* Attigit et *Xenoph. Anab.* 1. vbi in *Arabia captos quidem* narrat *onagros, et capreas, ab Equitibus Cyri, ſed Struthiones neminem aſſequi valuiſſe.* Adi *Hieroz.* 2. 262. vbi de *rapidiſſimo curſu* huius Alitis, *volatum aequantis*, eiusque *venatione* hac, plura. Vertit ibi ὁ πανύ, *Quo tempore in altum ſe attollit, ridet equum, et ſeſſorem eius.* Ad verbum חמריא, rarum et obſcurum ſane, perſtricta *Veterum* fluctuatione,

ex

ex quibus *Hieron. Alas erigit, Chald.* volat, LXX. ὑψώσει *attolletur; Syrus* et *Arabs, attolletur vt palma,* cum alluſu ad חמר, dederunt, pedem figit in מרא per *traiectionem* a ראם *altum eſſe;* quaſi *Proceritas ſtaturae* in *Struthione* nunc commendaretur; quum *e nido ſuo exſurgens*, accedentibus venatoribus, *in altum alas erigit*, vel *ipſa potius in altum alas attollitur, mole corporis*, et *colli ſpatio, ſupra fidem eminens.* Traiectio haec a ראם vel רום *altum eſſe*, parum tuta. Mihi hic ſuccurrit primaria poteſtas verbi مرت مري, *ſtrinxit*, quod inter alia notat, *ad vehementiorem curſum ſcutica incuſſa adegit* equum. Hinc exiſteret, *Quo tempore cum procera mole ad curſum ſemet incitat, ridet Equum et Seſſorem eius.* מרום *altitudo*, ad *proceritatem corporis* aeque transferri poteſt ac רם *Eſai.* 10, 33. vbi רמי הקומה *alti ſtatura.* Iam 1. miraculi loco, *Alitem* habere מרום *proceritatem, eminentiamque corporis;* et quidem *Camelinam*, quae *altitudinem equitis equo inſidentis excedat.* Hinc *Oppian. Cyneg.* 3. 482.

Ναὶ μὴν ἄλλο γένεθλον ἐμοῖς ὕδον ὀφθαλμοῖσιν.
Ἀμφίδυμον, μέγα θαῦμα, μετὰ στρεθοῖο κάμηλον.

Apud *Perſas* اشتر مرغ *Vſtur Murg*, Itemque apud *Turcas* دوه قوشي *Dewe Kuſchi* audit, q. d. *Camelus auis.* Apud *Arabes* multis Epithetis inſignitur; inter alia اسقف et سقفاء quod *contignatum*, et *tecti inſtar eleuatum* deſignat. Ita in *Moallek.*

Reſidens in Camelo veloci inſtar Struthocameli pullorum matris, deſerticolae, eminentis vt tectum:
Quae percepit murmur canum, *et quam conterruere venatores ingruente iam veſpera.*

Mirum 2. *Alitem* non *volare*, ſed *per terram currere*, et quidem tanta *celeritate*, vt *canes venaticos*, et *equos velociſſimos*, cum *ſuis* ſibi *ſeſſoribus eludat.* Hinc prouerbium a *Taurizio* ad *Hamaſa* productum اعدي من الظليم *Curſu pollentior quam Struthio.* Item *Inuehi alis Struthocameli prouerbialiter de ſumma leuitate curſus.* Sic Poëta *Chalypham Omarum* laudans in *Hamaſ.*

Quique curret, et vehetur alis Struthionis,
Vt aſſequatur quae tu meritus pridem, anteuertetur.

Confer quae in *Hieroz.* 2. 246. Lectiſſimum 3. verbum חמריא *ſtringit ſeſe*, et *ad curſum incitat;* vbi cum *Equo* et *Equite* curriculi *certamen* tangendum. *Gjauharius Dicitur* مريت الفرس مريا אלפרש *ſtrinxi equum, quum elicio, admota ſcutica, aut alia re, quicquid curſu pollet. Actio* מריה *Miria, et Muria, vocatur.* Hinc apud *Golium* noſtrum, poſtremum illud, *curſus equi ſtimulis impulſi.* Ad hanc rationem 4. expeditiſſimus nexus; et deſinitur ferme, vt inceptum fuerat, in כנף כעלסה *Ala* quae *agiliſſima*, et *exultabunda* vere, *facta* a Sapientiſſimo Numine, vt *ſtolidiſſimum caput* haberet, quo *venantium cupiditatem ludificaretur*, alias *praeda*, et *ludibrium* paratiſſimum, vel puerulis, futurum. Si

גמרום

במרום ad *altam ſtaturam* referri diſpliceat, *edita cliuorum*, et *collium* ſubſtituas licet *Diw. Hud.*

Velociter incedens, promicat inſtar Struthionis, quum ad curſum ſuccinxit ſe in accliui terra medios inter pullos.

מרום et מרומים pro *editioribus locis* paſſim. Haec quum *volante* ſuo *curſu* ex facili traiiciat *Struthio*, nil mirum ſi tanquam במרום *in alto venatores deſpicere*, et *deridere*, dicatur, et ibi *curſitare*, quo *Equo* et *Equiti* accedere non datur. Aliquid forte effectum, ad locum ferme conclamatum. Rem plane confectam dabit dies; quando *venationem Struthionum* propius cognoſcere licebit. Eam *Theuen.* I. 2. 25. tetigit, nec non *Geſn.* L. 3. p. 744.

vſ. 22. Occaſione *Equi* modo commemorati ad *admiranda naturae eius* tranſiri cenſet *Merc.* Id forte verum; nec tamen nimis vrgendum, ob ea quae ſuperius dicta. Copioſam lucem vniuerſae huic pericopae infuderunt *Boot. Animadvſ. Sacr. L. 3. Cap. 6.* et ſequentibus, ad 12. vsque: et *Boch.* H. I. p. 117. vsque ad 153. Eſt tamen in hoc verſu, quod nouam curam requirat. Prius Colon per ſe planum. Poſterius ita verti ſolet I. *Nam veſtis collum eius hinnitu?* Incommodiore ſtructura *Hieron. Circumdabis collo eius hinnitum?* Duriuſcule *Pagn. Numquid induiſti collum eius tonitru?* i. e. *fremitu.* Pariliter *Cocc. An amicis collum eius tonitru?* qui *hinnitum*, et *fremitum* coniungit, vt רעמה reſpondeat *Graecorum* φρυάγματι. *Boot.* et *Boch.* pro *tonitru* aſſumſere II. *Iubam*; et *Bootius* quidem notionem hanc ex ſola ſerie exſculpſiſſe ſatis habuit, *Boch.* eidem firmamentum quaeſiuit ex *Chald.* רעם quod in *Targ. Hieroſ.* aliquoties pro רום *Altum eſſe* adhibitum; quaſi *Iuba* רעמה dicta eſſet, a ſitu, vt λοφιὰ, quia eſt ἐν τῷ λόφῳ, *in vertice.* Haud arridet. Diſplicet quoque III. Cl. *Crom.* conatus, qui *Arabicum* عرف *Iuba* confert, *mutatione* et *traiectione* nimia literarum; quum illud عـــرف cum ערף *ceruice* cognationem habeat, nam اعرف eſt *Ceruicoſus*: et רעם potius illuſtrari debeat ex رغم *tremuit*, *intremuit*, *fremuit*, *horruit*, *abhorruit.* Hinc רעם הים *intremit mare*; 1 *Chron.* 16, 32. *Pſ.* 96, 11. i. e. *fremit* fluctibus *commotum.* Item alia *metaph. Eſech.* 27, 35. רעמו פנים *cohorreſcunt vultibus. Tremor occupat ora.* Iterum 1 *Sam.* 1, 6. בעבור הרעמה *ad eam irritandam, fremente velut, et tremente naſo.* Sic *Arabes* علي رغم من انغه עלי רעם מן אנפה *ſuper tremore ex naſo eius*; i. e. *quantumuis ringatur, et fremat.* Non ergo proprie *tonitru* deſignat רעם, ſed ſecundario, quatenus tum *intremit Coelum*; vel *tremor* quaſi *nubes percurrit.* Sic רער *tremere Hebraeis*, apud *Arabes* paſſim *tonare*: quod tamen *primarium* ſi credas, vt primum in *Lexico* locum tenet, erraueris: nam quum رعّان *Tonans* nubes exponitur, *Trementem* ex *Origine* figuratam ſcias. Hinc venuſta, et in *Prouerbii* vim immiſſa, formula, أرعدت فرايصي *intremuere interſcapilia mea.* Apud Cl. *Gol.* ſingulare eius فريصة

titudinem? num conueſtis ceruicem eius tremore alacri? *vſ.* 23. Num facis eum intremere vt locuſta? gloria ronchi

eſt *pars carnis, muſculusue, ad collum, qui in equis trepidare conſpicitur.* Ex *Schol. Haririi*, ad p. 38. produxi *particulam carnis ad ſcapulam extremam, quae in metu, vel alacritate, contremiſcit;* تتحرك من الفزع; nam فزع vtrumqxe amplectitur. In *Gjauhario* eſt: *Pharitſa* (فريصة) *vocatur particula carnis inter latus et ſcapulam, quae non ceſſat tonare, ſiue tremere, in equo.* Iam manibus palpas IV. quid ſit, *Collumne eius induis tremore?* illo *tremulo*, et *alacritatis pleno motu*, quo *genus equinum* prae reliquis diſtinctum, circa *interſcapilia*, et *carnes inter humerum collumque.* Has بوادر etiam vocitant *Arabes*, a بادرة *celerans vis, vehementia, alacritas.* Inde ſimile prouerbium inualuit, ceſte *Teblebio* ad *Conſ. Harir.* p. 38. Iſte *Scapularum collique tremor* ad *bellicam vim*, et *vehementiam equorum*, maxime transfertur: vnde apud *Gjauharium* ſub بدر laudatur hocce Poëtae veteris:

Et venere equi rubentes ſcapularibus ſuis muſculis.

In *Hamaſa* ſimiliter reperio:

Saeuus pugnator, cuius timentur ſcapulares muſculi apud aduerſarios.

Extremum eſto ex *Diw. Hud.*

Medium caput ei diuiſi, namque mos mihi
Media capita ſecare, intrementibus muſculis ſcapularibus.

Habes quod et filo ſuſcepto, et verbis ſingulis, omni ex parte reſpondeat: nam in צואר *ceruicibus Equi* haec *affectio tremula* conſpicitur, *eaque quaſi indutum* eius *Collum*, haud ſecus atque *ornamento militari.* An hoc ipſum intenderint LXX. dantes, ἐνέδυσας τραχήλῳ ὠτὸς φόβον; dicere non habeo. *Boch.* inferens, *alterutrum fatendum, aut pro* רעמה *eos legiſſe* רערה, *aut* φόβον *tremorem in* φόβην *Iubam comtandum;* necdum *originem* τοῦ רעם *tonitrui*, in *tremore*, adſpexerat: ſecundum quam רעמה idem valet quod רערה. R. *Salom.* ſimiliter בעתה *terrorem* ex phraſi פנים רעמו *cohorreſcunt vultus* exhibuerat. Is ſi *ſcapularem* huncce *horrorem, ardoris bellici indicem*, intellexiſſet, alio vocabulo vti debuiſſet.

vſ. 23. Bene *Boot.* L. 3. *Obſ. S. Cap.* 7. *Feciſtine equum tam agilem eſſe vt locuſta?* Sic R. *Leui*, et *Iarch.* conſentiente ferme Choro noſtro: et *ſubſultationem crebram* hac ſimilitudine pingi ſciſcente. *Boch.* H. 2. 121. formulam loquendi illuſtrauit ex حرجل الفرس חרגל אלפרש *Locuſtam egit equus*, pro *ſaltauit.* In *Camuſo* eſt: *Vox* חרגלה *notat agmen equorum, vt et* חרגל; *itemque agmen locuſtarum. Hinc verbum* הרגל *pro currere nunc in dextram, nunc in ſiniſtram; vel potius currere cum faſtu, et alacritate. Dicitur venere locuſtatim* i. e. *ſuper equis.* Ad verbum חרעיש non minus ſuccinunt vſus *Arabiae* ſub رعش et رعس

tremuit,

ronchi eius terror. *vſ.* 24. Fodiunt in valle; et ferocit virtute; exit aduerſus armaturam. *vſ.* 25. Ridet ad pauorem; et non conſternatur: neque retrocedit a facie gladii.

tremuit, *trepidauit*, inter alia *alacritatem* et *motum ſubſultantem* ferentes. Poſterius Colon a multis expreſſum, *Gloria naris eius terrori eſt*; quod נחירים ſint *Nares*: ſed commodius alii, *Gloria*, vel *decus*, *Ronchi eius terrori*. Sic נהרה pro *fremitu per nares emiſſo*, apud *Ier.* 8, 16. conſonante vſu *Arabum* ſub نخر *vehemens flatus venti*, *procella*. Hoc ſecundarium: primarium, *fremitus e naſo venti prorumpens*. Eius *maſc.* נחר نخر *actionem* ſignans verbi نخر *ſonum per nares emiſit*. Vide H. 2. 126. Habes φρύαγμα, quod in *praeced. vſ.* necdum admittebamus. Structuram ſic grandire licet. *Magnificentia Ronchi eius*, *terribilitas*: i. e. *Magnificum* eius φρύαγμα *habet aliquid terribile; ipſumque* velut *Terrorem* ſpirat.

vſ. 24. Tenendum vtique, quod *Boch.* monuit, deſcribi hic *Equum ſtantem*, *qui quietis impatiens*, *pedis vnius*, *pluriumue*, *generoſo pulſu campum ferit*. Pulchre *Apollon. Argon.* L. 3.

Ὡς δ' ὅτ' Ἀρήϊος ἵππος, ἐελδόμενος πολέμοιο
Σκαρθμῷ ἐπιχρεμέδων, κρέει πέδον.
Vt bellator equus pugnae ſuccenſus amore
Hinnit, *humumque agili pulſat pede.*

Alia complura dabit *Hieroz.* p. 128. quae qui ſub oculis habebit, nullus ambiget, quin hoc *nobilis ardoris indicium* nunc attingatur. Apud *Arabes*, magnos talium captatores, ad Linguae copiam augendam, hinc حافر חופר *Fodiens* dicta abſolute *vngula equina*. In *Hamaſa*

Conculcabunt vos Vngulae camelinae et equinae.

Notat ibi *Tauriz. Vngula equina dicta eſt* חופר fodiens, *quod fodicare ſoleat terram*. Similiter tractum כרה كر aliud *fodiendi* verbum, quod pro خبط *terram pede quatere*, *ad inſtar equi*, frequentatur. Dilucet, ex genio Linguae fas eſſe, vt יחפרו *Vngula quatiunt* exponamus. עמק *vallem* pro *Scrobe*, figura ſublimiore, non ſperno. Malim tamen *Campum*, et quidem iam, pro ratione loci, captum vt *acie concurratur*. ישיש adfert *gaudium ferox*, *ſuperbum*, *ſui vix potens*, *obliquato ocello exultans*. Originem hanc certiſſimam alibi reſtituimus ex شاس *Oculo obliquato ſuperbiuit*. Poſtrema nil plenius illuſtrent, quam hoc Poëtae

—— *Tum ſi qua ſonitum procul arma dedere*
Stare loco neſcit; micat auribus, et tremit artus.

vſ. 25. Impauidus ille in praelia ardor, magnifice exprimitur. *Ridere pauorem*, eſt *Aciem*, *Arma*, atque adeo *Pauorem* ipſum, quem ſtylus grandior *Perſona* auget, et *Martis* facit *miniſtrum*, *ac ſatellitem*, irretorto oculo adſpicere, ac velut *deriſu contemnere*. Inſtar

gladii. *vſ.* 26. Super ipſo tinnulum tremit pharetra; flamma haſtae, et lanceae. *vſ.* 27. Cum concuſſione et fremitu

omnium erit *Oppian. L.* 1. *Cyneget.* a *Boot. Boch. Cocc.* etiam adductus.

Ἡ πῶς ἄντα δέδορκεν ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς
Ἀιζηοῖσι λόχον πεπυκασμένον ὁπλίτῃσι.
Καὶ χαλκὸν σελαγεῦντα, καὶ ἀσπάιροντα σίδηρον.

Aut qui inconniuis oculis contra intueatur
Iuuenibus armatis ſtipatum agmen:
Atque aes fulgidum, coruſcansque ferrum.

[Pro פחד *Syr.* et *Arabs* legiſſe videntur פחח *fouea; Gr. Alex.* autem, ſi fides eſt habenda *Cod. Vat.* פֻּחָה. *Vog.*]

vſ. 26. Paulo durior *Proſopopoeïa* quam induxit *Merc.* vt *ipſa Pharetra velut iubilare* dicatur *et laetum ſonitum edere ſuper equum, cum praelium ſentit.* Minus placet adhuc, quod ad *ſtrepitum ſagittarum in pharetra intra ſe colliſarum ſuper equo*, tum *Merc.* tum *Druſ.* aliique reſpexerint. *Armis aduerſariorum* commodius rem expediri poſſe putarunt propterea alii dantes, *Contra eum tinnit Pharetra* etc. Stant hinc *Munſt. Caſtal. Iun. et Trem. Piſc.* etc. Dubitare neminem poſſe cenſet *Boot.* L. 3, 9. 11. *quod ad equi Bellatoris fortitudinem* exprimendam, *ne hilum quidem conducat, mentionem facere telorum, quibus ipſius ſeſſor inſtructus* etc. Cenſentit *Boch.* H. 2. 133. *Malo* in eum *ſonat Pharetra, quam* ſuper eum: *quia equum armorum equitis ſui ſtridore non percelli tanti non eſſet. At quod hoſtilium ſtrepitu non terretur, hoc demum eſt verae fortitudinis indicium.* De eo mox. Teneatur autem, quod primus docuit *Boch.* תה רנא apud *Arabes* teri in *ſtridore arcus impulſi;* atque *Pharetram ſtridentem* hic eſſe, *quae ſtridentia tela vomat*, vt *Stat.* loquitur. Colligit hinc, *in eum ſonat Pharetra*, vix aliter intelligi poſſe, quam de *ſagittis ex Pharetra expromtis, et emiſſis in hoſtem.* Nil certius: nam قوس صرنان eſt *Arcus tinnulum ſonans, ſagitta excuſſa*, isque *ſonus* proprie dicitur رنين رنبن, et תרניה תרנבה; gemina radice רנן et רנה in hanc *Originem* conſpirante. Eam tetigi ad *Harir.* p. 11. *Graeci τόξον Arcum* reddentes, rem, neglecta figura, expreſſere. אשפה eſt *Pharetra ſagittis plena*, quae בני אשפה *Filii Pharetrae* periphraſtice *Thren.* 3, 13. Haec *Pharetra* תרנה *e neruo vibrato reſonat*, tum quum *fortiter impulſo Arcu ſagittae* indeſinenter *volitant:* ad imaginem, quae *Iliad.* 4, 124. pingitur

Αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινε
Λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μεγ' ἴαχεν, ἆλτο δ' ὀϊστὸς
Ὀξυβελὴς, καθ' ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων.

Verum poſtquam lunata magni
Arcus cornua adduxit,
Ingemuit Arcus, neruus autem
magnum ſonuit, telumque proſiluit

Acuta

fremitu haurit terram: nec credit, quod vox tubae sit. *vs.* 28. Pergente tuba, dicit, Euge! et e longinquo odoratur

Acuta cuspide, in turbam euolare cupiens.

Hoc iam adspectu, anceps optio, velisne *contra eum*, an *super eo:* nam *Equum* non *perturbari*, quum *sessor* eius *nimbum telorum eiaculatur Arcu validissime impulso*, et *sono* illo, ac *fulgore*, *aures oculosque eius verberante*, sane ad rem ficit, et *propius* censeri queat, quam *contra eum:* quod tanquam *e longinquo* aduenit. Suo interim sensu quisque fruatur. Cl. *Cler.* inferens לשוא, *Frustra contra eum sonant sagittae*, neruum remisit, quem intendere debuisset. Languet et altera eiusdem *Viri Doct.* insertio, *Micatque fulgor hastae et clypei.* Rectius *Boch.* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum ostendit, *stridet mucro hastae*, et *lanceae.* Sed *mucro splendet*, inquis, non *stridit.* Hoc impulit *Boot.* vt eam *figuram* mallet, qua verbum vni aptum, ad duo tamen refertur. Nulla difficultas, si להב חניח *flammam hastae* ex solenni *Hebraismo* resoluas in *flammantem hastam et lanceam.* כידון aliis *clypeus*, aliis *laucea.* Hos secutus *Boch.* H. 2. 140. concludens esse *Telum exitiale* a כיד *Iob.* 21, 20. *Exitium.* Nos ibi *Excussionem scintillarum* indicauimus. Inde *Lanceae* nomen imponi potuit. Res *Originibus* deputanda.

vs. 27. In vtroque colo diuergia. Prius ambiguum reddit יגמא *haurit, terram:* quod aliis est *vngula fodit, cauat, exhaurit:* aliis *haurit*, et *absorbet* quasi *solum, celeritate currendi.* Prius a *Bootio* L. 3. C. 10. defenditur; consentiente et *Cocc. Schmid.* etc. Posterius cum *Merc.* tenet *Boch.* H. 2. 142-148. adducta *Arabum* formula ابتلع الفرس الارض *deglutiuit equus terram*, pro *celerrimo cursu eam carpsit, rapuit, consumsit;* vt *Latini* etiam in hisce ludunt. *Gjauharius, Equus haustor, est omnes alios praeuertens, qui terram hauriat, aut deglutiat quasi.* In *Hamasa* pulchre

Gens, quae quum conclamatur die praelii,
Procedunt in equis generosissimis, haustoribus.

In altero inciso multa item varietas, quam executus *Boot.* L. 3. 10. Parum sensere, quibus placuit, *Non fidit, prae metu, quum vox tubae.* Alii commodius, *non credit*, prae gaudio, scilicet. Huc *Merc.* calculum adiecit, *Ita praelii cupiditate ardet, vt etsi tuba sonet, eam sonare non credat.* Formam signatissimam loquendi illustratam dedit *Boch.* H. 2. 148. 149. Praefert tamen, *Neque consistit firmus*, secundum illud, *Tum si qua sonum procul arma dedere, stare loco nescit.* Huc et *Bootius* concesserat; cui rotundior ratio, quam *Bocharto*, quod praecedens membrum ad *pulsationem pedum* reduxisset; cum qua iam bene connectitur illud *stare loco nescit:* quod cum sensu illo *rapidissimi cursus*, quo iam *incitatus fertur* equus, minus consistit. Praefero, *Non credit* etc. ita sese ad cursum incitat, vt *auribus non fidens*, ac *credens*, *oculis* propius *rem inspicere* velle videatur. Eo-

ratur praelium; fremitum principum, et clangorem. *vſ.* 29. Num per intelligentiam tuam volat Accipiter? expandit alas ſuas ad auſtrum? *vſ.* 30. Num ad mandatum tuum *eſt*, *quod* ſemet in altum tollit Aquila? et quod

dem adſpectu poſſis, *Non ſecurus eſt*, *quod vox ſit Tubae.* Audit tubam, ſed *metuit*, ne falſa ludatur imagine vocis: vadit ergo, et *eominus fidem ſibi facere geſtit praelii eminus denuntiati.* Ad *praelium*, haud ſecus atque *ad Epulas*, *irrequieta*, et *ſui vix ſecura*, *exultatione*, pergit.

vſ. 28. Conuenientiſſime ad hanc faciem ſubnexum, *in multa* iam *tuba*, *dicit*, *Euax!* Ad verbum *in ſufficientia buccinae*, vt *Ar. Mont.* recte: prout *Rabbini* etiam hic הרבה *multiplicationem* agnoſcunt. Inde *Merc. Quum abunde auditur tuba.* Reliqua verba Idem vertit: *et eminus odoratur praelium*, *fremitum principum*, *et iubilum.* Similiter *Cocc. Schmid.* etc. Melius haec cohaeſura cenſet *Boch.* H. 2. 151. ſi ſuppleatur praepoſ. *Praelium ſentit* ex *clamore ducum*, et *iubilatione* militum. Cl. *Schmid.* reſpici autumat ad *Equi geſtum*, quando *ronchos ducit*, et *ſternutat*, *quaſi e longinquo aliquid odoretur*, *ad quod libenter accederet.* Iucunda imago, cui firmamentum addit vſus *Arabum* ſub أرج *captare auram*, *naribus attrahere odorem*, praeſertim *gratum.* Inde exiſtit, *e longinquo captat auram praelii iam iam committendi:* et *crebra ſternutatione oſtendit*, *quam ſibi ſuauis ad aures accidat fremitus principum*, *clangorque militaris.*

vſ. 29. Modus interrogationis valde notabilis, *An ex tua intelligentia pennas validas explicat Accipiter* etc.? Tune is, qui iſti *Aliti* tantam *pernicitatem volandi* addidiſti? אברה eſt *ala maior*, et *firmior*, qualis *Aquilae*, *Accipitris*, *Ciconiae*, *Struthionis* etc.. Inde האביר non tam eſt *volare*, quam *ala forti gaudere*, vt recte monuit *Cocc.* Notum illud *Homeri* de Accipitre

—— ὃς ἀκιστος πετεηνῶν

Qui velociſſimus volucrum.

Adi *Hieroz.* 2. 226. Multi maluere, *An per prudentiam tuam plumeſcit Accipiter?* quaſi digitus intendatur ad *renouationem plumarum veteribus abiectis.* Ipſe *Boch.* huc inclinat; ductus ¡blanda ſpecie *caloris auſtralis* in poſteriori colo. Prius tamen eidem non diſplicet: quod vt *Re*, et *Lingua*, tutius, vnice amplector. *Alae expanſae* poſterioris coli, ſimiliter *fortem*, et *indefeſſum*, ſignant volatum. *Ad auſtrum* additur, vel, quod *Appricationem* ament; vel, quod *migratoriae* ſint *aues.* Clar. *Schmid.* hic *impetuoſum Auſtrum* inducit, contra quem *ſubuolare* valeat *Accipiter.* Ita חימן pro *Turbine* inuenio, *Pſ.* 78, 26. Plenius *Zach.* 9, 14. סערות חימן *Turbines auſtri.* Ceterum נץ deriuari ſolet a נצה *volauit.* Collatum inſuper a *Boch.* نـــضّ *Motitauit* alas. Adde نـــصّ *emicuit in altum:* de quibus alibi agendum.

vſ. 30. Deſinitur in *Rege volucrium.* Iterum notandus interroga-

quod sublimet nidum suum? *vs.* 31. In petra tentorium figit, et pernoctat: super dente petrae, et rupis. *vs.* 32. Inde effodit cibum; inde e longinquo oculi eius vibratam tendunt aciem. *vs.* 33. Et pulli eius lambendo hauriunt sanguinem: et vbi loci strata cadauera, ibi

rogationis modus, *An ex ore tuo attollit se Aquila?* i. e. *ad mandatum*, et *verbum potentiae*, quo *omnia portes?* Pauciſſimis ad hanc *pericopam* defungi erit. *Volatum altiſſimum* celebrat prouerbium Αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι *Aquila in nubibus.* Apud *Arabes* sic effertur أمنع من عقاب الجو *Magis inacceſſus quam Aquila nubicola.* Extat in *Carm. Ibn. Doreid.* de Regina *Meſopotamiae*, *Zenobia*,

Atque illa inter Aquilas nubicolas celſiſſimum tenens gradum.

Alia, et plura, pleno modio admenſus *Boch.* H. 2. 170—173.

vs. 31. Grandi figura enunciatum, *Petram habet tentorium*, vel *in petra tentorium figit.* Non de nihilo additus mox *Dens petrae*; i. e. *Eminentia inacceſſa.* Tales captat Aquila, ad *nidificandum.* Adi *Boch.* pag. 173. In *Diw. Hud.* deſcripta *excelſa Rupe* cum *Naſo in Coelum prominente*, exaggerandi cauſa adiicitur:

Surſum aquilae nidulantur, inferius verſantur capreae.

vs. 32. Sublimis dictio; *inde fodit eſcam*, pro *veſtigat oculis exploratoribus.* Eam ſuſtinet addita formula; *Inde e longinquo oculi eius vibrant.* i. e. *haud ſecus acie vibrante attingunt res*, quam ſi *propinquae* forent. Hinc adagium, أبصر من النسر *Acutior viſu quam Aquila.* Nempe, vt *Damirius* apud *Boch.* H. 2. 174. refert, *vel a quadraginta paraſangis cadauer oculis rimatur.* Illuc redeatur.

vs. 33. Clauſula decentiſſima in nobili prouerbio; *Matt.* 24, 28. et *Luc.* 17, 37. ad ſublimem ſenſum tradu&to. Verbum יעלעו *lambunt* vel *ſorbent* ex coniectura reddi ſolet. Veteres in eo haerent, et variant. Recentiores a לוע *glutiuit*, in *Pibel* ילועו; vnde per *metatheſin* יעלעו. Inſolens: nec לוע *ſorbendi* vel *lambendi* habet poteſtatem. Omnium ſimpliciſſimum fuerit Thema עלע ſtatuere, et quidem ὀνοματοποιημένον, quale ولغ ولع, quod eſt, *inſerta lingua in aquam, eaque motitata lambere, et ſorbere.* Id *Hebraeis* ילק, et לקק, in *canibus*, aliisque. Sonus ipſe *Originem* et *vim* prodit. Sic ad *Lambere*, et *ſorbere*, *cum motu Linguae, ſtrepituque*, redimus. Id ferme verum dixerim. Nempe *Pulli Aquilini*, hoc verbo adhibito, comparantur cum *Canibus in ſanguinem auidis.* Graecus Cothurnus *Aquilam* vocat πτηνὸν Διὸς κύνα *volucrem Iouis canem.* Videſis *Aeſch. Agam.* 139. ibique *Stanl.* nec non *Prom. Vinct.* 1020—1024. vbi grandiloquentiam reperies *Orientali* coelo, quam *Graeco*, propiorem. Alia, quae hic curioſe diſcuti poſſunt, repetantur ex *Hieroz.* 2. 174. 175. Adeatur et *Plin.* L. 10. 3. vbi *Sex Aquilarum genera* indicantur: de quibus

ibi ipsa. *vs.* 34. Et respondit Iehoua Iobo, dixitque. *vs.* 35. An sat multum apud Omnipotentem castigationis? Redargutor Numinis respondeat ad hocce. *vs.* 36. Et

fuse *Gesn.* Commune omnibus nomen נשר نسر. Species in Sacris notatae פרס *ossifraga*, et עזניה *Melaenaëtos* siue *Valeria:* de quibus ὁ πάνυ consulendus p. 185. 188.

vs. 34. Noui Capitis initium hinc ducunt multi, ansam praebente solemni illo ויען *Et respondit*, in principiis capitum. Commodior tamen nobis visa ratio, quae hos quinque versiculos praecedenti conuictioni annectit. Potuissent etiam per se integrum constituere Capitulum; ad effectum primae huius Actionis, transitumque ad alteram, indicandum. Aliquantisper sermonem Dei inhibitum, *vt cum tot interrogationibus obrutus esset Iobus, respondendi ei spatium relinqueretur*, omnino cum *Merc.* existimarem. Nonnihil dissentit *Schmid.* sed ita vt liberam faciat optionem. Eam et nos facere aequum.

vs. 35. Simpliciter, clare, diserte Doct. *Tigur. Satisne rationum allatum est ab Opt. M. ad te conuincendum? ad quod respondere illum oportebit, qui cum Deo altercari vult!* Secutus *Ill. Grot.* exhibens, *Satisne a parte Dei argumentorum* allatum est? Nec aliter *Episc. Elienf.* Consimili ratione *Eleg. Crinsoz. An Omnipotens satis iam quaestionum posuit? Respondeat nunc qui cum Deo disputare volebat.* יסור *Conuictio*, siue, *euictio* aduersae partis, ad os ei obturandum, statim in hac serie sua se luce insinuat. הרב est formula solennis, qua *multum tibi*, dicebant, pro *sufficit, sat est.* Ita *Deut.* 1, 6. רב לכם *Multum vobis sedere* etc. pro *satis superque sedistis* etc. Iterum *Deut.* 2, 2. *Num.* 16, 7. *Esech.* 44, 6. Pari modo dixerunt, רב לי *Multitudo mihi*, vel עמי *penes me:* pro *satis superque adest mihi.* Hinc iam, *An multitudo penes Omnisufficientem euictionis? An satis superque te conuicisse videor tuae imbecillitatis: qui ne vnius* quidem *rei naturalis* tibi propositae, *vim, indolem, agendi rationem*, perspicias? Qui Deum *in congressum* euocasti, haec primum resoluas. *Qui se Deum illo in congressu redarguturum esse* dictitabat, *respondeat ad illud*, quod in omnibus hisce quaestionibus positum: *atque tunc demum* de *Sanctitate*, et *Iustitia* mea, *aliisque materiis*, infinitum quantum *sublimioribus*, se mecum in disputationem immisceat.

vs. 36. De *prima* hac *Confessione Iobi* non vnum iudicium ferri video. Sequor *Iun.* et *Trem. Confessionem* vocantes *singularem ad superiorem Dei propositionem, non autem integram*, vt *Cap.* 42, 1. Mouet me 1. phrasium in primo hoc responso ratio restrictior, quam pro *plena* et *completa agnitione culpae*, cum *sui ipsius condemnatione.* 2. Repetita *Dei instantia*, et *aggressio*, acrior quam praecedens, et quidem *e Turbine*, cum nouis *Phoenomenis*, terrorem incutere aptis. 3. Non videtur post *ingenuam sui condemnationem* obiecturus fuisse Deus, quod *Cap.* 40, 3. seuerius quam ante intonatur. Minus etiam 4. quadraret tunc insertio illa *Cap.* 41, 1. 2. qua *audaciores* illi *Spiritus*, quibus se

inno-

Et respondit Iobus Iehouae, ac dixit. *vs.* 37. Ecce vilis sum! quid regerem Tibi? manum meam apposui ori meo. *vs.* 38. Semel locutus sum, sed non respondebo, et secundo, sed non addam.

CAPVT

innocentiae suae fiducia abripi siuerat Noster, ab ipso etiam Deo directe reprimuntur. Accedit 5. quod *tota* haec *digressio* in *formidolosissimorum Animalium descriptionem*, hinc videatur pendere, atque iam *concinnum*, et plane *admirabilem* connexum adipiscatur, cum reliquis partibus huius Libri: vt ad *Cap.* 40, 10. plenius ostendere conabor. Haec tamen ita propono, vt meliorbus calculis me concedere paratissimum profitear.

vs. 37. Ad verbum קלותי variatur nonnihil; quod notio eius anceps sit, vel ad *leuitatem*, vel ad *vilitatem*. Prius tenet *Vulg.* I. satis scite, et rotunde, dans, *Qui leuiter locutus sum respondere quid possum? Merc.* II. *En vilis* et *abiectus sum, quid tibi responderem, cuius tanta maiestas, tanta opera?* Sic plerique. Plenius *Cocc.* cum lusu venustiore: *Sibi tribuit* קרות *vilitatem, vt Deo* רב *magnitudinem et* כבוד *gloriam. Abnegat dignitatem, virtutem, sapientiam suam; et Dei gratiam, potentiam, et sapientiam, abundantissime in sese exercitam, recognoscit. Se declarat* ἥττω, *Deum* μείζω καὶ πλείω. Si *Iobus plenam culpae agnitionem* hic praestitisset, pronus amplecterer. Reperio *Nah.* 1, 14. absolute positum קַלּוֹתָ *euiluisti, ad summam vilitatem redacta es*, per *plagas ignominiosas*. Hoc III. intendisse videtur *Ab. Esra*, quum a קלון *ignominia* hunc locum explicari posse monet: q. d. *ignominiosissime tractatus sum: quid responderem Tibi?* etc. Aliquid *contumaciae* hoc spiraret: nisi forte necdum penitus *sedati doloris* hoc verbum appellare fas sit. Malim tamen, *vilis sum. Agnosco infinitam inter me* et *Te*, o Deus, *distantiam: Te Creatorem potentissimum; me creaturam contemtam*, et *abiectam. Non est ergo quod Causam* meam *contra tantam Maiestatem tueri coner. Numini* Tuo *debita veneratio* exigit, vt *me in sacrum* potius *silentium tradam*, ac configam, quam vt vlterius disputem pro *innocentia*, quam vnus omnium intime nosti. Sequentia hunc sensum inuitant: *Quid respondebo*, vel *responderem, Tibi?* Est *attoniti*, et *perculsi* magis, quam plane *conuicti*, et *semet condemnantis*. Item, *Manum meam ori appono*, est *submissio reuerentiae plena inferioris erga superiorem*, cuius *Maiestati* se *concedere* fatetur: vel et *stuporis attoniti*, nec *verba inuenientis*. Ita *Cap.* 21, 5. et *Cap.* 28, 9. supra.

vs. 38. Confessionem non omni ex parte tam *liberam*, *ingenuam*, *completam*, quam Deus exigebat, arguit etiam haec pars responsionis. אחת ושתים *semel iterumque* aliquid vel *excusationis*, vel *extenuationis*, prae se ferre, videtur: q. d. *Fateor me in quibusdam* imprudentius locutum: *nempe vincebat dolor, animabat causae Iustitia; aliquid relaxationis oppresso pectori datum: sed non* responsabo *vltra:*

CAPVT XXXX.

Verſ. 1. Et reſpondit Iehoua Iobo ex turbine, et dixit. *vſ.* 2. Accinge, age, ſicut Vir lumbos tuos; interrogabo

neque pergam *contendere cum Numine*, *quod viarum ſuarum rationem*, captu omni ſuperiorem, *nemini reddere tenetur.* Sentis aliquid, non *contumax* illud quidem, et *rebelle*; ſed tamen necdum tam *ſubmiſſum*, tamque *tenerum*, quam quod in nouiſſima confeſſione relucet. Qui ad Libri huius vniuerſam *Oeconomiam*, eiusque diſpoſitionem exactiſſimam, attenderit, in hoc primo *Iobi* reſponſo non vlterius progrediendum eſſe, facile largietur. *Sincerae* Sanctiſſimi Viri *pietati*, et *virtuti*, nihil hinc decedit, quod non ad vere *paternas* haſce Dei *conuictiones*, *infinita clementia temperatas*, ſemet protinus *in ſaccum* et *cineres proſtrauerit*, atque *talem defenſionem ſui* vt *illegitimam*, et Deo *iniurioſam*, condemnauerit. Scilicet qui per varios gradus in tantam audaciam, ex optimae cauſae fiducia, implicitus fuerat, inde non niſi per varios gradus conuictionum ab *Elihuo*, ab ipſo Deo, admotarum, potuit explicari: Sapientia Numinis ita rem hanc moderante: vt *Opus gratiae vorticordiae*, et *victricis*, in *Iobo* ſenſim *ad officium reuocando*, tanto illuſtrius reſplenderet.

Verſ. 1. Quae *generatim* ad modum *Apparitionis* huius pertinent, *Cap.* 38, 1. diſcuſſa. *Speciatim* diſpiciendum, cur denuo *ex Turbine* inſtetur, atque *longiſſima* fiat *egreſſio*, qua ad viuum depinguntur *duo formidoloſiſſima Naturae portenta*, titulo *Behemothi* et *Leuiathanis* inſignita. *Caluin. Conc.* CLIV. *Mirum videri poſſit, quomodo Deus* Iobum *iterum modo formidabili alloquatur; quomodo ipſum ad certamen prouocet, eiusque arrogantiam irrideat, cum ipſe iam in ſe proſtratus fuerit. Sed in eo animaduertitur, quum nos humiliati ſumus, eſſe adhuc reliquias aliquas ſuperbiae, in nobis occultae, quae non apparet niſi coram Deo, et qua nos ab Ipſo purgari oportet etc. Nempe ſemper ſunt aliqui receſſus in corde: Deusque etiam in iis qui ſe cupiunt ſubiicere aliquem morbum arcanum cognoſcit* etc. Haec cum noſtro calculo ad *Cap.* 39. paulo ante poſito conueniunt. Non multum tribuere auſim ſuſpicioni Erud. *de Pined.* hac ſecunda Dei oratione *Turbinem inualuiſſe*, *et perſtrepuiſſe vehementius*, *forte etiam ad maiorem terrorem*, *et potentiae Diuinae illuſtriorem ſignificationem inſtaurata fuiſſe tonitrua*, *et aliquam ſpeciem ſplendidiſſimam obiectam oculis Iobi*, *qua repraeſentaretur* Deus ſpecioſis indutus veſtibus: *tum etiam excitatus turbine multus puluis impetu concurſantium ventorum*, *quo facies Iobi*, *et aliorum ibi adſtantium*, *obduceretur.* Ego in medio, vt propoſui, ita relinquo: aliquid ad *Cap.* 42, 5. de media parte huius coniecturae diſceptaturus, *num viſibilis ſpecies Maieſtatis Diuinae oblata fuerit Iobo.* Quorſum porro *Behemothi*, et *Leuiathanis*, illae *ampliſſimae deſcriptiones* ſpectent, ad *vſ.* 10. commodius disquiretur, enucleata primum introductione, quae iſtis picturis mirabilibus praefixa, ſimul

verum

rogabo te, et notum fac mihi. *vſ.* 3. Numquid etiam irritum facies iudicium meum? condemnabis me, vt iuſtus ſis? *vſ.* 4. Ergone brachium, ſicut Dei, tibi eſt? et voce,

verum earundem ſcopum haud dubie figere, et pandere, apta.

vſ. 2. Recurrunt hic eadem omnia, quae ad *Cap.* 38, 3. dedimus. Tenemus cum *Mercero* acrem, ſed amicam, *Ironiam*. Cl. *Cocc.* ait, *partim ironicam, partim metaphoricam eſſe iuſſionem. Quatenus ironia ſit, excitari voſtrum ad virium ſuarum, iudiciique, abnegationem: quatenus metaphora, ad virilem in Deo fiduciam, et confeſſionem Iudicii eius.* Sequentia arguunt, *meram* eſſe *ironiam*, qua denuo pungatur Noſter, ad nimios eius ſpiritus comprimendos. Colligimus inde, eos necdum in totum reſediſſe; atque confeſſionem priorem magis *Reuerentiae* fuiſſe, *iniuriam*, quam pro Arbitrio iniunxerat ſuprema Maieſtas, *concoquere*, et *ex animo delere*, *paratae*, quam *ſubmiſſionis abſolutiſſimae*, ſemet condemnantis: et Dei *vias Iuſtiſſimas* agnoſcentis, etiam tum, quum *innocentiam* ipſam *in fornacem* mittit grauiſſimarum tentationum.

vſ. 3. Exiſtimo Noſtrum nunc ad *finem*, et *exitum*, huius certaminis caſtigari, quod non contentus *innocentiam ſuam*, et *ſuum* משפט *Iudicium*, acerrime defendiſſe, (quod ſalua veritate poterat, quin debebat) eo vsque aeſtu diſputandi ſe abripi ſiuerit, vt *Deo* משפט *Iudicium ſuum* detractum iuerit, quaſi ſe *Iuſtum eſſe* et *innocentem* obtinere non valuiſſet, niſi *Deum* quodammodo *condemnaſſet*, atque *in hac Cauſa aequitatis*, et *iuſtitiae*, *rationes non ſeruaſſe* erga *Religioſiſſimum* ſui *Cultorem*, contendiſſet, et magnis paratragoediationibus vrſiſſet. In eo grauiſſime peccatum fuiſſe a Noſtro, cetera inſontiſſimo, nemo dubitat. Hoc iam prima confeſſione necdum ſatis rotunde ab Eo cognoſci, neque *grauitati delicti illius* hanc *poenitentiam reſtrictiorem* reſpondere, circumſtantias omnes expendenti non difficulter liquebit. Habes rationem, cur heic loci demum iſta taxatio inſeratur, quam primae orationi intexendam potius fuiſſe, aliquis diceret. Sed reuera iuſtior haec ſedes: quod ad conuictiones illas tam acres ſimul, ſimul mites, et infinitam bonitatem ſpirantes, necdum cor *Iobi* penitus colliquefactum, atque in lacrymas poenitentiae effuſum fuiſſe, appareat. Hoc autem reuera erat ſuum *Iudicium*, משפט, *Ius*, cum *imminutione* et *infractione Iudicii* משפט, et *iuris*, *Diuini*, velle obtinere, et *Deum* quodammodo *condemnare*, quod *Religioſiſſimi* ſui *Cultoris virtutem*, *pietatem*, *innocentiam*, nimis *duriter*, et *iniuſte*, *tractaſſet*, tam foedis plagis obiiciendo eum, qui praemia, piis promiſſa, cumulatiſſime ſe recepturum exſpectarat. Ad rem, in hoc poſtremo membro, *de Pineda: Itane vero neceſſarium putas Iudicium meum nota aliqua iniquitatis adfici, ſi tu declarandus ſis innocens? Atqui bene ſtare poteſt mei Iudicii aequitas cum tua Innocentia. Non pugnat in meo Iudicio Sanctitas cum aerumnis.* Haec *praeiudicata* videlicet *opinio* non *Tresuiros*, non *Elihuum*, tantum occuparat, ſed et ipſum *Iobum*

trans-

voce, sicut ille, intonabis? *vs.* 5. Orna te, age, magnificentia et celsitudine; maiestatem et gloriam induas. *vs.* 6.

transuersum egerat; qui nunquam ad tam *graues expostulationes cum Deo* processisset, si *mala* sibi *immissa* non ad *poenam*, sed ad *probationem* virtutis, *coronamque* Capiti eius tandem imponendam, pertinere sciuisset.

vs. 4. Materia, series, Oeconomia Libri, hunc mihi sensum suggessere: *refutari* nunc *illam partem querimoniarum Iobi*, quibus *sibi iniuriam* a Deo *illatam*, et *ius* suum *euersum*, contenderat summa cum animositate, et exaggeratione. Illos *animos*, qui necdum *plane consederant*, nunc porro grauiter non minus, quam clementer, reprimit Deus, ironia aculeata rogando, *Ergone brachium tibi quale Deo, et voce, quali ille, tonabis?* Itane vero Talis tu, cui Ego, vt aequali meo, maiorem debuerim reuerentiam, quam vt Eum, pro meo arbitrio, ad tempus, miseriis obiectarem? Tantane persona Tua, vt non sufficerit Tibi, *Iustitiam*, et *Innocentiam*, contra calumnias defendisse Amicorum, sed etiam *me condemnare* vel debueris antea, vel nunc etiam pergas, per minus rotundam hancce submissionem, qua *Maiori concedens* videlicet, *causam* Tuam *meliorem*, atque *vim*, *iniuriamque*, Tibi a me factam, non obscure innuis. Hoc toties a Nostro dictum fuerat, et quidem contentiosissime, vt reliquias illius cogitationis ei haesisse, nil mirum sit. Addere ausim, ni hoc statuatur, postremae huic Actioni neruum quodammodo adimi: quorsum enim tam *acres ironiae*; tam *fortia tela*; tam *grauia*, vt sic dicam, *arma* Dei omnipotentis? si *Iobus* praecedenti illa confessione totum hocce quicquid erat fermenti ex animo deleuisset. Plura ad *vs.* 9. subserentur. Concludo, hanc videri proximam, et iustissimam, rationem connectendi: *Iura tua* a me *imminuta*, et *euersa*, *conquestus es.* Et *quaenam* illa *Iura?* An forte omnia Tua mihi non debes? Ecquid *independens* aliquod *Numen* es? Ecquid *brachium* geris quale Deus? et *simili voce*, Maiestatis plena, *intonas?* Sentis aculeos Deo dignos, et cordi pientissimo persanando vnice aptos, quibus eidem intime insinuatum, et infixum, qui *Deo dicam scribit iniuriae* sibi *illatae*, *semet* quodammodo *Deum facere*; et *supremam* sibi *arrogare Maiestatem.*

vs. 5. In hunc sensum apertissima iam instantia. *Orna te, age, magnificentia et celsitudine etc.* Habes *Diuinitatis Characteres* per *congeriem.* Ex hoc potissimum loco suspicio oborta Erud. *Pinedae*, quam supra attigi, de *Apparitione gloriosa*, *qua splendidis ornamentis indutus Deus*, *Iobo sese obtulisset*; *inter tonitrua* et *fulgura euibrata.* Id spernere non ausim: non etiam pro certo admiserim. Hoc indubitatum, denuo *acerrima ironia* feriri Nostrum, quod *Deum toties in congressum deposcendo*, et *prouocando*, in *magniloquentias* abreptus fuerit *parum decoras*, et rationi simul, ac religioni, directe aduersas. Ad mentem nostram *Sanctius: Disceptare cum Deo voluerat Iobus, et in eo congressu ostendere innocentiam, et iustitiam suam: quod erat superiorem in ea disceptatione locum tenere velle. Innuitur ergo, Iobum in sua causa tunc triumphaturum, cum aequale Deo brachium adferre,* et

vſ. 6. Effunde quaquauerſum efferueſcentias Naſi tui; et adſpice omnem elatum, ac deprime eum. *vſ.* 7. Adſpice omnem elatum, ac contunde eum; et contere improbos

et ſimilem in tonando, *et* fulminando, *contentionem exerere poſſet.* Haec omnino ad rem pertinent: nam *paterne* iam, et grauiter, *videt* Deus *illas animoſiſſimas Iobi prouocationes*, quas *Cap.* 9. 13. 23. et 31. late euoluimus; earum *abſurditatem* Noſtro clementiſſime ante oculos proponens, vt ad clariſſimam hancce lucem conuictionis altius in ſe deſcendere, ſeque profundius adhuc Numini ſubmittere diſceret. Pulchra, et ſolida, obſeruatio Cl. *Cocc.* reſpici ad *Maieſtatem*, et *Magnificentiam Iudicis, veſtitu regio praeſidentis, et oculos praeſtringentis.* Hoc cur ſubtilius non tantum, ſed et anguſtius vocet Clar. *Schmid.* non exputo: nam Sacrae Literae in eo vel maxime *Supremae* et *Independentis Maieſtatis argumentum* collocant. Concinunt phraſes. עדה affert *amictum*, et *paratum ſplendidiorem*, *in publicum cum pompa ſolemni procedentis.* Cum eo rite conſertum לבש *indui, veſtiri.* גאון eſt *Magnificentia*, et *celſitudo* ſupra alios omnes *eminentis.* גבה eſt *altifrons maieſtas.* הוד eſt *ſplendidum* et *gloriae plenum decus.* הדר eſt *praecellentia gloriae*, et *maieſtatis, cui omnia concedere, ac faſces ſubmittere cogumtur: Pſ.* 145. 4. etc. Cuncta haec ſenſum a nobis poſitum euidenter adſtruunt: quemadmodum ex iisdem adfirmatur, et ſupra dubitationis aleam locari videtur, *vniuerſa* noſtra *Hypotheſis* de *Exceſſu prouocationum Iobi*, quae *cardinem* ſimul, et *Nodum*, *Tragoediae*, laetiſſimum exitum ſortiturae, conſtituunt.

vſ. 6. Conſpectus ille magnificus *Numinis*, *pro Tribunali ſedentis*, commendatur ex *ſubnexo exercitio grauium Iudiciorum in ſuperbos*, et *ſupremam Maieſtatem agnoſcere*, ac *reuereri*, *negantes.* Nempe *ſummi Numinis* eſt

Parcere ſubiectis, et debellare ſuperbos.

Continuatur *Ironia*, in hunc ſenſum: *Si iniuria tibi a ſuprema Maieſtate facta*, vt contendiſti, *et tu Numen Sacroſanctum, ac inuiolabile, geras neceſſe eſt. Effunde* ergo *in eos qui Maieſtatem tuam laedere auſi, Naſi tui* irati, et *indignationis pleni, efferueſcentias. Adſpice acri oculo omnem ſuperbe in te conſurgentem, atque elatum; eumque ictu fulmineo ſterne.* עברות אף non ſunt *furores irae*, ſi proprietatem Linguae quaeras, multo minus *Radii irae*, quos adfert Clariſſ. *Schmid.* ſed *efferueſcentiae Naſi:* a formulis עלה אפו *adſcendit Naſus eius*, inſtar fluuii: et עבר אפו *tranſiuit Naſus eius, extra ripas* quaſi *efferueſcens*, ad *irae*, cuius ſedes in Naſo, *impetum effuſum*, depingendum. Iſti imagini reſpondet verbum הפץ, cuius Thema פרץ in *Origine* eſt *excreuit, exundauitque, aqua.* Tactum in *Iuuenil.* et latius probatum L. 1. *Orig. Hebr.*

vſ. 7. Idem nexus, ſenſusque. Verbum הכניע quod *deprimere, incuruare, humiliare*, reddi ſolet, iſtam *ſecundariam* vim adſciuit a כנע *contractis ex ariditate digitis, manibusue, torpuit, iacuit,*

probos sub sese. *vs.* 8. Absconde eos in puluere pariter; facies eorum obliga in abscondito. *vs.* 9. Tum et Ego confitebor tibi; quod salutem dextra tibi tua praestare

iacuit, *impos haesit*. Inde חכניע proprie, *contusis* et *contractis iacere fecit manibus*. Splendida figura: cui succinit altera, *Et* הדך *contere improbos subter se* i. e. *Ita illorum celsitudinem solue, et tumorem tunde, vt laxatis neruis, dissipatis viribus, contusis artibus iaceant*. Sic praeclare *Cocc.* Thema non דוך, vel דכך, sed הדך, vt recte *Merc.* cognatae haud dubie significationis: nec pugnat, quod olim protuli ex *Arabia*, vbi هدك هدك est *diruit aedificium, montemue*; idem quod هـدم vt in *Camuso* annotatum; nam istud *diruere* palam a *comminuendo* et *conterendo* propagatum.

vs. 8. Instatur *in supplicia superbis inferenda*, insigni accessione. Prius colon *Merc.* bifariam exponi posse censet, vt *Abde in terra*, vel sit, *manda sepulcro*; vel, *in carcerem detrude*. Posterius eligit, *Cocc.* vel potius vtrumque coniungit, *Occultare in puluere* declarans *in carcere seruare ad supplicium*. Neutrum textui satisfacere arbitratur *Schmid.* qui *per tropum* potius describi putat *deiectionem e sublimi splendore, diuitiis, potentia, qua ita corruant, vt in terram absorbeantur, nec quicquam de illis compareat, sicut quando grauia pondera ex alto deiiciuntur*. Est imago, quae haud dubie etiam *Merc.* et *Cocc.* obuersata, quatenus nemo dubitet, quin *abscondere in puluere*, sit, generali vsu, *ex alto deiicere, et prosternere in puluerem, Nasos illos Coelum elatos*. Isti iam adspectui superaddendum vel alterutrum, vel vtrumque potius, illud, quo ad *puluerem mortis*, tanquam *Carcerem Dei*, superbissimos mortales detrudi innuitur. In eundem sensum explicuit *Merc.* et illud, *Facies eorum alliga in abscondito*. i. e. *Tolle eos de medio*. טמן de *Fouea sepulcri* interpretor, et quidem vt *Carcere tenebricoso* summi Numinis, vbi iam *praedamnatorum vultus* velut *obnupti*, et *omni ignominia cooperti*.

vs. 9. Verba plana: sententia neutiquam. *Vulgat.* arctiori copula cum *vs.* 4. *si talia praestare vales tum et ego confitebor tibi, quod saluare te possit dextra tua*. Clar. *Schmid.* haec *ad statum controuersiae, an Deus* sine iure, *imo* contra ius *homines pios adfligat*, ita applicat: *Si haec facere valueris, tum confitebor etiam Ego tibi, quod potis sis tuam iustitiam aduersus me vindicare*, et *tueri; quam a me premi putas ordine salutis per adflictiones constituto*. Posterius amputa, et non procul aberis a vero. Nempe qui *iniuriam* sibi *factam* a summo Numine contendit, is Numen et Ipse habeat, Deoque patem tum *potentiam*, tum *iustitiam*, possideat, necesse est. Hoc sensu grauissime dictum, *si talia praestiteris, tum confitebor et Ego tibi, quod Diuino polleas brachio, atque vt Independens honorari merearis*. Possis adhuc fortius, et aculeatius: *Tum confitebor, et Ego tibi, iniuriam* scil. *tibi a me factam; quoniam Tua tibi dextra salutem praestare valebit: neque necesse erit, vt a meo pendeas nutu, meamque vel opem, vel gratiam, expectes, aut implores*. Radius, ni fallor,

stare valeat. *vs.* 10. Ecce, age, Behemoth, quem feci tecum; gramen sicut bos comedit. *vs.* 11. Ecce, age, vis eius in lumbis eius: et robur eius in lineis cancellatis ventris eius. *vs.* 12. Inflectit cauda eius vel cedrum: nerui femorum eius ramose implexi sunt. *vs.* 13. Ossa eius, aluei aenei; grandia eius ossa sicut vectis ferrea. *vs.* 14. Ille principium viarum Dei: Factor eius admouit gladium eius. *vs.* 15. Nam prouentum montes ferunt illi; et vniuersa animalia agri ludunt ibi. *vs.* 16. Sub lotis sylvestribus cubat; in latibulo calami et vliginis. *vs.* 17. Obtegunt eum loti sylvestres, vmbraculum ei: cingunt eum salices vallis. *vs.* 18. Ecce iniustus saeuiat fluuius, non festinabit: securus erit, quum prorumpet Iordanes in os eius. *vs.* 19. In oculis eius capiat eum, et laqueis traiiciat Nasum, *Vir fortis, qualis Tu.*

vs. 20.

fallor, conuictionis, ictu fulmineo potentior, ad *grauem* illum *excessum*, cuius se reum fecerat Noster contentiosissimis suis prouocationibus, ei ante oculos ponendum; atque ita profundiorem propterea agnitionem, humiliationemque, in tacto iam, sed necdum satis facto, Viri pii corde, producendam.

vs. 10 - 19. Deuentum tandem ad *Coronidem* horum certaminum stupendam plane; ampliſſimam nempe, omnibusque orationis luminibus distinctissimam, descriptionem duarum *Belluarum*, quae *Behemothi*, et *Leuiathanis* nominibus ita innotuere, vt tamen necdum notuisse dici queant, nulla adhuc sententia ad liquidam illam lucem, et rationem, perducta, quae dubitationem omnem dirimat. Vt in campo libero, et patenti, strenue indultum coniecturis, quas hic vnum sub conspectum dabo. Et primo quidem quod ad *Behemoth*, ex *forma* plurali בהמות ansa I. data *Graecis* ad θηρία *animalia* in genere, quae a quibusdam in *Caten.* de *vermibus corpus Iobi depascentibus* ridicule exposita. *Chald.* item בעירא *Bestias* tenuit. Nota II. Fabula *Rabbinica* de *Bellua monstrosissima, quae quotidie herbas mille montium depascat*, *Ps.* 50, 10. huc detorto. Videsis *Esram Apocryphum L.* 4. *Cap.* 6. *Lyran. Buxtorf. Syn. Iud.* vbi monstrum hoc שור הבר *Taurum Sylvestrem* a *Rabbinis* appellari monet. Ex ridiculario serium fecit III. *Sanct.* contendens *Taurum* intelligendum, non *efferum* illum et *Sylvestrem*, de quo nos supra, *Cap.* 39. sed *Domesticum*, et quidem iam *robustum, grandem, qui dominetur in gregibus.* Receptissima IV. sententia *Elephantem* adfert. Haesitanter tamen *Merc.* nec non *Calv. Conc.* CLV. *Non potest diuinari, quam speciem animalis innuat, nisi Elephantem intelligas, propter ingentem molem corporis.* Citra haesitationem fere *Lyran. Eugubin. Titelman. Astun. Osor. Vatabl. de Pined. Vauass. Codurc. Tigur. Genev. Iun. et Trem. Pisc. Belg. Drus. Grot. Cocc. Schmid.* etc. Discessionem V. hinc facit *Summ. Boch. Hieroz.* 2, 754. quod multa in *Elephan-*

phantem non satis quadrent; ac proinde suspicatur *Nili* incolam, *Hippopotamum*, potius hic depingi. Rationes eius hae. א. Quod vt in praecedenti *Cap.* de solis *terrestribus* actum, ita hic consentaneum, de solis *aquaticis* agi, ne ordinis ratio perturbetur. Itaque cum *Leuiathan* ex omnium consensu *aquaticum* sit animal, idem de *Behemoth* videri; *quia vtrumque in eadem serie orationis describitur.* ב. Quod quum *Leuiathan* non *Balaena* sit, sed *Crocodilus Niloticus*, hae duae belluae rite iocentur, tum quod vtrique *communis* sit *Nili habitatio;* tum quod alia *multa cognatio* inter monstra haecce intercedat. ג. Ipsum nomen *Behemoth* in subsidium vocatur, tanquam *Aegyptiae terminationis*, quae in ϑωϑ, φαωϑ, aliisque conspicitur. Haec argumenta non ex validissimo genere; vt nisi aliquid grauius pro *Hippopotamo* adferatur, res necdum decisa haberi queat. *Amplifs. Ludolf.* in *Comm.* ad *Hist. Aeth.* p. 156. 157. huc quoque calculum contulit, atque *omnia multo commodius et mirabilius in Hippopotamum quadrare* ait, *quam in Elephantum.*

Ibid. Quod ad *Scopum* harum illustrium digressionum, earumque cum praecedentibus *connexum* attinet, omnino cum *Ordine* Libri et *Oeconomia* partium eius, coniunctissimum atque ad *Iobum* vltimo hocce pedatu sternendum, fortissimum videtur, si *qui cum Deo decertare voluerat*, insigni cum *Ironia* iubeatur *vires suas tentare* contra duas *Dei creaturas*, omni terrore armatas, *Behemothum*, et *Leuiathanem*, quas si superare valuerit *aperto Marte*, solus cum solis congressus, victricia arma tum demum Deo inferre pergat, seque Creatori suo, ea qua par est, humilitate submittere neget. Sentis *genus Ironicum*, quod per vtrumque hunc Dei sermonem regnat, et acriter non minus, quam clementer, cor nimia sui fiducia elatum compungit, atque compescit. Ad hunc *Scopum* dirigi tela haecce noua, quibus *Iobus* obruitur nunc vndique, et configitur, euidenter colligere est ex *Cap.* 41, 1. vbi iam *Merc.* planissume ad mentem nostram, *Quod si tantae molis monstra vel adspicientem terreant, nec quisquam tam crudelis, ac potens, inueniatur, qui ad certamen ea prouocare audeat, quis quaeso mecum audebit contendere, me in certamen prouocare, vt tu fecisti, o Iob?* Noster quoque est planissume *Episc. Elienf.* in *Summario Cap.* 41. *Iobum* remitti monens ad *Leuiathanem*, vt maiori humilitate se Deo submitteret, atque a contentione suscepta desisteret, qui ne quidem coram hisce monstris, *Hippopotamo* et *Crocodilo*, consistere valeret.

Ibid. Examinatis, tum eorum, qui pro *Elephante* pugnant, quam qui *Hippopotamum* hic agnoscunt, argumentis, mihi Victoria ad Elephantum omnino inclinatior videtur. In eum plerique certe multo illustrius expetunt, quam in *Equum Nili:* et alia, quae quadrare non videntur, nostra credo, culpa linguaeque, vel naturae, inscientia, disconueniunt. Id diluceret ex lustratione cuiusque versiculi, quam nunc ad nostram mentem, et rationem, instituemus scrupulos a Viris Doctis ineiectos, eadem opera, si pote, remoturi. Ordior I. a *vf.* 10. *Ecce Behemoth, quem feci* עמך *Tecum.* Simpliciſſime capio, pro, *non secus ac te.* Vidit Cl. *Cler.* itemque intendisse videtur *Schnid.* mon:ns

monens opponi hac vocula *potentiam Dei* et *Iobi impotentiam*. Reliqua minus ad *Scopum*; qui est *Ingentem Creaturam* sistere *Iobo*, cum qua pedem conferat scilicet, qui tantos gerat spiritus; vt saltem *par pari concurrat*. Sentis aculeum *Ironiae*. Vltra tendere formulam, est, eam in suam inflectere *Hypothesin*. Accessio illa, *Gramen vt bos comedit*, pro *Hippopotamo* sic vrgetur a *Boch. Bos*, ait *et Elephas ex aequo iumenta sunt: ideoque nil mirum, si eodem cibo vescantur. At vt* Hippopotamus, *aquaticum animal, bouis instar foeno vescatur, hoc vero mirum*, et *inauditum*. Consentiunt *Ludolf. Cler.* Sed apparet studii aliquid subesse; nam *tantam Belluam* non esse *Carniuoram* reuera *miraculi* quid habet, et *insignis Prouidentiae specimen* praebet; quod *Caluin. Conc.* CLV. praeclare deduxit. Similiter *Vauass. Qui si fuisset a me creatus ea feritate, voracitate*, et *appetentia carnis, qua Leo; aut Tigris; non dubium quin animalia consumturus esset omnia*. Contra *Hippopotamus* et *Pisces vorat*, et *carnes*, quantumuis pro *mensis secundis* quoque *gramina* et *segetes* non aspernetur. *Carniuorum* esse tradit *Prosp. Alp.* L. 4, 12. ex fide *Damiaticae* gentis: idemque ex dentium fabrica colligit. Il. Ad *vs.* 11. satis placet *turrigera vis Belluae*, quae fidem ferme excedit, si iam tum praeliis fuit admota; quamque hic agnoscendam esse duxit Titelm. respiciens *alligaturam oneris impositi, turriumque adeo, multo milite repletarum, quae fortissimis vinculis sub ventrem, et vmbilicum, adstringi soleant*. Hinc *turritas moles passim Poetae;* et *Lucr. Boues Lucas, turrito corpore, tetros Anguimanos*. Quia tamen de *Elephanto fero*, nec *Magistrum*, siue *Elephantistem*, adhuc passo, agitur, satius fuerit in generali adspectu mansisse, quo *summum* ei *robur lumborum* non solum, sed et *ventris firmitudo ingens* adscribitur. Et qui quaeso alias *per arbores, tanquam per segetes transcurreret* ῥώμῃ ἀμηχάνῳ καὶ ὁρμῇ ἀκατασχέτῳ *immenso robore, et impetu quem sustinere nil queat*, quippe *qui arbores totas instar spicarum perfringat?* vt ait *Aelian. de Anim.* L. 7, 6. De tota *cute* etiam verum, quod *Oppian.* L. 2, 527. dixit

Ῥινὸς δὲ αὖτε δέμας δυσπαλέος ἀμφιβέβηκεν
Αἰζηίσος, κρατερός τε, τον ἄ κε μάλ' ἐδὲ κραταιὸς
Θηκτὸς παυδαμάτωρ τε διατμήξειε σίδηρος.

Corium porro asperum corpus circumtegit
Turpe, validum, quod neutiquam vel validissimum,
Acutum, et omnia domans, dissecuerit ferrum.

Plin. quidem L. 8, 20. ait, *Rhinocerotem cornu ad saxa limato*, cum Elephanto dimicaturum, *aluum maxime petere, quam scit esse molliorem:* sed an inde consequitur *nullam animali vim in ventre?* Eadem ratio loci L. 8, C. 10. *Durissimum dorso tergus, ventri molle*. Nempe *mollius*, quam *dorso;* vt *Solin.* sed tamen *tergus*, id est *corium durissimum*. Exemplum *Eleazari maximum Regis Elephantum subeuntis, et ferro confodientis ad vmbilicum*, plus prodest, quam obest: firmissimo enim ventre sit necesse est, *cuius vmbilicus* tantum *letali ictui aditum* praebet. Sed Viri Doct. שרירים *vmbilicum* in nostro textu sonare tendentes, id ipsum iam inuictum contra *Elephantem*

autumant; quippe qui ab ea parte vincatur. Quid audio? an *Elephanto* omnis *vis ventris*, et *vmbilici*, cessat, si ibi demum ferrum in viscera adigi queat? Non optima illatio. Ne verisimile quidem *Vmbilicum* designari, et aliud שֹׁרֶר et שֹׁר, quae certissime *vmbilicus*, aliud שרירים *forma plurari;* siue iam ex *Syriaco* adsciscere lubeat *firmitates*, cum Cl. *Reim.* siue ex *Arab.* سرار et اسارير *lineas*, *ductusque cutis;* quos *dilatare*, et *comprimere*, pro arbitrio potest. Hanc vim cum שרר, quatenus *vmbilicum* designat, *Origines* nostrae conciliare conabuntur. Facit huc forte illud *Plin.* 8, 10. *Setarum nullum ei integumentum, ne in cauda quidem praesidium abigendo taedio muscarum (namque et id tanta vastitas sentit) sed cancellata cutis, et inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant. Hoc iis pro cauda, iuba, villo est.* Aptari huc posset, ex parte, Versio Cl. *Schmid. Ecce quaeso robur* quod est *in lumbis eius: et vim* quae est *in neruis* (ita ille; nos *striis*, *lineis:*) *ventris eius!* Forte adhuc aliud quid latet in hisce שרירי בטן; quas si vel *mollissimas* et *medias partes ventris* circa *vmbilicum* designare concederem, nihil quicquam *Elephanto* decedere autumarem, quippe quem *immani* quodam *robore* in *Lumbis*, et *nisu ventris*, *pollere* indubitatum. Nempe ludus ei, iocusque, *arbores sternere*, *aedificia disturbare*, *maximas moles capite impellere: immensa onera portare.* De his multa congesta apud *Gesnerum*, et alios, quae persequi haud necesse. III. in *vs.* 12. si cum *Boch.* vertas, *flectit*, vel *torquet caudam suam*, quae est *vt Cedrus*, ex حفض *Arabum*, et non de *longitudine* explices, sed de *firmitate*, habes, quod magis quadret in *Elephantum*, quam in *Hippopotamum*, cui *ea suis instar retorta;* at Barro nostro

Πυκνὰ δὲ μαστίζουσα δέμας νωμήτορι πάλμῳ
Λεπτοφυὴς ἐλάφεια πνάσσεται ἄστατος οὐρή

Crebro corpus flagellans vibrante motu
Tenuis, et breuis, agitatur instabilis cauda.

Haec tamen ipsa descriptio me mouet, vt malim *Flectit*, euertit, *Cauda eius vel Cedrum.* Adfertur nempe exemplum *roboris* omnia *sternere apti*, quando *Caudae ictus Cedros* dicitur *inflectere*, *locoque mouere* posse. Maior tamen *Belluae* vis in *Manu*, siue *Proboscide*, quam *Caudam* hic appellatam verisimillimum, quod plane ad illud instar in terram naturali situ propendeat quam longissima, ad decem, et vltra, cubitos: atque eodem plane modo erigi, omnemque in partem flecti, queat. Apud *Arabes* ذنبة vel ذنابة *Cauda*, similiter fere translata, quum in *Camus* notare dicitur من النعل انفها *in calceo, eiusdem Nasum, siue extremitatem prominentem.* Hoc ferme fidem faceret, eorum *Poëtas* aequae ذنب זנב *Caudam* in hac *parte prominente Elephanti* vsurpare, quam אנף انف *Nasum*, et חרטום خرطوم *rostrum.* Dies declarabit: nam nullum mihi exemplum hactenus occurrit. *Proboscidis* incredibile robur annotauit

Strabo

Strabo L. 15. vbi ait eos προβοσκίσιν ἐπάλξεις καθαιρεῖν, καὶ δένδρα ἀνασπᾶν πρόῤῥιζα: *Manibus istis propugnacula* et *turres deiicere, arboresque radicitus euellere.* Similiter *Aelianus* L. 5. 55. vbi narrat, *quum ab Indis coguntur arbores radicitus euellere, non prius eos id aggredi, quam eas quatefecerint* etc. Adde *Oppian.* L. 2. 533. Res tam notabilis in hac Tabella conspici merebatur; ac proin זנב *recto* stat *casu*, et כמו pertinet ad exaggerationem, vt sit, *vel Cedri instar firmam ac proceram arborem.* Huc facit quod apud *Gesn.* p. 380. extat, *visum, qui detraheret ramum, quem viginti quatuor viri, funibus trahentes, flectere non potuerant.* Caue חפץ hoc vsu alienum credas a ditione *Hebraea;* est enim princeps *Radicis* notio, quae ab *inclinatione*, et *inflexione*, deuenit ad secundariam vim *inclinatae, propensaeque*, in aliquid *voluntatis.* Non ambiges ad hocce *Gjauharii*, حفضت العود حفضا اي حنيته وعطفته *in Ligno* חפץ *valet incuruaui, inclinatumque flexi illud.* Vtitur verbis חנה et עטף, quae et ipsa hanc *secundariam* vim *inclinationis propensae* induerunt. Posses quoque, *Lubeat, Cauda eius* erit *vt Cedrus*, et quae antea pendebat, *stabit in altum erecta:* sed nec proprium id *Elephanti*, nec magnopere ad rem: prout etiam nimis quaesitum, quod *Codurc.* et *Guss.* ad alterum colon exhibuere, vbi *Neruos formidinum* attribuunt huic *Proboscidi.* Omnino tenendi *Nerui femorum, ramorum instar diffusi:* ad *vastum robur* pingendum, quod *Arboribus conuellendis* par sit. Hanc significationem nominis פחדים optime ex *Arab.* فخذ *femora* induxit ὁ πάνυ: est quoque genuina notio huius vocabuli apud *Aramaeos*, vnde *testiculos* intulerant alii: nam vt ירך *femur* apud *Hebraeos* verecunde transfertur ad *genitalia*, ita פחד vbique *femorum* proprietatem obtinet, etiamsi latius vsurpetur. En propius, et pressius, ex *Camuso.* Dicitur פחד *quod est inter* שוק *crus, et* ירך *femur superius: item proxima viri* cognatio *et* familia: *forma* פחדא *vsurpatur in faemina quae diuaricatis femoribus insidet sellae camelinae* (*Gol.* et *Boch.* الرجل legerunt, pro الرحل.) *In* 5. תפחד *est retrocessit; in* 10. *submisit se, et humiliatus est.* Habes Originem *pauoris*, quem *Hebrai* in פחד frequentant, de qua alias. Redeo ad *Bocharti* explicationem; quae exhibet *femora robustissima Hippopotami, neruis, vt ramis, implexa; et omnia confringere apta.* Recte vero: sed annon *robustiora*, adhuc et *vastiora, femora Elephanti?* IV. In eundem sensum dilucidus *vs.* 13. quem *Elephantum* grauius, et solidius adhuc, implere posse, quam *Hippopotamum*, nemo negabit. *Merc.* reddit, *Ossa eius Robora aeris* etc. אפיקים proprie *robusta* pro *Roboribus*, ait Vir Doct. Item *Iun.* et *Trem.* *Ossa eius* sunt *viribus Chalybeis* etc. Commodius, et elegantius, *Vulgat.* *Ossa eius* velut *fistulae aeris* etc. Ill. *Grot.* per *ossa* haec intelligere iubet quae *cornua* aliis, aliis *dentes*, in *Elephante.* Omnino *ossa* proprie dicta, speciatim in quibus *medulla* continetur, comparantur cum *Alueis*, propter *capacitatem;* et quidem *aeneis*, ob *robur*, et *duritiem:* nisi

forte *medullam aeri fuſo* celſior cothurnus aequarit, vt *Aluei aeris* ſint, in quibus *aes fluit*, eodem modo quo אפיקי טים *Aluei aquarum* efferuntur. Sequens Colon *Mercerus* iterum, *Oſſa eius ſicut maſſa ferri.* Monet גרמא *Chald.* idem eſſe quod עצם: quosdam tamen Hebraeorum prius *oſſa maiora*, hoc *minora*, interpretari: atque ita fere *Vulgat.* dediſſe *cartilagines.* Adiicit et *tendones, nervos, muſculos*, et huiusmodi *colligamenta.* Cl. *Guſſetio* גרמים ſunt *oſſa maiora*, vt עצמים *minora.* Fauent loca *Gen.* 49, 14. *Prov.* 17, 22. et 25, 15. Adde *Num.* 24, 8. עצמותיהם יגרם *oſſa eorum diffringet ad emedullandum.* In מטיל ἅπαξ λεγομένῳ multa fluctuatio. Plerisque placuit *vectis*; cui firmamentum addidit *Boch.* H. 2. 759. reducto ex *Arabia* Themate deperdito مطل *cudit, procudit* ferrum; vnde *forma partic. paſſ.* مطول, *ferrum cuſum* et *in longum extenſum.* Id מטול et מטיל efferunt *Hebraei.* V. Iam verſus 14. porro ita pro *Elephanto* militat, vt vtroque Charactere ſe victum fateri debeat *Equus Niliacus.* Nam *Principium viarum Dei*, id eſt *Excellentiſſimum Opificium*, in quo aliquid *grande*, *magnificumque* ſupra omnia Animalia, conſpicere ſit; haud dubie *Elephas*; etiamſi vel intra Corporis molem, fabricamque, conſiſtamus. Et quid ſi interna adiungamus? de quibus poſt *Plin.* L. 8. *Lipſ. Cent.* 1, 50. Ad hoc *principale Decus nobiliſſimi*, et *Regii* vere, *Animantis*, pertinet quoque poſterius Colon; in *Hippopotamo*, ſi non totus fallar, languide, in *Elephanto* decentiſſime poſitum, *Conditor eius admouit ei Harpen ſuam.* Dentes exerti ſunt *Apro*, *Hippopotamo*, *Elephanto*, ait *Plin.* ſed poſtremo huic tanto maiores, videlicet, quanto reliqua dignitate corporis praecellit. In deſcriptione *Elephanti* eos eodem nomine *Harpes* adfecit *Nonnus Dion.* L. 26. pag. 694.

Γναθμοῖς μηκεδανοῖσιν ἔχων προβλῆτας ὀδόντας
Δίζυγας, ἀμητῆρι τύπῳ γαμψώνυχοι ἅρπης
Θηγαλέῳ δμητῆρι διαστείχων εἶχα δένδρων.

Maxillis oblongis gerens proiectos dentes
Biiuges, ad inſtar falcatae Harpes meſſoriae;
Acuto domitore peruadens ordines arborum.

Iterum *ibid.*

Πολλάκι δι ἐν πτολέμοισιν γένυν προβλῆτα τινάσσων
Ἀνέρι ταυροκάρηνος ἐπέχρεεν ἠλίβατος θήρ.
Ζώνην καρχαρόδοντα φέρων, ἑτερόστομον ἅρπην
Δινέων ἑκάτερθε γενειάδος ἔμφυτον αἰχμήν.

Saepius vero in bellis, maxillam proiectam vibrans
Viro, Taurinum caput habens, irruit excelſa fera:
Cingulum ferens aſpere dentatum, ancipitem Harpen:
Quatiens vtrinque maxillae inſitam cuſpidem.

Nobili, et vere Poëtica, idea, *Zona*, ſiue *Cingulum bellicum* hic inductum: quam continuans, ſubnectit p. 696.

—— tu-

—— τανύων κεχαράγμενον ἄορ ὀδόντων.

—— *tendens exacutum Ensem dentium.*

Hanc splendidissimam figuram nostro textui inserere nullus dubito; qua *Elephas* pingitur Diuinitus *Harpe sua*, siue *Gladio*, et *Zona militari*, *ornatus* atque *succinctus*, *ad praelia*, aliaque *molimina*, quae tanto *Animali* conuenirent. Omittere nequeo in hac phrasi lectissima, *Conditor eius accinxit ei Gladium eius*, esse pulchram significationem *auctoritatis* non tantum, sed et *vsus* vere *Regii*, quo *Dominus animalium*, huncce *Gladium*, vel stringeret, vel conderet: non in *Tyrannidem* et *Lanienam* nempe ei traditum, sed ad *legitimam* sui *defensionem*, moderatumque supremae potestatis exercitium. VI. Huc tendunt quae *vs.* 15. subnexa; vbi nemo non agnoscit notas *Elephanto* aptiores quam *Hippopotamo*, si vel nexus, quem vrguet ὁ πάνυ, teneretur, ideo ei additam Harpen vt *prouentum montium demeteret*. Apud *Gesner.* pag. 378. reperio: *Elephantorum alios palustres*, *alios campestres*, *alios esse mantanos; qui moribus et ingeniis non parum differant.* Haec curiosius exequi haud vacat. Apud *Solin. Cap.* 25. exstat, *Montes Mauritaniae Tingitanae Elephantis frequentissimos.* Similiter *Aelian.* 7, 2. *Ad pedes Atlantis* ait *esse pascua praestantissima et maximas syluas, easque perquam densas, et opacas, ad quas Elephantos, iam aetate graues, tanquam in Coloniam deducat ipsa Natura, vt ibi portum quendam tranquillum occupent, sacri quodammodo vbi illuc peruenere.* Rectissime ergo, et in omni emphasi, *Montes ei pabulum ferunt.* Ibid. *Cap.* 6. legas, *eos luncum et hederam, per arbores erraticis flexibus serpentem, depascere, atque palmarum tenera cacumina; aliarumque plantarum adolescentiores surculos.* Apud *Plin.* L. 8, 10. habes, *Truncos iis in gratissimo cibatu; et palmas excelsiores ab iis fronte prosterni, atque ita iacentium fructum absumi.* Hinc ad reliquum Animalis pabulum, amplitudinemque huius Coli, facile iudicium. Posterius ad *mansuetudinem Elephanti*, qui *gladium non*, nisi lacessitus, *stringit in reliquas bestias*, manifesto pertinet. *Plin.* 8, 7. *Huius animalis tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quod obterat imprudens: nec nisi lacessiti noceant; ideoque gregatim semper ambulent, minime ex omnibus soliuagi.* Nimis cupide *Explic. Gall. Contenditur*, *sed citra probationem*, *Elephantem nulli animali nocere*, *nec rapto viuere* etc. Atqui nil certius. *Crudelitas*, et *furor in praeliis*, nihil ad rem. Nec *nocere* negantur, in totum: quippe qui immanem in modum saeuiant lacessiti; atque omnia vasto impetu proterant, ac conculcent. *Raptores* esse negantur, *infestique* aliorum animalium *Laniatores*, quod in dubium reuocari non debuisset. VII. Ad *vs.* 16. et 17. haec habeto: *Merc.* simpliciter ait *duobus porro versiculis subnecti, quibus locis gaudeat: et vbi habitare soleat sub* צאלים *vmbrosis* nempe *arboribus*, quasi צללים, pro litera geminata substituto *Aleph*; quamuis *Kimchius* ponat *Radicem* צאל: videri autem *saltus* et *nemora* significari, *in quibus refrigerium quaerat* Animal, quod in *Calidioribus* tantum *locis* inueniatur: atque eodem tendere *Latibulum arundinis* et *limi*, id est *locum palustrem* et *limosum*. Vocabulum

צאלים mox illustrabo. בצה, *viginem*, et *tenuem*, ac *limosum*, *laticem* denotat, e terra molliore exsudantem. بضّ בצץ apud *Arabes* est, *paulatim fluxit* et *emanauit aqua: tenui rore vuidus fuit locus.* Quod ad vs. 17. omnino placet constructio *Merc.* per appositionem, *obtegunt eum* (scil. *Elephantum*) *Vmbrosa*, vt sint *Vmbra eius*; etc. Cl. *Schmid.* addit, *vt sint instar* סכה *tugurii*; quod non de nihilo. Minus concinne *Vulgat. Protegunt Vmbrae Vmbram eius.* Scio *Vmbras* pro *Vmbrosis arboribus* vsurpari apud Poëtas; sed ne sic quidem sententia liquida. Pro *Hippopotamo Boch. Tegunt eum vmbrosae* arbores, vnaquaeque *Vmbra sua: circumdant eum salices Nili.* נחל *Nahal* et *Nehel*, omnem *torrentem* signans, stricte pro *Nilo* alibi occurrere, quin hanc esse *Nili* originem, non abnuo: hic idem vsu venire haud sane liquet. Contrarium suadet verbum סכך *obtexere*, *obtegere velut tugurio*, *obumbrare*, quod aptius *cubili Elephantis* inter *arbores ad ripam torrentium enatas*, quam *Hippopotami sub aqua delitescentis* inter *frutices*, et *arundines.* Forma צאלים nusquam alibi prostat, quam in duobus hisce versiculis. Sola coniectura, et affinitas literarum, suggessit *Vmbras*, vel *Vmbrosas arbores.* Cl. *Cler. viminales arbores*, ex vicinia cum *salicibus* arripuisse videtur. LXX. dederant πανταδαπὰ δένδρα, quod vagum. *Cocc.* peculiarem *speciem* denotari suspicabatur. Apud *Arabes* צאל ضال notat *tenuis*, et *exilis fuit.* Item ضال *media je*, cum *faem.* ضالّة, *Lotus arbor:* vnde *Terra* אצאלת *et* אצילת *quum producit Lotum* צאל, ציל, *dictam.* Notanter additur, esse السدر البري *Lotum Syluestrem*, vt *Gjauharius* et *Phiruzab.* monent. Caue intelligas *Lotum Aegyptiam*, siue *Plantam Niloticam*, in *lacunis* nempe *aqua Nili auctis* frequentem. Eam نوفر *Nuphar* vocitant, *Nymphaeam* veteribus, dictam; de qua consulendus *Prosp. Alpin.* H. N. Æ. *part.* 2. p. 75. Intelligitur *Lotus Cyrenaica*, siue *Connarus Alexandrina*, *Serapioni* dicta *Sadar* السدر, quae et نبق *Nabca* apud *Prosp. Alp.* 2. p. 10. itemque كنار *Conarus; Connarus*, quam esse *Nabcam* addubitat Doct. *Vesling.* p. 165. Differre tamen in *Camuso* الكنار النبق *Conarus est Nabca, siue Lotus.* Strictius النبق *Arabibus* est حمل السدر *fructus Sidari* siue *Loti*; vt vicissim سدر *Sidar* dicitur شجر النبق *Arbor Nabcam ferens.* Pleniorem notitiam ex *Veteribus* dabit ὁ πάνυ in *Exerc. Plinian.* p. 731. et 732. Hae iam *Loti Africanae*, et praesertim *Syluestres*, *Arabibus* צאל ضال, *in desertis* copiose proueniunt; atque iucundum praebent cubile feris. In *Diw. Hud.* hac ansa figuratum:

Sylua Lotorum forti milite plena.

Id est, *Exercitus instar Syluae lotiferae*, *feris plenae*, *formidolosus.* Captatur in hac imagine conuenientia inter *Exercitum telis*, *armisque*, *horrentem*, et inter *Syluam Lotorum*, *spinis horrentium*; est enim

enim *paliurus aculeatissima* nostra haec *Lotus*. Iterum in *Diw. Hud.*

Quando confugiunt ad Lotum et Tamaricem
Ab aestu, fusci solitudinis retromanentes.

i. e. *Elephanti*, quorum *fuscus* fere *color*. Notetur غضا esse *spinosissimam arborem*, ex genere اثل *Athel*, اثلة *Atle* apud *Prosp. Alp. Cap.* 9. siue *Tamaricum*; quae *ripas amnium* amant *stagnantesque* inter *arenosa aquas*. Ibid. in *Diw. Hud*, de *Asino Syluestri* in cursum concitato

Secuitque flexus vallium per vasta deserta
Inter depressas sedes Talchae et Loti Syluestris.

Apponenda quae *Schol.* hic habet غلان *Gullan vocantur conualles depressiores arboribus densae.* ضال *Dsal autem notat Lotum Syluestrem.* Adiecta ei *Talcha*, est *Ettalche, Arbor excelsa* et *spinosissima* apud *Leon. African.* in desertis, *Libyae*, et *Numidiae*, ac *Nigritarum*, *regione* frequens. Vides, *Behemothum inter* צאלים *Lotos Syluaticas cubile grauissimum habentem*, non in *Nilo* quaerendum, sed in desertis *Africae Lotiferae*, *conuallibusque vliginosis*, quas efficiunt *torrentes*, de montibus acti, quae est prima, et genuina, notio vocabuli נחל. *Ampliss. Ludolf. Comm.* ad *Hist. Aeth.* p. 157. contra *Pfeiff.* pro *Boch.* stans, sic instat; *de Elephanto non quaeritur an possit cubare in vliginosis, sed an communiter soleat; quod dubito an doceri possit.* At docuerat iam *Aelian. L.* 9. 56. vbi ait *Elephantes hominum vestigiis perceptis vasto barritu sese auertere εἰς τὰ τῶν ὀρῶν ἄγκη, καὶ δάση, ἢ τῶν ἑλῶν τὰ κοιλότερα in montium profundiores, arboribusque densas, conualles, aut in conceaua maxime paludum.* Omittere nequeo insignem locum *Aelian.* 4, 24. *Indos, quod Elephantos adultos non adeo facile capere queant*, Φοιτᾷν εἰς τὰ ἕλη τὰ γειτνιῶντα τῷ ποταμῷ, *ire ad paludes flumini proximas ibique catulos eorum capere.* Ἀσπάζεται γὰρ ὁ ἐλέφας τὰ ἔνδρεπα χωρία, καὶ μαλακά, καὶ φιλεῖ τὸ ὕδωρ, καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ἤθεσι διαιτᾶσθαι ἐθέλει, καὶ ὡς ἂν εἴποις ἕλειός ἐστιν. *Amplectitur enim*, inquit, *Elephas roscida loca, et mollia, atque* amat aquam, *in talibusque sedibus degere vult: atque, vt sic dixeris, palustris est.* VIII. Habes simul nexum cum *vs.* 18. et iam liquido adfirmare est, ne alias rationes compluscula vrgeam, vnicam vertendi rationem eam esse, quam secuti sumus, qua נהר *Fluuius* ponitur casu recto; et עשק *eius vim, violentiamque*, designat: *non* sane *eam solum, qua*, intra lectum suum, *ad inferiora rapiat, ea quae insunt; quam* Hippopotamus *non timeat ob grauem molem corporis;* vt Cl. *Cler.* hic annotauit; sed magis adhuc eam, *qua extra alueum erumpens, late exundat.* Nil id foret, non esset πάροποτάμιον *Animal*, vt *Aristoteles* loquitur: neque ibi מדה *sedes* et *cubilia* haberet, aut *catulos* deponeret, vt ex *Aelian.* adductum. Hanc vim verbo עשק *oppressit per iniustitiam*, nunc subiectam, in *Iuuenil.* adstructum dedi ex formula *Arabum* ظلم الوادي *iniuste egit fluuius.* Eam ita exponunt *Gjauh.* et *Pbiruzab.* بلغ الماء موضعا لم يكن بلغه قبله *Eo excreuit*

creuit aqua, quo antea non peruenerat. Item: *Iniuſtum fuit mare, pro commoti ſunt fluctus eius: et fluxus iniuſtus, qui multa aqua obruit.* Huic ſenſui pulcre ſuccinit verbum יגיח, quod etiam in *eruptione violenta aquarum* natiuam ſedem occupat. *Camus: Radix* גוח جاخ *in fluxu venit, qui aluei ſui partes conuulſas aſportat.* Eadem vis et Origo in جاخ; vnde גיחון جيحون *Gichon* dictus. Haec alium locum poſtulant. Nil ſenſu hocce tum certius, tum euidentius, pro *Elephanto.* Nec obſtat *Iordanes*, cum quo *animali huic* nihil viciniae, aut commercii. Certe nec *Hippopotamo*: quem ſi teneas, nunquam euades citra incommodum, vel argutiam. *Boch.* ait *Iordanis nomen, vt notius, pro quouis fluuio vſurpari, vt Graeci* Idam *pro quouis monte, et* Acheloum *pro quauis aqua ſumſere.* Non pugno. Sed quis iam ſenſus? *Hippopotamus, Incola Nili, ſecurus erit etiamſi alius quiuis fluuius in os ei prorumpat.* Id tantundem, ac ſi diceres, *Balaena ſecura erit* etiamſi *mare mediterraneum ei in os prorumpat.* Argutiolam adiecit Cl. *Cler. ſi tantus fluuius, quantus* Iordanes, *ſubito e terra in os eius erumpat, non timebit: non quaſi deglutire poſſit tantam aquam, ſed quia* Ore clauſo *eius decurſui quamlibet violento viribus ac mole corporis reſiſtit.* Id in animali ποταμίω, et quidem *Nilotico*, ſine riſu vix legas: in παραποταμίω aptum, decorum, graue; ſi *contra vim aquarum ſit armatum a Natura, tum vaſtiore corporis mole, tum Nare praelonga, quam ſupra gurgites exertare queat, corpore in profundum merſo.* Inſtas tamen, ne *Elephanto* quidem *Iordanem* ſat commodum. Imo vero commodiſſimus. *Indiae, Aethiopiae, Africae* fluuios accolit; ſed iſtarum regionum torrentem aliquem ignotum nominaſſe haud ſane decuiſſet. Nominatur *Iordanes* ergo, et quidem non vna cauſa. *Palaeſtinam* enim 1. ab *Arabia* diuidens, proximum habebat ius. 2. Idem nobiliſſimus iis in ſedibus, et *Princeps torrentium;* magnos vehens aquas *tempore meſſis* potiſſimum *Ioſ.* 3, 15. Saepe propterea *intumeſcens* 3. et *extra ripas excreſcens;* quo nomine نهر زخار *Nahar Zacchar* audit *Arabibus*, ſiue *fluuius ſuperbus, inſolens, qui* יעשק *iniuſtis faeuit fluctibus.* Adde ſi lubet, 4. eundem *frutectis* et *carectis* late *praetextum;* vbi *cubilia Leonum, aliarumque ferarum;* quae *flumine ripas ſuperante* יחפזו *trepidant. Elephas* non item ad ſuum *Iordanem*, patriumque amnem. Denique *Iordanes* 5. ab Auctore naturae ideo forte adhibitus, quod ille nunquam tam profundus, quin *Elephas exerta promuſcide* in eo *vadari* poſſet; ac proinde quam diutiſſime etiam durare. Vides rem ita deſcribi, vt reuera ſe habet, nec quicquam iuſtos fines ſuperſcandere. Ex his omnibus autem colligo ſatis ſecure, *Elephantum* in hac tabella delineatum, atque IX. in *vſ.* 19. iam agnoſco *apertum Martem*, quo iam Noſter iubeatur hanc *Belluam* aggredi, ſibique obnoxiam reddere; ea *ironia*, quam ſupra ſatis declaraui. אף *Naſus* hic non tam eſt ipſa *promuſcis*, quamuis et ea οἷς *Oppiano*, aliisque; quam *ſuperior* eius *pars* ſiue *Radix*, vnde *prominere* incipit *anterior*, vt ſic dicam, *Cauda.*

Cl.

vſ. 20. Trahes Leuiathanem hamo, funique immerges linguam eius. *vſ.* 21. Certe impones arundinem in naſum

Cl. *Cocc.* dans, *pro laqueis forat naſum*, ſubaudit *perforationem vnco* factam, vt *laqueis in foramen immiſſis ducat* eum, et *regat homo*, pro arbitrio. Nil impedit, quo minus directe ſtruatur, *Laqueis perforet*, traiiciat, *naſum*. Hanc Dei omnipotentis *Creaturam* ſibi inferiorem, *in ordinem cogat*, pro *rudimento fortitudinis*, et quidem *palam*, *in conſpectu*, *ſub oculis*; qui tam animoſe in *Creatorem*, *ſupremumque* omnium rerum *Dominum*, ſe erigere ſuſtinuit. Grauis aculeus, quo nihil ad *Iobi* impetum illum imprudentem refutandum, et retundendum, aptius, ſaepiuscule iam inſinuatum. [In priori membro vſ. 19. variant interpretes. *Vulg.* aut ſuppleuit *quaſi hamo*, aut legit בְּעֵינָיו כְּחַכָּה. *Syr.* בעיניו vertit ܒܥܝܢܘܗܝ *in nubibus eius* ex confuſione nominis עין cum nomine ענן, niſi forte hic agnoſcendus ſit librarii lapſus, qui pro ܒܥܝܢܘܗܝ ſcripſit ܒܥܢܢܘܗܝ. *Arabs* idem vocabulum vertit *inſtrumentum venatorium*. *Vog.*]

vſ. 20. Arctiſſime cum ſuperiori ſerie contexta tranſitio ad *Leuiathanem*, *Monſtrorum* omnium *Caput*, ad quod *capiendum*, et *debellandum*, porro per eandem *Ironiam* ablegatur Noſter, hunc ſenſum, aſpectumque, vnice videtur commendare. Ingentes iterum circa hunc *Maximum Terrorem* fluctus. Veteres I. ſuſpenſi, et incerti: *Chald.* quidem et *Vulgat.* ipſum *Leuiathanis* nomen tenentes, vt et *Aquil.* ac *Symm.* Λευιαθάν; LXX. Δράκοντα ſubſtituentes, quemadmodum et *Syrus* atque *Arabs* تنين *Draconem*. Hunc *Ioan. Camerenſ.* non *marinum*, ſed *terreſtrem* contendit, rationes expendit, et confutauit *de Pined.* Confer quae Cl. *Haſaeus* de *Leuiath.* pag. 89-91. Apud eundem *Pined.* II. reperies *Fabulam Iudaicam* de *Serpente*, vel *Dracone Marino*, qui *voluminoſis orbibus* totam *terram ambiat*, *ſolemque abſorbere* conetur, putide incruſtatam a *Montano* quodam, qui commentus, eſſe *animans ſingulare*, *diuturnae vitae*, *quod longo tempore ſeruatum*, *aliquando iis piſcium generibus*, *quibus per multa ſecula ſe ſaginauit*, *conuiuium*, *Deo inſtruente*, *praebebit*. etc. Peruagata III. ſententia, deſignari *Balaenam*, addente tamen *Mercero*, *vel ſi quod aliud eſt immenſae et portentoſae magnitudinis in mari animans*. Additum, haud dubie, quod multa in *Balaenam* non ſatis competerent. Etymon ducitur a לוה *adiecit*, quaſi *Additamentum*, a *ſquammarum inter ſe connexione*. Citatur pro hoc vſu *Pſ.* 74, 14. 104, 26. et *Eſai.* 27, 1. *De Pined.* pag. 1124. לוה mactans primaria notione *copulandi*, inde exſculpit *Draconem copulantem ſibi*, vel *qui habeat copulationem*, poſtrema parte חן, ex חנין *Dracone*, in ſubſidium ſumta. Intelligit *genus Cetaceum*, *ſub quo plures formae*, *et ſpecies*, *belluarum immenſae magnitudinis*, *vt Balaenae*, *Priſtes*, *Myſticeti*, *Phyſeteres* etc. *Codurc.* IV. *Certo certius* pronunciat *hic agi de Balaena vel de Piſce Mular*, *qui in mari Mediterraneo* frequens.

Similiter *Grot.* *videntur quae hic de Leuiathane dicuntur, quadrare in eam Belluam, cui nomen Muſar.* Fallor, aut *Phyſeterem* innuunt, quem *Maſſilienſes* vocant *Muaſſum:* apud *Geſn.* L. IV. p. 725.. Ad *Nili ingens* illud, et *terribile, Monſtrum, Crocodillum*, reſpexere V. *Beza* et *Deod.* quorum ſententia Patronum nacta Mag. Auctorem *Hieroz.* T. 2. p. 770. et ſeq. plurimum deinceps calculum tulit, concedentibus huc *Ludolf. Patric. Pfeiff. Nold. Maio, Vitringa, Cler. Crinſoz. Reim.* etc. De *Etymo* iudicium *Bocharti* ſic habet; לויה חנים *coniunctionem Draconum*, tam appoſite deriuari, quam *Teſtamentum* a *mentis teſtatione:* ſimplicemque eſſe vocem, cuius תן ad *formam* nominis pertineat, vt in נחשתן, סכלתן, עגורן, עקלתן. Radicem porro nec *Hebraeam*, nec *Syram* ſed *Arabicam*, لوي *flexit, contorſit*, de *ſerpente* etiam, *ſpiras conuoluit.* Inde *Leuiathan* proprie ſignare *ſinuoſum, et in ſpiras volubile, animal*, quale maxime *Draco.* Hinc translatum vocabulum ad *cetos* et *marinas belluas*, quod *Draconum formam, et flexum*, referant. Poſtremo *Crocodilum* quoque ſic appellatum quod *ſimilitudinem habeat Draconis.* Cl. *Cler.* omnia admittit, praeter notationem, quam ſuſpicatur *Aegyptiam*, et ignotam: forte tamen *Hebraicam* eſſe, ſignificatione *additiiis ſegmentis tecti*, a לויה *additamentum;* vt reſpiciatur ad *ſquamas Crocodili.* Idem dederat *Merc.* in *Ceto.* Cl. *Vitr.* ad *Eſai.* 27, 1. ex *Schmuck.* ſimile quid adduxit, vnde colligit *Crocodili* notionem eſſe principem, latius deinde ad *Cete* et *Belluas marinas* vſu vocis diffuſo. Cl. *Haſaeus* VI. in eleganti opuſculo de *Leuiathane*, nec *Balaenam* intendi cenſet, ſex, ſeptemue, ſcrupulis obiectis, nec ſane *Crocodilum*, cui pluribus adhuc argumentis palmam dubiam facit, *Oream* ipſe inducens, ſiue *Cete dentatum*, quo nihil prodigioſius, ferociusque, cognoſcit Oceanus. Non eſt omnino nouum; nam et Cl. *Cocc.* ad *Cap.* 41, 5. ex *Oppian.* profert *belluas* maris *dentatas;* quales *Phyſeteres, Orcae*, et nonnullae *Balaenae:* et *de Pined.* quin et *Merc.* non ſoli *Balaenae* ſtrictius dictae inhaeſerant. Eo tamen lumine *Hypotheſin* iſtam perfudit Vir Doctiſſ. vt plane noua haberi queat; eademque multo ſpecioſiſſima, ita vt mihi quidem hactenus anceps pendeat animus; nec ſciam quorſum ſententia, examine diligentius inſtituto, ſit inclinatura. Et hic libera et integra nobis omnia, id ſecuturis, quod vniuerſam deſcriptionem optime impleſſe, et ſingulis eius partibus, citra torſionem, ſimpliciſſime, reſpondiſſe reperietur. Sine praeiudicio tamen reliquae cauſae dicere liceat, *Etymologiam* non feliciſſime proceſſiſſe Viro Docto, vocabulum conflatum cenſenti ex לויה *Augmentum*, et תן *res magna* ac *late extenſa.* Poſterius hocce ex cognatione cum ثنى חנא in *Dial. iterauit;* طن *corpus extenſum;* طنّي *Vir corpulentus*, elicitur; adiectis et aliis vndique Linguarum. Eſt genus, in quo magna ingenia nimium ſibi indulgent: חנא, ex שכה ortum, nihil commune habet cum חנן, vnde חנין *Draco, Cete:* et *defect. form.* תן. Apud Arabes item تنين plene, تن et تنة *defect.* quorum prius

Dra-

Draconem, et *ingentis molis Serpentem*, *piscemque* omnem *maiorem*, itemque *Cete dentatum*, denotat. Posterius pro *Thynnis*, qui et ipsi in *genere Cetaceo*, vsurpatur. Minus adhuc commercii isti *Themati* cum reliquis. Videtur obtinuisse primariam vim *sorbendi*, *absorbendi* aquam, *diductis faucibus*. Certe verbum قصع, quo تن declaratur in *Lexicis*, istam notionem possidet. Sed, vt verum fatear, necdum mihi liquet. De Themate לוה fidentius confirmare possum, significationem eius non *Arabicam* solum, sed et *Hebraeam*, esse πλέκειν, ἐμπλέκειν, περιπλέκειν, περιπτύσσειν, *flectere*, *illigare*, *innectere*, *circumplectere*, vt ad *Cap.* 3, 8. tetigi. Id Viros magnos hactenus fefellerat; indeque iactus non felicissime destinati ad *veriuerbium*. Alterutrum tantum admitti potest; vel vt לויתן, per *productionem formae* sit *Tortuosus*; quale עקלתון *Esai.* 27, 1. vel vt תן *Draco* cum לוי confletur in *Tortilem Draconem*, *Cetum*, *Crocodilum*. Posteriorem communione huius nominis exclusum nollem, eo *quod Animal hoc difficulter admodum flectatur*, *ac contorqueatur*; ac prode *flexu sinuoso labi* non queat: nam in omnibus Linguis vsus vltra originem eualescit.

Ibid. Ante, quam penitius in materiam ingrediar, monendum video, *Magnos Interpretes* in non vnum *Scopum* collineare, atque Quaestionem non parum inde obscuratam, et implicitam. Recurrunt nempe hic omnes illae diuersitates, quas ad *vs.* 10. media annotatio indicauit: vnde diuersissima explicandi ratio, et applicatio, existat necesse est. Vulgatissima *Hypothesis* fert, in genere describi *Leuiathanis ferocem*, et *indomitam naturam*, quae efficiat vt *homo* hocce *monstrum vix ac ne vix quidem in potestatem suam redigere valeat*. Hoc in *Balaenam*, sat facilem piscantibus praedam, haud quadrans, ansam multam praebuisse visum ad eam explodendam. *Crocodilus* quoque hinc impetitus, quem *hamo*, aliisque artibus, capi, quin et cicurari, iugumque subire, non aliter refutat *Boch.* p. 774. quam ostendendo varias ob causas *venationem Crocodili* inter *difficillimas*, et *periculosissimas*, semper habitam. Hoc ipsum pro *Ceto dentato* vehementer vrsit *Celeb. Hasaeus*, quippe quem *Piscatores* refugiant potius, quam aggrediantur. Cl. *Schmid.* hunc nodum ita resoluit: *Vis interrogationis*, inquit, *in*, Trahesne? *est negatiua* pro, *nullo modo trahes: nec vllus homo alius; imo nulla creatura: si emphasin phraseos attendas*. Pergit porro: *nam nobis non videtur Deus loqui praecise de* tractu per hamum, *ad describendam belluae magnitudinem*, *sed* dominium *et* gubernationem eius, *quae soli Deo competit*. q. d. *Num tu, aut vlla creatura, ita dominaris Leuiathani, vt ex aquis eam extrahas, quasi hamo extraheres? sicut ego tam facile eam ex aquis eiicio, sine vllo labore meo, quasi hamo piscem minimum traherem. Ludo cum illo, Ps.* 104, 26. *Idem si tu possis, te parem agnoscam*. Haec *Scopo* proxima: a quo etiam non longe abest *Caluinus Conc.* CLVI. *Quanta sit Dei Maiestas sentire licet, intuendo belluas quas creauit; imprimis quae solo aspectu nos possunt terrere. Nam si coram Bellua tremimus, numquid nos coram Deo audaces esse oportet*, etc. *Notemus igitur Deum hic doctrinam tradere hominibus, ad eorum arrogantiam irridendam*, *quum*

quum ipsos ad Belluas amandat. Sic reuera res habet; *Ironia* pulchra, et Deo digna, ad *Leuiathanem* iam mittitur *Iobus*, vt contra eum pede collato depugnet, in eoque vincendo sese magnum, et fortem, demonstret; secundum illud, *Accinge nunc vt vir lumbos tuos, vs.* 2.

Ibid. In vltima hacce pericopa enucleanda, hunc ordinem tenebo, vt primo loco locem *Crocodilum.* Secundum teneat *Balaena.* Tertium *Cete dentatum.* Quartum *Epicrisi* nostrae destinem. De *Crocodilo* I. *Boch.* cum *interrog. An extrahes cum hamo, et in fune demerges Linguam eius?* i. e. *in lingua eius demerges funem? Hypallage.* Subdit ingenue, *id vero Crocodilo conuenire non videbitur, quem* elinguem *esse scribunt.* Respondet ὁ πάνυ. 1. *Non praecise negari*, Leuiathan *linguam habere, sed linguam qua defigatur hamus, vt piscibus passim accidit.* 2. *Quicquid asserant veteres, certum tamen Crocodilo esse* Linguam *suam; sed immobilem et inferiori maxillae adhaesam.* Vide *Hieroz.* 2, 770. 771. Ibidem p. 774. porro innuit, hanc, aliasque, prouocationes *non eo pertinere, quasi Crocodilus saeuior esset, et truculentior, quam vt capi posset; sic enim* Cete *quoque* excludenda fore, *quae et ipsa capiantur: sed innui, non esse quod sibi quis facilem de eo animali spondeat victoriam, cum et mole sit vastum, et robore tremendum; ad viginti cubitos et vltra excrescens* etc. Ad *Balaenae*, II. *vastam molem* a plerisque cum *Merc.* relatum, quem vt reliquos pisces *trahere non sit hamo* etc. Dubitat autem *Merc*, sitne, *Num trahes?* an *ironice* potius, *Trahes*, scilicet! Cl. *Hasaeus* III. pro *Orca*, *Monstro dentato*, stans, item *interrog.* vtitur, et postrema cum *Cocc.* dat, *funi immerges*, inseres, *linguam eius?* Respicit similiter ad *immanem* eiusdem *molem;* quasi negetur *carnem hanc immensam, dentibus truculentam,* vt *Plin.* vocat, *hamo funi alligato trahi posse ab hominibus* etc. Vtique IV. aculeatius putem cum *ironia* elatum, *Trahes* scilicet *Leuiathanem hamo!* Continuatur *Ironia* quae *vs.* praeced. Nostrum pupugerat, *In oculis eius capiat eum*, Redargutor meus. Ad eandem mentem nunc, *qui animis, viribusque, praepolles, Leuiathanem,* credo, *aggredi* valebis, *hamoque in fauces impacto eum trahere*, et *circumagere pro arbitrio*, etc. Agitur non de *captura ex insidiis*, sed de *aperto congressu*, qui *cominus fiat, manu quasi in os Monstri inserta*, ad *linguam* eius *hamo figendam*, atque ita in *funem ductorium immergendam.* Hoc adspectu aequum ius *Crocodilo, Balaenae, Orcae, Draconi* etiam, si placet; ad quae *Monstra* nemo vel proiectissimus accedere a fronte sustineat. *Tentyritas solos* tamen *Crocodilis aduersum ire ausos*, narrat *Plin.*, arcana naturae vi eos armante videlicet, (vt *Psylli* contra serpentes a natura muniti:) *sic vt dorso equitantium more impositi, hiantibus resupino capite ad morsum addita in os clana, dextra ac laeua tenentes extrema eius vtrimque, velut fraenis in terram agant captiuos.* Nempe *et olfactu huius generis hominum fugari* quadrupes malum, *et in parua mensura* corporis *praesentiam animi,* in hoc tantum vsu, *iisdem miram,* idem memorat Scriptor. Si verum; nihil *Crocodilo* decederet; quin et accederet forte aliquid; inde enim *imaginem* hanc desumtam suspicari licerer. Sed haec pertenuis esto coniectura.

vs. 21. De *Crocodilo* iterum I. *Boch. Numquid aptabis iuncum naribus*

sum eius, et spina perforabis maxillam eius. *vs.* 22. Certe multiplicabit ad te supplicationes; profecto loquetur ad te mollia. *vs.* 23. Certe feriet foedus tecum; accipies

naribus eius? et spina perforabis maxillam eius? in priori membro intelligit *capistrum e fune iunceo*; in posteriori, *hamum spinae instar acutum.* Summam hanc subdit, *Tam vastum animal hamo non facile capi, quomodo pisciculi solent.* Ad *Balaenam* II. *Merc.* eodem fere modo applicat, nisi quod אגמון *iuncum* exponat *hamum qui e iunco fit.* Eum ignoro. Addit, R. *Salom. hamum e ferro* intelligere, *quasi circulum ferreum, vel hamum in morem iunci aduncum.* Ita fere *Vulgat. circulum* dedit pro *iunco*; et pro *spina*, *armillam*, quam *fibulam* interpretatur *de Pined.* Obseruat ille, incertam esse *Radicem*, quae vel אגם sit, *stagnum, palus*, vel גמא, vnde גומא *iuncus.* Alludi autem *ad morem piscatorum qui piscium nares iunco traiicere* soleant, *vt penduli portari queant*: atque *indicari vastitatem balaenarum, quae sicut neque hamo capi, ita nec captae iunco suspendi queant.* Similiter Cl. *Schmid.* inducit *funiculum, quo pisces nonnulli maiusculi suspendi solent, vt fumigentur aut exsiccentur.* Idem in *Orca* III. obuersatum Cl. *Hasaeo* p. 128. quasi negetur *eam iunco*, vel *arundine*, aut *spina longa, per maxillam perforatam immissis, trahi, portari, et vt fumigetur, vel exsiccetur, suspendi posse; quod quotidie in minutioribus piscibus fieri videmus.* Ad nostras rationes IV. ה vel *interrog.* sumtum, vel *adfirmatiue*, *En*, *Certe*, *pones arundinem in Naso eius*, ad *ironiam* continuandam: אגמון non a גומא *iuncus*, quasi *sorbentem* dicas; sed ab אגם *palus, stagnum; arundinetum*, quod *Arab.* اجم et اجمة Clar. *Cocc.* dedit *fiscellam*, proprie *iunceam*, latius quamcumque, *ori constringendo.* Difficile talia ad liquidam rationem perducere. . Series videtur exigere *Arundinem per Nasum traiectam*, vt *Monstrum superiorem sentiat manum, eiusque ductui se obsequens praebeat.* Non agitur certe de *Leuiathane* iam necato, sed viuo, quem *lupato velut maxillis indito* abducat Domitor. Recurrit eadem imago, quam mox tetigi, de *Tentyritis*, qui *Crocodilum frenant*, et *captiuum in terram agunt.* Si non idem, simile saltem aliquid spectatur; quod *Crocodilo* aptius forte, quam *Ceto*; quem ita *viuum* et *vigentem* velut in triumpho circumducere non datur.

v. 22. Parce nimis I. *Boch.* pro *Crocodilo*, ait, *esse Prosopopoeiam elegantem, qua significetur, hanc belluam homini non vltro subiici.* Item *Merc.* II. in *Balaena*, *Num blandis verbis te deprecabitur vt vitam ei consernes, prout victi in bello solent? Elegans Prosop. qua docetur, non posse homini belluam hanc tantam vlla ratione subiici.* Illustr. *Grot.* annotauit, *haec et sequentia ducta sunt ab infirmis populis, qui aduentante magno exercitu precibus agunt, atque in deditionem veniunt.* Cl. *Cocc.* oppositionem fieti autumat inter *Elephantum* qui *supplicat*, et *seruit*; atque inter *Leuiathanem*, qui *seruire negat, et quamdiu viuit, ac moueri potest, pugnat.* Eandem oppositionem III. in *Ceto*

den-

accipies eum in seruum perpetuum. *vs.* 24. Certe ludes cum eo, vt auicula, et ligabis eum puellis tuis. *vs.* 25.

dentato vrget Cl. *Has.* p. 129. 132. quasi sensus esset, *non posse eum cicurari, aut mitem fieri, mollibus verbis, atque blandiciis, quibus vti solent Bestiarii, quorum est immanium Belluarum feritatem mitigare.* Idem *Vir Doctiss.* ex hoc, et *praeced. vs. Crocodilum* non intendi colligit, quod et *Hamo* persaepe *capiantur*, et *capti mitescant*, atque adeo *mansuetissimi* reddantur. Scopus postulat IV. vt *absoluta* sit *negatio*, vel per *interrog.* vt sit, *Minime id faciet:* vel per *adfirmationem Ironicam* in h. s. *En, certe, multiplicabit ad* Te *deprecationes.* Tam *Formidolosus* scilicet mihi videris *pugnator*, vt *Leuiathan solo tui adspectu in deditionem venire, gratiamque victoris implorare, cogatur.* Id omnibus *Monstris*, de quibus cogitatum, pari iure ferme conuenit: ne *Crocodilo* excepto, qui quamuis *formidare resistentes* feratur; non is tamen qui primo congressu herbam porrigat, atque more *dediticii* se *ad victoris pedes supplex aduoluat.* Eo spectare formulas nostras, manifestum.

vs. 23. Ad rem *Boch.* I. de *Crocodilo, An feriet foedus tecum etc.? Quomodo victi a victoribus vitam redimere solent libertatis pretio: in perpetuam se seruitutem mancipantes.* Item *Merc.* de *Balaena* II. *Eadem prosopopoeia dictum; Num percutiet tecum foedus* etc.? *vt tibi in perpetuum eum mancipes. Nequaquam. Vel eius aspectus te terrebit etc.* Cl. *Cocc.* addit *Antithesin* supra indicatam. Eandem *oppositionem* cum *Elephanto* III. pro *Orca*, contra *Crocodilum*, qui *cicurabilis* saltem, vrsit Cel. *Has.* pag. 130. Nobis IV. perinde est, *Interrogationemne* teneat quis, quae *irrisoriam* inferat *negationem*; an cum *adfirmatione* malit, *En*, certe, *foedus tecum feriet* etc. Continuatur *figura* institutra, et falsse inluditur Noster, quasi is esset qui *Creaturae omnibus terrorem incutere solitae, terrori esse, eamque vi,* ac *minis, obnoxiam* sibi *reddere valeret* etc. Ad omnia iterum ex aequo aptum; nisi quod in *Crocodilum* mollior videri queat *Prosopopoeia;* quae in *Balaenam*, vel *Orcam*, paulo durior; quod *Monstra* illa *in seruitutem obduci*, ab ipsa natura abhorreat. Versu seq. clarius patebit.

vs. 24. Pro sua *Hypothesi* non incommoda ansa I. *Boch.* praemisso illo *Plauti*, *Quasi patritiis pueris monedulae, aut coturnices, dantur, quicum lusitent;* subdit, *At cum Crocodilo quis ludat, Animali truculento*, pueris *et* puellis *praesertim infenso* etc.? Pro *Balaena* II. *Merc.* 1. *Num vt auiculae ligatae pueris et puellis tradi solent, vt ludant;* ita *hoc* monstrum *alligabis* vel *ancillis* vel *filiabus tuis* etc.? *Non ita traiectabilis est piscis tantae magnitudinis.* Alienius est, quod *de Pined.* 2. adiecit de *immanibus* hisce *molibus, non esca deludendis, et capiendis, vt auiculae*, et *pisciculi, solent.* Suam *Antithesin* vrgens Cl. *Cocc.* 3. *Elephas vt cum auicula ludi secum patitur, artes ac gesticulationes docetur, et funambulum agit, vt hominem oblectet, nec a puellis se duci indignatur. Non item Liuiathan; quem Deus finxit ad ludendum eo: Ps.* 104, 27. Pro *Ceto dentato* III. Cl. *Has.* item cum *oppositione* ad *Elephan-*

vſ. 25. Epulabuntur ſuper eo ſodales, diuident eum inter mercatores. *vſ.* 26. Certe implebis ſpiculis cutim eius,

phantum, aliasque feras, *eum talem non eſſe, qui captus, domitusque, iucundo ſpectaculo oculos paſcat, ludicrumque praebeat pueris, atque puellis.* Contra *Crocodilum* hinc diſputat Vir Eruditiſſ. p. 71-73. quippe qui *ludibrio, oblectamentoque*, non parum ſaepe exhibitus. Nobis iterum IV. plana omnia, ſiue per *interrogationem* efferre velis, ſiue per *aſſeuerationem Ironicam, Ecce ludes cum eo, vt auicula:* etc. Tantus, et tam fortis vir es, vt *Leuiathanem* vi aperta aggredi, exarmare, ex traducere poſſe videaris. Aptum *Crocodilo;* aptum forte et *Ceto:* nam *piſciculis captis, adalligatisque, ludunt* quoque *puellae.* Saltem commodam ſatis *deriſioni*, et *conuictioni*, huic anſam miniſtrat.

vſ. 25. Intricatae omnibus rationes. *Boch.* I. de *Crocodilo* non planiſſume: An *futurum eſt, vt piſcatorum ſocietas, eo capto, agitent conuiuia laeti?* an *diuident eum inter Chananaeos*, ſiue *Mercatores?* Minus adhuc plane II. de *Balaena, Merc.* 1. *ſubaudiendum* ה *interrog.* Num *epulabuntur de eo, eo veſcentur, Socii, Piſcatores?* etc. *diuident eum inter mercatores?* q. d. *Id nunquam de hoc piſce fiet; qui capi nulla ratione poſſit.* Addit, alios malle 2. *inibuntne de eo contractus inter ſe ſocii?* ita *Coderc. paciſcenturne de eo?* De *coena venditionali* 3. *Grot. quae* ſuper hoc piſce *non celebretur.* Similiter *Iun.* et *Trem.* Hoc in *Balaenam* parum quadrat. Sentiens *Cocc.* 4. cum *affirmatione* effert, *Epulantur ſuper illo ſocii, diſtribuunt eum inter inſtitores.* Accipitur pro *Conceſſione, capi poſſe Balaenam:* at non niſi *eminus*, et cum *periculo vſ.* 26—28. Subdit praecl. Interp. 5. *Non repudio tamen*, caedunt ſuper ipſo: *nam in cadauer adſcendentes caedunt. Conceditur ergo, fieri ab hominibus cadauer, concidi, et diuendi.* Aliter *de Pined.* 6. item ſine *interrog.* ad *Vulgati* illud, *Concident eum amici* etc. ſenſum huncce offerens, *Non tam ab homine edomari Ceti potentiam, quam ab Auctore naturae, qui tempeſtate aliqua eiectum ad litora, et infixum terrae, praebeat concidendam belluam Ichthyophagis* etc. *Pſ.* 74, 14. Cl. *Haſ.* III. de *Orca*, per *interrog.* Num *de eo veſcentur ſocii?* Num *diuident eum inter mercatores?* Indicari autumat, *Leuiathanem non eſſe ex eo genere piſcium, quorum piſcationem ſocietate inita curent negotiatores, vt vel eius* carnibus *paſcantur ipſi, vel aliis tanquam* menſarum delicias *vendant: multo minus inter eos poſſe diuidi, vt ex adipis, ſpinarumue* etc. *venditione, quaeſtus ad omnes vberrimus redeat.* Hinc colligit, *Crocodilum* exeſſe debere, tum quod *Carnes* eius *ſat grati ſaporis;* tum quod *Adeps* quoque diſtrahatur. Vide p. 74. 76. *Balaenam* ſimiliter excludendam, hinc concludit, quod *frequentiſſima eius inter Mercatores diſtractio* p. 51. etc. Quin p. 133. *Orcam opponi* autumat *aliis monſtris marinis*, quae *capi* queant, et in *cibum, lucrumue*, cedant, quum *huius* plane *nullus* ſit *vſus in epulis, conuiuiisque* etc. Conſectaria haec a *Scopo* nonnihil deuiare, ex ſuperioribus agnoſcere eſt; atque ex vi verborum ſtatim vlterius pateſcet. Nos

IV. ob-

IV. obseruamus, 1. *interrogationem negantem* non tutissimam. Inducimus quoque 2. quod in *Iuuenil.* ex coniectura propositum, *An irruent in eum sodales?* Non vno incommodo laborat, prae reliquis. 3. כרה על pro *vesci de aliquo*, genio Linguae parum consonum: nec inde *Crocodilo* difficultas mouenda, quod eius *caro edulis*. 4. Cum *adfirmatione* omnino efferendum videri, *Epulabuntur propter illum*, vel *super illo*, *Sodales*, *diuident eum inter Negotiatores*. Sic 2 *Reg.* 6, 23. יכרה להם כרה *apparauit iis conuiuium magnum*, *et ederunt, ac biberunt* etc. Apud *Arabes* وكبر et وكبرة est *Conuiuium quod apparatur ob aedificium absolutum*: et verbum وكبر *absoluto aedificio Epulum dedit.* Tu intelligas, *omni magno opere consummato.* Suspicor ortam notionem a כרה كبر *conduxit mercede*: *Hos.* 3, 2. Hoc iam 5. non capiendum ex *concessione*, sed continuata *Ironia*, *Ecce* tu *ligabis Leuiathanem puellis tuis.* Quin *epulum celebrabunt super eo Sodales*, *partientur eum inter Negotiatores.* Hoc est, *tantus tuus terror, vt solo nutu formidolosum* hoc *monstrum in terras extrahere valeas*, *haud secus ac auiculam*, idque *Sodalitiis in praedam concedere*; *laetum propterea conuiuium celebraturis.* Par ferme ius 6. in verticulum sic acceptum *Crocodilo* et *Ceto*; maius tamen posteriori Belluae, cuius spolia opimiora. Non adeo placet 7. *Fodient super illo Sodales*, quod pro *Ceto in litus extracto* vrgeri posset, quippe quem *confodi*, et *concidi*, notum. Apud *Arabes* كرى vt כרה, etiam *fodiendi*, vim obtinet. *Camus*: *Radix* כרה *in fluuio notat*, *renouauit fossionem eius.* Versus sequens decidet.

vs. 26. Pro *Crocodilo* I. sic exit versio *Boch.* 1. *An implebis pellem eius missilibus*, *et caput eius telis piscatoriis?* Subiungit, *Quidni si de* balaena *res est*, *quae nimbo telorum obrui solet? At de* Crocodilo *secus*, *cuius corticosa cutis telo impenetrabilis.* שכוח missilia, *ex Arab. Ling. qua* شوكة et شكة *teli acumen. Sed et* צלצל *pro* Telo *alludit ad* ضالة *sagittae.* LXX. *portentoso errore tria priora verba sic reddidere?* πᾶν δὲ πλωτὸν συνελᾷον ἐ μὴ ἐνέγκῃ μίαν βύρσαν ἀρᾶς αὐτᾶ. Cl. *Cler.* 2. mallet, *An colliges in cophinis pellem eius*, *et caput eius in nassa piscium?* שכוח pro *Cophinis* a שכך *texit*, vel *texuit ramis viridibus*: quasi negaretur *pellem Crocodili in vasculis vimineis Piscatorum posse portari.* צלצל *nassa* confertur cum צאלים, quae *vimina* Viro Docto ad *vs.* 16. et 17. supra. Pro *Balaena* II. *Merc.* 1. *Num implebis spinis* i. e. *retibus*, *seu sagenis*, *factis e spinis*, *cutem eius*, *et nassa piscium caput eius? Hypallage*; *pro*, *Num sagenas eius pelle implebis*, *et nassam illius capite? Minime*: *quia nunquam eum capies.* Subdit שכוח *spinas*, et צלצל *nassam*, esse *genera magnorum* hamorum, *iuxta se positorum*; vel certe *genera cassium ex viminibus*, *spinis*, *virgis*, *ad pisces excipiendos.* Monet 2. quosdam cum R. *Leui* tam שכוח, quam צלצל, putare *cultros* esse *maiores*, *quibus inciduntur pelles vel capita magnorum piscium.* Item

3. alios

3. alios capere pro *vmbraculis, quae sibi Piscatores in litore faciunt.* etc. Huc concedit Cl. *Guss.* p. 557. *An inseres in tuguriis pellem eius, et in vmbraculo Piscatorum caput eius?* Pro *Ceto dentato* Ill. Cl. *Has.* cum *oppositione* scilicet ad *Balaenam, An implebis nauigia cute eius; aut cymbam Piscatorum capite eius?* Hunc sensum pluribus adstruere conatur Vir ingeniosiss. a *pag.* 135. *Eleg. Opusc.* ad pag. 160. שכוח forma *num. sing.* exponens *nauigiola tecta pellibus, ad instar tuguriolorum*, concinente Belgico *Schuit*, quin Turcico سيق *Saic.* Haec non e genere limpidissimo: nec constructione ferme inuita id satis tutum iudicarem: quemadmodum nec alterum illud, quod *pag.* 147. proponitur, *An implebis tabernacula pelle eius?* quasi alluderetur ad *tuguria* et *speluncas Troglodytarum*, et *Ichthyophagorum.* Minus adhuc placet צלצל pro *Cymbalo* laudatum pag. 151. ac si negaretur *monstrum hocce sono instrumenti Musici* duci; vt *Delphines* videlicet, aliique pisces. Scopus alia exigit. Obseruamus IV. in *Ironia* suscepta persisti, vel cum *interrogat.* vel, quod aculeatius adhuc, cum *adfirmat: Ecce implebis aculeis pellem eius! et ferramento tinniente piscatorum Caput eius!* Prout *fortem* te *virum facis*, Monstrum hocce quantocyus *nimbo telorum obruendum*, et *configendum* esse video, si *in congressum cum eo veneris, aperto Marte id debellaturus*, videlicet. Hunc aspectum commendat *vs.* seq. vbi *aggressio* et *pugna*, quae fit *manibus consertis*, aperte indicatur. שכוח *Spinas*, pro *Aculeis;* et *Aculeos* pro *Armis aculeatis*, ex שוכך et שכך, simplicitate sua pal-

mam auferre censeo: praesertim quod *figura spinarum*, et *aculeorum*, pro *cuspidibus*, *Hebraeis* aeque domestica, ac *Arabibus.* Hinc סכסך *Esai.* 9, 10. et 19, 2. *Armare: Horridum in iaculis, telisue, facere.* Ita *Arabes* شكك في السلاح *Horruit in armis;* proprie *spinosus*, siue *aculeatus fuit.* Item: *Forma* שְׂכָה *tela notat, et* שכשכה *armaturam acutam, vel aciem armorum.* A *spinoso acumine* omnia. שְׂכִים pro *spinis, aculeisue*, habes *Num.* 33, 55. Confer quae ad *Cap.* 1, 10. prolata. Alterum צלצל *Cocceio* est *fuscina*, quia *mergitur.* At quum צלל non tantum sit *mergi*, sed etiam *tinnire*, apud *Arabes* صلّ, indeque צלצל sit *sistrum*, vel *instrumentum tinniens;* quidni potius et hic *ferramentum tinniens*, quales *fuscinae, harpagones*, et *alius Piscantium paratus.* Vnum obmoueri posse sentio, iam supra *vs.* 20. et 21. actum de *supellectile piscatoria.* Respondeo, diuersum esse conspectum: ibi enim *repraesentatur audax monstri domitor, fauces ei refringens*, ad *hamum*, et *frenum*, *recipiendum:* hic introducitur, vt *nimbo telorum* illud *opprimens*, et *vndique eminus* non solum, sed et *cominus*, *configens.* Apparet יברו *vs. praec* melius *Epulabuntur* verti, quam *fodient*, atque ad *laetitiam triumphalem* redire.

vs. 27. Nouae per omnia dissensiones. In *Crocodilo* I. *Boch. Impone manum tuam super illo, non perges meminisse praelii.* i. e. *Tantus te inuadet horror, vt de fuga cogites potius, quam de pugna,*

eius, et ferramentis piscatoriis eius caput. *vs.* 27. Pone super eo manum tuam, memor sis praelii: ne superaddas. *vs.* 28. Ecce spes eius mendax facta est: sane vel ad conspectum eius prosternetur.

CAPVT

quum ipso tactu compereris cutem esse illi contra omnem ictum inuictam. In *Balaena* II. *Merc. Iniice ei manum tuam, non vltra recordabere praelii.* i. e. *mox te interimet: actum erit de te.* Neuose. Pro *Orca* III. Cl. *Hasse* p. 160. *Significari puto Leuiathanem non animal esse, quod pro arbitrio tangere manu tua, ac demulcere possis; vt animalia* χειροήθη, *qualis et* Crocodilus, *quem heic loci non posse intelligi inde supra collegimus.* (Nempe *pag.* 68. 69.) *Contra, si id feceris, actum erit de te: ita enim te aggredietur vt mox omnem praelii, et victoriae, spem sis abiecturus. Vel vbi se tangi animaduertet, tanta velocitate se in fugam proripiet, vt consilium, eum praelio aggrediundi, tibi sit abiiciendum.* Postrema melius abfuissent: priora in *Crocodilum* aeque quadrant, quam in *Cetum:* nec χειροήθη cogitare Vir Doctiss. debuisset eum, qui in *naturali* sua *truculentia*, et *immanitate*, qua carni humanae inhiat, hic depingitur. Nos IV. in hoc versu deprendimus *Hypotheseos* nostrae firmamentum certissimum; nam post ea quae *Ironice* praemissa, apposite subsumitur nunc tandem, *impone, iniice* ergo *super eum manum tuam: memor esto belli; ne addas.* Cominus monstrum depone: atque ita illud *feri*: vt *ictum conduplicare non sit necesse.* זכר מלחמה *memor esto belli*, formula militaris, qua Mars accenditur. אל תוסף *ne addas*, alia formula, quae *hostem vno ictu conficere* iubet. Ita 1 *Sam.* 26, 8. et 2 *Sam.* 20, 10. Vides amoenissimam *Ironiam*, quae *Hypothesin*, quam ingressi sumus, veram esse arguit. Antequam haec in mentem venissent, palmam dabam expositioni *Mercerianae, Iniice manum: Memorem esse praelii non addes. Actum erit de te. Primo pedatu prostratus, protritusque, iacebis.* Est satis commodum. Alterum illud plenius, venustiusque, ad derisionem.

vs. 28. Paulo languidius I. *Boch. Ecce spes illius*, qui manum ei iniecerit, *frustrata est! nonne etiam ad adspectum eius prosternetur?* Apponit exemplum hominis, *quem vmbra* tantum *tenuis Crocodili praetercurrentis conterruisse* narratur etc. הגם *Nonne*, haud optimo exemplo. Magis ad rem II. *Merc. Enallagen personae vide. Dicendum fuerat* תוחלתך *spes tua; sed in genere dicere voluit, vt esset, non tua solum, sed et omnium spes frustra erit, si quis tam audax fuerit, vt manum ei admoueat.* Deinde. *An etiam ad adspectus eius* Ceti *prosternetur?* i. e. *nonne etiam vel ad solum huius piscis adspectum metu in terram allidetur?* Cl. *Schmid. Ecce num spes eius* Leuiathanis *fallet? num etiam ad visiones suas*, quibus videt Iobum, *proiiciet se? An quamprimum te, manumque tuam, adspexerit, adeo despondebit animum, vt ad pedes tuos se proiiciat? Nunquam fiet. At Ego, manu tantum imposita, id praestare possum. Indignus ergo, qui mecum compareris.*

Aliter

CAPVT XXXXI.

Vers. 1. Nemo tam truculentus qui eum expergefaciat, et quis ille qui ante faciem meam in acie consistat? *vs.* 2.

Aliter *Cocc.* ad *Cetum* quoque *adfixa* referens, *Ecce spes ipsius? fefellerit, an etiam in faciem suam sese prosternitet?* i. e. *si necem euadere non possit, quod conatur, quamdiu potest, tamen non blanditur.* In *Ceto dentato* III. *Cel. Has.* ad *aggressorem* adf. redeunte: *Ecce spes eius*, piscem se superatum iri, *fallet. Num etiam ad visiones suas se proiiciet* tanquam victum? i. e. *licet fuerit ab hostibus suis visus, anne illico is protinus se ante pedes tuos proiiciet tanquam victus, eique tibi confodiendum permittet? Profecto non faciet.* Durum. Prius tamen Colon ita mallet, *Num spes*, fiducia, gloriatio, *Leuiathanis fallet eum? Anne tuto gloriari potest, robore ac magnitudine confisus?* Ad nostros calculos IV. *spem eius*, ad *Leuiathanem* nec *actiue* referre est, nec *passiue:* multo minus יוטל *proiicietur* ad eum sese reflectit. Vtrumque ad *Eum* redit, qui *iubebatur monstrum iniecta manu debellare, atque vno ictu in mortem adfligere.* Mutatio *personae* habet pondus, et decus. *Ecce spes*, vel *confidentia, eius mendax facta. Ecce etiam ad visiones eius proiicitur exporrectus in longum.* Haec genuina vis verbi הוטל, a טול. طال הנם *Ecce etiam*, cum *asseueratione* enunciatum, reliquos sensus abnuit. *Iobum* feriunt hi aculei, insinuaturque, *tantum abesse, vt manu in monstrum imposita illud conterere* valeat, *vt contra ipse ad nudum eius conspectum metu contendus esset, si in congressum solus cum solo veniret.* Hoc adspectu *Crocodilum* manere posse, posse et *Cetum*, aliudue *monstrum terribile*, quiuis intelligit; ac proinde hactenus quidem lances in aequilibrio ferme.

Vers. 1. De *Capitis* noui initio, hinc ducto, ita *Merc. Sunt qui Cap.* 41. *incipiant a praeced. vs.* הן *Ecce spes illius* etc. *Nostri fere ordiuntur ab hocce versiculo. Verum non erat magna occasio, cum nihil noui tractari incipiat, sed adhuc continuetur Ceti descriptio. Forsan verebantur ne Caput longius exiret. Quidam Cap.* 41. *commodius ordiuntur vs.* 20. *praec.* Non magnopere nos ea sollicitat cura. Existimarim tamen, sectionem receptam esse concinnissimam; et in *vs. praec.* Caput illud rite clausum; quum ibi *Ironia* ad *vs.* 20. suscepta finiatur. Inde oratio ad serium genus conuersa, *Scopum*, quo haec tela destinata erant, indicat; atque in magnifica descriptione *animalis formidolosissimi* terminatur, vt Noster vltimo isto terrore admoto victas praeberet manus, herbamque *Creatori* porrigeret.

Ibid. Duo priores versiculi negotium facessunt: et diuersimode applicantur. Nimis sicce *Boch.* I. *Leuiathanem non esse* Balaenam, *sed Crocodilum, multo apertius patebit ex seq. Vt autem de* Leone *legitur Gen.* 49, 9. et *Num.* 24, 9. *Quis excitabit eum? ita hic de* Crocodilo, *Non est ita ferox* vllus *vt*

excitet eum, cum ſatur in littore dormit. Cetera praetereo vsque ad verſ. tertium, quia nihil faciunt ad rem, quam agimus. Faciunt quam plurimum, quin *cardinem* conſtituunt *Quaeſtionis;* quae nunquam tot fluctus dediſſet, ſi ad hanc *Cynoſuram* fuiſſet nauigatum. Ad rem *Epiſc. Elienſ. Si aliqua ex meis Creaturis tam terribilis, vt nemo vel dormientem expergefacere audeat, quam periculoſum eſt meam Maieſtatem prouocare?* Eodem collineant *Cler. Crinſoz. Reim.* etc. Ad rem II. item *Merc.* 1. *Non eſt quisquam ita ſaeuus, vt eum* e ſomno *excitare audeat; tantum abeſt vt vigilantem aggrediatur* etc. De יעורנו ſubmonet, eſſe, qui malint, *Qui eum prouocet in certamen*, et *Kimchium* quidem *tranſitiuam poteſtatem* τῷ *Kal*, ex h. l. vindicare; ſed *emendatiora Biblia* ſiſtere יעירנו ex *Hiphil.* De nexu haec ſubiungit. *Ego de Deo expono per comparationem maiorum, et minorum, vt poſtquam duas beſtias immanes deſcripſit Dominus, interſerat, priusquam abſoluat membrorum Leuiathanis deſcriptionem, quorſum haec directa.* q. d. *Quod ſi tanta Bellua Behemoth, vt a nemine ſubiici, et domari poſſit: ſi Leuiathan tanti roboris, tam vaſtaeque molis, vt vel aſpicientem terreat, nec quisquam tam ſaeuus, aut potens, reperiatur, qui eum in certamen prouocare audeat: quis quaeſo mecum contendere ſuſtinebit? me in certamen prouocare, vt tu, Iobe, feciſti?* Haec longiuscule excerpſi, vt liquido appareret, a *Scopo* deflexum fuiſſe, vt in *Behemotho*, ita nunc in *Leuiathane*, quando agi creditum de *captura ordinaria* vel *Crocodili*, vel *Balaenae*, *Cetiue dentati:* ac proinde non aliunde *controuerſiam* decidi poſſe, quam ex *coloribus* et *lineamentis*, quibus *maximus* hicce *terror mortalium* in ſequentibus ad viuum expingetur. Cum *Merc.* faciunt tantum non omnes: *Munſt. Iſid. Pagn. Vatabl. Caluin. Iun.* et *Trem. Piſc. Druſ. Codurc. Grot.* cuius haec neruoſa ſumma: *Nemo ita audax vt eum* dormientem *ſuſcitare audeat; nedum vt vigili ei ſe oſtendat. Quis ergo mihi Opifici eius reſiſtere poſſit?* Contra *Balaenam* et *Crocodilum*, pro *Ceto dentato* III. hinc validiſſimum torqueri poſſe telum putabat Cel. *Haſ.* p. 46. et 65. ſuam ſententiam p. 165. 166. ita exponens, *Scopum Dei eſſe, Iobo immenſam ſuam potentiam oſtendere: et quam nemo ſit mortalium qui cum eo litigare, aut ad certamen eum prouocare poſſit. Qui id auſerit, peſſime ei id ceſſurum. Ea propter duo vaſtiſſima Animalia proponi, inexhauſti roboris, in Terra aeque, ac in Oceano; iuberique vt ab effectis ad cauſam adſcendendo, colligatur,* quantum eſſe *oporteat qui* tantae *molis belluas creare, flectere, ad nutumque coërcere poſſit. Hoc capite ergo pergit, Neminem vnum tantae fore vel audentiae, vel ferociae, vt laceſſere ſuſtineat* Leuiathanem; *quanto minus tantum ſibi a quoquam ſumendum, vt eius piſcis Creatorem, ac Dominum, vel prouocare, vel cum eo in arenam deſcendere auſurus ſit. Si quis fecerit*, illi retribuendum, *dignasque furoris poenas auferendas: Dei quippe* omnia quae ſub Coelo *eſſe, quibus ad arbitrium vti queat.* Et haec ſub conſpectum danda duxi, vt pateret; Doctiſſimos Viros, vbi huc deuentum, recta ferire, quum in reliquis minus certa manu iaculentur. Scilicet, agnoſcitus

vſ. 2. Quis praeuenit me, vt rependam? quicquid ſub coelo vniuerſo, meum eſt. *vſ.* 3. Non ſubticebo membra

ſcitur agi de *prouocatione* in *pugnam ſolitariam*, ſiue *duellum*, *collato pede*, *aperto Marte*, *fiducia virium* in congreſſu *exerendarum*. Superuacuae ergo diſcuſſiones, quae *facilem*, *difficilemue*, *capturam Belluae*, ex inſidiis circumuentae, *ſpectant*: et quod iam ante tetigi aequum ferme ius in hac ſcena *Crocodilo*, *Balaenae*, *Orcae*, quin *Draconi*, ratione huius conſpectus, quo inter ſe committuntur *Duellatores* male *comparati*. Ego IV. hanc *ſummam* conficio, 1. melius ישירנו de *excitatione dormientis* exponi, quam de *prouocatione vigilantis*. 2. Nouam fieri inſtantiam, quae *Crocodilo* non minus apta, quam *Balaenae*, aut *Orcae*: quando de *Monomachia* ſermo eſt, qua *pes pedi conferitur a pari depugnantium*. 3. Hinc forte commodiorem *Crocodilum*, vel et *Draconem*, quam vel *Balaenam*, vel *Orcam*. Nihil tamen hactenus in hanc vel illam partem ſatis euidens: et ni alia accedant, aequilibrium manebit.

vſ. 2. Nihil hic *Boch.* I. Aliquid Cl. *Cler. Oſtenditur*, *Iobum immerito exprobraſſe velut Deo religionem ei praeſtitam*. Hoc ad prius Colon. Ad poſterius, *inſinuat Deus*, *ſibi ſatis*, *ſuperque*, *fuiſſe*, *quo virtutem remuneraretur*; *ac proinde poſſe eum plura a ſe ſperare*, *quam vnquam habuerat*. Cum aliqua fluctuatione II. *Merc.* 1. *Quis me anteuertit bono aliquo*, *qui meo nomine aliquid fecerit*, *aut me vlla in re iuuerit*; *aut me robore et potentia vicit*; *vt reddam ei mercedem? Nemo ſane*: *nam abſoluta mihi potentia*. etc. Addit 2. R. *Leui*; *Quis me anteuertit in rerum creatione*, *ante me creans*, *quae ego perficiam*. *Quaſi duo fuerint Opifices mundi* etc. Tortum. Egregie *Vulgat.* 3. *Quis ante dedit mihi*, *vt ei reddam etc.* Ita *Apoſt.* ad *Rom.* 11, 35. Inde et *Cocc.* *Quis praeuertit me*, *vt ſoluam* etc. Capit pro argumento *iuſtitiae ſeruatae in iudicio*: a. *ab indebito*, b. *a iure ſuo*. Non abſimiliter *Schmid.* 4. rationem reddi putat, *cur nemo Litigator coram Deo conſiſtere queat*; quia nempe *nemo habet iuſtam cauſam cum Deo litigandi*, *aut aliquid vt debitum poſtulandi* etc. Ex *profopop.* 5. *Ab. Eſra*; *Quis me anteuertet vt rependam ei*, *quod debetur victori*, *praemium fortitudinis?* etc. LXX. mutata perſona 6. τὶς ἀντισήσεταί μοι καὶ ὑπομενῶ; Id longius abit, et tamen aliquid boni praeſtat, de quo mox. Idem iudico de conatu *Pinedae* 7. *Quis praeoccupauit me laceſſendo*, *et pacem retribui ei?* etc. Quid Cl. *Haſaeo* III. hic placuerit, ſupra patuit. Eſt minus concinnum. Mihi feriem, IV. et vim illationis, attendenti, occurrebat aliquando, *Quis aggreſſus eſt me*, *et pacem feci*, i. e. *dedidi me?* Nempe הקדים *praeuertit*, etiam *Bellicum* eſt, et in *animoſa aggreſſione* frequentatur. Similiter שלם *pacem facere*, in *bello*, honeſte, pro *in deditionem venire*. Vide quae ad *Cap.* 5, 23. Hoc arctiſſime cohaeret cum *praeced.* *Quis ille* qui *coram me in acie ſe ſiſtat?* Tale quid obuerſari debuit Senioribus, quum dedere, Τίς γάρ ἐστιν, ὁ ἐμοὶ ἀντίστας; Ἢ τίς ἀντισήσεταί μοι, καὶ ὑπομενῶ etc. Aſt profundiorem, verioremque, loci ſenſum aperuit *Apoſtolus*, τὶς προέδω-

κέν μοι, καὶ ἀνταποδώσω αὐτῷ; *Quis praeuertit me* beneficiis, *vt reddere ei tenear.* اقدم הקדים *praeuertere, praeuenire beneficiis,* item perusitatum. Monui in *Iuuenil.* Nempe قدم *praeceſſio, praeuerſio,* itemque قدم pro *merito, benefactione,* conteritur, quo quis alterum ſibi debitorem facit. *Algaz.* MS. inter *fundamenta pietatis* commendat *Memoriam praeuenientium beneficiorum Dei erga nos, citra praeuerſionem* noſtram *aut interceſſorem.* Item, *Recole ſemper multitudinem liberalitatum eius erga te, et beneficiorum quibus cumulatus es extus, et intus; citra interceſſorem, aut praeuerſionem vllius meriti.* Vides Sacram quodammodo formulam, qua *Deum praeuerti* poſſe negatur; aut *vllam* ſub *obligationem venire,* quippe quod *inferioris;* quum *Deus* ita *ſuperior,* vt *ne tantillum* quidem inde *decedere* queat. Hoc ex loco noſtro ad lucem S. Spiritus expromſit nobis Apoſtolus; atque ad *ſublimiſſimam* illam *veritatem,* in quam *Caro* ſemper rebellabit, de *abſolutiſſima Dei in creaturas ſuas potentia,* applicuit; et quidem ſecundum textus noſtri *Scopum,* totiusque conuictionis ſeriem, in qua Deus *expoſtulationes,* et *querelas* confutat *Iobi,* qui *iniuriam* ſibi *factam* animoſiſſime contenderat. Cum hoc ſenſu amice tamen conſtare poteſt et alter ille, quem propoſui, *Quis aggreſſus eſt me, vt dedere me debuerim:* et diſpiciendum, an non *Figura* illa *grauiſſima ex Ancipiti* hic adhibeatur, qua *vna* ſententia *duplicem faciem* admittit, per *Syllepſin,* quam vocitant Rhetorum Filii. Vtrique adſpectui paratum et hoc-

ce, *ſub omni coelo,* quod eſt, *meum eſt.* Abſolutiſſimum mihi cum robur, tum imperium, arbitriumque. Vtrumque item *Iobo* confutando validiſſimum, quippe, cui nec *robur,* nec adeo *Ius,* ad litem *ſupremo* omnium *Domino,* et *Arbitro* intendendam.

vſ. 3. Parce *Boch.* I. dans, *Illius membra non filebo, nec ſtatum virium eius, nec gratiam ſtructurae:* atque apponens, *Qualia membra, quae vires, ſuppetant Crocodilo, vel ex his Ammiani collige: Vt armatus eſt vnguibus, ſi haberet etiam pollices, ad euertendas naues ſufficeret.* Cl. *Cler.* notat, חין pro חן poſitum, quaſi a *Rad.* חון, atque *pulchritudinem* hic adferre, vt *Nah.* 3, 4. Alterum ערך *armaturam* nunc ſonare cenſet, vt *gratia,* vel *pulchritudo armaturae* tribuatur *Crocodilo,* propter *textum ſquamarum, cui ſimilis armatura equitis cataphracti.* Ad hanc imaginem *Aelian.* H. A. L. 10, 24. Νῶτα πέφυκε καὶ τὴν ἀρὰν ἄῤῥηκτος, λεπίσι μὲν γὰρ τε καὶ φολίσι πέφρακται, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὥπλισαι, καὶ ἐοίκασιν ὀστράκοις, καρτεροῖς ἢ κόγχαις. *Tergum et caudam inuulnerabilis, corticibus quippe cataphractus quaſi, et armatus ſquamis, quae teſtis validis, conchisque, ſimillimae.* Elegans, et doctum; nam ערך ſaepe *bellicum.* Pro nexu additur, *rediri ad deſcriptionem Crocodili.* Diuerſiores qui in II. claſſe. *Merc.* 1. haeſitabundus, *Non tacerem membra eius ſi quis me anteuertere, aut ſuperior me eſſe, poſſet: eius laudes vtique celebrarem. Alii, non tacerem* mendacia eius; *vt Cap.* 11, 3. q. d. *verba eius, quae tamen* mera mendacia, *quibus ſe iactitat fore me (aut Ceto iuxta alios) ſuperiorem, haud reticerem.* Ad חין ערכו

gratiam

gratiam instructionis, notat, ערך מלחמתו *gratiam qua aduersum me aciem, et praelium, instrueret: vel aduersus Cetum.* Item חין pro חן, vt בֵּן pro בֶּן. Vides rationes parum liquidas. Submonet 2. esse, qui per *Prosopopoeiam* haec *Ceto* attribuant, quasi is diceret, *Si quis me vincere posset, non reticerem eius membra, et fortia facta, et gratiam qua in me bellum instruxisset.* Friget. Adiungit 3. plerosque sic ligare, et exponere, *verum vt intelligas, O Iob, et si quis alius vellet cum Ceto congredi, quam sit lusurus operam, non tacebo robor membrorum eius, eiusque virtutes, et gratiosam, iucundamque, dispositionem membrorum eius.* Cl. *Coec.* 4. accipit vt compendium, et summam, dicendorum porro de *Leuiathane*, in h. s. *Non tacebo membra eius, et sermonem praepotentiarum*, et *gratiae dispositionis eius: cum sese infert et disponit in mari. Scilicet a vs.* 4. *ad* 9. *de membris agitur. De praepotentia et terribilitate a vs.* 10. *ad* 21. *De pompa et ingressu in mari vs.* 22. 23. *Et haec quidem eo, vt illustretur ferociae limitatio.* A primo tamen illo *Merc.* non alienus, subtexit, *Optionem interim facio, velitne aliquis verba illa ad* hominem *referre, hoc modo: si quis est, qui dicat, se me praeueniisse, quantuscunque ille sit, non silebo* iactantias eius, *aut* sermonem praepotentiarum, *aut* gratiam dispositionis eius, *qua ille congrediatur mecum.* q. d. *Facile erit mihi ostendere quam paruus, debilis, vilis, sit ad me. Nam vel* artus belluae, *eiusque* praepotentiam *et* maiestatem *ei opponam.* Et haec parum liquida: nec optioni locus relictus. *Grot.* §. *Non silebo ramos eius*, Ceti, *et rem omnem virium eius, et concinnitatem commensionis eius.* Per *ramos* intelligit Vir summus *fistulas in fronte:* et חין pro חן per *Tseri* ex antiqua scriptione prouenisse opinatur. Cl. *Has.* III. autumat, *praecedentia per ἐκβολὴν λόγκ inserta; et rediri nunc ad institutum, descriptionemque suscipi membrorum, vel neruorum, Orcae, nec non roboris, ac mirae corporis dispositionis.* Mauult *neruos*, quam *membra, quod piscis huius totum corpus ex neruis, et tendonibus durioribus, conflatum rigeat, vnde impenetrabile ei tergus.* Pro nostris rationibus IV. vt nil illustrius, pictiusque, hac descriptione *Belluae terribilissimae*, ita nihil quoque ligatius, deductiusque, ad vniuersam seriem. In praecedenti Capite Deus *ferociusculos illos Iobi animos*, qui per totum Librum se exerunt, *ludendo* veluti *castigarat* clementissime, *Ironica* vsus *laudatione*, qua eum *Behemotho*, et *Leuiathane, facile superiorem fore* praedicat, si modo *manum* iis *iniicere* conaretur; quippe qui vel minis suis eos in deditionem compellere, sub victorisque pedes adigere, posset. Hac ansa placuit Numini, vt ante *Behemothi*, ita nunc *Leuiathanis viuam* quasi ac *spirantem picturam* praebere, longe, late, lente, circumductam, vt tanto fortius adfecta, et concussa, mens *Iobi*, in se descenderet, atque tenuitatis suae conscientia compungeretur. Eo iam fine resumitur, post opportunissimam illam insertionem, qua scopus declaratur, *Non subticebo ramosa membra illius formidolosissimi monstri, quod vel somno vinctum, terrorem inspirat* etc. De גדים consule quae supra *Cap.* 18, 14. tetigimus, vnde *vectes* quoque tenere li-

bra eius ramosa, et rem fortitudinum, et opportunitatem instructae armaturae eius. *vs.* 4. Quis nudauit faciem eius

ceat, i. e. *robora*, et *firmamenta corporis*, *torosue* validissime *confertos*. De חין ערכו sic iudico; ferri posse, *pulchritudinem*, siue *gratiam dispositionis eius*; vel *structurae*: melius exire, *gratiam instructionis ad aciem*, et *terrorem bellicum*: sed cum *Auenar.* et *Cler.* nouam nunc *Radicem* statuendam חון vel חן, eiusdem potestatis cum חנן. *Arabes* si consulamus حنن, et حان חין multum differunt: illud enim valet, *stridorem dedit e gutture*, mater erga pullum commota. Inde *adfectum tenerum*, *misericordiam*, *gratiam*, notare, coepit. At حان חין in *Camus* exponitur *propinquus*, *opportunusque*, vel *tempestiuus*, *fuit*. Deriuatum حِين חין item *ad omnia tempora siue longum sit*, *siue breue*, *aptum*. Praesertim tamen venit in *tempore statoꝛ* aut *spatio praefinito*; vnde porro *tempestiuitas*, et *opportunitas* ducta. Videatur ergo, an non tutius sit, et simplicius simul, *atque opportunitatem instructionis eius*: quam *opportuna*, atque *tempestiua*, sit *vniuersa* eius *structura* simul, et *armatura*, qua eum ad *Terrorem sui incutiendum*, vt *Cataphractarium* aliquem, *ornaui*.

vs. 4. Grandes figurae. Non felicissime I. *Boch.* ad prius Colon: *Quis retexit superficiem vestimenti eius?* i. e. *corticosam cutem*, *quam* Crocodilus *nunquam exuit*, *longe aliter ac Serpentes reliqui*: *vt Suidas in* Φολιδωτὸν *indicat*. Posterius reddit: *In duplex fraenum eius quis ingredietur?* i. e. *in* Labia *seu* Rictus *eius*, *qui freni duplicati speciem habent*. *Ita R. Sal. Hue facit quod et* χαλίνοι *fraena*, *sint labiorum pars quaedam*. Et hoc minus felix, quod ad collationem saltem illorum χαλίνων. Sic fere *Episc. Elienſ.* et *Reim.* Cl. *Cler.* ad eandem versionem, hanc exhibet mentem ad prius Colon, *Quis illi detraxit squamas vel validissimo ictu*, *cum hoc aliis piscibus facile fiat?* Alienum. Ad posterius, *quis auderet frenum maxillis eius interponere*, *habenasque hinc atque inde trahere?* Propius vero. Vtrumque a Doct. *Crinſ.* expressum. In *Ceta* II. *Merc.* 1. *Quis eum excoriare ausus*, *et vel extremam eius cutim discooperire impune sustinuit?* Item, *in duplicaturam habenae eius* i. e. *in labia*, *seu rictus*, *qui freni duplicati speciem habent*, *quis ingressus est sine periculo?* Meminit et alterius expositionis, qua *duplicatura freni* proprie sumitur, pro *freno duplicato rictui inserendo*, *ad instar equi*: sed *figuram* praefert ex R. *Salom.* Cl. *Cocc.* 2. *Quis detsquammauit eum*, *vt nudum tergus appareret? Ergo non est* Crocodilus: *nam Deus demonstraturus Behuae inexpugnabilem duritiem remouet adiumenta*, squamas, *aut* testas, *in maius miraculum*. De *Capistro duplicato* censet, ita vocari *mandibulas*, *vel quia vinciri solent capistro*, *vel quia* ἀνάλογόν τι *sunt*. Subdit, *Cetum hic quasi Equum generosum ad praelium instructum introduci*, *non exarmandum ab homine*, *aut debellandum*. Ista fere imago 3. obuersata *Grot.* *Simile ab Equo sumtum*; *Quis ei detrahet stragulas*, *aut Ephippia? Et quis*

veniet

eius vestitam? quis duplicatum eius frenum adducet? *vs.* 5. Valuas faciei eius quis aperuit? circuitus dentium eius

veniet vt lupatum ei iniiciat? Plenius *Codurc. A re equestri sumtum. Notum in stabulis Equos generosos vt plurimum stragulis opertos esse, et Equisonem antequam sternat eos, stragulam detrahere, dein pollice iniecto rictum diducere, atque fraenum in os indere.* Interrogat *ergo Dominus, Quis tam firmo animo, qui ad Leuiathan accedat cum fraeno lupato, eumque non aliter atque Equum tractare tentet?* Cl. *Hasi.* III. pro *Ceto dentato*, פני לבושו *faciem vestis eius* exponit *anteriora cutis, anteriores partes in facie, siue Capite, vel caput ipsum cum rictu hianti.* Vide *pag.* 167. 168. Nempe per *dupplicaturam fraeni*, siue *fraenum dupplicatum* idem intelligit, quod *vs.* seq. vocatur *circuitus dentium, ob similitudinem, quam dentes eius in vtroque maxillae latere positi habent cum fraenis lupatis.* Per *Exergasiam* sic *vs.* 4. 5. vnus idemque *terror Rictus et Dentium* describeretur. Id parum verisimile: nec necesse erat, vt in arctum se indueret Vir Doctiss. Allusionem factam ad *Equum* non abnuo: et coniicio IV. *Equum cataphractum* introduci, ad hanc formam: *Quis reuelauit faciem Loricae eius? et duplicaturam freni eius quis adducet?* Intelligo per *faciem loricae eius* solenni Hebraismo, *faciem eius loricatam.* Nempe לבוש لبوس *indumentum*, speciatim pro *Lorica totum corpus tegente* vsurpatur, quae alias الدرع *Lorica ex annulis conserta.* Istam vim forte exerit vox 2 *Sam.* 20, 8. collato *Esai.* 59, 17. et 63, 1. 2. Modus loquendi nemini incognitus, quo posterius *substantiuum* vicem implet *adiectiui:* Vide *Deut.* 1, 41. *Esai.* 2, 20. *Esech.* 26, 16. Negatur, quemquam tam audacem, qui *Belluam a natura cataphractam aduersus aggredi* sustineat, *vt denudatum os freno instringat.* Id simplicius videtur, quam *duplex frenum* de *Labiis*, vel *rictu formidoloso*, accipere. *Venire in* vel *cum aliqua re*, est phrasis protrita Orienti, pro *eam adducere.* Non video satis, qui quadret alterum illud, *ingredi in labia*, vel *rictum.* Certe durisculum, quod Cl. *Hasi.* innui censet, pag. 169. *Neminem tam proiectae audentiae, qui vel fauces diducere, vel iis patentibus se committere sustineat, nisi protinus in ventrem demitti velit.* De cetero tum *Orcae*, tum *Crocodilo loricatus*, et velut *cataphractus vultus*, atque *os vniuersum*, vt vtrique hae figurae ex aequo conueniant. Conueniunt, et *Draconi.*

vs. 5. In *Crocodilum* I. aptissimae figurae, quem nemo ignorat *immensum oris rictum, valuarum instar diducere* etc. *tam horrendo hiatu, vt integram buculam possit excipere:* vt ex *Leon. Afric. Marmol. Scalig.* refert *Boch.* Eleganter hinc *Achil. Tat.* Ὅλος στόμα γίνεται, ὅταν χάνῃ πρὸς τὰς ἄγρας: *Totus fit os, quum hiauerit ad praedas.* Eidem *horribilem* esse *morsum, pectinatim stipante se dentium serie*, quorum alii *exerti*, alii *serrati*, notum item ex *Aelian. Plin. Ammian. Gesn.* et in primis *Boch.* p. 778. cui lim-

eius terribilitas. *vſ.* 6. Magnificentiae ſunt robuſta clypeorum; clauſum *quid*, ſigillum arctum. *vſ.* 7. Vnum

pidae hic rationes. In *Balaena* II. maior difficultas. *Merc.* 1. ſicco pede eam tranſit contentus *formidabilem belluae rictum, dentium terrore armatum*, nominaſſe. Cl. *Cocc.* 2. iam monet *dentatos eſſe Phyſeterem, et Orcam: quin et* balaenis *quibusdam dentes attribui.* Adſcripſit quoque verſiculos ex *Oppian. Halient.* 5. *vſ.* 325. paulo liberius conuerſos. Ad verbum ſic ſonant. *Ibi alii quidem maxillarum pernicioſos ordines mirabantur, terribiliter exertos dentes, improbos inſtar ſpiculorum, triplici ſerie conſertos denſis cuſpidibus.* Confer *ibid. vſ.* 320. *Etiam ad cadauer in terram porrectum accedere formidat aliquis, tremitque eum qui non amplius eſt, ad ipſius mortui dentes in maxillis totus coborreſcens.* Ad prius colon haec annotauit praecl. Interp. *Quis tubum vel* fiſtulam (*alii etiam* fiſtulas *attribuunt*) *ei fecit in facie, per quam diluuium efflaret? Alii intelligunt* os *vel* rictum. *Mihi videtur* valuas oris *nunc vocari, quod* נחורים *vſ.* 11. *et comparari cum Naribus repandis equi.* Id a ſerie abit, non enim rogatur, *quis belluam fecerit*, ſed *quis eam ſub iugum, frenumque mittere audeat? De Pined.* 3. *cetos dentatos* item hic adduxit ex *Olao* M. et *Geſn.* nec *Grotio*, et *Codurco*, aliud obuerſatum monſtrum. Cl. *Haſaeo* III. expedita omnia, quippe qui pro ſola *Orca* pugnet, *immenſa Carne dentibus truculenta;* de cuius *vaſto pondere* et *terrore*, adeundum laudatum *Opuſc.* p. 176. 177. *Valuas oris* cum plerisque *Rictum* interpretatur; in quem ſane, cum *ſuis valuis bipatentibus, Niliacus* ille *Crocodilus* pro *buccella* intrare poſſet. Nos nihil aliud IV. addendum habemus, quam, et *Crocodilo*, et *Ceto dentato*, quin et *Draconi*, ſat pulchre haec conuenire; et quidem eo adſpectu, quem *vſ. praec.* offert, *neminem ſub Belluae rictum ſe committere audere, vt tanquam fortior*, vel et *ſolertior*, *eam ſub iugum mittat.* Si כפל רסנך *Duplicatura freni vſ.* 4. deſignaret *labia*, dicerem negari, *quemquam mortalium tam proiectae audaciae, vt dormienti licet Crocodilo*, (vel et *aliis illis*) *os grandibus labris veſtitum retegere* ſuſtineat, *valuasque vultus aperire, ad monſtrum propius inſpiciendum.* Praefero tamen alteram imaginem, eique adiungo *dormientis Leuiathanis* adſpectum, quem ne ſic quidem quisquam impune aggredi valeat, ad *rictum* ei *refringendum, fraenumque inter dentes eius inſertandum.* Narratur quidem, *Tentyritas a tergo, bianti, et reſupino ad morſum, ori clauum indere auſos* etc. Aſt nunquam quisquam illorum *audaculorum dormienti valuas oris effregiſſet, eique clauum iſtam domitricem inter dentes intruſiſſet.* De *Orca*, et *Draconе*, res non minus euidens. [Pro פניו *Syr.* et *Arabs* legerunt פיו. Longe praeferenda eſſe videtur haec noua lectio maſorethicae. *Vog.*]

vſ. 6. Vincere nunc videtur *Crocodilus* I. ad verſionem hancce *Bocharti, Tergum eſt vt laminae ſcutorum*, quarum vnaquaeque eſt *clauſa arcto ſigillo.* גאוה pro גוה *corpus*, item *tergum*, venire cenſet ὁ πάνυ, poſt *Aquil.* et *Hieron.* אמוקים

אפיקים quo fundamento *Laminas* dederit, non satis perspicio. Cl. *Cler.* גאוה a גאה pro *Tergo* deducit, quasi *Elationem*, *partem superiorem*. אפיקים autem vertit *prominentias*, *protuberantias*, *vmbones clypeorum*: a فاق *superior fuit*. Iam vero *Crocodili cutis corticosa*, *et contra ictum omnem inuicta*, vt *Herod.* *Aristot.* aliique a *Boch.* producti docent. *Amm. Marc.* eadem figura, *Cutim ita validum gerit*, *vt eius* terga cataphracta *vix tormentorum ictibus perforentur*. Ad II. classem quod attinet, *Merc.* 1. tres *vs.* seq. notans *de squamis ceti agere*, ita huncce vertit, et explicat, *Elatio* sunt *robora scutorum*; *clausum* vnumquodque *signaculo arcto*. Addit, *Ab. Esram etiamnum de* dentibus *intelligere*, *sed praestare prius*: q. d. *Elata et superba sunt robusta eius scuta* i. e. *squamae*, *quae ei clypeorum loco*, *ita robustae*, *vt illis sese efferat aduersus omnem aggressorem*. Fidem habuisse videtur *Nearcho*. Cl. *Cocc.* 2. reddit *Fastus* sunt *caua clypeorum*, *clausum*, *annulus arctus*. Subiungit, *vel hoc refutat opinionem de* Crocodilo; *cui aluus mollis*: *nam Deus hic comparat* Cetum *Equo loricato*, *aut cataphracto*; *dispariter tamen*. *Crassum Ceti corium*, *quo tota moles obitur*, *cum Lorica equi confert*. *Equi Lorica nec aluum tegit*; *nec adhaeret corpori*; *et disiungitur*. Lorica Ceti *stringit corpus*, *totum obit*, *nusquam hiat*, *nusquam patet*. *Loricae veteribus etiam coriaceae*. Haec ingeniose contra *Crocodilum* adinuenta. Sed quid, si quis non *e dispari*, sed *e pari*, *similitudinem* cum *Equo Cataphracto* institutam tenderet? Sic *aluus mollis*, et *ictui patens*, hac quidem in sede non obstaret. Cl. *Hasse.* III. in *Orca* nullam a se *squamam* repertam fassus, adiecit, se pro *Crocodilo* pronunciaturam, *si alia via rem expediendi non detur*. Sed mox miratur, *qua ratione omnes Interpretes hic in squamas*, *quae nullae adsunt*, *consenserint*; *saltumque commissum* censet, et *ordinem* membrorum *turbatum*, quando series non *cutim*, sed *dentes*, postulet. Inspice *Analysin.* p. 126. 127. et satis speciosum fatebere. Vertit itaque, *Robora scutorum* sunt *excellentia*; decus et tutamen eius in dentibus positum: *Clausum est signaculum arcte*; vel, *clausa est tanquam signaculo acies* eorum. Nempe est, vbi צר, et צור, per *aciem cultri* aut *gladii* exponatur. Refertur ad *Rictum compressum arctissime*, vel et *aciem dentium* tanquam *signaculo occlusam*. p. 176. Proferuntur et loca, vbi *Dentes Leonis*, *Apri*, *Canis*, vocantur *Arma*. Ad *dentes* cum *Clypeis* comparatos, praeter *Ab. Esram*, respexerat etiam *Caietan.* inducens hic *vallum ex altis et firmiter compactis inter se palis*, *qui omnem aditum hosti prohibeant*. Notum *Homeri* ἕρκος ὀδόντων. Non diffitemur IV. ancipitem nobis mentem distineri, inter *terga cataphracta*, et *dentes Belluae*. Pedetentim veritas vestiganda. 1. גאוה pro גוה *Corpus*, vel *Tergum*, haud tutum; sunt enim diuersae *Radices* גוה, et גאה. 2. Quod Cl. *Cler.* *Elationem* pro *Tergo* adhibitam velit, minus adhuc firmum. Rectius itaque 3. *Elatio*, vel *magnificentia*, *robora clypeorum*. Hoc 4. proxime connexum videtur cum praemisso commate, *Circuitus dentium eius terribilitas*. Is *terror* pressius admouetur, *Dentibus* cum אפיקי מגנים

Vnum alteri adhaerent: et ventus inter ea non intrat. *vſ.* 8. Alterum cum altero ferruminantur; conglutinata ſunt;

מגנים *Robuſtis ordinibus clypeorum* conlatis. 5. Horum dentium ὀλοὰς σίχας *perniciosas ſeries*, cum ἔρκει χαλκείῳ *conſerto ſcutorum ſepto* comparari, res, ratio, Lingua, patiuntur. In *Crocodilo* ſic *Oppian.* de *Ven.* 3, 414. סגור *clauſum*, 6. abſolute videtur poſitum, pro πεφραγμένον, *obſtructum quid*, et *denſiſſime conſtipatum*; quod *Dentibus* non minus aptum, quam *Tergo*. Ingens momentum 7. adfert, quod חותם خاتم *ſigillum*, *ſignaculum*, pro *ore* apud *Arabes* frequentetur. *Hariri Conſ.* 2. p. 102. *Cadere fecit margaritas* من خاتم חותם *e ſigillo ſuaueolenti*; i. e. *pulchra dicta ex ore ſuaui protulit*. Notauit ibi *Schol. Poëtas multos eſſe in ore cum* חותם *annulo ſignatorio conſerendo, ob arctam rotunditatem.* Addere debuiſſet, *ob compactiſſimam dentium ſeriem* nam variat *Emblema*. Hoc iam 8. quadrat ſane in *Orcam*; vt Cl. *Haſ.* p. 167. 171. vrget: ſed et in *Crocodilum* non minus congruit; cui *ordo dentium pectinatus, morſibus perniciosis, quicquid contigerit pertinaciter tenens*, vt *Amm. Marc.* loquitur.

vſ. 7. Paucis defungi licebit. *Boch.* I. ad *ſquamas Crocodili* haec referens, *quae tam arcte cohaereant, vt ne aërem quidem admittant*, commodiores habet rationes, quam qui II. de *Ceti Corio* cogitant, in quod haec amplificatio non adeo quadrat. Cl. *Haſaeo* III. ad *Os inuictum*, et *rictum tam arcte clauſum, vt ne tenuiſſima quidem aurula inter dentes tranſire poſſit*, reſpicienti: etiam calculi ſatis expediti. Nobis IV. haec non minus quadrare poſſe videntur in *Dentes Crocodili* qui *ſexaginta* numero, *ſerie pectinatim ſeſe ſtipante, horribili tenacitate conueniunt*, vt *Plin.* et *Solini* verbis vtar. *Ceto dentato* officere forte poſſet, quod Cel. *Haſ.* p. 177. notat, *Eum dentes ſuos tantum habere in maxilla inferiore; quibus ſingulis in ſuperiori maxilla reſpondeant totidem foramina, in quae dentes illi, tanquam gladii in vaginam, immittantur, et condantur.* Ad *vſ.* ſeq. idem ſcrupulus recurret.

vſ. 8. Iterum de *ſquamis Crocodili conſertiſſimis* I. *Boch. Patric. Cler.* etc. Si haec ratio allubeſcat, adiungatur velim *armaturae Cataphractae* collatio a diſpari; *ea enim ita hamis, annulisque, contexta*, vt *detexi* poſſit, et *diſſolui, aëre* etiam *liberum meatum retinente inter commiſſuras.* At *Crocodili* Δέρμα λεπιδωτὸν, καὶ ἄῤῥηκτον ἐπὶ τῷ νώτῳ. ſimilitudinem implet *cataphractariae loricationis*, quam *nihil perrumpere*, ac *diſſoluere*, quin *ne aër* quidem *transmeare* valeat. Cl. *Cocc.* pro *Balaena* II. *Deus hic comparat Cetum Equo loricato, aut cataphracto. Eius pellis teſtaceam duritiem habet. Claudit vtrimque Cetum vt* annulus digitum; *non laxe circumpoſita* ſcuta. *Supra in dorſo arctiſſime cohaerent; nulla* ſutura *aut* ſciſſio *eſt. Infra nulla* apertio *eſt*; (*vt in Equo Cataphracto aluus patet*) *ſed durities in aluo perpetua, non vt in Crocodilo aluus mollis.* Haec adde iis, quae ad *vſ.* 6. iam prolata. Non caret ſcrupulo, vt de *Cute*, vel *Corio perpetuo*, dicatur איש באחיו *Vir fratri agglu-*

sunt; et non diuelluntur. splendere faciunt lucem; et

vs. 9. Sternutamenta eius oculi eius vt palpebrae aurorae.

agglutinantur etc. Clar. *Hasaeo*, III. ad *Dentes Ceti* haec reducenti: obstat aliquantulum difficultas modo tacta, quod *Inferior* tantum *maxilla Orcae* sit *armata*, ita vt *Vir fratri suo artissime iungi, et series seriei pectinatim adslipari, non posse* videatur. Ad *dentes Belluae* IV. haec redire, verisimillimum. *Crocodilo* autem idem hic iuris, quod *Ceto dentato;* quin forte maius adhuc, ob rationem indicatam: nam *conglutinatio* illa *Viri cum fratre suo*, et *comprehensio separari*, ac *diuelli*, negans, omnino videtur supponere *superiorem* et *inferiorem seriem dentium indiuulsim coëuntium.* Ad verbum רבק teneatur *conglutinatio* illa *firmior*, quam *ferruminationem* vocamus. Ea vis extat *Esai.* 41, 7. et alibi. *Plin.* L. 35. *Bitumine ferraminatos Babylonis muros* dixit: vt *indiuulsam tenacitatem* exprimeret. Item L. 16, 36. *Arundo contusa, et interiecta nauium commissuris, ferruminat textu glutine tenacior, rimisque explendis fidelior pice.*

vs. 9. Omnia limpida sibi censet *Boch.* I. *ad* prius colon has lineas ducens, *Cum sternutat Crocodilus, per nares confertim actus spiritus tanto prorumpit impetu, vt scintillare videatur, et flammas emittere. Hoc frequentius eis accidere puto, quia rictu diducto apricari amant* etc. Ad posterius: *hoc in parte mirus* ἱερογραμματέων *consensus cum sacro Codice; Illi enim* Auroram *significantes, duos pingunt* oculos Crocodili, *propterea quod ante totum Corpus Animalis e profundo emicent:* vt *Horus Hierogl.* 1, 65. *tradit.* Adiicit, *Aliud etiam mysterium subesse videtur. Herod. Arist. Plin.* etc. *docent* Crocodili oculos *in aquis* habescere, *extra esse* visus acerrimi. *Ac si lumen amissum tum demum recuperent, cum ex aquis emergunt. Idem de* Sole *creditum, cum nouo lumine ex aquis emergere.* In *Balaenam* deinde hoc telum stringit. *Velim dicant Viri Docti quid* Balaenae oculi Aurorae radiis *simile habeant, qui bubulorum magnitudinem parum excedunt, et graui superciliorum pondere obruuntur.* Contra *Cocc.* II. omnia dissimilia censet, 1. rogans, *Etiamne haec in Crocodilum quadrant?* Ipse per *sternutationes* intelligit *emicationes*, et *succussiones celeres, quales sunt sternutantium, quae fiant cum ingenti reuerberatione radiorum solarium, non aliter atque si Sol ex fluctibus oriretur.* De *oculis* parce subdit, *eos surgentis aurorae instar esse. Codurc.* post *Piscat.* et alios, 2. *sternutationes* explicat de *copia aquarum per fistulam eructata*, et *nimbos quos in sublime efflant.* Notum inde *Physeteres*, siue *Flatores*, dictos *Cetos, qui columnae instar se attollunt, altioresque nauium velis, diluuiem eructant*, vt *Plin.* tradit, L. 9, 4. Addit, dupliciter verti posse, vel *sternutationes eius ignis splendens;* vel, *sternutationes eius illuminarent lucem.* Exponit de *radiis tanquam ex iride repercussis:* adiiciens, *non dubium quin et oculi valde rubescant*, ac *rutilent. Merc.* 3. *Balaenae* haec parum apta sentiens, conuertitur subito ad *Draconem marinum ignitum, qui ignem naribus et ore effiet, cuiusque oculos magnos*

magnos cum videas, credas te auroram videre exorientem. Cl. *Haſ.* III. cenſet cum *ſternutationum* fiat mentio, et *narium vſ.* II. *non tam proprie haec* Balaenis, *quam* Orcae *conuenire: quod illae dici nequeant* ſternutare *aut* naribus *praeditae eſſe; quum* fiſtulas *quibus aquas iaculantur non in fronte gerant, ſed in confinio dorſi. At* cetum dentatum *illam* fiſtulam, *et* canalem, *in ipſo capitis frontiſpicio habere, vnde non ſolum aquas marinas, ſed etiam mucum quaſi, et pinguem cerebri liquorum, quem* ſperma ceti *vocant ſternutando egerat.* Haec ad prius colon p. 179. Specioſiſſime. Ad poſterius p. 190. notatur, *non neceſſe, vt de inſigni aliquo fulgore oculorum exponatur. Talem nec* Crocodilo, *nec* Balaenae *adeſſe, cui oculi valde exigui. Nihil ſingulare etiam de* Orcae oculis *hactenus a nautis obſeruatum, niſi quod maiores ſint Balaenarum*, pedem, *et amplius*, longi; *valdeque* rubri, *ita vt colore ſaltem* palpebras aurorae *imitetur*, quam *purpuream* et *roſeam* pingunt Poëtae. Fateor IV. perdifficilem eſſe locum. Applicationes Viri ſummi ad *Crocodili ſternutamenta*, et *oculos*, doctiores videntur, quam ſolidiores. Certe *oculi ſuilli*, et *in aqua hebetes*, qui ei tribuuntur, parum videntur quadrare magnificae huic Figurae, quantumuis ἐν τῇ αἰθρίῃ ὀξυδερκέστατον dicatur. Succurrit tamen ex *Plin. L.* II, 37. *Ne genae quidem omnibus quadrupedibus, ideoque nec nictationes* etc. *At quae oua pariunt, vt teſtudines, Crocodili, inferiore tantum gena connituent, ſine vlla nictatione, propter praeduros oculos.* Ne ſic quidem *palpebras apertas aurorae* agnoſco; de qua formula adi *Cap.* 3, 9. *Sternutamenta* quoque eiusdem quomodo *lucida?* Cl. *Cler. Hyperbolicas* vocat *deſcriptiones, quae ad viuum reſecari non debeant.* Id parum ſatisfacit. Adde, Cl. *Cocc.* pro *emicatione totius Balaenae e mari*, vrgere, *ſternutationis ſonum*, et *lucem*, eſſe *Heterogenea.* Cl. *Schmid.* propterea ſubſtituere auſus *radiationes oculorum*, inuita ſane Lingua; nam apud *Chald. Syros, Arabes*, עטש عطس *ſternuendi* vim conſtanter exerit: eſtque, quod pulchre notandum, inter ὀνοματοπεποιημένα, quae ad *ſonum naturalem* efformata, vt attendenti ſponte pateſcit. *Eiaculationes aquarum per fiſtulas Balaenae* ſic vocari, vix adducor. *Sperma ceti*, quod adiecit Cel. *Haſ.* paulo magis arrideret, *quae eſt materia candicans*, et *lucida* quodammodo. Sed ne hoc quidem implet vim formulae, *Sternutamenta eius ſplendere faciunt lucem*, quod ſonare debet, *igneam* quandam *materiem reuomunt*, et *eiectant.* Hoc a natura *aquae*, quin et *muci* illius, *adipiſque viſcoſi*, alienius. In *oculis* ſiue *Balaenae*, ſiue *Ceti dentati*, non minor labor. Vt adhuc res habet, *Crocodilo* dicerem aptiores hoſce colores; ſi enim *Halitus* eius *ignitus*, et *flammeus*, quidni *ſternutationes* eius velut *lucem vibrent?* Omittere hic nequeo, quod *Arabum* figurata oratio miniſtrat. Dicunt nempe عطس الصبح *ſternuit aurora*, pro انفلق *erupit, exorta eſt*, vti in *Camuſo* annotatum. Plenior formula dat, عطس انف الصبح *Sternutauit Naſus aurorae:* apud *Harir. Conſ.* 15. Anſa locutioni porrecta ex eo, quod *Solem* vocitent *Dorcadem aurorae;* vnde formam-

rorae. *vſ.* 10. Ex ore eius faces procedunt: ſcintillationes ignis proſiliunt. *vſ.* 11. E naribus eius exit fumus

marunt, عطس لي انف الغزالة *Sternutauit mihi naſus Dorcadis*, pro, *exortus eſt mihi Sol.* Nempe *radii lucis quaquauerſum ſparſi*, videntur quodammodo a *Dorcade aurorae* excuti *ex ore* et *naſo*, prout *rapidi ſpiritus* ex *ore* et *naſo ſternuentis* excutiuntur. An hac occaſione dictum de *Crocodilo*, eius *ſternutamenta ſplendere facere lucem:* i. e. *lucidos quaquauerſum radios ſpargere?* Id *de nocte* aliquando *accidere*, quum *Caput e Nilo attollit monſtrum*, haud abhorret a vero: atque tunc quoque veriſimile *Oculos* eius *praeduros*, et *ſine nictatione patentes*, vt ſupra ex *Plin.* vidimus, adde ex *Pier. Val. Hierogl.* L. 29. 3. *prominentes*, et *emiſſitios*, ita *radiare*, vt *Aurorae ſurgentis* quandam *imaginem* inde arripuerint *Aegyptii:* quemadmodum *Solis occaſum* repraeſentaturi *Crocodilum cernuum* πεκυφότα pingebant. Ita *Horapoll.* L. 1. *Cap.* 68. 69. Additur ratio, Ἀντόκυπτον γὰρ, vel ἀντόκυφον, vt Doct. *Pauw.* emendat, καὶ κατωφερὲς τὸ ζῶον. *Eſt enim animal ſponte cernuum et deorſum vergens.* Reſpici puto ad *Crocodili cernuationem, qua fluuium ſuum*, vt *Sol Heſperium cubile*, cotidie repetit. Ibidem *Cap.* 70. legas, *Aegyptios tenebras adumbraturos Crocodili caudam pingere.* Ratiuncula *Hori* longe petita, et aperte falſa. Procul adducta item, quae *Pier. Valer.* habet, *Lib.* 29, 5. Exiſtimarim *Tenebras* per *Caudam Crocodili* repraeſentatas, quod *occaſus ſolis tenebras poſt ſe trahat.* In *Draconem* omnia vt veriora, ita cumulatiora.

vſ. 10. Pro *Crocodilo* I. *Boch.* adducit ex *Achil. Tat.* conſimilem deſcriptionem *Hippopotami*, cui *Nares patulae perquam* πυρώδη καπνον *ignitum fumum ſpirantes* ὡς ἀπὸ πηγῆς πυρὸς *tanquam a fonte ignis.* Obſeruat autem inter *Nilotica* haec *monſtra* multam intercedere cognationem *ratione reſpirationis*, de qua *Ariſt.* 8. *Cap.* 2. *Hiſt. Anim.* atque haecce *Amphibia, quo diutius ſpiritum continent, dum aquis erant immerſa, eo acrius ſpirare, quum emergere incipiunt; ſpiritumque diu preſſum ſic efferueſcere, tamque violenter erumpere, vt flammas euomere videantur.* Minus placet, quod Cl. *Cler.* adiecit, *de radiis ſolaribus a dentibus candidis, et palato humente, quum hiat ad ſolem, reflexis.* Qui de *Balaena* cogitant, II. conſimiliter *ſpiritum calidiſſimum*, et *ſummo cum ardore reciprocatum*, offerunt, exigua, vel nulla differentia, quae momentum faciat. *Codurc.* pro ſuo genio tam *portentoſam rem* hic induci adſcripſit, *vt non os Ceti concipias ex hoc loco, ſed Aetnae caminos et fornaces, flammas et fauillam prorumpentes: ac proinde Hyperbolen admittendam.* Mollius *Poëticam vbertatem* vocat *Grot.* De eo quidem nemo addubitat. Nihil tamen non ſolens vel caſtigatiſſimis Scriptoribus in hac *vita* ac *ſpirante pictura.* In *Apro Ouid. Met.* 8.

Fulmen ab ore venit, frontesque adflatibus ardent.

Item *Sil. Ital.* de *Serpente* ad *Bagradam L.* 6. 228.

Et

mus; tanquam ollae sufflatae, et stagni, *vel*, aheni. *vs.* 12. Halitus eius prunae *quae* amburunt; et flamma ex

Et Stygios aestus fumanti exsibilat ore:
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis.

Mitto *Leones*, *Tigres*, *Tauros*; de *Equo* ipso Poëta:

Collectumque premens voluit sub naribus ignem.

Haec, et alia complura, Cl. *Hasaeus:* qui *Orcae* ea applicuit III. a p. 180. ad 185. Duas alias rationes, quos a p. 185. ad 190. subtexuit, minus ad rem facere existimo. Ego IV. nihil aliud monendum habeo, quam *Crocodilo* haec aptiora videri quam *Ceto;* aptissima tamen esse *Draconi*, quem *igniuomum* ex *ore*, ex *oculis*, voluit Natura. De eo ad *vs.* vltimum huius Capitis plura. Ceterum כידרי *scintillas* recte conuerti, non tantum res ipsa, sed et auctoritas vincit *Dialecti*, siue *Radicem* statuas כרר, كـــد siue quod malim כיך. Ea infert *excussionem Ignis*, vt *Cap.* 21, 20. adstructum. Inde כירון *Lancea*. Geminata tertia hinc existit כידוד *scintillatio, excussio vehemens scintillarum*. Ad יחמלטון cum iis quae dedi in *Iuuenil.* de *celeri impetu*, et *procursu*, sub *Radicibus* ملط, et صـــلـــص, teneri debent quae in *Claui Dial.* p. 239. 240. prolata, ad *Originem*, et *concordiam*, simul significationum.

vs. 11. Nihil hic a *Boch.* I. praeter id quod *vs.* praec. appossui. Cl. *Cler.* obseruat ex male intellectis eiusmodi locutionibus *Veterum*, in pingenda rabie animalium iratorum, ortos *Tauros Igniuomos*, *qui Adamanteis Vulcanum naribus efflant.* Classis II. defensores hic fere redeunt ad *Nebulam e naribus Balaenae excitatam*, *quum nimbos efflat.* Nihil tale in *Crocodilo* inquit *Cocc.* Atqui *igneus vapor* requiritur. Ad vocem אגמון etiam aliquid dubii mouetur. *Merc.* notat, supra *Cap.* 40, 21. *iuncum*, hic vero *lebetem*, vel *ollam*, significare. *Ab. Esra* intelligit *stagnum*, quo אגם alias, vt *tantus fumus e naribus exire* dicatur, *quantus e stagno attollitur.* Ea ansa *Mercerus* ingeniose *magnam ollam*, *quae stagni more crebros vapores emittat*, induxit. *Cocc.* retinet *iuncum*, interpretans *fumum qualis ex iuncis succensis oriri solet.* Hoc ab *aheno sufflato* nimis recedit. *Vulg.* dedit, *sicut ollae succensae et feruentis.* Apud *Arabes* Radix أجم אגם est *fer-buit.* Inde أجم *stagnum; palus; arundinetum;* a *feruore.* Hinc iam אגמון vel proprie teneas licet, pro *stagno feruente*, vel improprie, pro *aheno vastiore ad instar stagni.* Ita *amnem fumidum* transtulit Poëta *Aeneid.* 7, 466. nisi quod ipsam *aquam in aheno bullientem*, vnde *ater vapor ad auras euolet*, intellexerit. Complura talia ex Poëtis colligi possunt. Cl. *Has.* III. ex *Naribus* aliquid firmamenti pro *Orca*, contra *Balaenam* p. 179. elicuit, quod huius *fistulae* magis *in dorso*, illius in *fronte.* Ipse tamen *ibid.* docet *Orcam* non habere *duo foramina*, quae *Balaenae* insunt, sed *vnum* tantum, quod in *plurali num.* נחירים dictum, non adeo forte congruum. Nobis IV. in *Crocodi-*

ex ore eius exit. *vſ.* 13. In collo eius diuerſatur robur; et ante faciem eius exultat anxietas. *vſ.* 14. Tori carnis

codilum haec commodiora videntur, quam in *Cetum;* commodiſſima in *Draconem.*

vſ. 12. Contra *Balaenam* pro *Crocodilo*, ita I. concludit *Boch. Balaena, fateor, vt mole maior, ita fortius ſpirat: non tamen ignes ea vomit, ſed nimbos efflat.* Reddit ὁ πάνυ, *Halitus eius carbones incendit.* At *carbo* eſt פחם ab *atro*, גחל *pruna*, a *rubro* colore. *Merc.* II. dubius, inter *carbones*, et *prunas.* Praetuliſſe tamen videtur vltimum: *vel prunas accendere poſſit eius anhelitus.* Similiter *Cocc. Anima eius prunas inflammaret.* Non aliecit, quomodo quadret in *Balaenam.* Nil magnum quoque: nam vel *hominis halitus prunas inflammet.* Senſit *Druſ. Pruna proprie carbo accenſus: ſequitur autem* accendit; *quomodo* accendit *ſi iam* accenſa? גחל *ergo poſuit pro* פחם carbone. *Sed forte fallor, et pro* accendit *vertendum* inflammat. *Hyperbolice ſignificat feruidum halitum, qui vel ipſas prunas inflammare poſſet.* Non percipio forte acumen: et manet difficultas. Cl. *Haſ.* III. *Ceti* ſui *tam feruidum temperamentum* adducit, *vt ſi vel vnum diem iacuerit interfectus, omnis caro interno calore, qui circum praecordia furit, nigreſcat, non ſine teterrimo odore.* Nos IV. leuandis ſcrupulis *num.* II. motis, obſeruamus נחלים תלהט ſolemni *Arabismo*, quo *plur. maſcul.* reſpondet *faem. ſing.* ſonare, *Anima eius, prunae* quae *ardent*, vel potius, quae *inflammant: Prunae flammatae* ſimul, ſimul *inflammantes.* Geminum germanum illud *Ouid.* in *Apro* ſupra. *Fulmen ab ore venit, frondesque adflatibus ardent.* נפש tam certo *halitum* quoque notat, quam *anima* apud *Latinos* in phraſibus *animae ventorum*, et *anima olet*, aliisque. להט vt لهب, proprie *percuſſit:* inde *vſſit, vrente adflatu icit.* Conferas omnino velim *Pſ.* 18, 9. להב eſt *flamma purior, citra fumum:* لهب. Vix opportunum *Ceto;* opportunius certe *Crocodilo:* at *Draconi* longe opportuniſſimum.

vſ. 13. Vir Summus I. ad prius Colon: *An in* collo *Balaenae, quod nullum habet? imo vero in collo Crocodili. Obiicies de* Crocodilo *legi apud Achil. Tat.* ἔκλεψε αὐτῷ τὴν δειρὰν ἡ φύσις, *ſubtraxit ei collum Natura* etc. *Reſpondeo, tutius Ariſtoteli credi, qui* αὐχένα Collum *Crocodilis attribuit* etc. *Fallitur igitur quisquis putat* Crocodilo collum *deeſſe: neque id concedere debuiſſet* Cl. *Deod.* Poſterius ſic conuertit, *Ante eum moeror inſultat.* i. e. *praecedit vt* Metator, *et comes*, tumidique anteambulo Regis; *vt eos ſtatim inuadat, quibus Crocodilus obuiam fit. Vtut enim euaderent; tamen* ominoſum *putabatur huic belluae occurriſſe.* Figura illuſtratur ex *Ideis Poëticis*, quae *Marti*, quin et *Mineruae*, qua *Deae praeliari, comites* et *Armigeros* aſſignant *Terrorem*, et *Pauorem.* Verbum דרך *inſultare* exponit ὁ πάνυ *alacriter, et cum pompa, ferri.* Id *alibi non proſtans, Arabibus non ignotum ait, vſitatius tamen Chaldaeis*, et *Syris;* vti in N. T. pro σκιρτᾶν aliquo-

aliquoties vsurpatur. *Merc.* II. monet 1. R. *Periz.* חדרץ exponere quasi חדרש *comminuitur.* Insubidum. *Comminuit*, et *triturat*, saltem dicere debuisset *Rabbinus. Pagn. Vatabl.* ipse etiam *Merc.* 2. assumto significatu *exultandi* ex *Syriaco* fonte, aliquid dederunt non valde limpidum: *Ante eum in laetitiam vertitur tristitia:* pro, *nihil est quod dolorem ei inferre possit. Nihil tam molestum, quod non in laetitiae, ac victoriae, materiam ei vertatur. Tantae fortitudinis est*, sic *Munst.* et *Isid. Clar.* voluerant, *vt nihil ei sit laboriosum.* Non ineleganter *Vulg.* 3. *Faciem eius praecedit egestas.* Grandius fuisset *praesultat.* Id *de Pined.* exponit de *Voracitate omnia absorbentis.* In eundem sensum *Iun. et Trem. Ante eum exsultat* triumphans quasi *moeror.* Similiter *Schmid.* per *Prosopop.* qua *moeror* inducatur vt *magnus Leuiathanis Minister, praecurrens ei* velut *cum laetitia exultabunda, ad pisces, hominesque, conterrendos, quam primum eum procul viderint.* Eundem adspectum III. in *Ceto dentato* tenet ex *Boch.* Cl. *Hasi.* per *collum* hic *intelligendam* monens *ceruicem*, siue *commissuram* illam, *qua caput reliquo corpori iungitur. Distinctum* quippe *a capite, et corpore*, collum, *tam in hoc Ceto, quam in Balaena, et Crocodilo, in cassum quaeri.* Nos IV. in posteriori colo hunc sensum admittendum esse existimamus: *desolationem*, et *anxietatem*, velut *praesultare Leuiathani:* vt *quocunque ille accesserit*, ipsa *vastitas*, et *pernicies, accessisse*, ac velut *triumphum egisse*, videatur. Excellentissima figura, per *Oxymorum* animata. Non nego applicati posse *Ceto:* plenius tamen in *Crocodilum;* pleniſſime quadrat in *Draconem:* qui tanquam Emblema aliquod praebet *omnis desolationis, vastitatis, squaloris*, et *illuuiei* etc. Facit huc illud *Liuii* de *Hannibale, bellum in Italiam translaturo*, quod est L. 21. *Cap.* 22. *Visum ab eo, in quiete, post se Serpentem, mira magnitudine, cum ingenti arborum ac virgultorum strage, ferri: eique, quae moles illa, quodue prodigium, quaerenti, responsum*, vastitatem Italiae esse, *pergeret porro ire, nec vltra inquireret; sineretque fata in occulto esse.* Verbo דרץ quod est ضاص, nihil litis mouendum, quasi satis *Hebraicum* non esset, quia semel tantum occurrit. Nescio quid praeiudicatae opinionis nimis saepe hinc offusum etiam Doctis, quando ex *Chald.* vel *Syriac.* fonte aliquid reductum; quasi *Hebraeis* item domesticum non fuisset. Ne *Boch.* quidem dicere debuisset, *Chaldaeis* id et *Syris* vsitatius, quam *Arabibus;* nam profecto in *Arabia* multo tritissimum est, et quidem iis significationibus, quae et *Originem*, et late fusam *ditionem*, clare consignent. *Camus: Verbum* דרץ *in* 2. *Coni. inf.* חדריץ *notat saltum, descensumue, e superiore in inferiorem locum, per artificium.* Item *Med. Je. Verbum* דיץ *in glandula, vel tumore, vsurpatur, quum vltro citroque agitatur sub manu mouentis. Item quicquid sub manu tua mouetur, dicitur* דיץ. *Inde* דַּיָּץ *est vir quem comprendere nequeas: nec non pinguis. Item* דַּיָּץ *vocatur Latro, et satelles praetorum, vel qui rem obit, captator. Vsurpatur etiam* דיץ *pro exultauit, proteruus fuit.* Vides *Glossas* huic sedi aptissimas, siue solam *exultationem* spectes, siue coniungas *petulantiam* et *proteruiam*, ex

sagina

carnis eius ferruminati sunt; fusum *quid* super eo, quod non mouebitur. *vs.* 15. Cor eius fusum, ad instar lapidis:

sagina ortam: qualis in hoc Glossemate; *Verbum* רזן *est petulantius exultauit, et insolens fuit. Item de Ouibus, distendi sagina.* Hac ansa *Latro, grassator, satelles regius, in form. particip.* inualuit: qua potestate nihil plenius desiderari hic potest. Digeres hinc, quae in *Lexicis* Cl. *Gol.* et *Gigg.* paulo confusiora. Omissa, alibi in ordinem redigentur. [*Graec. Alex.* pro הרזן religisse videtur הרוץ. *Vog.*]

vs. 14. De *Crocodilo* I. *Bochart.* pauca. Obseruat tantum מפלים esse proprie *prociduas partes:* hic autem *toros* designare *prominentiores.* Adducitur προπετὴς τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, et κοιλία προπετεστέρα. Non multo secus de *Ceto* II. *Merc.* notat, *etiam eas partes quae velut* decidunt *laxiores prae pinguedine, esse firmissimas* etc. Cl. *Cocc. assulas* vertit, siue *partes quae in piscibus a se inuicem separari possunt.* Confer et quae *Schmid.* in eundem *sensum.* Huc quoque *Iun.* tendit, *Melandrya* reddens, quae tamen sunt *Thynnorum salsamenta* potius, *quernis assulis similia.* Argute *Codurc.* adfert *titiuillitia*, siue *fila tenuissimae carnis.* Alia adhuc dabit *de Pined.* Cl. *Hasse* III. *praecidua*, siue *Frusta quadrata*, intelligit, *quae ex carne Ceti excinduntur:* obseruans *Orcae carnem tam compactam, totque neruis, fibris, ac musculis, solidissimis, constitam, vt vix acutissimo cultro, telone, cessserit; et parum pinguedinis inde elici possit.* Dubium esse nequit IV. quin *robusta firmitas*, et *saxea* quaedam *durities carnis*, pingatur. דבק nunc valet *ferruminari*, i. e. *solidari;* vt indicare coepi supra *vs.* 8. et *Cap.* 38, 37. Sic *Plin. L.* 36. c. 26. *Vitrum Sulphuri concoctum, ferruminatur in lapidem. Et L.* 11. c. 37. *fracta ossa non ferruminantur* etc. Plura exempla in *Latinit. Vet. Act.* p. 238. etc. מפלי *procidua*, vel *decidua*, quae sint, deficiente viuo vsu Linguae, decidi vix potest. *Partes molliores*, et *laxiores*, series suggerit: quae ipsae aliquid *ferreum* habere dicantur. Huc ducit יצוק עליו *fusum* quid *super eo; plane immobile.* Sic vertendum crediderim; et יצוק non resoluendum cum plerisque, in vnusquisque torus *compactus est:* multo minus a צוק dandum, vel *effundit*, cum LXX. et *Vulg.* vel *premit*, *stringit*, cum *Caiet.* quod tamen propius vero: sed absolute יצוק capiendum pro *fuso metallo*, quo grandis *cothurnus* monstrum *carnis* loco conuestit. על ad *carnes ossa vestientes* traducitur *Esech.* 37, 6. et alibi. *Aerea*, et *ferrea*, vocat stylus figuratus, quae *praedura.* Instar omnium nobis erit *Theocr. Id.* 22, 46. de Rege *Amyco*

Σθήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια ἠΰτε πλατὺ νῶτον
Συρκὶ σιδαρείῃ, σφυρήλατος οἷα κόλοσσος.

Pectora vasta conglobatus erat, et latum dorsum,
Carne ferrea, malleis cusus veluti Colossus,

Notum, quam late se porrigat illud σφυρήλατον; quod ad omnia *inconcussam soliditatem* habentia transfertur. Eandem latitudinem vocabulo יצוק additam fuisse, saepius indicatum.

pidis: et premitur, vt mola *ad* inferiorem. *vſ.* 16. Ab elatione eius formidant fortiſſimi: prae confractionibus ex-

vſ. 15. Vir Summus I. ita reddit, *Cor eius firmum vt lapis; firmum* inquam, *vt fragmen metae.* Subiungit: *plerique de* animo: *ego de* viſcere cordis *haec intelligo, quod in omnibus animalibus maxime firmum eſſe oportuit, vt fons natiui caloris in tuto eſſet. In* belluis *praeſertim magna* Cordis firmitas etc. *Proinde merito cum* meta, *ſiue* inferiore mola, *confertur, quae ſtat immota, dum Catillus ſupra vertitur.* Addit apud *Arabes* ſignum *fortitudinis* haberi *cor durum*, et *compactius:* quale *inſtar Lapidis* in *Bellatore* aliquo *fortiſſimo inuentum* narrat *Elmacin.* Concedit tamen, *Crocodilum* quoque ſic repraeſentari, quatenus eſt Λιθοκάρδιος *immiſericors: in carnibusque* omne genus *laniandis* Παμβορώτατος καὶ ἀφειδέστατος. In *Ceto* II. *Merc.* notat, *fortem animum, qui nihil timeat:* et פלח התחתית *fragmen inferioritatis* ad verbum reddit; diſtinctum a פלח רכב *fragmine equitationis,* ſiue *mola ſuperiore.* Vtrumque iunxit *Cocc.* dans, *firmum vt Catillus inferior. Cor tum compactum, tum non pauitans, ſubſiliensque prae metu. Vt* Catillus *ſiue inferior molae lapis non rotatur.* Nempe *meta* eſt *ſuperior mola;* quae *Boch. Iun.* aliisque *inferior.* Vide *Scal.* ad *Manil.* et *Salm. Plin. Exerc.* p. 464. Vtrumque item complexus *Schmid.* ad ſtructuram obſeruans פלח quidem *maſculinum*, ſed התחתית in *foem.* poſitum, propter אבן, quod foemininum; vt ſit, *Molaris inferior.* LXX. poſterius Colon dedere, ἔσηκεν ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος *ſtat vt incus indomita.* Legiſſe videtur *Vulgatus* ἀσήλατος *valde malleis pulſata;* dans, *vt malleatoris incus ſtringetur.* Nempe nil firmius occurrebat *incude.* Clar. *Haſ.* contra *Balaenam* hinc argumentum duxit p. 52. Ipſe p. 123. 126. *Orcae* ineſſe oſtendit *cor compactiſſimum*, idemque *truculentiſſimum;* adductis quoque ſimilibus phraſibus, qua *praecordia ferro vincta* figurant poëtae; itemque *lapideum cor* ſecundum illud: *In duro ſtat tibi corde ſilex.* IV. יצוק in *Lapide aeris* a natura *fuſo*, habes *Cap.* 28, 2. Ἤτορ σιδήρειον *Cor ferreum*, χάλκεον *aeneum*, pro *indomito*, *ſaeuoque*, protritum, veteribus. Prius, a יצק *fudit*, capio iterum *fuſum quid.* Poſterius a צוק *preſſit*, forte commodius dari poſſet, *et premit ſicut meta inferiorem catillam.* Certe פלח רכב *Metam*, ſiue *ſuperiorem molam*, plerique interpretantur *Iud.* 9, 53. quamuis *Cocc.* malit *Catillum metae*, vt פלח maneat *inferior.* Res in tanta Linguae penuria definiri vix poteſt. In *Camuſo* reperio; *Radix* פלח *eſt fidit, diffregit: vnde* פלית *eſt mola; aut vnus lapidum molae aquariae, et vtriusque pars inferior.* In *margine* pro فليخ, adſcriptum a recenti manu فيلخ, atque ita in *Lex. Gol.* editum. Sed de his alias. Si פלח eſſet *Catillus*, ſiue *inferior Lapis*, poſtremum יצוק reddi poſſet, *et premitur vt Catillus inferior; immenſo* quodam *robore* videlicet *vigens.*

vigens. Ad *Molam aquariam* quidni alluſum dicamus, quae *ſanguinis feruidiſſimi circulationem rapidiſſimam* depingat? Quid ea differat in *Crocodilis*, *Orcis*, *Draconibusue*, et quid maxime hanc ſimilitudinem, ſi forte, impleat, alii docebunt. *Crudelitatis* quidem et *truculentiae* pares credo merentur titulos.

vſ. 16. *Boch.* I. dat: *Ab elatione eius timent fortes: prae metu aberrant.* i. e. *Neſciunt quo ſe vertant; videntes Belluam vaſtam et humanae carnis auidiſſimam.* שאת Elatio *eſt* emerſio ex aquis. שברים *fractiones* pro *metu animum frangente.* יחטאו a חטא *non tam* peccare *quam* errare *eſt.* In *Ceto* II. *Merc.* 1. *Vbi ſeſe in mari attollit, vel fortiſſimi, qua* piſces, *qua homines, timent: et* a confractionibus *quas facit in mari, fluctus miſcens*, peccant, *velut peccato ſe conſtringunt, neſcientes quid faciant.* Subdit 2. alios ex R. *Leui, purgant ſeſe* dediſſe; *purgamenta* videlicet *ſua prae metu reddentes.* Ita *Pagn. Vatabl.* quin et *Grot. Druſ.* diuerſa ratione. *Cocc.* 3. *Ab elatione eius* e mari *pauent potentes: a fluctibus expiantur* i. e. *Non aliter vota nuncupant, atque ſolent in magna tempeſtate: religioſa deprecatione peccata expiantes.* Addit; *vel* משברים *eſt pro* ממשברים; *vel* שברים a שבר, *ſunt fluctus.* Eodem adſpectu *Ium.* et *Trem.* 4. *Metu confractionum ſeſe purgant:* i. e. *metu inſtantis periculi expiant ſeſe.* Similiter *Deod. Piſc.* etc. Cl. *Guſſ.* 5. *damnant ſe morti, ad inſtar reorum* etc. mox tamen ad *num.* 4. accedit, *dant operam peccatis piandis, tanquam ſtatim mori turi.* Argutum, et ſatis venuſtum. Cl. *Haſ.* III. in *Cetum dentatum* transfert explicationem *Boch.* cui *Iuuenil.* noſtrae curae ex verbis *errandi*, ad *attonitae mentis ſtuporem* traductis, aliquid firmamenti forte addidere. Nobis IV. quod in *Iuuenil.* dedimus, ad lineas a a Viro ſummo praeductas, non diſplicet. Vehementer tamen adblanditur illud *expiant ſeſe*; quod *Mortis praeſentiſſimae periculum*, cum *ſumma conſternatione iamiam periturі*, decenter exprimit· שחו non explico ſimpliciter de *elatione ex vndis*, ſed de *elato impetu*, et *celſitudine* quadam *terribili.* Ita fere *Iob.* 13, 11. *Elatio*, vel *Celſitudo, eius vos conterret:* et *Cap.* 31, 23. *prae celſitudine eius non valebam.* Ad eundem quoque ſenſum reduci poſſent *Confractiones*, quas *ſtrages* interpretari licet. De *Crocodilo* refertur, *eum quicquid occurrit, iuuencum, bouem, camelum, hominem ictu caudae adeo grauiter ferire, vt cruribus fractis iaceant mox, et praedae fiant:* quin *tanta caudae vis* traditur, *vt vno ictu quatuor grandioris animalis crura confregiſſe* repertus ſit aliquando. Maior adhuc erit Emphaſis, ſi de *Ceto dentato* agatur: in quem etiam *ſuperba elatio ſui* mire quadrat. Vtrumque et in *Draconem* peropportunum, cum *elatione vaſti corporis ingentes ſtrages* dantem. Vtrumque certe ad *Belluam* referre, quae tandem cumque ea iudicetur, ſymmetria verborum ſuadet; vt textum inſpicienti patebit.

vſ. 17. Inſtatur in hanc *formidoloſiſſimam ſui elationem*, quam nihil *tardare*, aut *frangere*, valeat; quum omne genus *tela* in ſe *congeſta* eludat, atque contemnat. *Boch.* I. hic multa adfert de *Crocodili cute contra omnem ictum inuicta.* משׂ quod negotium faceſſit, ex *Arab.* دشغ بالرمح *confodit haſta* illuſtrat,

expiant sese. *vs.* 17. Inuadentis eum gladius non stabit: lancea, telum, et spiculum. *vs.* 18. Reputat pro palea ferstrat, atque per *Telum* conuertit. Similiter שריה, quae aliis *Lorica*, eidem *spiculum*, vt שריג in *Camuso* est *sagitta*. Subscribit Clar. *Cler.* nisi quod מסע a נסע *proficisci*, malit esse *Telum quoduis e manu profectum*. Non placet *Etymon.* Erud. *Crinsoz.* notat חניח מסע dari posse *Lanceam profectionis*. Idem II. indicarat *Merc.* 1. quasi *lancea profectionis* esset *hasta missilis:* quamuis *Kimch.* aliique מסע per se velint *Missile* sonare. Ad שריה item notat, alios *Loricam* reddere, quae שרין; alios, quod ea minus hic opportuna, *teli genus*. Ipse censet, *nihil obstare, quo minus* Lorica *teneatur, quod cum* Ceto *pugnaturus, ea etiam se armare possit*. An *Cetarii* piscatores vnquam *Lorica* se armant? Tamen et *Cocc. Hasta missilis, et Lorica*. Adiecit in *Lexico* contra *Boch. nil clarius, quam Loricam hic requiri, qua quis munitus coram hoste consistat, cum gladio et hasta missili*, Speciosum. Sic *non stabit* aliud valeret in *gladio* et *hasta missili*, aliud in *Lorica*. Dicitur, *gladium non stare*, quum *acies* eius *haud penetrat*, sed *retusa hebescit*. At *Lorica non stat*, quum non *resistit*, sed *ex facili penetratur*. Haec in vnam sententiam vix congruant. Cl. *Schmid.* 2. tentauit, *Hasta reiectio est, et Lorica* i. e. *Hastam in se missam facit proficisci a se, vt non penetret*. Item: *Lorica res proficiscens erit, quod Leuiathan eam dentibus confringat*. In *Balaenam* haec et sequentia, *telis missilibus*, et *harpagonibus*, nimium quantum *patentem*, plane non conuenire, quiuis cernit. Certe *Boch.* hoc vrgens, testatur, *se multoties cultellum in Balaenae recens captae corii partes durissimas nullo negotio impegisse*. Hinc etiam III. contra *Balaenam* pro *Orca* insistit Cl. *Has.* quippe cui, aeque ac *Crocodilo*, si non *squamatum*, ἄῤῥηκτον *frangi negans* saltem θέμα; ita vt *tela velut petrae allisa inde resiliant*. Adi p. 9. *Opusc. laudati*, et praesertim p. 202. Ipse posterius colon sic conuertit. *Hasta erit reiectio, et solutio*. מסע *profectio* pro *eiectione, excussione*, ad exemplum *Schmidii*. שריה pro *solutione*, quum *telum frustra impactum, dissoluitur quasi;* ex שרא *dimisit, dissoluit* apud *Chald.* De eo mox. Nostra sententia fert IV. in *Crocodilum, Cetum dentatum*, quin *Draconem* quoque, pari ferme iure haec expetere: nam et *magnis Serpentibus*, quos *Dracones* appellamus, φολίδες *squamae inuictae*, et *cutis clypeis quasi cataphracta, quae gladium, hastam, telum omne*, facile *retundat*. Forte tamen in *Orcam* minus congruit חרב *gladius*, quod est ἀγχέμαχον *telum*, in *terra, collato pede* saltem, et *comminus aggredientis*. Sensisse videtur Cl. *Has.* ita ictum deuitans, p. 198. *Non gladius eo vsque perforabit cutim, vt in eam* tortus, *ei inhaerere, atque in eo consistere possit*. Mallem *Harpagonem*, in hac piscatura vsitatum, sub חרב intelligere, si de *Ceto* ageretur. Sed *Monomachiam* describi *paris male compositi*, supra satis euictum. Ad hanc ergo scenam 1. *Assequentis eum gladius*

ferrum; pro ligno putrido chalybem. *vſ.* 19. Non fugabit eum filius arcus: in ſtipulam conuertuntur illi lapides fundae. *vſ.* 20. Tanquam ſtipula reputantur tundens

dius inducitur. Isque 2. *non ſtans*, ſi cominus feriatur, i. e. mox *obtuſus*, *infractusue*. Additur 3. *Lancea eminus* intorta, poſtquam *gladius inutilis* repertus. Quid 4. מסע addubito. *Haſtam profectionis*, pro *miſſili*, non magnopere probarem. Radix נסע *abiit profecturus* نسع, in *Origine* valet, *vulſit*, *euulſit* tentorium. Id *Arabibus* نزع *euulſit*, *extraxit e loco ſuo*. Inde deiuatum منزع, quod noſtrae formae reſpondet, eſt *telum*, *ſagitta*; a formula نزع في القوس *attraxit*, *vulſit arcum*. Id cum שריה سرية *ſagitta*, et quidem *lati cuſpidis*, ſiue *ſpiculo*, vt in *Camuſo* exponitur, non male conſiſteret. Obſtat tamen *vſ.* 19. vbi de *filiis arcus* demum mentio. Ad *Boch. Etymon.* 5. obſeruo, نشغ بالرمح *confodit in haſta*, vel vt Exemplar *Camuſi* noſtri habet, نشغ الرمح *ipſa haſta confodit*, eſſe figuratum, pro *Hauſit*. Nempe نشغ, vt نزع, ad *hauſtionem aquae e puteo* etiam adhibetur. Eleganter autem *Haurire* dicuntur *Lanceae*, quae *altius penetrant*. Inde exiſteret *Lancea hauſtionis*, id eſt *penetrantiſſima et validiſſima*. ושריה ad hanc rationem redderem, *et coruſcationis*: vt ſit *Lancea maxime penetrans* et *coruſca*. شري eſt *coruſcauit* fulmen. Inde et שריון *Lorica* forte nomen indepta. Haec alteri curae deputanda. Liquida lux in talibus vix ſperari poteſt.

vſ. 18. Nulla *Claſſis* hic quicquam noui adfert.

vſ. 19. Iterum paucis. בן קשת *Filius arcus* quibusdam eſt *ſagittarius* ipſe; praeeunte *Vulgato*: aliis *ſagitta*, quae et *filius pharetrae Thren.* 3, 13. Id haud dubie praeferendum. Ita *Filius*, et *Filia vaginarum*, pro *Gladio*; ipſosque hos *Filios arcus*, pro *ſagittis*, concelebrant *Arabes*. Cothurnus *Graecus* talia quoque adfectauit. *Pind.* certe *Diem* παῖδα ἁλίȣ *Filium ſolis* vocitat, atque hunc viciſſim ὀξειᾶν ἀκτίνων πατέρα *acutorum radiorum Patrem*. Item ὕδατα ὄμβρια παῖδας νεφέλης *aquas pluuias*, *Filias nubis*. Haec, et alia, collegit Doct. *Rittershuſ.* ad *Opp. Halieut.* 1, 735. nec non *Gatak.* de *Styl. N. T.* p. 101. 103. Cum *ſagittis* coniunguntur *Lapides fundae*, quibus fortiſſimus ille *Monomachus Goliathi* nunquam *Leuiathanem* ſtrauiſſet. Adſpectus forte non adeo conueniens in *Cetum*: in *Crocodilum* certe conuenientior; in *Draconem* conuenientiſſimus.

vſ. 20. Ad ἅπαξ λεγόμενον תותח ὁ πάνυ I. *Graeci* σφύραν; *Hieron. malleum*: *Chald. ſecures*: *Syr.* et *Arabs*, *Haſtile*. *Nos* fuſtem: a وتخ *fuſte percuſſit*: *vnde* ميتخة *fuſtis*. Cl. *Cler.* notari putat *Malleum ferro munitum*, vel *totum* potius *e ferro*; quales erant *Maſſae armorum*; a *ſono* ſic dictum, *quem du-*

dens claua; et ridet ad vibrationem hastae. *vs.* 21. Infra eum acuminata testae: suffulcit sibi tribulam super lutum.

duriori materiae impactum ferramentum reddat. Non admittit *fustem*, quod iam *Ligni mentio praecesserit.* Addit, *in* נחשבו *resecandum forte Vaw, nisi ratio sit ignota, cur plurali iungatur.* רעש כידון *vibrationem Clypei* mauult, quam *Hastae*, contra *Boch.* et *Merc.* Erud. *Crinsoz.* dedit *Ballistas.* Ita *Merc.* II. *tormentum bellicum* adfert, *quo lapides proiiciebantur, ad muros quatiendos.* Alia apud eundem, minus speciosa, missa facio. Cl. *Cocc.* ad constructionem iuuandam, *Lapides ballistae* dedit: et רעש כידון *strepitum pharetrae.* Significari censet *Pharetram Pilorum.* In *Lexico* ponit *pilum.* Cl. *Schmid.* tenet *Arma Thotach*, quod nihil certi reperiret. Ad illud exemplum III. et Cl. *Has.* negans quicquam definiri posse de hac voce. Aliquid IV. lucis fert *Arabicum* وتح ותח quod in *Camuso* ita exponitur: *Verbum* ותח *cum* עץ *Baculo* constructum, *est verberauit eo aliquem; item* ותחה *est coenum mollius. Inde formula, non profeci* ותחה *quicquam omnino.* מיתחה *Fustis, Baculus* אותחת מני *subegit me.* Vides *Glossas* tam strictas, vt natura Linguae inde elici nequeat. Id tamen mihi ex hisce, collato وتح, tralucet, *Originem* in *contusione qua quid subigitur*, quaerendam. Hinc תותח *Claua qua caput commitigatur:* vel et *Ballista* qua *muri quatiuntur* et *contunduntur.* Hoc iam, viuo vsu cessante, in voce, quae tantum semel occurrat, finiri non posse, quiuis facile intelligit. De כידון ad *Cap.* 39, 26. aliquid tactum. Iam vero siue *Clauam* teneas, siue *Ballistam*, nihil causae est, cur נחשבו erroris suspectum reddatur; quum *Collectiue* positum esse appareat. *Crocodilo* etiam *contundendo* aptius vtrumque, quam *Ceto.* Opportunissimum tamen *Draconi.* Certe *Serpentem* ad *Bagradam, Ballistis et Catapultis diu oppugnatum* narrat *Gell.* 6, 3. Consonat *Liuius*, vel ex eo *Val. M.* potius, *L.* 1, 8. 9. referens, *Quum Reguli exercitum vsu amnis prohibuisset, multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus elisis, telorum iactu perforari nequisset, ad vltimum ballistarum tormentis petitum, ponderosis et crebris silicum verberibus procubuisse; ipsa Carthagine terribiliorem Legionibus visum.*

vs. 21. Subobscurum vocans versum *Boch.* I. sic vertit: *Pro eo sunt acumina testae, sternit se vt tribulam in luto.* i. e. *Non animalis corpus, sed tribulam potius, in luto iacere putes, cuius tergum, velut testis exasperatum, quosuis ictus repercutiat.* Addit, *ferri* etiam *posse* aliorum explicationem, *sub eo sunt acumina testae;* vt sermo sit de *Cubili Belluae, cui ob cutis duritiem super lapides et rupes, testarum instar acutissimas, iacere perinde sit.* Hoc secutus *Crinsoz.* Voluissem cum *ventre molliori Crocodili* id conciliassent Viri Doctiss. Sentiens, credo, *Boch.* illud *pro eo* in subsidium sumsit, Lingua, et serie, parum fauentibus. In *Ceto* II. *Merc.*

Merc. 1. *sub eo acumina testae; sternit rem acutam super lutum.* i. e. *Adeo duram habet cutem, vt scopulis saepe insideat, dum per mare iactatur, aut alicubi quiescit, absque vlla laesione.* Subdit, 2. *post cetera membra ad ventris descriptionem accedi; et testas has, tribulasque, substratas, ad cutis robur et duritiem posse referri.* Ad hanc faciem *Tigur. Cui subiecta sunt acuta testarum frusta, et luto insternit rem acutam.* Vtrumque coniungere voluisse videtur *Coburc.* 3. *Sub illo sunt acutae testae, et super luto sternit sibi cautes.* Ait, *agi de stramento, vel strato, huius monstri, quod propter duritiem squamarum cautibus asperrimis innititur.* Arqui *squamis* destituta Cete. *Cocc. corii duriciem tantam* facit, *vt acuta sternat subter se sine noxa; et scopulis pungentibus, aut secantibus instar tribulae, incumbat.* Redit ad *num.* 1. in *Orcam* satis, in *Balaenam* minus, congruens. Non video quid sic esse queat *super lutum.* Notauit quidem *Merc. lutum* esse *fundum maris vbi versatur;* sed hoc in *num.* 2. conuenit, non in 1. nisi sic flectas: *Ob cutis duriciem ita molliter super rupes praeacutas, velut super lutum, residet, vt in molli strato iacet homo.* Et hoc a *Merc.* propositum, placuit 4. Doct *Belg.* part. ב ante על supplentibus. Teretius fuisset, *substernit tribulas pro luto.* Sic Cl. *Schmid.* 5. *Sub eo acumina testae: substernit acutum* saxum *sicut lutum.* Mox tamen ad aliud delabitur; simpliciſſimum putans, *sternit,* deiicit, *acutissimos scopulos super lutum profundum maris: adeo eius cutis non cedit scopulis, si quos offendit in natatione, vt prius eos in fundum maris deiiciat, quam vt ab illis laedatur.* Nimium. Cl. *Hasselq.* III. pro *Orca* dat: *sub eo sunt acuminatae testae, substernit sibi acutum* saxum, *tanquam lutum.* Laudat *Luth.* ita vertentem. Obseruat autem 1. *Belluam hanc frequentem* in mari Glaciali, *vbi petrarum, scopulorumque, maxima multitudo, et* Montes, *qui vocantur* Acuminati. *Fortassis etiam* 2. *respici ad* Conchylia, *quae* testae *dicuntur: et piscem in fundo maris iacere solitum, reuera incubare testis, tanquam luto.* 3. *Allusum videri ad piscis huius habitationem in* Mari Hyperboreo, *vbi* immensae gelido concrescunt frigore crustae; *et glaciei* testae acuminatae *altissime se attollunt: inter quas ludere soleant haecce monstra.* Haec a *pag.* 203. ad 206. deducta. Horum nihil tam planum, vt nullus remaneat scrupulus. Omnia simul intenta, minus verisimile. Connexionis ratio IV. hunc praeberet sensum 1. *Belluam non tergo solum, sed et ventre, cataphracto terribilem, acutissimos lapides, et ferrata pila, vndique in se congesta, adeo contemnere, vt inde sibi cubile,* et *Lecticam* veluti, *paret.* Non quadraret in *Balaenam.* Ne in *Orcam* quidem. Quin nec in *Crocodilum;* cui *in ventre mollis, tenuisque, cutis; quam Delphini subeuntes spina secent, gnari partis in* inimico *imbellis:* vt *Plin. L.* 8, 25. annotauit. In *Draconem* forte conueniret, cui et *venter* φολιδωτός, et *squamis aeratis* quasi *communitus;* vnde ὑπόχαλκος ἔχω reddatur, quando *in antris sese conuoluunt,* vt *Philostr.* scribit in *Vit. Apoll.* L. 3. 8. Fateor tamen 2. nexum huncce non adeo liquidum: et securius multo verti, *sub eo* sunt *acuta testae; et sternit tribulam super luto.* Etiam haec vertendi ratio, quam simpliciſſimam nemo inficias iuerit, excluderet *Crocodilum, Balaenam, Orcam,*

lutum. *vſ.* 22. Feruefacit ſicut ollam profundum: mare ponit vt coctionem vnguentariam. *vſ.* 23. Poſt ſe lucere

cam, ſimul omnes: nam deſcriberetur hoc pacto *venter teſtarum fragminibus acutiſſimis, quin tribulis* triturantium *loricatus*. Tali *ventre Draconem armatum*, multa arguunt רפד non tam *ſternere* eſt, quam *fulcire*, *ſuffulcire*, vt ex رفد in *Obſerv.* ad V. T. et *Clav. Dial.* p. 204. adſtructum. Spectatur hic monſtrum *cubans*, et in *Lecto*, vel *Luſtro* ſuo, *ſuffultus teſtis*, *tribulisque*, *cutis ſquamoſiſſimae*; quantumuis in *lutoſis*, et *paludoſis*, ferme *ſtabuletur*. Non plane abſurdum eſſet 3. חרוץ pro *Auro* ad *Aureas* ibidem *ſquamas* referre, quas ſibi *ſuper Luto* dicatur *ſubſternere*, et *ſuffulcire Draco*: ſed חדודי חרש de *Radiis ſolis* exponi, et eos iterum, de *fulgore reuerberato ſquamarum*, nullus admitterem: ac proinde חרוץ cum *acutis teſtarum* coniunctum, *tribulam ferratam*, *et acuminibus horridam*, opportuniſſime ſignificabit. Suſpicabar aliquando 4. טיט *Lutum* figurate poſitum pro *pingui ventre*. Exempla iſtius *Metaphorae* ad manum. Non tamen vrgeo: et altero illo contentus ſum.

vſ. 22. Eruditionis ſuae copias hic explicat ὁ πάνυ ad *Crocodilum* I. tutandum, obſeruans *profundi* et *Maris* appellationes ad *Flumina* etiam extendi; atque praeſertim *Nilum* nomine بحر *Maris* inſigniri, tum *propter amplitudinem*, tum *quod ſtatis temporibus per totum Aegypti Delta ſe diffundat*. Ex *Zach.* 10, 11. etiam מצולות יאר *profunda Fluuii*, et quidem *Nili*, adducuntur; colligiturque, *Futile eſſe argumentum quod hinc petitur contra Crocodilum, quum in huius ſui Maris fundo ſe iactat, agitatione ſua bullas excitare in aquis, atque ita vligine et coeno miſcere, vt vnguenti ſpeciem prae ſe ferant.* Ad *vnguenti in mortario cocti* imaginem illuſtrandam adfert ex *Damirio*, *Odorem animalis eſſe vt Odorem muſci*; الا ان فيه زهوكة *niſi quod in eo* Zahoucha *inſit*: *Coptitas autem hunc muſcum eſſe, dicere.* Fatetur vocem iſtam ſibi ignotam, ſuſpicans *fragrantiam Crocodili* peculiariter ſic vocari. Teneatur ergo idem id valere, quod سهوكة, a سهك *male oluit* piſcis, ſudor etc. Mens *Damirii* ergo, *piſcoſi* quid *foetoris* iſti *Odori muſcato ſubeſſe*. Claſſis II. auctores conſona ferme voce *Balaenae vehementem motum* ſimul, ſimul *flatum*, ſpectant, *quo mare circumquaque ferueat, et exaeſtuet.* Clar. *Cocc.* inſignem picturam *Ceti maria ab imo vertentis* quaſi, ex *Oppian.* adſcripſit: alii alia, quibus immorari nil attinet. Variant interim nonihil in poſteriori inciſo: *Merc.* dat, *Mare ponit tanquam condituram*; laudans *Vulgati*, *ſicut quum vnguenta bulliunt.* Ei מרקחה eſt *confectio aromatum*, *et commixtio ipſa.* Aliis ſonat *Ollam in qua coquuntur vnguenta*, vel *mortarium in quo agitantur.* Ita *Grot. ahenum pigmentarii* expreſſit; *Cocc. cacabum Seplaſiarii* etc. Refertur ad *conturbationem lutulentam*, et *aeſtuantem*: nec praeterea quicquam adferri video; cur ab *vn-*

vnguentaria arte similitudo sit ducta: nisi quod *Bolduc.* ad *latas, lentosque, ebullitiones* eam pertinere velit, quum plerique *confusionem* et *commixtionem turbidam*, in genere tantum attendant. Excidisset ferme locum hunc tactum a *Fortun. Scaccho Sacr. Elaeochr.* p. 109. vbi *falsam* pronunciat *explicationem*, quin *insulsam*, quae *ollam* inducit, *in qua commixta aromata concalescant, propterea quod oleum ob pinguedinem, tenacitatemque, nequaquam ferueat, ebulliat, commoueatur, aut aliquid agat, quo maris a ventis agitati imaginem referat. Omnino respici ad* Caldarium *aqua plenum, in cuius aquae medio olla vnguentaria ex artis ratione collocetur, quae, caldario bulliente, sic sursum ac deorsum iactetur, vt excitatis fluctibus iratum mare, flatibus tumidum, ventisque agitatum, te conspexisse diceres.* Conatus parum firmus. Contra scopum fingitur *mare iratum, ventisque tumidum;* quum pingatur *magnitudo*, et *vis belluae, bullitum in mari tranquillo excitantis:* ac proinde *Energia* illa, quam sibi textui huic addidisse visus Vir Erud. parum indigemus. Cl. *Hasf.* III. p. 77, *Crocodilum* hinc etiam grauat, negans *tam violentum esse motum eius, quin potius sine tumultu eum natare indeprensum* etc. Ipse ad *figuras* hasce explendas tria in *Ceto dentato* enotat. 1. *Eum in mari velocissimo motu incedentem, aequor ab imo ita concutere, vt ad ebullitionem vsque efferuescat in spumas.* p. 207. et 209. Eundem 2. *cum aquis per fistulam eiectis emittere magnam pinguedinis illius copiam, quae* sperma Ceti *vocitatur.* p. 210. Accedere 3. *quod vbi vulnerari contingat* Belluam, *lanceis per costas adactis, tantam sanguinis copiam euomat, vt mare longe lateque rubescat* p. 211. 212. Ex his omnibus *eum maris conspectum* redundare censet Vir Doctiss. *qui cum vnguento pigmentarii* iure meritissimo conferatur. Posterius non satis respondet seriei. Priora ad rem facerent, si *Orca* intenderetur. Notetur IV. nimis studiose vrgeri *Mare*, ac si *vniuersum*, qua late terras ambit, intenderetur. Nihil tale in textu. Sufficit *ebullitio feruens* in *mari excitata;* et quidem, vt omnino existimarem, *lentior*, quod similitudo *Coctionis vnguentariae*, siue מרקחת sit *olla*, siue quod malim, *ars vnguenta decoquendi*, aperte illuc ducat. Hoc adspectu *Crocodilo* plus iuris in hunc versum, quam *Balaenae*, aut *Orcae:* adiecto praesertim *odore* illo *fragranti*, quem et *mersus post se relinquere* dicitur. Certe *grauiores motus, fluctusque*, voluunt *Cete*, quam vt cum *Coctione lenta* queant comparari. *Draconi* adhuc congruentior forte imago. Si ים *Mare* ad *Fluuios* restringatur, et *Lacus*, nulla plane difficultas est; nam eos certissime intrant *Dracones.* Ita *Plin.* L. 8, 12. tradit *Dracones in amnibus mersos insidiari bibentibus Elephantis* etc. Et *mare* ab iis intrari, patet ex *Plin.* iterum L. 8, 13. *Narratur in maritimis* Aethiopum *Dracones quaternos, quinosque, inter se Cratium modo implexos, erectibus capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiae vehi fluctibus.* Id non solum de *paludstribus*, sed et de *montanis*, refert *Philostr.* in *Vit. Apoll.* 3, 8. vbi legas, *Dracones qui montes habitant ad mare Erythraeum, saepe in illud descendere, et* πλεῖν ἐπὶ πολὺ τοῦ πελάγους *in pelagus longissime velificari.* De *Behemotho, Elephante*, dictum erat, *flumina* ei satis *familiaria*

liaria quoque, et grata. De *Dracone* nunc, alio *Animali terrestri*, subtexeretur, ipsa quoque *Maria* tentari, atque transmitti a *ludibundo* veluti, et lasciuiente, cui volupe, inter natandum *aquas flatu virulento oris tingere*, atque *Ollam* quasi *Pharmacis* et *venenis* omne genus *refertam* in profundo miscere.

vs. 23. Pro *Crocodilo* I. *Boch. Pone se lucidam reddit semitam; habuerit* quispiam *abyssum pro Canicie.* Has figuras docte illustrans, apponit. *Videri possit proprium maris, cum Homerus toties* Πολιὴν ἅλα, θάλασσαν, *canum sal, mare,* dixerit, i. e. *album propter spumam:* secundum illud, μακρὰς δ' ἀὶν ἐλευκαίνοντο κέλευθοι *longae viae albescebant:* quod *Catullo; Tortaque remigio spumis incanuit vnda:* et *Manilio, vt freta canescunt sulcum ducente carina* etc. *Nihil tamen est quod nos cogat haec ad* mare *referre; cum* lacus *etiam et* amnes *spuma canescant.* Nullum dubium: sed an tam *violentus* sit *Crocodili natatus*, vt his figuris locus detur, id vero addubitari merito possit. תהום *Abyssus* ad *flumina* quidem se praebet nonnunquam; vt *Ezech.* 31, 4. 15. et alibi: *delectu*, et *Emphasi*, tamen hic positum vocabulum, apparet; ad *molem* simul, et *audaciam, Liuiathanis, Abyssum sulcantis, ritu grandioris naugii*, expingendam. In *Balaenam* propterea II. plurimorum collatus calculus: cum leui hac differentia, in priori inciso, sitne, *lucet semita*, an *lucere facit semitam:* in posteriori, sitne, *reputet* aliquis *Abyssum in caniciem;* an, *reputat ille*, validissimus sulcator maris etc. Cl. *Schmid.* hoc dubium tangens, adiecit, *Malim dicere, verba Neutra apud Hebraeos nonnunquam exponenda transitiue; vt* cogitat, *sit, facit vt cogitetur, reputetur.* Genus mihi quidem incompertum. Alterum, quod idem Vir Doct. subiunxit, *Ille* apud se *cogitat*, se facturum *vt Abyssus fiat canities;* paulo commodius: sed tunc *Ellipsis* potius dicenda, vel *locutio praegnans.* Cl. *Hasse* III. postquam *Crocodilo* hinc litem mouisset p. 79. pro *Orca* instat p. 213. 216. atque *semitam lucidam* refert iterum ad *pinguedinem, quam grandiores hi pisces continenter emittant* etc. *Abyssi* autem *caniciem* ad *albicantes spumas, quas longissimo tractu post se relinquant.* Formulae Poëtis adamatae exempla copiosa ibidem prostant. Nos IV. notamus 1. נתיב non *semitam*, sed *viam*, esse; et quidem *eminentem, conspicuam, aggeratam* quasi. Respondet 2. יאיר quod *transitiue* malim *Lucere facit.* Ea imago 3. nimis celsa pro *Crocodilo:* pro *Balaena*, aut *Orca*, eam non abnuerem. Non minus tamen *in Draconem, mare longis, lentisque, tractibus sulcantem*, conuenire videtur. Suspicor 4. in שיבה *cana senectute*, cum *fluctu canescente* contineri lusum venustum in *senectutem serpentis*, τὸ γῆρας, siue *vernationem*, et *exuuias;* id est *membranam* quam dicitur *deponere*, quum *vere nouo nouus emicat;*

—— *Liber senio, et squalentibus annis.*

Ad hanc rationem 5. יחשב omnino rediret ad ipsum *Draconem*, qui *Abyssum albicantem post tergum longo tractu relictum respiciens, se videre credat membranam* veluti, *quam verni blanda ad spiramina solis laetus*, et *lasciuiens, exuere soleat.* Censeri possit argutius: nec valde pro coniectura pugno. Teneo tamen 6. vel sine hoc lusu;

ipse

cere facit viam: reputat Abyssum in canitiem. *vs.* 24. Non est super puluere simile ei: qui factus vt sit sine metu.

ipse Draco *reputat Abyssum in canitiem*; i. e. *miratur tam longe vada caerula ad sulcos, tractusque suos canescere.*

vs. 24. Iam cernitur certamen, atque insignis clausula, duobus versibus adstricta, Controuersiam decidere debebit. Versio *Bocharti* I. sic habet. *Non est ei simile super puluerem; ita factum vt non atteratur.* Subdit. *Alii minus expresse*, in terra: *nam* super puluerem *ideo dicit, vt significet* reptilia, *quorum proprium* in puluere *serpere Deut.* 32, 24. *Sensus ergo hicce videtur.* Reptilibus *quidem accensendum* Crocodilum, *ob pedum breuitatem, quibus* reptitat *potius, quam* graditur: *a* Reptilibus *tamen hoc differre; quod cum illa pedibus obtererе sit obuium, et Serpenti dictum fuerit*, conteret *tibi Caput*, Crocodilus atteri *non possit propter squamarum duritiem et robur. Alii* לבלי חח vt esset sine timore, *dant. Malui retinere primariam significationem* τοῦ חחח, *quia de* Crocodilo *non vsquequaque verum est, eum metus esse expertem* etc. Pro *Balaena* II. rationes quoque parum liquidae. *Merc.* 1. *Non est super puluerem* i. e. in terra, *comparatio eius; factus est sine terrore.* עשר *pro* עשוי. *Sensus est: non esse ne in terra quidem*, vbi robustiora animantia, *vllum quod fortitudine cum eo certare queat: nam in* aquis *nullum par habere ex dictis abunde apparet.* Languet Antithesis ista inter *Mare*, et *Terram;* et parum moueor *Rabbinorum* subtilitate Philosophica, *quae* terrestria aquaticis *robustiora* infert, quod humor soluat, et infirmet. Monet, alios 2. dare, *Non est super puluere dominatio eius*, i. e. *non in terra regnat, sed in mari.* His praeitum a *Symm.* Merito spretum. Vtramque vim vocis משל expressit *Vulgat.* 3. *Non est super terram potestas, quae comparatur ei. Qui factus est, vt nullum timeret.* Cl. *Hasi.* III. vertit, *non est super puluere, quod assimiletur ei; factus sine timore;* id ita declarat. *Non est animal, quod robore, magnitudine, violentia, ferocitate, ac velocitate, huic* marinae belluae *comparari queat: neque* in mari, *neque* in terra, *quae* puluis *phrasi Poëtica.* Habes quod *Merc.* supra; non commodissimum saltem, dubioue exemtum: nam detur, *puluerem* pro *terra* positum, vt *Cap.* 8, 19. et 5, 6. vbi hunc ipsum locum adduxi; manebunt scrupuli haud leues. Nempe 1. *quantillum id?* dicam cum *Cocc.* 2. cur cum *terrestribus* tantum collatio fieret? Obiectionem hanc ex *Schmid.* sibimet mouens Vir Doctiss. alter eam resoluit; *quia forte in mari occurrunt alia cetorum genera necdum satis cognita*, πλείστα τε καὶ μείζονα, *quorum magnitudo, et moles, cum illa* Orcae *contendi possit; id quod de nullo animali* in terris *dixeris* etc. Causa non firmissima, quae aliter defendi nequit. Nobis IV. omnia pro *Dracone* iam videntur militare. 1. *Puluis* עפר aperte ad *reptilia* nos ducit, qui *super puluere versari* dicuntur *Deut.* 32, 24. Inde locutio signata *puluerem lambere instar serpentis.* Grande item, *Amos.* 2. 7. השאפים על עפר ארץ *qui imminent* noxio adflatu, *super puluere terrae,*

metu. *vſ.* 25. Omne altum adſpicit: ipſe Rex ſuper omnibus feris eminenti corpore, et acri viſu, praeditis.

CAPVT

terrae, *in Caput pauperum*. Qui more *Serpentum*, et *Draconum*, *flant*, *hiantque*, *pauperibus ſorbendis imminentes*. 2. משׁל *comparatio eius*, pro *aliquid ſimile*, aut *par*, extra dubitationis aleam locatum, ſolenni formula *Arabum*, qua مثله *ſimilitudo eius* omni pagina pro *ſimile ei* occurit. Attigi ad *Cap.* 13, 12. Hinc 3. pro *Dracone* character ita eminens, et expreſſus, ac ſi *praeſentem* cerneremus, *Non eſt ſuper puluere ſimile ei*; eſt *vaſtiſſimus* et *monſtroſiſſimus*, absque controuerſia, in *genere ſerpentino*. Non diſcutio hic, denturne *Dracones bipedes*; quod *Aldrouand. Kircher.* aliique tendunt, negante *Boch.* H. 2. p. 453. Sufficit mihi *plurimos* ſaltem *pedibus carere*; quique eisdem, ſi forte, praediti, tam humiles eos habere, vt non *gradi*, ſed *ſerpere*, dicantur. Hoc et de *Crocodilo quadrupede* malo ſupra *Boch.* obſeruauit; qui *Serpentum generi* hoc nomine quoque inſertus, *Draconi* principatum dubium nunquam fecit. Serpens ad *Bagradam*, cuius corium *Romae* ſpectaculum praebuit, CXX. pedes implebat. *Aeliano* H. A. 2, 21. *Aethiopia* eſt *Mater Draconum* μητέρα μεγίστων *qui ad triginta orgyias excreſcant*, *Elephantorum interfectores*. Mitto prodigioſiora. Quid, quod etiamſi 4. daretur, verti poſſe, *Non eſt ſuper terra ſimile ei*, vel ſic *Draco* regnum obtineret? *Lucan.* L. 9. *Pharſ.*

Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones.
—— *armentaque tota ſecuti*
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros:
Nec tutus ſpatio eſt Elephas, datis omnia leto.

Hic 5. κατ' ἐξοχήν העשׂר *factus ille*, pro עשׂר, ad formam *veterem*, a *Rad.* עשׂר *vltima Vaw*; qua de re alibi dictum; *factus ille*, inquam, *vt eſſet ſine terrore*. Hoc de *Crocodilo* adfirmari non poſſe, faſſus ipſe *Boch.* Multo minus quadrat in *Balaenam*. In *Orcam* conueniret, ex relatione Cel. *Haſ.* p. 13. at reliqua non reſpondent. In *Dracone* omnia *terrente*, quemque viciſſim nihil *conterreat*, res plana: vt huc iam lances magno momento propendere reperiantur.

vſ. 25. Character perilluſtris; qui complet, et coronat, latentis monſtri indicium. Cauſa I. *Bocharti* vix ſe ſuſtinet. Reddit, *Quicquid altum deſpicit: Rex eſt ſupra omnes filios elationis.* i. e. *etiam ea animalia quibus corpus procerius, et crura longiora, contemnit; et regnat in illis maiorum virium fiducia.* Nempe *Crocodilus* maxima quaeque *vno ictu caudae ſternit*, inquit ὁ πάνυ, *camelos; equos, iuuencos* etc. Adiicit, בני שחץ *filios elationis* opponi iis, qui על עפר *ſuper puluere* ſunt, *reptilibus*, *vſ. praec.* Nullus ambigo. Sed eo ipſo liquet *Crocodilum* non pingi, qui *omnibus filiis elationis*, i. e. *proceritatis animoſae*, ac *ſuperbae*, *par* ferri nequit. Cl. *Cler.* quidem annotauit, *Crocodilum omnes Beluas, ne maximis exceptis, aggredi, et vincere, idque exemplis probatum*

tum a Boch. sed *Hierozoicon* inspicienti parebit, nimis liberaliter haec asseri. Subiungit, *non absurde coniecerit quis, punctandum* יְרַאֶה *terrebit, in Pihel; a* יָרֵא *timuit.* Citatur 2 *Sam.* 14, 15. יְרָאוּנִי *terruerunt me:* et *Neh* 6, 19. לְיָרְאֵנִי *ad terrendum me.* Horum forma, et ratio, manifesta: sed quomodo hinc יְרַאֶה *fut.* in *Pihel* esse queat, non exputo. יָרֵא saltem exarandum fuisset. Pro *Balaena* II. item nutat res. *Merc.* 1. *Despicit quicquid aut* in terra, *aut* in mari, *elatum, prae se, quum cetera facile vincat, et inter robusta ac superba animantia principatum teneat.* Subiicit 2. *Angustius est, quod Chald. et Graec.* filios elationis *ad aquatilia retulerunt: sicut et Ab. Esra; qui prius etiam angustius intelligit, quum ille* sese in mari *effert, videre facile sub se potest, quicquid* in mari elatum; *tam alte se attollit.* Respexit, credo, *naues,* et alia. Certe ita *Steuch. Eugub. Cum caput vndis extollit, praecelsas malos nauium exaequat.* Reiicit *de Pined.* 3. atque τὸ *Videt,* cum *Merc.* aliisque ad *despicientiam* referens, ait, *Balaenam esse superciliosam, et toruum quid in adspiciendo praeferre; quasi prae magnitudine sua sub se cuncta despiciat.* Quaesitum. *Grot.* 4. monet שְׁחִין שְׁחֵץ *Arabibus esse emergere,* sensumque; *Regnum obtinet in omnia quae e mari emergunt.* Videtur *maris belluas* signare. *Codurc.* 5. *Filios elationis* et *superbiae* dici vult *Leones, Pantheras, Vrsos,* quin *Thoes,* et *Lupos, inter terrestria,* vt et *aquatica quam plurima.* Alii alio modo. Cl. *Hasi.* III. subtilius *Regis Regum* titulum induxit pro *Orca;* notans בְּנֵי שַׁחַץ esse *Leones.* Sic habebat vetus opinio, cui obuiam itum a *Boch. Hieroz.* 1, 719. vbi ex שְׁחָצִים mauult *Filios proceritatis,* vel et *superbiae.* Etiam sic *Orcam* infert, *tantae proceritatis,* vt *inter reliquas maris belluas primatum obtineat.* Addit, ad reliqua ζῶα ὑπερέχοντα, ipsumque adeo *hominem,* etiam posse traduci formulam: *certum* quippe, *nullum in terris animal cum ea aequiparari posse.* Est quod in hisce desideres, si relegas quae ad *vs.* praeced. dicta. Nobis IV. hi Characteres *Draconem* signantissime pingere videntur. Is reuera vel *despicit* ex alto, si arduus sese attollat, *quicquid sublime:* vel *adspicit,* oculo toruo audaci, *imperterrito* simul, simul *terrorem incutienti.* Nihil tam *altum, sublime, superbum,* quod non *Draco aggredi* sustineat *Oculo irretorto,* et *fulminante.* Ad prius spectat hocce *Ouid. Metam.* 3.

Martius anguis erat, crislis praesignis et auro.
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno.
Tresque vibrant linguae, triplici stant ordine dentes.
Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet, et immensos saltu sinuatur in arcus.
Ac media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus ——

Ad posterius pertinet celebris illa apud Veteres pugna *Draconis* cum *Elephanto,* ad quam *vs. praec.* et *Lucan.* alludebat. *Plin.* L. 8, 11. *Bellantur cum Elephantis perpetua discordia Dracones, tantae magnitudinis, vt et ipsos circumflexu facili ambiant, nexuque nodi praestringant. Commoritur ea dimicatio: victusque corruens* Elephas, *com-*

complexum elidit pondere. Sequenti *Capite* additur, praeter alia curiosa, *tantos esse Dracones, vt totum sanguinem* Elephanti *capiant, itaque* vastissimam illam Molem *ab iis ebibi, siccatamque concidere: et Dracones inebriatos sic* demum *opprimi, emoriique.* En *Naturae spectaculum, sibi paria componentis!* quod forte occasionem dedit transitioni a *Behemotho* ad *Leuiathanem.* Vides iusto titulo appositum, *Hunc esse Regem super omnes* בני שחץ *filios ferociae,* vel *proceritatis animosae, acri* et *intento oculo sese inferentis:* prout formulam explicatam dedimus *Cap.* 28, 8. In *Camuso* sic declaratur, *Verbum* שחץ شخص *in visu, est, oculos ita aperire vt inconniua stet acies, ne nictans quidem.* Ista vis elucet ex serie vniuersa: et iam cernere licet admirabilem plane picturam *Leuiathanis, ad pulueremque* quidem a Deo *abiecti, sed omni sublimi* tamen *animali sublimius sese efferentis,* et *feras proceritate, animositate, oculorum acie, terribiles, conterrentis,* et *deuincentis.* Ab *acerrimo visu* nomen *Draconi* factum, neminem fallere potest. *Acutum cernere vt Serpens Epidaurius,* in prouerbium abiit. *Oculi et palpebrae aurorae vs.* 9. inducti: quippe cui *vaegrandia in fronte lumina scintillent;* quibus nihil par, aut secundum, reperiatur.

Ibid. Quum ad *Leuiathanis* examen accessi, vix suspicabar pro *Dracone* tandem summam a me colligendam fore. Multos quidem colores cernebam, *Draconis* viuam imaginem subiicientes: sed omnes adeo liquide se daturos, non expectaram: et praesertim necdum compertam habebam *infirmitatem* aliarum *Hypothesium.* Nunquam quidem *Balaena* placuerat: sed in *Crocodilo* olim assenseram Magn. *Bocharto:* donec Clar. *Hasaeus* eam cogitationem non adimeret, sed magnopere labefactaret. Ab eo tempore dubius ferme pependi, et, vt praemonui, liber plane, atque integer, hanc causam ex *Scopo,* et *nexu,* discutiendam sumsi. Apparuit inde, extra fines saepius itum; quin et *Hypothesi* inseruitum. Limpidior, tutiorque simul, ratio, quam secuti sumus, eo deduxit, quo verba, et sententiae, praeiuerunt; et adeo nihil datum antecaptae opinioni, vt vere contra opinionem res ceciderit. Hac occasione miranti mihi, cur *Draco,* cui tam multum in hanc descriptionem iuris, vix vllos tulerit calculos, hae fere rationes occurrunt. א. Quod quae de *Draconibus* eorumque *prodigiosa magnitudine,* et *reliquo terrore,* narrarunt, tum Veteres, tum Recentiores, videantur esse, *perguiae pictorum,* in quibus *parum veri, plurima falsa.* Videsis *Hieroz.* p. 2. pag. 431 – 433. ב. *Marinum* aliquod *monstrum* describi, persuaserunt sibi omnes fere; tum ex introductione, ab arte piscatoria, *Cap.* 40. *vs.* 20. 21. 25. 26. desumta: tum *ex habitatione* ei inter *scopulos, fluctusque maris,* vt videbatur, *assignata Cap.* 41. 21. 22. 23. Hoc Cl. *Hasaeum* potissimum mouit, vt p. 91. fatetur. ג. Quum *Merc.* aliique praeclari Interp. *Draconem marinum* nominassent, eoque nomine apud *Graecos, Latinosque,* adsciceretur *piscis non adeo magnus,* cui nihil cum hoc monstro commune, magna consensione constitutum fuit, *Cetum* esse intelligendum, quem ob *vastitatem, immanitatem,* cum *Dracone terrestri* etiam *Esaias Cap.* 27, 1. contulerit. Accedit ד. quod

Ps.

Pſ. 104, 25. 26. *Leuiathan* haud dubie vel *Balaenam*, vel *Orcam*, deſignare videatur: nam Bellua haec ibi inducitur *ludens in mari magno*, velut in Elemento ſuo, ac ſede natiua: quum *Dracones* in *deſertis* potius ſtabulentur, *abditisque montium ſpeluncis*. Adiectum ה. a Cl. *Haſ* p. 91. *ſingularem* ſaltem *atque ordinariam illiusmodi monſtrorum ſpeciem non reperiri in terris: qualem tamen omnino ſeries orationis apua Iobum exigat. Draconum autem illa* quae narrantur *portenta*, videri potius *inuſitatos monſtroſosque partus, ex inſolita ſeminis commixtione*. Ad haec omnia perfacilis reſponſio. Ad א. per nos ſane licere vt plus quam dimidia pars narrationum de *Draconibus* amputetur: quippe qui nec *Alis*, quibus aëra tranare queant, nec *Criſtis*, nec aliis *Phaleris* indigeamus. Tenemus tantum, quod nemo in dubium reuocat, dari *moſtroſae magnitudinis Serpentes*, *aſperrimis ſquamis loricatos*, *rictu ingenti*, *triplici dentium ordine*, *Linguis triſulcis*, *ignito ſibilo*, *oculis fulminantibus*, *formidoloſiſſimos*. Tales *Dracones* ne iam ad *Geſn. Aldrouand. Kircher.* aliosque mittam, dabit ipſe *Boch.* H. 2, p. 428. vbi enotat ſeptem characteres, quibus *Dracones* תנינים, contractius תנים, a *Serpentibus* vulgaribus diſtinguantur. Ad ב. ſatis, ni fallor, facient, quae ibi commentati ſumus. Ex iis conſtare poterit adeo non officere nobis iſtos colores, vt inſigne lumen potius ex hac ſententia hauriant, eique viciſſim firmamentum addant. Ad ג. obſeruo miſſa *Homonymia* illa *Draconis marini*, quae nihil ad rem, לויתן נחש עקלתון *Liuiathanem Serpentem contortuplicatum*, absque vlla dubitatione eſſe *Draconem Terreſtrem*, diſtinctum a תנין אשר בים *Ceto qui in mari:* ac proinde nobis ex eo loco nihil decedere, ſed contra multum roboris accedere. Ad ד. concedo, nomen לויתן, quatenus *tortilem*, vel *tortuoſum*, *ſorptorem* ſignat, etiam ad *magna Cete* poſſe transferri: ſed tamen contendo, ſi *Etymon* ſpectetur, in *Draconem* prius, propiusque, illud competere, quam in *marina*, illa *monſtra*. Ad ה. denique ſatisfieri putem per id, quod primo loco dictum, me non *extraordinarium* aliquem *naturae abortientis partum* nunc ſpectare, ſed *ordinarium* illud *genus Draconum* ثعابين ſiue *Serpentum magnorum*, vt *Lexicographi Arabum*, et *Auicenna*, id vocabuli explicant, quod *Indiae*, *Aethiopiae*, *Africae*, Orae *Troglodyticae* maris Rubri, *Arabiae* quin imo, domeſticum, et frequens. Non vrgeo nunc *Draconem* hunc *Arabiae* incolam, *Iobo* notiorem videri poſſe, quam vel *Balaenam*, vel *Orcam*; hoc enim genus argumentorum, quamuis magno ſaepe paratu lectionis, et eruditionis exquiſitioris, admoueatur, nunquam tamen firmiſſimum exiſtimaui. Nos ſola nitimur poteſtate phraſium; quas ſi quis ſimplicius, cumulatiusque ſimul, applicare queat, ei palmam lubentiſſime deferemus. Ante quam manum de tabula, monere debeo, me, ſi ad *vſ.* 4. 5. *Capitis* noſtri hunc exitum praeſagiiſſem, plura daturum fuiſſe de *veſte* quaſi, aut *lorica*, qua *vultus Draconis* dicitur *obſeptus loco ſuperciliorum*: deque *vaſtiſſimo rictu*, et *terrore dentium*, qui *triplici ſerie digeſti*, non minus formidoloſe quam in *Orca*; eoque et χάσματι λυσσήεντι praeditae πύλαι ὀδόντων apud *Nonn. Dion.* L. XXV. etiamſi

CAPVT XXXXII.

Vers. 1. Et respondit Iobus Iehouae, ac dixit. *vs.* 2. Scio, quod omnia praeualeas; quodque prae te molimen

etiamsi fabulosum censeam illud *Posidonii*, de χάσματι *hiatu*, ὥσ' ἵππον δέξασθαι, *qui equum cum sessore recipere queat.* Consimiliter ad *vs* 6. 7. 8. aliquanto plausibiliorem iudicassem sententiam, quae *Robusta Clypeorum* refert ad *Squamas.* Quamuis enim *Dentes* sic figurati posse teneam, atque inde etiam pro *Dracone* luculenta exsistat imago, fatendum tamen naturam *Emblematis* magis ferri in *squamas grandiores, clypeorum instar conſertas.* Iam vero his totum *Draconem* ad *tergum*, ad *ventrem*, communitum, omnes testantur Scriptores; etiam *Clypeis*, propter *magnitudinem*, et *firmitatem*, easdem comparantes. Ad versum 13. quoque institissem in *Collum*, in quo *ipsum Robur pernoctat* veluti, atque *habitat*, quod ibi vel maxime *cataphracta* Bellua. Ad *vs.* 16. et *elationem terribilem*, omnia *perfringere*, ac *prosternere aptam*, non omisissem ex *Sil. Ital. 6*, 185. de *Serpente* ad *Bagradam:*

—— *Tantus sub astra coruscum*
Extulit assurgens caput.

Item *vs.* 221.

At nemus arrectae, et procera cacumina saltus,
Exsuperant cristae ——
Vt vero strepuere tubae, conterritus alte
Immensum attollit corpus, tergoque residens
Cetera sinuatis glomerat sub pectore gyris.

Ceterum teneo, quod supra exposui; decentissima *Ironia* Nostrum reuocari ad sensum paruitatis suae; ne Numen immensum *Creatoris* prouocare, et irritare, pergeret, qui vel ad *Creaturae* conspectum mortuus concideret, si cum ea in congressum sese committere deberet. Redi ad ea quae *vs* 1. 2. 3. huius *Capitis* adstructa. Iis hanc coronidem attexere liceat. *Qui cum Deo contendere vult, seque in sua causa iustiorem ipso Numine peruincere, is infinita sane tum sapientia, tum potentia, praepolleat necesse est: Omnemque rerum naturam, vim, rationem, moderationem, virtutem, causas, exploratissimas habere debet. Visne iam videre, quid in hac palaestra, et arena, valeas? ubi et pugna velut pede, et manu, consertis, cum Behemotho, aut Leuiathane meo; teque in iis vicendis virum sapientem, fortem, solertem, naturae peritum, praesta.* Ni omnia fallunt, *alti* illi *animi Iobaei*, Deo digniore via, ac ratione, compesci simul, simul componi, et sedari, non potuere.

Vers. 1. Per maria, per fluctus, per scopulos, multum, diuque, iactati, portum iam non videmus, sed tangimus. Eum ingressuris, vela tantum colligenda restant; et paucula digerenda; quae ad laetissimum huncce exitum, et plane Diuinam rerum conuersionem, spectant.

vs. 2. Ad lumen, quin fulmen, extremum conuictionis, fractus plane, et contritus Noster, arma, vt sic dicam, abiicit, atque nudus, et inermis, ad aram gratiae Diuinae confugit. In verbis aliquid

quid ſubobſcuri. Ad ידעת dubitatur, ſitne, quod *Literae* ferunt, *noſti*; an quod *puncta*, *noui*. Poſterius quidem ſimplicius; ſed prius ſublimius. *Tu noſti*, atque *infinita* tua *Scientia comprehendis*, *quae*, *et quanta*, *valeas*. Dicere volebat ידעתי *Scio* equidem, ſed quam nihil eſſet illa ſcientia, perſentiſcens, ſemet quaſi corrigit, ſubſtituens *Tu ſcis*. Hoc voluit Cl. *Cocc. Noui ego quidem*, *quod omnia potes; tu autem ſolus diſtincte omnem tuam potentiam habes perſpectam*. Eſſet ſpecies תקון ἐπανορθώσεως, de qua alibi. Tenerem, ſi ſub ח in *Codicibus* compareret *Kamets*; nunc *Chirek* ad 1. *praet.* aperte ducit; eamque praeferre iubet. Sed quid iam ſibi vult illud *ſcio*, *agnoſco*? An non et ante *percallebat* Noſtet *Deum omnia poſſe*? Mitto nugas, et argutias. *Merc.* ſcrupulo leuando obſeruat, *Iobum Dei Omnipotentiam* quidem *paſſim agnouiſſe*, et *magnifice praedicaſſe*, *nonnihil tamen ei detraxiſſe*, *quum quereretur*, *quaſi iniuſte*, *et praeter meritum*, *eſſet adflictus* etc. *Sic iuſtitiam a potentia ſeparabat* etc. Adfine hoc *Cocceii*: *ſciebam vtcumque*, *ſed non ſatis conſideraueram* (nam *quae dixerat de Deo*, *aut potentiae*, *aut bonitati*, *aliquid detrahebant*) *nunc autem mihi liquet*, *et animo ſedato aſſentior*. Aliquid ſupplendum cenſet *Schmid. Agnoſco quod tu omnia poſſis facere*, *ſicut fieri debent*, *in iuſtitia*, *ſapientia*, *pondere*, *menſura* etc. *vt ſatis temere te docere voluerim* etc. Subtilius *de Pined. Iam nunc ingenue fateor*, *liberum tibi eſſe*, *pro arbitrio agere cum homine*, *etiam illius innocentiam adfligendo* etc. Videndus et *Caluin. Conc.* CLVII. Forte commodius fuerit: *Scio quod omnia praeualeas*. יכל non tantum *poſſe*, ſed etiam *praeualere*, *vincere*, *ſuperiorem eſſe*. *Gen.* 32, 26. In eandem mentem capere eſt et alterum, *nec praeruptum erit prae te molimen*, *meditamentum*, *cogitatio ſolers*. Non placet, *nullae hominum cogitationes te poterunt latere*. Magis, *nihil quod Ipſe cogites aut moliaris*, *tibi impoſſibile erit*. *Par tibi voluntas et facultas*. Ita *Merc. Cocc. Schmid. de Pined.* etiam, a *Vulgat.* diſcedens. Mallem tamen, *Nihil Tibi*, *Tuisque viis*, *a quoquam abiicietur*, *quod non ex facili diſſipes*, *vincas*, *confundas*. Ita מזמה non *Dei* erit, ſed *hominis ſolertis inuentum*, *molimen*, *meditamentum* quo *Deum aggredi*, ſi forte, aut *criminari*, *in animum inducat*. Hic ſenſus ex media quaſi materia, et cauſa, effloreſcit; atque egregie videtur quadrare in eum, qui *victas* porrigit *manus*; ſeque temere cum Deo diſceptaſſe agnoſcit. Confer *Pſ.* 51, 6. Conſtructio יבצר מזמה aliquid diſſoni habet; quod *Schmid.* inſerto דבר tollere conatur; vt ſit, *res vllius* vel minutiſſimae *cogitationis*. *Cocc.* ait, *phraſin eſſe mediam inter perſonalem*, *et impersonalem*. Remittit ad *vſ.* 15. de quo infra. Vide an expeditius, *Et non eſſe praeruptum* quid *prae te*, quoad *molimen*. Nihil tam *arduum*, *munitum*, *inuictum*, in oculis cuiusquam, *quod Tu non vno diffles halitu*. Haud dubie dici potuit, viuente Lingua, דבר נבצר ממני מזמה *Negotium praeruptum prae me*, ratione *aſtutiae*, *ſolertiae*, *ſapientiae*: i. e. *ei refellendo*, vel *ſuperando*, *imparem me ſentio*. Veriſimile, in diſputationibus, et argumentis, formulam quoque adhibitam. Ita et nos דבר ſupplemus, ſed extra *regimen*, et ſenſu multum diuerſo.

men nullum praeruptum. *vſ.* 3. Quis hic obſignans conſilium, quod noſci nequit! propterea expoſui quod non intelligebam; mirabilia prae me, quae non cognoſcebam. *vſ.* 4. Audi age, et ego loquar: interrogabo Te,

vſ. 3. Abrupta ſententia prioris coli. Haud dubie alluditur ad *Cap.* 38, 2. Plerique ſtatuunt cum *Merc.* Noſtrum confiteri nunc, ſe eſſe eum, quem ibi notauerat Deus: q. d. *Quis hic qui abſcondit conſilium* Dei *ſine ſcientia? Ego ſane: qui non ſatis ſobrie de tuis iudiciis locutus ſum* etc. *De Pined.* improbans merito ad *Diabolum* hanc partem relatam a *Gregor.* ad *Inſipientes* in genere, a *Graecis*, et *Latinis*, cenſet, *Iobum cum contemptu ſemet in* 3. *Perſ. deſignare, et reprehendere:* q. d. *Quis ego vt Dei conſilium celauerim, et imperite loqui non dubitauerim?* Flexus ridet; interpretatio ipſa laborat, qua *celare Dei conſilium* exponit, *non clare et diſerte pronunciare de Dei cogitationibus arcanis, ab eo perficiendis, vel ab homine non perſcrutandis etc.* Mihi ſeriem, et vim, verborum attendenti occurrit, quod in *Opuſc. de Defect.* p. 168. propoſui, *Quis ille qui ſignat conſilium* quod *noſci nequit, nullius cognitioni peruium?* Reſpicitur ad *Cap.* 38, 2. vbi *Iobus* apellabatur *Obtenebrator conſilii.* Iſta anſa Noſter, *Imo vero Tu*, O Deus! *Obſignator conſilii: Tu conſilii theſauros ſic claudis, condis, ſignas, vt nulla vi cognitionis noſtrae attingi, nedum penetrari queant.* Sic ergo *diſſerui quae non intelligebam; de mirabilibus quae mihi aſſequi, et pernoſcere, non datum.* Habes *replicationem* venuſtam, et grauem; ex qua ſimul relucet, cur pro מחשיך *obtenebrans*, ſubſtitutum ſit מעלים *obſignans*, quod reuerentius: itemque cur omiſſum ſit במלין *verbis, ſermonibus;* quibus hoc ſenſu nihil loci relictum. Si tamen בלי דעת vrgeatur pro *inſipienter*, atque ad *Iobum* redire iudicetur, tenerem id, quod *de Pined.* propoſuit; ſed illo ſenſu, quem *Cap.* 38, 2. indicaui: *Quis hic occultator, et obſignator, conſilii, inſipienter. Quid mihi volui cum feruidis illis criminationibus meis, quibus conſilii lumen, quod mihi aderat, oppreſſi; imprudenter nimis dolori me meo permittens.*

vſ. 4. Et his verbis *Ironice* vſus fuerat Dominus *Cap.* 38, 3. et 40, 2. Hinc nonnullis viſum per *Mimeſin* ea repoſita: q. d. *Tu quidem ita me compellaſti; ſed ego antehac famam tantum Tui audiueram; nunc autem propius Te videre, et cognoſcere, licuit.* Frigidum. Rectius *Merc.* cum plerisque, haec capiunt vt *verba totum ſeſe Domino ſubmittentis, eique ſe docendum tradentis,* Quid Cl. *Schmid.* velit, vix percipio. *Cocc.* ad rem: *ſignificat ſe bene intellexiſſe, quid Deus adhortatione illa ſibi vellet; et quid ſui officii eſſet.* Nempe cum *ironia* et *aculeo* dixerat Deus, *interrogabo te, et notum fac mihi.* Hoc nunc ſerio, cum cordisque compunctione, conuertit Noſter, *Audi quaeſo, et ego loquar, interrogabo te, et notum fac mihi.* Te ego *Doctorem* meum, Te *ſapientiſſimum* agnoſco, qui omnem meam *ignorantiam, fluctuationem*, et *caliginem*, momento *vincere*, ac *diſſipare*, potes.

vſ. 5

Te, et notum fac mihi. *vſ.* 5. Ad auditionem auris audiui te! at nunc oculus meus te vidit. *vſ.* 6. Propterea contabeſcam, et poenitentiam ago; ſuper puluere, et

vſ. 5. Non inuenuſte Vir *Erud.* qui *Explic. Gall.* ſiue *Commentarium Prophetico-Myſticum* in *Iobum* nuper edidit: *Antea ſciui de te, quae aure audiui, at nunc te oculis meis video.* i. e. *Antehac ad lumen reuelationis, et Prophetiae, magna et multa apprehendiſſe mihi videbar de infinita tua Maieſtate: ſed quam immenſurabile diſcrimen inter audire, et videre! Vbi Tu te oſtendis, quicquid ante nobis videbatur immenſum, nihil eſt, et euaneſcit. Praeſentia tua delet quicquid antea de te perceptum; idque infinitum quantum ſuperſcandit.* Eſt pulchra meditatio, cui intra hos fines conſiſtenti ſubſcribere poſſum. *Auditio auris* שמע אזן omnino nunc videtur deſignare *reuelationem* cum *ordinariam*, tum *extraordinariam*, qua ſaepe antea *Veritates Diuinas* propius hauſerat Noſter. Huc ducit *Cap.* 28, 22. Conferri debet quoque *Cap.* 4, 12. Illi *reuelationi aures ferienti* opponitur haecce tanto *illuſtrior*, et *potentior*, quanto *viſus auditum exſuperat.* Lucem et *viſionem internam* potiſſimum intendi, nemo iure dubitet: *externam* tamen excludere non ſuſtinerem.

vſ. 6. Et res, et conſtructio, aliquid ſcrupuli peperit. *Merc.* dat: *propterea auerſor*, ſcil. vitam meam vel, verba priora etc. *et me poenitet ſuper puluerem, et cinerem. Intellige*, ſedens, *vel ita vt* ſedeam, *et eo nomine* ſeſſurus ſim, *ad agendam poenitentiam. Significat ergo Iobus, ſe ex animo poenitere quod talia temere de Domino, et in Ipſum, effuderit* etc. Cl. *Cocc.* vertit: *propterea* ſi *contabeſcam, conſolationem accepi ſuper puluere, et cinere.* Supplet אם; et אמאס pro אָמַס a מסס *tabeſcere:* nec non כחמתי ex altero illo vſu, qui *Pſ.* 77, 3. et alibi extat. *Puluerem* et *cinerem*, explicat, *carnem multa patientem*, et *tabidam.* Aliud quoque a *Cocc.* ſubnexum, retento ſub אמאס *ſperno*; in h. ſ. *prae magnitudine illius beneficii, quod oculus meus vidit Te, ſperno* me ipſum, *vel* puluerem et cinerem, *adeo vt non doleam hanc carnem, quae eſt puluis et cinis, contabeſcere: imo etiam dolet, et poenitet, quod eam tanti habuerim, vt Tecum eius cauſa diſputare voluerim.* Sic נחם eſſet *poenitere.* Argutiora haec ſentiens ὁ πάνυ, redit tandem ad receptius hocce, *poenitet me*, et reſipiſco, *in puluere* etc. *Ego qui antea ob dolorem carnis ſedi in puluere, quamquam ſatis cauſae habeam ad omnem triſtitiam deponendam, tamen vt teſter mihi ex animo diſplicere, quod incircumſpecta oratione ſcandalum praebuerim, non muto viuendi rationem, et in puluere ſedere pergo.* Hoc voluere praecl. *Belg.* hoc *de Pined.* hoc ipſe *Merc.* eaque latitudine *praeſens* excludere non auſim, ſi modo *Futurum* non repudietur. Ego teneo quod miniſtrat *Origo* verbi מאס *vlceribus hiare, contabeſcere.* Hinc offero cumulatiſſimae poenitentiae vocem, *propterea contabeſcam* porro in vlceribus meis; *et poenitentiam agere* decerno *ſuper puluere et cinere.* Non iam amplius *lamentor* mea *vlcera*; ſentio me vel ideo indignum, qui ſpirem; dignum

et cinere. *vſ.* 7. Et factum eſt; poſtquam Deus locutus eſſet verba haec ad Iobum, vt diceret Deus ad Eliphazum Themanitam; exarſit Naſus meus in te, et duos amicos tuos; quia non locuti eſtis rectum de me, vt ſeruus

gnum qui exſpirem, quod tam acerbe, contentioſe, contumaciter fere, *ea lamentatus ſim.* Liceat nunc porro, O Deus! O Pater! cuius numina non tantum, ſed et viſcera, haeſi, *ſic tabeſcenti, perire;* atque *extremum ſpiritum in cinere et puluere*, quod commerui, *exhalare;* vt non quaſi *rebellis*, ac *murmurator*, ſed ſub potenti manu Tua *ſubmiſſus*, ex miſera hac vita demigrem. Ni hoc dixiſſet Noſter, poenitentiam ſeque, Deoque, dignam haud egiſſet.

vſ. 7. Hic demum Corpus-Libri finitur; atque ſtylo a cothurno ad ſoccum redeunte acceditur ad Exitum felicem, quo Virtus, Religio, Pietas, Poenitentia quoque ſinceriſſima Viri, Diuinitus honeſtantur, vt immortali laude viuus, mortuusque, praefulgeret; atque omnibus ſeculis Fidei tandem triumphaturae cum exemplum, tum pignus, praeberet multo eminentiſſimum. Sacer Scriptor in dubio relinquit interuallum temporis, quod inter extrema illa verba, quibus *Iobi* poenitentia conſignatur, et inter *caſtigationem* hancce *Dei*, *Eliphazo* et *duobus ſociis* eius admotam, interceſſit. Diſputatur itaque, acciderintne hoc poſtquam ad Lares ſuos regreſſi eſſent, an in ipſo hocce conſeſſu, durante adhuc procella, Deo poſt *Iobum*, Amicos quoque ad officium reuocante; et Noſtro teſtimonium Iuſtitiae pro vita anteacta impertiente, ad eorundem conuictionem, et confuſionem. Cancelli huius commentationis quaeſtionem multis rationibus hinc et hinc inſtruendam, non recipiunt. Eam alteri occaſioni ſeponimus: atque nunc tantum obſeruamus nonnulla ſatis clare hic indicata. α. *Eliphazum* velut ſociorum Anteſignanum fuiſſe. β. Idem *Syſtema* tenuiſſe Tresuiros. γ. Hoc *Syſtema* non fuiſſe exactum ad veras rationes Sanctuarii. Eos ergo δ. in *Deum*, in *Iobum*, peccaſſe, Non tamen iis adimi ε. *religionis* ac *pietatis ſtudium*. Aſt *Iobum* ϛ. rectiora diſſeruiſſe de *Prouidentia;* eiusque *Syſtema* in genere verum: quin vt *Vitam* Viri *ſanctiſſimam*, ita *Doctrinam* quoque eius, in ſe ſpectatam, a Deo approbari. De *Elihuo* ζ. profundum agi ſilentium; quod aliis nigri lapilli, aliis albi, augurium praebens, nobis medium quid adfert. Aio *Primo*, *Eliphazum* hic notari vt qui vexillum *ſociis* extulerit, ad *Iobum* aggrediendum. Hoc ſaepius a nobis indicatum, hinc robur, et firmamentum, capit. Indubitatum itaque, *ſecundo*, quod in commentatione quoque noſtra perpetuo elucet, eandem eos *Hypotheſin* fouiſſe, de *Prouidentia malis* ſemper *mala*, *bonis bona*, *diſpenſante*, ac *retribuente*. Huius *ſyſtematis* ἀμετρία imprudentiſſima quaenam fuerit, *tertio*, ſub ſpecie *Zeli* pro *cauſa Dei*, et *Religionis*, noxias plane ſequelas in *Doctrinam de Prouidentia*, totamque *ſeculi* huius *vitam* inducens, crebro oſtenſum. Grauiter ergo, *quarto*, ab iis peccatum, tum in *Deum*, ſuis quaſi legibus eius *gubernationem* ſubiiciendo;

tum

eum in *Iobum*, eum ad hasce regulas haud rectissimas prauum, et improbum, pronunciando: ne iam *reliqua* inde ad *piorum deiectionem*, *impiorum* vero *erectionem*, et *gloriationem*, redundantia, memorem. Sentis quorsum spectet grauissima increpatio, *in Te*, Eliphaze, *et in duos socios*, *exarsit Nasus meus*, *quoniam non locuti estis* אלי *ad me*, i. e. *de me*, *meisque viis*, נכונה *rectum*, *firmum*, *solidis*, et *inconcussis*, *principiis fundata dogmata*. Apparet interim, *quinto*, eos castigari a Deo, vt *grauiter errantes pios*, non vt *impios cognitione veritatis* destitutos. De eo plura ad vſ. ſeq. Quod autem, *ſexto*, ad *Iobum* attinet, eius *anteactam vitam* a Deo *laudari*, omnique *criminatione liberari*, titulo עבד *Serui*, id eſt *Religioſiſſimi Cultoris*, nemini mirum accidet; ſed cum admiratione haud leuem ſcrupulum commouere poteſt, quod tam cumulate, ſine vlla reſtrictione, dicatur, נכונה *rectum*, *firmum*, *ſolidum*, *diſſertaſſe de Deo*, *rebusque Diuinis*: quum toties *modum exceſſerit*; quin *ad confinia improbitatis*, et *blasphemiae*, acceſſiſſe viſus fuerit *Elihuo*: atque adeo *Ipſi Deo*, tam acriter propterea contra eum detonanti, in praecedentibus cenſuris. Omnino hoc נכונה *Rectum*, *firmumque*, ad *ſtatum Controuerſiae* reuocare res et ratio iubent. Rectiſſimum ſane erat, quod ſe *Innocentem*, *grauibusque criminibus immunem*, defendiſſet. Rectiſſimum, quod *plagas* haſce *grauiſſimas citra culpam* ergo *ſibi inflictas* tetendiſſet. Rectiſſimum, quod *Prouidentiam* ad noſtras leges ire negaſſet. Rectiſſimum, quod *malis* in hac vita *plerumque bona*, *bonis mala multa* euenire, intuliſſet. Rectiſſimum, quod quantumuis *Iratum* ſibi *Numen* crederet, atque ab Eo *grauiſſimam* ſibi *iniuriam* fieri, mente per triſtitiam abſorpta, et confecta, penitus imbibiſſet, Eius tamen religioſum metum, quin tenerrimum amorem, conſtantiſſime retinuerit, atque in acerbiſſimis quoque querelis vtriusque principii illuſtria documenta praebuerit. Rectiſſimum poſtremo, quod *Tentatori non auſcultauerit*, *ignita* ſua *tela* procul dubio in Noſtrum dies noctesque *intorquenti*, vt eum *Apoſtaſiam* impelleret; ſed ſe *innocentem plagis* hiſce *atrociſſimis immerito ſaeuientis Numinis exſpirare* malle oſtenderit, quam *fidem* prodere, aut *conſcientiam* admiſſis falſis principiis *contaminare*. Haec, et alia plura, qui perpenderit, non quaeret ſane, quo titulo *Iobus* נכונה *rectum de Deo diſſeruiſſe* pronuncietur, quamuis *modum*, et *modeſtiam*, in querelis contra Deum mouendis, ac potiſſimum in *prouocationibus* illis *audaciſſimis*, egreſſus fuiſſe reperiatur. Quid interim, ſi et hoc נכונה *Rectum*, et certo ſenſu, *iuſtum*, *piumque*, *fuiſſe* peruincam? Sentio quid dicam: nec dixiſſe poenitet. Non a tribus Sociis ſolum, ſed et ab *Elihuo*, *Dei Maieſtatem minuiſſe*, quin *proterue*, *contumaciterque*, *in eam inſurrexiſſe* iudicatus fuit Noſter, quum ad *conteſtationes* de *innocentia* adiunxiſſet illas, *prouocationes*, quibus ſe *vel ſub Dei oculis*, quin *telis*, *Iuſtitiam* ſuam *defenſurum*, et *euicturum*, animoſe tendebat. Hoc ſine *blasphemiae* nota ne nunc quidem multi Noſtrorum dimittunt. Quanto minus *Tresuiri*, vel *Elihuus*, transmiſere? Atqui non fuit *blasphemum*; non fuit ex contumacia profectum, quicquid huius animoſitatis; ſed ex *Conſcientiae puritate*, *firmi-*

seruus meus Iobus. *vs.* 8. Nunc ergo, capite vobis septem iuuencos, et septem arietes, et ite ad seruum meum Iobum, et offerte holocaustum pro vobis; et Iobus, seruus meus, intercedet pro vobis: quoniam profecto faciem eius accipiam, vt non exequar vobiscum stultitiam; quoniam non locuti estis de me rectum, vt seruus meus

firmitate, rectitudine exaggeratissima, quae *Deum Testem*, quin *Iudicem*, adeo non *reformidaret*, vt quoque *ad congressum*, *Iudiciumque*, *cum Deo venire quantocyus*, *postularet*. Relege *Caput* 31. quod totum huc collineat: nec diffitebere hac quoque in parte כבונה *bonam*, *rectamque*, *causam*, Nostro adfuisse, licet in circumstantiis vlterius euectus fuerit, quam modestia et prudentia, paterentur. Restat, *septimo*, vt verbulo expediamus rationem silentii de *Elihuo* acti; qui hoc in exitu nec collaudetur, nec castigetur. In *malum* id interpretati *Veteres* fere, inquius de eo iudicantes. Existimamus *Elihuum*, pro *Oeconomia* huius *Libri*, nec *increpari debuisse*, quippe qui moderate, et prudenter, disputasset; nec tamen *magnopere laudari potuisse*, quatenus a *vero statu Quaestionis* aberrasset, et Ipse, pro certo supponens *plagas hasce Iobo non plane immerenti impositas*, *sed signa fuisse irae*, *et indignationis Diuinae*: vt *a superbia*, aliisque *occultis vitiis*, ad *sinceriorem*, et *solidiorem*, proficeret *pietatem*. Eum tunc temporis aliter iudicare non potuisse, supra saepiuscule insinuatum: ac proinde non est, quod hisce vlterius immoremur. [Pro כעברי *Arabs* legisse videtur בעברי. Omnis hic scrupulus simul erit sublatus, si hypothesis sat probabilis admittetur, eum, qui Elihui nomine inde a Capite XXXII. loquens est inductus, esse totius poematis Auctorem. *Vog.*]

vs. 8. Stupenda conuersio rerum. Ille ab Amicis traductus, et absque misericordia condemnatus pro capite scelerato, quod irae, diraeque, coelestes, summo suo merito exscidissent, non tantum publice declaratur *Iustus*, *Pius*, *Religiosus*, *Deo gratus*, *fidusque*, *seruus*; titulo ter, quaterque, repetito; verum etiam *Precator*, *Intercessorque*, constituitur, cuius auctoritate, et gratia, demum, gratiam, veniamque, Numinis, in *Iobo* laeso laesi, impetrare possent Aemuli. *Nunc ergo sumite vobis septem iuuencos* etc. *et ite ad seruum meum Iobum* etc. Quot verba, tot fulmina ad arrogans illud et Censorium supercilium *Eliphazi*, Sociorumque, retundendum. Quot verba, tot lumina, ad gloriam *Iobi* in supremum culmen vehendam. Confusio fratrum *Iosephi* tanta non fuit, quanta horum Triumuirorum, quum ad *Iobi* pedes se abiicere coguntur; eumque *Pontificem* suum salutare, ad *poenam stultitiae*, quin *flagitii*, *intercessione eius euadendam*. Non insistam nunc in ea, quae Caerimonias, Antiquitatem, Characterem temporis ante Legem, spectant. Haec alteri occasioni seponuntur. Circa כי אם paucis monebo, nimis tenue esse *Merceri*, aliorumque, *sed*; propius accedere

meus Iobus. *vſ.* 9 Et iuerunt Eliphazus Themanita, et Bildadus Suchita, Tſopharus Naamatita; et fecerunt quemadmodum locutus erat ad eos Iehoua; et accepit Iehoua faciem

cedere eiusdem *Enimuero*. Eodem redit *Cocceii*, *At enim*. Subtiliuscule *Schmid.* diſtinguit, *Quia ſi facies eius*, nempe adſit, *ſuſcipiam*, *accipiam*: vt ſit conciſa locutio, in aliis Linguis non ita imitabilis. *Ellipſin* ſub נאם habuimus ſupra *Cap.* 21, 4. et alibi. Hic ea non adeo commoda, nec diuelli ſe patiuntur פנים אשא, ſecundum formulam ſolennem *accipere vultum* alicuius, quae hic valet *honorare*, *ſingulari fauore*, ac *honore*, *proſequi*, *nihil eorum quae petierit negando*. Omnino tenuerim, quod Doct. *Belg.* habent, *Nam profecto faciem eius accipiam*, *quo minus faciam vobis ſecundum ſtultitiam veſtram*. אם ab אמת *veritas* hanc vim induiſſe creditur. *Analogiae* magis obtemperabitur, ſi ab אמם *intendit*, *pro certo deſtinauit*, deriuetur. עשות נבלה *ſtulte agere*, exponi, idque iterum, *ſtultos tractare pro ſtultitia*, haud probem. *Mercerus* inconcinnitatem auxit; *Intellige*, *ne quid vobiſcum ſtulti agam* i. e. *ne quid vobiſcum agam quo veſtram ſtultitiam puniam*; *quod vos forſan mihi ſtultitiae duceretis*; *cum ſtudio mei ita Iobum fueritis perſecuti*. Iam mallem *Hebraeis* ſubſcripſiſſet Egregius Commentator, dantibus, *ne vos adficiam ignominia*. Sic multi cum iis, inter quos et *Grot.* explicans *poenam aliquam prodigioſam*. Conſimiliter *Codurc.* נבלה hic *portentum*, *poenam horrendam*, ſonare ait: nec alienus ab hoc ſenſu *Cocc.* addens, *ne publicem veſtram turpitudinem*, ac *dedecus*. Pedem tamen figit in optimo, *Ne vobiſcum faciam quod meretur veſtra ſtultitia*. משפט נבלה *Iudicium flagitioſae ἀφροσύνης*. *Schmid. Cler.* alii, cum *Belg.* noſtris, inſerunt כ, quod vt non repudio, ita *Cocceii* poſterius illud elegantius iudico, et ſignatius. Etiam ſic Formula *poenam* aliquam *ignominioſam*, *in publico infligendam*, ad *terrorem*, et *exemplum*, adferet: inculcans ſimul grauiſſimi Criminis, atque adeo flagitii, ſeſe alligaſſe ſupercilioſos illos Cenſores, qui ſub *ſpecioſo praetextu Religionis*, et *Cauſae Dei*, tam ſuperbe ſimul, et acerbe, vel guttulam ſolatii vrentiſſimis Amici doloribus inſpergere negaſſent; quin vulnera eius venenare, et identidem inflammare, non dubitaſſent. [Pro hoc כעברי *Gr. Alex.* legiſſe videtur בעברי. *Vog.*]

vſ. 9. Pulchra obſeruatio Clar. *Cocceii*, illud, *Accepitque Dominus faciem Iobi*, forte ita dictum, *vt illo orante eorum ſacrificia e coelo accenſa fuerint*. Aliquod certe ſignum viſibile, ac pignus quaſi, potentiae illius, et gratiae *Iobaeae*, qua tanquam Pontifex Maximus praepolleret apud Deum, editum fuiſſe, plus quam veriſimile. Confer ſis *Cap.* 22, 26-30. vbi *Elipha-zum* haec ipſa quaſi prophetantem vidimus, ignarum ſane ea in ſe, ſociosque, primum complementum nactura. Hic vero maior adhuc ſubnaſcitur *Quaeſtio*, qua ratione ſolemnia

ciem Iobi. *vſ.* 10. Et reduxit Iehoua abductionem Iobi, quum interceſſiſſet pro Amico ſuo! et auxit Iehoua omnia quae

haecce Sacrificia, in publico haud dubie peracta, obiri potuerint a *Iobo*, necdum, vt videtur, *a plagis ſuis curato*, atque *in integrum reſtituto*. Variant calculi circa tempus, et modum, huius curationis. *Prima* eſt ſententia *Graecorum*, qui ferme tenent, ad *primam agnitionem culpae* Noſtro *ſanitatem* per Miraculum *rediiſſe;* atque ita Eum cum *medicina vlcerum*, *praemium patientiae*, et *coronam luſtitiae*, ante finitum conſeſſum reportaſſe. *Secunda* opinio fert, *Sanationem* miraculoſe *contigiſſe ad alteram confeſſionem*, ante quam Amici compellarentur, atque hunc *precatorem* ſuum ſumere iuberentur. *Tertio* a plerisque *Latinorum* ſupponitur, poſt *ſacrificationem*, et *interceſſionem* demum, vel potius *operatione* illa cum maxime vigente, *Iobum* cumulatiſſimae pietatis, et caritatis, praemium hocce praeſentiſſimum tuliſſe. Elicitur ex *vſ.* ſeq. et ſpecioſis rationibus inſtrui poteſt: ſed demonſtratio abeſt. *Quarta* denique eſt cogitatio Erud. *de Pined.* poſt ſolemnia haecce peracta, quin et poſt ea quae *vſ.* 11. narrantur, de *condolentia* et *conſolatione* gentilium, et familiarium, ad aedes eius confluentium, et munuſcula ferentium, vt collata ſtipe inopiam ſubleuarent, Noſtrum morbo liberatum fuiſſe, et quidem temporis momento, vt Diuinum opus, auxiliumque, eluceret, et fortiſſimo Athletae Coronam iam tandem, exantlatis omnibus laboribus, e Coelo imponi appareret. Hanc ſententiam octo rationibus adſtruere conatur; quibus coloris quidem plus, minusue, ſed euictionis parum.

vſ. 10. Hinc demum *inſtauratione*m tum reliquarum rerum, tum *ſanitatis* quoque, orditur *Merc.* obſeruans *calamitatem* Viri *in quatuor* conſtitiſſe: *infirmitate corporis*, *iactura facultatum*, *amiſſione liberorum*, *derelictione amicorum*, *et contemtu:* atque omnia haec, in laetius conuerſa, ſub formula שב שבות *reduxit captiuitatem* contineri. Addit, *captiuitatis* figuram eo pertinere, quod *in manum Satanae quaſi traditus* fuiſſet, *atque ſub malis, plagisque, ab eo immiſſis, conſtrictus teneretur, donec eum Dominus ſoluiſſet, atque in integrum reſtituiſſet.* Sic ברחמלרו eſſet, *Quum poſtquam*, *oraſſet* etc. atque *nouum* hoc *ſpecimen conſummatiſſimae virtutis praebuiſſet.* Mihi *Iobum* ante hanc *ſacrificationem ſolemnem* omnem *vigorem*, vt *mentis*, ita et *corporis*, recuperaſſe, non adeo videtur. Per *Miraculum*, interea dum *rei Diuinae vacaret*, et *Cerimoniis* hiſce *praeſideret*, ſanitatem ei effloruiſſe, et quandam quaſi reſurrectionem e mortuis momento factam; ſpecioſius, quam ſolidius, dici putem. Simplicitati narrationis, et rei, magis conuenit, vt teneamus, poſt apparitionem Numinis, et triumphum veritatis, tranquillata mente *Iobi*, et ſerenitate intus ei reddita, corpus quoque ſenſim ac ſuauiter, ſedata vi morborum, conualuiſſe, atque ad priſtinum vigorem emergere; coepiſſe,

quae fuerant Iobo in duplum. *vſ.* 11. Et venerunt ad eum omnes fratres eius, et omnes ſorores eius, et qui ipſum cognouerant antea; et comederunt cum eo panem in domo eius, et condolentes ei conſolati ſunt eum ſuper omni malo, quod Iehoua adduxerat in eum; et dederunt ei quisque Staterem vnum, et vnum aureum monile. *vſ.* 12.

piſſe. Interea temporis ſacrificatum ſolemniter, adhuc languente quidem nonnihil corpuſculo Viri, animo tamen iam ſupra omnem miſeriam, quin ſupra hominem, exaggerato, et nil niſi caeleſtia ſpirante. Argumento fuit, ſincera illa deprecatio, et interceſſio, qua pro Aemulis, et tantum non hoſtibus, pacem, veniamque, Numinis poſcere non dubitauit. Ea praeſentiſſimo pignore ignis e coelo lapſi, vt plauſibile, obſignata, atque Viri tum *Iuſtitia*, tum *gratia*, qua apud Deum valeret, in omnium oculis, mentibusque, defixa, parerat vt *longa* eius *captiuitas*, id eſt *calamitas*, *ſolueretur*, et cum *reliquiis malorum*, et *morborum*, in *corpore*, *vulnera* quoque *fortunae*, et *familiae*, *ſanarentur*, *resque collapſae* tanti viri *in maius*, *laetiusque*, reſurgerent. Prius venuſtiſſime complexus Sacer Scriptor ſub formula, *Reduxit Dominus captiuitatem*, ſiue *abductionem Iobi*. Poſterius expreſſum *adiectione in duplum*.

vſ. 11. Rediuiuae gloriae, felicitatis, et fortunae, principia, atque incrementa, exponuntur. Veriſſime dixit Philoſophus, *Florentes Amicorum turba circumſedet*, *circa adflictos ingens ſolitudo eſt*. Hoc Noſter, ſi quisquam, expertus, inter calamitates ſuas non vltimo loco poſuerat *Cap.* 19, 13. 14. Merito proinde vt primordium reſurgentis Domus memoratur confluxus *propinquorum*, et *familiarium*, partim ad *condolendum*, de *praeteritis*, partim ad *congratulandum*, atque *Natalitia* velut *Viri e ſepulcro retracti*, *muneribus*, et *donariis*, *honeſtandum*. Hic vero non vnus exoritur ſcrupulus. Diſputatur *primo* circa officium *condolendi*, et *conſolandi*, quod ſane tum ſerum, tum male locatum, videri queat. Hoc Cl. *Spanhemio* anſam dedit inducendi ὑστερολογίαν, ante reſtitutionem *hoc συμπαθείας* et *conſolationis* debitum praeſtitum ſtatuenti. Nunquam certe Vir Magnus adſciuiſſet ὑστερολογίαν, cui hic profecto, quod confidentiſſime adfirmate licet, nihil loci, ſi per commentationem perpetuam ad hunc contextum deſcendiſſet. Nunc ſeparatam tractans quaeſtionem, et magis ſpectans quid *decuiſſet propinquos Iobi*, quam quid ipſe *Iobus* eos feciſſe dicat *Cap.* 19. *pudori* quidem eorum conſuluit, ſed *honori* non litauit noſtri *Iobi*; cui et hoc Diuinitus datum, vt gratiam, amicitiamque, Eius ſtudioſiſſime iterum ambire coacti fuerint ignaui illi deſertores, qui Eum in miſeriis iacentem ne adſpicere quidem dignati fuerant. Sed *gratulatio*, inquis, cum *condolentia* parum conſiſtit, et *pudore*

dolen-

summo suffundi debuissent hi *gratulatores*, *si nullum συμπαθείας officium praecessisset*. Recte vero: et hoc ipsum ad gloriam *Iobi* augendam requirebatur, vt qui congratulatum venirent, simul culpam quodammodo deprecari cogerentur, et non sine confusione laetitiam suam significare, ac commonstrare, possent. Instas, *laetitiam*, et *dolorem*, cum *gestu*, *lugentium* in נור expresso, secum parum conuenire, ac praesertim *luctum* illum cum *solemni gratulatione* non consistere. Quidni? nam vel ex *Hypothesi* eorum, qui *Iobum* iam concipiunt *mente* simul et *corpore vegetissimum*, quin subito, et per miraculum, *Diuitem*, vultus *condolentium*, et *praeterita mala* nunc saltem *complorantium*, hosce propinquos, et familiares, non dedecuisset. Sed Cl. *Spanhemii* calculus aliter positus; supponit enim, quod lubenter admittimus, *munera a gratulantibus oblata in subsidium*, *solatiumque inopiae praesentis*. Non potuerunt ergo non *caput mouere lugentium ad instar lugentium*, dum gratarentur maximo virorum *discussas* iam *nubes*, et *spem* laetae *restitutionis* e *Coelo serenato adfulgentem*, quod tam *atrocibus malis* simul, et *calumniis*, probatissima eius virtus tam diu subiacuisset; atque etiamnum *Domus* et *Familia*, ante tot Liberis, tot opibus, florens, desolata iaceret. Sic defluimus ad *alterum* scrupulum, qui moueri solet, quem in finem haec *donaria* fuerint collata, num vt *pignora venerationis*, et *amicitiae redintegratae*, *ritu congratulantium*; an vt *collationes in remedium egestatis*, et *instaurationem rerum collapsarum*. Posterius indubitatum censet ὁ πάνυ *Spanhemius*, merito spernens opinionem quorundam, qui fingunt iam tum *Duplum* Nostro *restitutum fuisse*, Eumque *hisce munusculis parum indiguisse*. Agnoscimus in muneribus liberali manu collatis, solatium, et subsidium, rei collapsae: nec tamen dubitamus quin *donaria* haecce simul *venerationis* fuerint *pignora*, quin *Honoraria* quaedam, miro consensu soluta, ad *culpam proditi officii* quodammodo *expiandam*, et *fidelius obsequium communi* ‖ *tessera* ‖ *obsignandum*. Certe horum *donorum* similis *materia*, et *forma*, in quam ab omnibus conspiratum, aliquid *Symbolici*, ex more Orientalium, prae se fert; et si nihil aliud quam egentem subleuare voluisset officiosa multitudo, vix credibile est, tantam paritatem muneris obtenturam fuisse: quum et varietas gratior venire potuisset, et necessitas varietatem potius postularet. Discutiendus hic porro tertius scrupulus, quid vocabulo קשיטה designetur, nam de נזם satis conuenit esse *Monile*, vel *fronti*, vel *auribus*, *appensum*. De altero illo triplex tenet sententia. Prima *Veterum*, qui magno concentu tum hic tum *Gen.* 33, 19. ac *Ios.* 24, 32 *ouem*, vel *agnum* feminam, reddidere. Altera *Rabbinorum*, quos flos honosque nostrorum Interpretum sesecuti, adferens *Nummum* et quidem *signatum nota pecudis*; vti *pecuniam* a *pecude* nomen inuenisse, nemini non dictum: et *Boues*, atque alia *bestiarum* nomina, ad *nummos* ob *figuram* iis impressam translata. Tertia *Bocharti*, item stantis pro *genere nummi*, non tamen a *nota incusa*

cusa sic vocati, sed a *Radice* קשט *Verus fuit;* vnde *probae monetae* haec appellatio fluxerit, siue *materiae* ratione, siue *ponderis.* Hanc opinionem *sex* argumentis instruxit Vir Summus *Hieroz. Part.* 1. pag. 433. et *seq.* 1. Quod nuspiam, vbi de *ouium pastu, prouentu, immolatione*, agatur, haec vox compareat: vt nec in *Dial.* ea notio vspiam. 2. Apud *Thalmud.* esse *speciem nummi.* 3. A *Chald.* קשיט *verus, sincerus*, proprie *Epitheton monetae sincerae* videri. 4. Non verisimile solas *agnas*, quas *term. faem.* adferret, vel *a Iacobo datas pro agri pretio*, vel *Iobo donatas.* 5. *Iacobi aeuo desiisse res rebus permutari.* 6. *Emtionem istam Iacobi, argento factam: Act.* 7, 16. In medio interim pag. 437. relinquit, cuius fuerit valoris. Reiicit tantum *Rabbinos*, qui *Obolum* minutum induxere: et ex LXX. μνῶν pro ἀμνῶν substituens, procliuior est ad *Minam*, quae *duas agenti libras cum semisse* explet: rem ipsam aliis discutiendam remittit; sentiens, credo, *Minas* nimis grauem summam confecturas *Gen.* 33, 19. Et huic de *Minis*, et alteri de *Obelo*, sententiae, sese opposuit *Celeb. Spanhem. Tom.* III. pag. 84. et *seq. indubiae veritatis* pronuncians Veterum versionem, atque rationibus *Bocharti* destructis, *Agnae* potestatem pluribus argumentis adstruere conatur. Vt quid sententiam, iam proferam, *Ouis* siue iam *maior*, siue *tenella*, nihil habet, quo nitatur, praeter Veterum consensum; quem tamen turbant nonnihil *Ionath.* et *Paraphr. Hierosol.* qui in *Genesi* מרגלין *margaritas* dedere, a קשוט *Chald. ornatus.* Quod in *Orientalium* interpretum auctoritatem nominatim insistat Cl. *Spanhem.* quasi illis saltem fides hac in parte maior exceptione, factum nollem; nam nullis minor forte accuratio. Non etiam *leuissimum argumentum* dici, quo *Boch.* primam suam rationem adstrinxit, *quod nullum in vicinis Linguis Chald. Syriac. Arab. Aethiop. Samar.* illius notionis vestigium compareat. Est multo grauissimum; tantique ponderis, vt si *Ouis* significatio ex *Dialecto* vel *Aramea* vel *Arabica*, etc. sub *Radice* קשט sisti queat, in ea tuto quiescere autumem: sin minus, dubiam, et intutam, eandem semper mansuram, pro captuque, aut arbitrio, cuiusque fluctuaturam. Si *Thema* קשט, cuius deriuatum *Koschet* bis occurrit pro *Veritate Ps.* 60, 6. et *Prov.* 22, 21. exploratius fuisset quoad *Originem*, transactum, credo, fuisset. Eam ex *Camuso* sic recludo: *Forma* קְשָׁט *exprimit rectitudinem, et iustitiam exactam: item portionem et sortem: nec non mensuram dimidium satum capientem, quae Sacrae lotioni adhibetur: porro legitima pars rei cuiuscunque, et iusta quantitas, et demensum, et libra, siue statera.* In *Gjauhario* adhuc clarius primaria vis ponitur in *rectitudine pedis, nulla curuatura flexi.* Hinc notiones omnes dimanarunt; inter quas illa *Librae*, vel *staterae*, conuenit cum שקל *librauit*, vnde *Siclo* nomen impositum: vt *quantitas iusta* ad *numerumue*, vel *pondus exacta*, conferri posset cum מנה *Mina*, vel *certa siclorum portione.* Tale quid sub nostro קשיטה contentum, *form.*

part.

vſ. 12. Et Iehoua benedixit extremo Iobi, prae principio eius; et fuerunt ei quater decies mille oues, et ſexies mille cameli, et mille iuga boum, et mille aſinae. *vſ.* 13. Et fuere illi ſeptem filii, et tres filiae. *vſ.* 14. Et

part. Pehil, quamuis *ſumma* ipſa necdum finiri queat, omnino autumem. Quod porro attinet ad *Symbolicam vim*, quam *communes* hae *teſſerae Fidei*, et *Amicitiae*, ab omnibus *vna* quaſi *manu*, *voce*, *mente*, oblatae, videntur exeruiſſe; nos vtique *maſſulam auri ad ſtateram exacti*, capimus pro *Symbolo Virtutis* et *Fidei*, *quae inſtar auri e Fornace emicuiſſet*; atque *monilia aurea* referimus ad *ornamenta honoris* et *gloriae*, quibus *praefulgere* meruiſſet fortiſſimus miſeriarum Victor.

vſ. 12. Nihil hic, quod lucem poſtulet. Oſtenditur, vt *vſ.* 10. dictum erat, eo tandem creuiſſe Fortunas inſtauratas *Iobi*, non ſimul, et ſemel, ſed ſucceſſione annorum, vt opulentiam Viri vere conduplicatam ſingulari Dei prouidentia, atque benedictione, agnoſcerent et admirarentur omnes. Illuc manifeſto ducunt *poſtrema Iobi benedictionibus aucta*, et *cumulata*, *prae primis*: vt vel hinc meliora ſapere debuiſſent, qui omnem hancce abundantiam vno quaſi momento per miraculum, vel miraculorum potius congeriem, veniſſe volunt.

vſ. 13. Supra modum ineptus *Nachmanides*, quum ex ב in שבעה elicit Noſtro *eosdem*, quos ante habuerat, *liberos* reſtitutos; qui non occiderint, ſed occidiſſe crediti fuerint, *Satana praeſtigias* oculis *obiiciente*. Paradoxe *Tertullian.* de *Patient. Cap.* 14. *Liberos reſtitutos* negat, *orbitatem voluntariam ideo ſuſtinuiſſe* Noſtrum tendens, *ne ſine aliqua patientia viueret.* Errorem inde natum ſuſpicatur *Pamel.* quod mutilato codice vſus fuerit. *Spanhem.* ſuſpicatur Eum haec interpretatum *de prioribus liberis*, q. d. textus, *fuerant autem Iobo ſeptem filii* etc. Dicerem potius cum *de Pined.* et *Rigalt.* eum loqui de *orbitate eorum quos amiſerat.* Patet ex adiecta ratione: *Maluit in illo Die reddi. Tantum gaudii*, *ſecurus de Domino*, *diſtulit.* Si eos recipiſſet nempe, *Familia quoque conduplicata fuiſſet.* Obſtat tamen nonnihil, *Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet*, *pater iterum vocaretur*; quamuis nodus vtcumque ſolui poſſet.

vſ. 14. Cur ſuppreſſis *Filiorum* nominibus, *Filiarum* illa appoſita ſint, quaeri ſolet. Ad *myſterium* confugiunt Veteres, mire ludentes in Etymis *Iemimae*, *Ketſiae*, et *Kerenhappuchae*, ſiue *Dianae*, vel *Diei*, *Caſſiae*, et *Cornu Stibii*, vt *Vulgato* haec conuertere viſum. In his inueniunt totidem *Characteres Eccleſiae*, quae cum *ſplendore lucis*, coniungat *Odorem* fragrantiſſimum *virtutis*, vt tota *pulchra ſponſo ſuo ſiſtatur.* etc.

Alii

Et vocauit nomen primae Iemima, et nomen secundae Ketzia, et nomen tertiae, Keren Happouch. *vs.* 15. Et non inuentum, *quoad* pulcras mulieres, sicut filiae Iobi, in tota terra; et dedit illis pater earum haereditatem inter fratres ipsarum. *vs.* 16. Vixitque Iobus post haec centum et quadraginta annos, et vidit filios suos, et filios

Alii *Symbolicas* has faciunt appellationes, quibus *Familiae suae rediuiuam lucem, famam, gloriam*, repraesentatam voluerit Fortunatissimus pater. Cl. *Spanhem. Cap.* XV. *Hist Iob.* copiosissime de omnibus hisce commentatus iucundum nobis facit otium. Fecerat et Erud. *de Pined.* longe lateque tanquam per amoenaj vireta hic spatiatus.

vs. 15. Constructio non mollis, לא נמצא נשים. *Merc.* supplet דבר, quasi χρῆμα *mulierum*, credo. *Cocc.* et *Schmid.* ad *Impersonale* recurrunt. Adde *Ellipsin*, in h. s. *Et non inuentum* quoad *mulieres pulcras, sicut filiae Iobi* etc. הם *illi* alibi quoque *communis generis.* Simillimum *Num.* 27, 7. Quod *Haereditas Filiabus* aeque ac *Filiis* dicatur attributa a Nostro, aliquid istis moribus, temporibusque, alienum, indicat. *Rabbini* ob *formam eximiam* id factum docent. Quid eos adfecerit, cernere est. Sanius, saltem, et consultius, qui *Virtutem* earum meruisse existimant. Verus scopus, si bene collineo, ostendere *Iobi aequitatem*, et *iustitiam* illam *exactissimam*, qua non tam *Ciuitatis*, quam *Naturae, legibus* obtemperandum sibi censuit. Sed desino: non enim nostri haec fori. Cl. *Spanhem. Cap.* XV. observat ex Iure *Hebraeo*, vbi mascula proles adesset, Haereditatem ad solos filios pertinuisse, *Num.* 27, 8. Consimiliter sanxisse alias gentes bene multas. At *Arabum* ius, quod *Muhammedes Alcor. Sur.* IV. firmarit, tulisse, *vt filius cum filia vnica diuideret haereditatem. Idem ergo videri obtinuisse in iis locis inde a Iobi aetate, quum in Arabia inde ab antiquissimis temporibus Faeminas imperasse, ac succedisse, constet.* Subiungit, *huius rei intuitu factum, vt Scriptor Historiae Iobi exertim meminerit aequalis illius distributionis* etc. *Siquidem, quicunque tandem ille, Hebraeus fuerit, Mose posterior, lata iam, quo haec scriberet tempore, de* successione Masculorum *Lege* etc. Iustis Dissertationibus haec delegantur.

vs. 16. Ingens dissidium circa *numerum annorum Iobi.* Varias opiniones discussit *Celeb. Spanh. Cap.* XII. In *defectu* I. peccatum a nonnullis, qui hos CXL. *annos*, ad *totum vitae Iobae spatium* retulere. In *excessum* II. abiit *Bolduc.* CXL. *annos vitae felicioris* inchoans, postquam *Familia Iobi* laetissima hac sobole refloruisset, quin *Filiae, plenis nubiles annis, iam maritis cum*

Haere-

filios filiorum suorum quatuor aetates. *vs.* 17. Mortuusque est Iobus senex, et satur dierum.

Haereditatis parte traditae essent. Vt nihil non isti ingenio peruium, interuallum XXX. *annorum* his assignat: atque ita *Vulgatum*, scilicet, cum *Sept. Int.* conciliat, qui *Annos* CLXX. aeui restituti *Iobo* dant; atque vitam ad CCLV. annos, et vltra, extendunt: quamuis nonnulli Codices non perueniant ad tantam summam. Mitto alios adhuc calculos de CCXX. vel CCXVII. annis vitae, et venio III. ad computum *Iudaicum*, quem *de Pined.* aliique comprobarunt. Is exhibet annos CCX. ita subducendos, vt *Septuagenarius* fuerit Noster, quum *calamitates* ingruerunt. Has *vnum* modo *annum* durasse ponunt: adduntque, vt et *aetas conduplicetur*, bis LXX. Placuit numerus *Rabbinis*, vt Viri aetas exactissime responderet mansioni *Israëlitarum* in *Aegypto*, quae CCX. annis circumscribi solet; quasi natus esset Noster ipso anno descensus, denatus ipso anno adscensus. Posterius friuolum. Prius forte defendi posset. Saltem *Petauiana* subductio IV. quae CLXXXIX. finit, magis adhuc arbitraria, et libera, videtur. Ea supponit *tentationes ingruisse* ad *annum* L. easque vnius anni spatio terminatas. Prudentior ratio Illustr. *Grot.* et *Spanhem.* V. qui *indefinitum ambitum* tenent, *ad Ducentos annos* excurrentem. Supponitur *Quinquagenario* haud multo maiorem fuisse Nostrum, quum conflictari coepit; et *aliquot annos in calamitate transactos*. His aliisque, quae ad *vniuersam Iobi Historiam* pertinent, aliae curae debentur, quae, Deo dante, Accessionem, et Complementum, facient huius Commentarii.

FINIS.



INDEX

INDEX
LOCORVM S. SCRIPTVRAE.
QVI OBITER ILLVSTRANTVR.

GENESIS.

Cap.	vſ.	pag.
III,	8.	182
IX,	14.	52
XXVIII,	14.	17
XXIX,	34.	59
XXXI,	30.	336
XLII,	18.	541
XLIX,	3.	578
- -	6.	493

EXODVS.

XX,	4.	106
XXIII,	8.	299
XXXII,	25.	101
XL,	35.	52

LEVITICVS.

XI,	43.	407

NVMERI.

IX,	7.	832
XXII,	32.	376
XXVII,	4.	832
XXX,	6.	756

DEVTERONOMIVM.

IV,	12.	106
VII,	10.	19
- -	25.	568
XXVIII,	61.	316
XXXII,	11.	208
- -	24.	152
- -	31.	716

IOSVA.

XIII,	22.	375
XXIII,	13,	14

IVDICES.

V,	26.	482

RVTH.

Cap.	vſ.	pag.
III,	12.	284

I. SAMVELIS.

I,	6.	905
-	16.	119
-	28.	11
XIV,	47.	72
XV,	2.	21
XXIII,	27.	22
XXV,	10.	18
XXVI,	12.	103

II. SAMVELIS.

VI,	6.	18
XII,	16. 17. 18.	37
XVIII,	12.	30

I. REGVM.

V,	1.	11
VII,	23.	536
- -	37.	537
XIV,	10.	461
XVIII,	21.	103
XIX,	12.	108

II. REGVM.

III,	19.	149

II. CHRONICORVM.

XXI,	7.	11

ESDRAS.

IX,	3.	37

NEHEMIA.

I,	4.	37
-	7.	796

PSALMI.

Pſalmi	vſ.	pag.
VII,	5.	559
XII,	6.	142
XIV,	4.	122
- -	15.	107
XVIII,	9.	144
XXI,	6.	365
XXXI,	21.	80
- -	22.	153
- -	4.	469
XXXIII,	10.	756
XXXIV,	1.	167
- -	6.	49
- -	13.	241
XXXV,	2.	28
XXXVII,	1.	127
- -	3.	541
- -	34. 35.	128
XXXVIII,	9.	81
- -	12.	35
XXXIX,	12.	118
XLIII,	4.	78
XLVI,	3.	365
- -	4.	382
L,	19.	18
LI,	8.	881
- -	11.	65
LII,	7.	16
- -	ibid.	434
LVIII,	7.	96
LXII,	3.	732
- -	11.	200
LXVIII,	22.	150
LXXIII,	12.	508
- -	14.	201
LXXV,	5.	382
LXXXIV,	3.	336

Psalmi vs. pag.
LXXXVIII, 16. 820
XCIV, 17. 390
XCV, 4. 546
CI, 8. 201
CII, 5. 157
- - 6. 439
CVII, 9. 876
- - 29. 108
- - 41. 146
- - 42. ibid.
CXV, 17. 390
CXIX, 60. 459
- - 84. 315
- - 113. 103
CXL, 9. 694
CXLVII, 17. 877

PROVERBIA.
Cap.
I, 17. 411
III, 8. 509
IV, 11. 410
VI, 11. 14
- - 30. 438
IX, 18. 593
XII, 19. 194
XIII, 13. 796
XVI, 7. 156
XVIII, 20. 480
XIX, 13. 162
XXI, 16. 593
- - 18. ibid.
XXV, 19. 174
XXVI, 4. 5. 223
XXX, 2. 277
- - 4. 596

ECCLESIASTES.
III, 14. 832
- - 15. 47

CANTICVM CANTICORVM.
I, 6. 3
VIII, 6. 138

IESAIAS.
I, 7. 566
- 25. 245
II, 6. 344
Cap. vs. pag.
III, 8. 391
- - 14. 565
VIII, 6. 348
- - 15. 142
IX, 7. 21
XIII, 8. 422
- - 20. 361
XIV, 10. 511
- - 14. 227
- - 18. 70
XVI, 9. 131
XVIII, 7. 665
- - 15. 131
XXI, 4. 63
- - 12. 399
XXIII, 1. 301
- - 12. 68
XXIV, 17. 134
XXV, 4. 566
- - 10. 791
XXVIII, 2. 131
- - 24. 896
- - ibid. ibid.
XXX, 3. 303
- - 19. 437
XXXIII, 1. 363
XXXIV, 11. 636
- - 19. ibid.
XXXV, 4. 144
XXXVII, 31. 20
XXXVIII, 12. 120
- - ibid. 193
XL, 10. 145
- - 27. 79
XLIII, 9. 604
- - 19. 153
XLIX, 21. 57
LI, 21. 708
- - 23. 141
LIII, 3. 4. 149
- - 11. 263
LIX, 3. 525
LX, 6. 880
LXVI, 5. 62

IEREMIAS.
III, 5. 202
V, 1. 14
Cap. vs. pag.
V, 31. 20
VII, 29. 24
IX, 16. 58
XV, 8. 571
XVII, 9. 110
XVIII, 21. 151
XXIII, 9. 104

THRENI.
I, 20. II, 11. 381
II, 14. 25. 167
III, 43. 44. 80

EZECHIEL.
III, 15. 38
VII, 5. 237
- - 10. 90
XIII, 10. 25. 167
XV, 7. 15
XXI, 13. aut 18. 91
- - 16. et 21. 15
- - 27. ibid.
XXV, 6. et 15. 13
XXX, 9. 20
- - 18. 47
XXXVI, 29. 30. 152

DANIEL.
IV, 1. 129

HOSEAS.
II, 8. 16
V, 12. 118
VII, 9. 37
- - 11. 715
IX, 1. 78
- - 6. 153
X, 11. 896
XI, 8. 53

AMOS.
II, 7. 563
- - ibid. 965
V, 8. 47

OBADIAS.
Vers. 12. 54

MICHA.
I, 8. 298
- - 16. 24

NAHVM.
I, 3. 53

Cap.	vs.	pag.
I, 11.		583
III, 16.		22

HABACVCVS.

I, 4.		798

Cap.	vs.	pag.
- -	10.	154
II, 16.		491
III, 15.		381

HAGGAI.

II, 19.		23

ZACHARIA.

Cap.	vs.	pag.
IV, 10.		14
VII, 5.		424
IX, 3.		623
XI, 14.		6

INDEX
VOCVM HEBRAEARVM, ETC.
QVIBVS ALIQVID LVCIS ADFVNDITVR.

א

אבב. Hinc אב pag. 213
אבד 121
אבד מנוס 283
אובד 720
אבה 241
אבה עבד 894
אב 672
אביוח אבה 241
אבירן 146
אבן 636 et 640
אבני השדה 155
אבן אפל וצלמות 636
אבר in *Hiphh.* האביר 910
אגם 952. et 707
אגם Hinc
אגמון 933 et 952
אהל in Hiphh. האהיל 587
אהל 221. et 433
אוב 749
אור 533
אור Hinc
מאד 39
אול et
אוליל 128
אולי 9
און p. 136 et 464
אור 60. 409. 847 et 852
אוז Rad. אזז
אז 68
אזל 331
אזר. Vnde אזור 297
אחד 557 et 718
אחד pro אחדת 238
אחי pro אחו vel אחה 5
אחו 709
אחוה 6
אחו Hinc Prov. 212
אחו בלי מים ibid.
אחז 422
אחח Hinc
אח *focus.* 212
אחר 219
אטט 348
אטו ibid.
אי 549
איה 807
איפה 93
איד Rad. אדד
איד 414. 500. et 722
איש 1 et 2. it.
אישון 1
אכל 476
אכף 753
אל p. 132
אלה Hinc
אלוה 3
נאלח in Niphh. 352
אלל Inde
אלילי 262
אמה vnde אמהות 435
אמם 977
אם 218
אם et אם לא 391
אם *mater* 217
אמן in Hiphh.
האמין 112
לא האמין 909
אמונה 113
נאמן 299
אמנם ab אמן cum ם affix. 284
אמץ 89
אמץ ב פי 370
אמיץ כח 224
אמר verb. 42
אמר nom. 486
אנן Hinc adſumpto ס שלה
שלאנן contracte
שאנן 507

בנה חרבות in p. 69
בן 902
בן רשף 137
בנשחץ 968
בעל 739
בעת 54
בצע 613 sq.
in Pihhel 169
בצץ
בצה 212
בצר hinc Saegolat. בצר
et בצרה 545
בקש 48 sq.
ברה origo ברא 846
ברח in Phraſ.
נחש בריח 605
ברך 10
ברך אלהים 32
ברר hinc בר 889
בשר 439. 441

ג

גאה 264
גאל 50. 51
גבב inde גב 309. 359
גבה 803
גבן 257
גבנה 257
גבר 124
התגבר 358
גבר nom. 44. 124
Hinc גבש
It. גביש
אבני אלגביש 650
גדל 199. 200
גדל כאב 38. 39
In Partic. Paſſ. גרש
גדיש 160

אנף vnde אף p. 182.
231. 408 et 928
אנש hinc אנוש 2. 103.
et 116
אסף in Niphh. נאסף
627
אסר in part. paſſ. אסיר
74
אף, pro אף כי 116
אפל 55
אפל צלמות 268
et ערב ex ערפל
ſub ערב.
אפס 194
אפק Inde
אפיק Vid. et ſub
פוק.
אפיקי מנגים 947 ſq.
ארב 715. 886
ארח inde ארחה 178
ארך cuius Hiphh. dat
האריך נפש 171
ארץ 142
ארר 58
ibid. ארדי יום
אש 132
אשר 792
אתה 81. 82. et 387

ב

ב 197. 545. 557. 799
בגד 173 ſq.
בדד vnde בד pl. בדים
943
בדי עור 415
בדה vnde pl. בדים 270
בהל 90. 413. 560
בהם Rad. בהמה 407
בהיר hinc ברר 852
בוא p. 90. 159
שוב ובוא 399
בוא לפנים 312
הביא אלוה בירך 289
חבואה 717
בוב hinc ביב 277
vid. ſub איש כבוב
נבב
בון inHiphh. הבין 406
החבונן 560
בוץ vel ביץ Them. בזז
ברוצה 888
בוש 178
בחן 200. 293
בחר 775
בחר דברים 232 ſq.
בטח 281
בטח implet. 416
בטחות vnde בטחה
289
בטן 25. 343. 366
בית quod et בות 400.
491
בית חמר 115. 116
בית עכביש 215
בית אבנים 216
בכה 710
בכי 645
בכור hinc בכר in for-
mula בכור מות 414
בלג In Hiphh. הבליג
243
בלה 418 ſq.
בלהה 413. 577
בלל Rad. בלל עד 166
et 412
בלע 29 et 255
בלע ריק 201
במה 226

גור hinc
גר et גרה p. 689
גיחון Hinc גיח vel גוח 862 et 928
גול 78
גיל ib.
גיע 65. et 66
גר hinc גור Vnde
גר בית 434. 435
מגור 421
גוש thema eſt גשׁשׁ
גוש vel גושׁ 192
גזז 24
גזע 330
גחל 953
גלל 380
גלה 301
גלל 461. 462
גלגל hinc
התגלגל 697
גמא 909
גמא 212. Prouerbialiter גמא בלא בצה ibid.
גמד hinc
גלמוד 56
גמל Hinc
גם 33. 385
מגמה 33
גנב 501
דבר גנוב 98 et 99
גנן hinc
גנה et גן 216
געה 166
געל 492
גרד 31
גרע 347
גרע נטפי מים 832
גרר hinc
גר p. 638

ד

דבק 714. 885. 949. et 955
דבר 141
דבר דבר אליו 38
דבר n. 87. 99. 272
דברה 141
דוה Hinc
דוה 168
דוך 118
דרן 954
דוש 900
דחה 882
דכא 118
דלה Rad. ex cuius דלה vel דלח ſunt
דלתי פנים 946
דלחי בטן 64. inde,
בדלתים ים 862
דמם 108. 681
דממה 108
דעך 177
דקק Hinc
דקה 108
דרך 227
דרש 48

ה

ה *interrogativum cum affirmatione* 125. 212. Hinc *ſane* 90. 91. 122. 535. *ecce* 125. 212. 460
הגה 840
הדך 918
הדף 420
הוא p. 79
מי הוא 92 et 93
הוה 162
הוה n. 162. 184. 696
היה 72. 170
למשא היה, vel
לטרח על vel ſeq.
אל 203
היה עם לבב 260
הכר 425
הכרח פנים ibid.
הלה Hinc
תהלה 113
הלך 5. 14. 15. 341. 569
הלל 663
המה Hinc
המון 732
הן 112 et 498
הפך *Niph.* נהפך 469. in Hithp. התהפך 866
התל 391

ו

זהב 70. et 853
זהם 762
זוה Hinc
מזיח vel מזח 300
זור 434. 900
זחל 743
זבך 208
זכר 91. 309 et 489
זכר מלחמה 838
זכרון 389
זמם Hinc
זמה 399
זנב 922
זעך In Niphhal
נזעך 388
זעק

זעק in Hiphhil
הזעיק p. 805
זקן in Hiphh. הזקין
330
זקק 832 sq.
זרח 225
זרע Vnde
ציק זרוע 532
זרק 36

ח

חבא 670 et 877
קול נחבא 670
חבל verb. 388 et 796
חבל nom. 411. 501.
694. 889
חבר Hinc
החביר בשלים 370
חבש 150
חבש אף 785
מכבי גהרות חבש
645
חדה 55
חדל 267. 329 et 434
חדר 229 et 844
חדרי חימן 229
חדש Hinc
חדשה 265
חוה vnde אחוה 312
חוץ 141
חוש 459
חזה Hinc
חזיז 659
חזיז קולות 875
חזק 88 et 145
החזיק in Hiphh. 28
חטא 157
חיד Hinc
חידה 386
חיה p. 123
חית הארץ 154
חיל foem. חילה 170 et
473 sq.
חין vel חון radix ob-
soleta, quae origi-
nem dedit voca-
bulo
חין 944
חכה 77
חכך Hinc
חך 184 et 751
חכם 124 et 142
חכם לב 236
חכמות vnde חכמה
58 et 124
חלב 510
חלד Hinc
חלד 280
חלה Hinc
חלה פנים 282
חלל 571
חליל Hinc
חלילה לו מ' 779
חלם 889
חלף 266. 275. 329 et
482
חליפה 266
חלק 394
חלש 331
חמל Hinc
החמיל על 468
חמם 177
in Pihh. חמם 899
in Hithp. התחמם
721
חמם 366
חחמם 898
חמר 381
פנים חמרמר p. 381
חנה 437 et 923
חנן 436 et 440
חנם 29
חנף
הנף לב 819
חנק 198
מחנק ibid.
חסד in part. paſſ.
חסיד 33
חסר 173
אברה חסידה 898
חפף Hinc
חוף it. חפה 755
חפץ 304
חפץ nom. 504 et 524
חפר 282
חופר 907
חפש in Hithp. התחפש
700 sq.
חצץ a חצה, quod eſt
חץ a 504
חקה Hinc
על שרשי רגלים התחקה
319
חקק Vnde
חק 601 et 1074.
557 et 559
חקר Hinc
חקר אבות 209 sq.
חרב 145
בנה חרבה 69
חרה Hinc
חרון אף 480
חרס Hinc
חרס item
שער החרסות 31
חרף 610
חרף nom. 665 et 666
חרץ

חרץ et חרוץ p. 962
חרר Hinc
אחר pro אחרר 219
חרש 31
חשב 142 sq.
חשך 47. 60. et 370
חשך 47. 48 et 144
חתם 357 et 760
יומם החמר 576
חתם ביד 419. 843
חותם 948
חמר חותם 866
חתך 230
חתת 495 et 747. it. 965

ט

טוב 495
טוח Hinc
טחות 881. quod tamen nec incommode a טחה.
טול in Hoph. הוטל 939
טוש 242
טחה Hinc
מטחוי קשת 881 sq.
טהן 716
טמה 407 sq.
טמן 71. 442 et 483
טמון 918
נפל טמון 71
מטמון 78
טעם 167 et 299
טפל Hinc
טפל שקר 305
טפל עלי עון 338
טרה Hinc adiecto פוש
טרפש 768

טרח in Hiphh. הטריח
Hinc
הטריח עב p. 846
טרף 373

י

יאל 169
יבש 295
יגע 473. Hinc
יגיע 73
יגר 83
יד 152. Hinc
יד חרב ibid.
יד קדים 630.
143. 464
על יד 20 et 375
ביד 357
הביא אלוה ביד vid. sub בוא.
ידע 156. 357 et 502
ידע בינה 859
ידע על 849
לא ידע 211. 224
דעת רוח 343
מדוע 490
יום 5 et 40
כל הימים vnde 11. 49. 53. 55. 240. 327. 421 et 422
נכחן היום 357
ארר יום vid. sub ארר.
יומם 144
יחד 163 sq. et 255
יחל 171
יכח in Hiphh.
חוכיח 148. 180 sq. 387 et 554

in Niphhal נוכח p. 554
ילד 278
ילה 113
ילך 196 et 624
הוליך שולל 296 sq.
ילל 262
ים 331
ימן vnde חימן 229. it. 910. Hinc
חדרי חימן vid. sub חדר.
ינח 404 sq.
ינק in Part. יונק et יונקת 216
יסד 117
יסף Hinc
אל תוסף 838
יסר 88
יכור 912
מוסר 297
יסת 28
יעד in Hiphh. הועיד 235
יעל in Hiphh. הועיל 696
יעף 546
כסף תועפות ibid.
תועפות ראם ibid.
יפע in Hiphhyl הופיע 50 et 251
יפעה 50
יפת 396
יצא 19. 136. 668
in Hiphhyl הוציא 211
מוצא 634
יצב 11
in Hithp. התיצב ib.

כ

כאב in Hiphhyl.
הכאיב p. 148
כאב nom. 38
מכאב 149
כבד in Hiphhyl הכביד
Hinc הכביד אכל 835
כביר 347. 348 et 723
רוח כביר 206
כבד Hinc כידור 358
כה 11
כהה 396
כהן 297
כוד Hinc
כיד 503
כידון 909
כידודי אש 952
כוח 179. 581
כום 228. Hinc
כימה 229
כון Inde
בן 187
על כן 792
לכן 458
נכון היום 357
תכונה 552
כזב 183
כזר Hinc
אכזר 703 et 1182
לא כחד inde כחד
353
כי 126. 210. 475 et
802
כך 11
כלה 196 et 454
הכלות 599
כלח 158
כולח p. 159
כלל Hinc
כל 18. 582
כלם 424
כמר 53
כנה in Pihhel, כנה 750
כנן 210 et 718
כנע in Hiphhyl
הכניע 917
כסה 511
כסה פנים בחלב
359 seq.
כסה nom. 598
כסל 214. Hinc
כסיל 228
כסף 336. Hinc
כסף 71
כעש 127 et 162
כפן Hinc
כפן 153 sq.
כפף Hinc
כף 314
כפה 366
כפת Hinc
כפתים in pl. כפת
877
כרה 182. 907. 936
כרע 89. 715. 888
כרס Hinc forte
כסא vel כסא pro
כרסה 598
כשל 88
כתב Hinc
כתב על מרדות 316
כתר 812
כתת 119 sq.

ל

ל 101. 173. 181. 209.
417. 707. 760
לא

יצג Hinc
הציג למשל p. 395
יצק 885. Hinc יום מוצק
it. ראי מצק it.
יסוד יוצק 536 sq.
אבן יצוק 635
צור יצוק 668
יצוק עליו 955
לב יצוק 956
מוצק 279
יצר 397
יקץ 7
ירא 3
אל תירא 155
ראה וירא 179
יראה 344
ירחי־שוא vnde ירח
188
ירט 376
ישב 886
in Hiphh. השיב
361. 815
ישה 142. Hinc
יש 126
תושיה 142
ישח Hinc
שחת 246
ישן 67. Inde
שנה ibid.
ישע 130 et 141
ישר 92 et 840
יתח Hinc
תותח 960
יתן Inde
איתן 298
רוב עצמים אחן 761
יתר 123. Hinc
פתח יתד 693

לא p. 84. 91. 178 sq. 195. 225. 627. Hinc
לא נסע 123
לא נכחד 539
לא נרע 211
לא שמר 337
לאה 87
לבב Radix לב 277 et 610
לבב 671. Hinc
לבש רמה 191
לבש הוד והדר 917
לבוש 701. 945
לדד 139
לדע Inde Particip. praef.
לדע in foemin. 843 sq.
לדעת
להב 953
להב חנית וכידון 909
להבה 138 et 363
להה Hinc
מהלהלת 113
להט 953
להן Hinc
מהלהלה 113
להש 953
להן Hinc
להן שוע 706
לו 161
לוד 139
לוה 59. Hinc
לויתן 930
לון 894
לנה עין 391
לנה משוגה 426
לון על־אבוס 894
לוע Hinc
דברים לעו p. 163
לוץ 386
מליץ ibid.
לוש 96. Hinc
ליש 97
לחם 81
ליל 62 et 807
לילה עורר לויתן 60
לכד 143
לעג 239
שוט ילעג ibid.
תלעיג 488
לקח 271 sq.
לקח באזנים 101
לקח doctrina 271
לקש 565
לשן Hinc
לשון 152
לחץ 96
מלחעה ibid.

מ

מאום cum ה parag.
מאומה 714
מאס 192. 199. 973
In Niphhal
נמאס 192
מדד 190. 659. ex Pihhel inde
מדד ערב 190
מדה 659
מה 310. 456
כמה 315 et 501
מהר in Niphhal
נמהר Hinc
עצה נמהרה 143
מוג Hinc
המגגי חושיה 704
מוה Hinc
מו p. 435
מוח 510
מום 279
מון Hinc
המונה 107
מור Hinc
תמורה 474
מוש 557
מות 65. 123 et 152
המית 128
ממית vel ממות 763
בכור מות 414
מחץ 149 et 603
מטר 682 et 833
מיה et מוה Radix מה
מי in pl. מים 81. 533
מלא 343 sq.
תמלא 366
מלא בטן 480
מלא חיה 886
התמלא על 374
מלח Hinc
מלוחה 688
מלט 21
כידוד אש התמלט 952
מנה 189
מנן Hinc
מן 109. 144. et 722
אל מן 132
מנע 469
מסס Hinc
מס חסר מ seq. 173
מסה 239
מצא 552
מרה 550
מרץ, *Niph.* נמרץ phr.
נמרצו אמרים 180
in

in Hiphhyl. המריץ p. 369
מרר Hinc
מר נפש 76 et 197
מריר 53 sq.
מררה 379. 483
משך 651
מושכה 877
משל 395. 966
משל אפר 304
משש Hinc
כלילה ימששו בצהרים 144
אמש 688
מתה 276
מתים 271
עיר מתים 572

נ

נבב
איש נבוב 277
נבט in Hiphhyl
הביט 658
נבך Hinc
נבכי־־ים 870
נבל 33 et 339
נבלי שמים 883
נגד in part. pass.
נגיד 738
הגיד חלק et הגיד לחלק 394
נגר 458
נגש in part. praes.
נוגש 890 sq.
נדב 299. 698
נדיב 33 et 299
נדיבה Hinc
רוח נדיבה 698
נדם p. 681
נדף 315 sq.
נהם 81
נהק 166
נהר 49
נהרה ibid.
נוא vel גיא Hinc
הניא לב 755 sq.
תנואה ib.
נא 18
נוד Hinc
ניד et
ניד שפתים 370
נוה 127
נוח 68 et 83
על עפר נוח 403
נול 363
נוף Hinc
הניף יד על 721
נזל 834
נחה 302 et 878
נחל 190. 638
נחלה 486
נחם Hinc
נחם חבל 520
נחמה 170
מנחם עמל 369
נחר foem. נחרה 907
נחת 822
תחת 791
נטה Hinc
נטה שמים 226
נטה צפון על־־תהו 595
נטה לארץ 363
נטף Hinc
נטפי מים 832
נטר 202
מטרה 378
נכד p. 712
נכה 31 et 288
נכון Hinc
גרן נכון 288
נכר Hinc
הכיר פנים 790
נכר saegolat. 712
נכת 120
נלה 363
מנלה ibid.
נמר 391
נסה 85
נסע 123 et 959
מסע pro מנסע 959
נסת vnde הסית 28
נער 819 sq.
נפח Inde
הפיח נפש 739
מפח נפש 283
נפל 21. 71 et 103
נפל מן 286
הפיל 183
מפל hinc
מפלי בשר 955
נפש 168. 198. 571
האריך נפש 171
נפח v. sub מפח נפש
נצב 11
נצה in part. praes. f.
נצה 898
נץ 910
נצח Radix τȣ̃
נצח saegol. 121 et 798
נצל in Hiphhyl
הציל Hinc
אין מציל 131
נצץ Hinc forte
נץ 910

נצר

נצר Inde
נצר אדם p. 201 sq.
נקב 58 et 129
נקד 121
נקה th. ד
נקי 92
נקט 249. Hinc
נקטה נפש בחיים ib.
נשא 162. 494
sequente ב 198
כמעט נשא 751
נשא משל 607
נשא עינים 38
נשא פנים 977
נשחי לא אחבל 796
נשה 290
נשם Hinc
נשמה 94
נשמה 845
נשף Hinc
נשף 60 et 190
נחב Vnde
נחיב 442 et 696
נחך 81
התיך 256
נתן 26 et 325
נתע Hinc in Niphhal
נתע 96
נתץ 431
נתק 416
נתר 169
לב יתר ממקומו 839
התיר יד 169

ס

סבך 216
סגר 63
סגר עד 294 sq.
סגר בטן 63 sq.
הסגיר p. 275
סגור 948
סדר Thema ד
סד 318
סדר Inde
ארץ סדרים 268 sq.
סוד Hinc
שמע בסוד 346
סוס
סוס Inde
סיר מן 792
הסיר שפה לנאמנים 299
סות in Hiphhyl
הסית 28
סבך 79 et 80
סכה 886
סכסך 937
סכן 522
נסכן 540
סלד 170
סלה 648
סלף ex Pihhel dat
סלף איתנים 298 sq.
סמר 105
סעף cuius
סעיף 102 sq.
ספה Hinc
סופה 501
ספח Hinc
תחת חרול ספה 691
ספיחים in pl. ספיח
340
ספק 790 sq. et 799
ספק אמרים ibid.
ספר 884
ספר 442
מספר 355
שנות מספר 387
מספר שניו p. 831
סחר 65. 80 et 307
סחר פנים 315
לא סחר 314
דרך נסחרה 79
הסתיר דבר מעינים 65
הסתה vnde סתח 28

ע

עבר 4. 5. III. 817
עבדה 4
עבה Hinc
עבי it.
עבי גבי מגבים 359
עבר 174. et 354
על seq. 310
שור עבר 491
עובר השביל 518
עברוח אף 917
בעבור 459
ענם Hinc
ענים et
עגמה נפש 707
עדה 643. 1143
עדי et עדה 265
עד 23. 327
עד־ירח 587
ערן Hinc
מערנה in pl. מערנות 877
עור in Hiphh.
העיד 667
עור 787 sq.
עול 147
עויל 437
עון Hinc
מעונה foem. מעון 844. 886
עוף

עוף p. 268 et 281
עיף 531
עיפה Hinc
ארץ עיפה 268
עפעף pl. עפעפים 61
על עפעפים צלמות 382
עור 59. 60 et 208
החערר 398
עיר 570 sq.
עיר פרא 277
עוש Hinc
עש 227
עיש 878
עזב 469
עזב פנים 243
עזב שיח 250
עזב לארץ ביציה 899
עזז 842
עזר 232
עזר רחב 231
עטן inde
עטין 508
עטף 923
עטש 950
עין 61 et 396
עיני בשר 252
עכב et
עכש inde
עכביש 215. hinc
ביח עכביש vid. sub ביח
עלה 160
עלה נדף 315 sq.
על 253. 337. 383 545 567 sq. et 955.
עלל 380
עלעל et contracte, עלע 911
עלם Hinc
עלום p. 465
החעלם 175
עלס 897
עלע 911
עמד 669 et 789
עמד 164 sq. et 265
עמור 225. hinc
עמודי הארץ ibid.
עמל 76 et 136
עמם Hinc
עם *populus* 284 et 421
עם *cum* 242 et 260
עמק 896 et 907
ענג in Hitpah.
התענג 616
ענה 40. 125. 270. 745. 750 et 854
בפנים ענה 372 sq.
ענו 563 sq.
עני 699
ענן 52
ענן foem. ענגה ib.
ענק 359
עפר 137. 219. 640. 965
עפר ארץ 340
עצב 254
עצבה 243
עצה Hinc
עץ 580
עצם Hinc
עצם תם 507
עצם יד 703
עצר 88. 295
עצר במלין 88
עקב 841
ערב 190. Hinc
ערבל 534
ערד hinc
ערוד p. 889
ערה hinc
ערר 415 et 452
ערר בערי־ערר 29
ערץ 732
ערוץ נחלים 690
ערק 687
עורק 700
עשב 157
עשש hinc
עש 117 sq. 625
עשה 556
עשה פימה 360
עחד in part. paſſ.
עחיד 59 et 358
עתק 490
צור יעתק ממקומו 339
עתר 547
עתח Inde
עתה 163

פ

פגע hinc
מפגע 202 sq.
פגש inde
מגש חשך 144
פדה 768
פוק Hinc
אפיק 299 et 300
פוץ inde ex Hiphh.
הפץ עברות e. c. הפץ 917
פור in Pihhel
פרפר 377. in Hiph.
הפר hinc
הפר מחשבה 142

פוש Rad. τȣ̃
פש p. 768
פוש et רטב ex רטפש
vid. ſub רטב
et טרה ex טרפש
טרה vid. ſub פוש
פזז radix τȣ̃
פז 649
פחד 103. 532 et 902
פחח Hinc
פח 411. 532
פטד inde
פטדה 651 ſq.
פיד 706 et 728
פיה vel פוה hinc
פה in regim. פי 145.
702 et 865
כפי in phraſi
אני כפיך 753
פים hinc
פימה 360
פלא 264
פלח inde
פלח כליות 378
פלח ילדים 888
פלח 956
פלט 555
פלל hinc
עון פלילי 716
פנה ſeq. אל 126
פנה ב 183
פנים 809
אל פנים vel על 18.
19 et 311
לפני 119
לפני־שמש 216
פעל 186
פער Hinc
פער פי 682

פער פי על p. 374
פצץ 377
פקד 200
ſeq. על 781
פקח 323
פרא 277 et 890
פרא במדבר 564
פרד in Hithp.
התפרד 97
פרח hinc
פרחח 695
פרס 97
פרע 99 ſq.
פרץ 17
פרר 377
הפר de יראה 344
פרש 835
פשט 22
פתא radix τȣ̃
פתאם 129
פתה 715
פתה nom. 128
פתח 896
פתח פיו 40
פתח יחר 693
פתח מוסר 297
פתל Hinc
נפתל 143
פתח Hinc
פת 719

צ

צבא 185 et 265
צבר 623
צדק 184. 207. 261.
774
צהר in Hiphhyl
הצהר 569

צהר in duali
צהרים p. 144
צוא Hinc
צאצא 157 et 490
צוה 838
צוק hinc
מוצק
רחב מים במוצק
845 ſq.
צור hinc
צואר 359
דבר בצר רוח 197
צלל hinc
צל 187. 211 et 397
צלצל hinc plene
צלצל דגים 936
צלמות 301 et 870
מצלעה 414
צמח 136 ſq.
צמם hinc
צמה 133
צמים 133 ſq. et 411
צמת in Niphhal
נצמת 177
צנן Hinc
צן pl. צנים 132
צעד 410 et 417
צעד nom. 209. ~~hinc~~
מצעד ibid.
צפה 356
צפון 595
צעק Hinc
צועקה 389
צפן 393
צפן לב ibid.
צפן בלב 260.
נצפן 354 ſq.
צרב in Niphhal
נצרב 176

צרר

צרר hinc
צרר־מים בעבים p. 596 sq.

ק

קבל 33 sq.
קבר 159
קברים לי 389
קדם 66
הקדים 941
קדם 662
קדים 343
קדר 177
קדש 9
קהל in Hiphhyl
הקהל 275
קוה 178
קוה פיעלו 187
חקוה 194. 402
יש חקוה 147
קוט 214 et 249
קול 95. 879
קול דממה דקה 108
קום 23. 191. 281. 372. 438. 669
קם et קים 539
קום על 586
הקים 88
קין Hinc
קינה atque hinc
מקוננה 58
קוף 7. in Hiphhyl
הקיף 428
קוף
הקופה 7
קטט Hinc
נקטה נפש בחיים 249
קטל p. 311
קטף 213
קלה Hinc
קלון 263
קלל 193. 913
קמט 373
קנא 837 sq.
קנאה p. 127 sq.
מקנה אף 838
קנה 3. Hinc
מקנה ibid.
קנץ 406
שם קנצי למלים ibid.
קפץ 582
קפץ פה 146 sq.
קצץ Vnde
קץ 406
קצר vnde
קציר 131 sq.
קרא 104. 126 et 233
קרב Hinc
מקרוב 461
קרן Hinc
קרן בעפר 381
קשה in Hiphhyl
הקשה it.
הקשה ערף 224
קשח ex cuius Hiphh.
הקשיח בניה ללא־לה 901 sq.
קשט hinc
קשיטה 981

ר

ראה 128
ראה טוב 241
ראה אור 71
ראה ב p. 62
לא ראו אור 852
אל יראו 472
ראה וירא 179
ראה *spectans* Hinc
ראה עניי 263
ראי 196
מראה 107
ראם 891 sq. et
ראמות 650
רבב 157
רב דברים 270
רב שפחים 305 sq.
רב עצמות 104
רב *sufficit* 912
רבץ vnde
רביץ 282
רגב 885
hinc phraſ.
רגבי נחל 513
רגז 73
רגז קול 839 sq.
רגע 191 et 201
רדם in Niphhal,
נרדם 103. Hinc
תרדמה 102
רהב 603
רוה vnde
רי et ריה 846
ראה pro רוה in phraſi ראה עניי 263
רוח hinc
רוח־לי 750
רוח nom. 460
רוח פי 364
רוח היום 182
רוח כביר 206
רוח זרה 436

רוח אלוה באף p. 609
רוח אמרי נואש 181 sq.
רום hinc
מרום 904
רוע hinc
רעה רבה 529
רוף 602
רזם 349
רחב 821 sq.
רחב ארץ 871
רחק Hinc
רחק מישע 130
רחק מן 498 sq. et 693
הרחיק 278
מרחק 35
רטב Hinc
רטוב 215 sq.
רטפש 768
רטה 376
ריב hinc
ריב עצמים 762
ריח id q. רוח in Hiphhyl
הריח 910
ריח Hinc
ריח מים 330
ריע 182
ריר Vnde
ריר חלמות 167
רכב hinc
רכב רוח 704
רכך in Hiphhyl
חרך לב 560
רמה Hinc
רמיה 306
רמם p. 198 et 506 in part. pass.
רמים 506 et 512
רמה 191
רנה 908
רנן 897
רננה 57
רסן 694
רעב 132
רעב n. 152 et 154
און רעב 413 et 415
רעד 905
רעדה 103
רעה 484
רעם 841. 905
רעמה 906
רען Hinc
רענן 366
רעע hinc רעוע 788
רעף 834
רעש 906
רפא 150
רפא אלילי 305
רפאים vnde רפא vid. sub רפה
רפד 962
בחשך רפד יצוע 401
רפה 150
רפאים 592 sq.
רפק 602
רפח vnde
הריפות 720
רצה 327 et 465
רצה עם אל 779
רצה יומו 327
רקב 321
רשע 72 et 261
הרשיע 742
רשף 138
Hinc
רשפי קשת ib. et
בני רשף ib.
רחח 708
רחם inde
רחם 689

ש

שבב foem. שבבה 411
שבע 876
שבע קלון 263
שגב et
שגב ישע 142
שגה 209
שדד 896
שהד 385
שוא Hinc
שוא 461 sq.
שוב Hinc
שב 347
שוח 344 sq. et 250
שוך 16
שום vel שים 392
שם על 849
שם לב על 27
השים 122. 788
השים ב 113
לא השים et
השים לאל 571
השים דברה 140
שוש 78. 219. 907
משוש 219
שחק 683
שחק לכפן 154
שחק לרעהו 286
שטם

שטם p. 13
שטן ib.
שכה hinc
שכוי 882
שכך 258
שכה plural. שכות 937
שכר Hinc
שכיר 186
שמח 78
שמל hinc
שמלה et
שמאל 556
שעף Vnde
שעיף 102 et 103
שער Radix τȣ̃
שערה 246 et 629
שפה 299
איש שפתים 270
שפף hinc
שפו עצמות לא ראו 763
שרד Vnde
שריד 476

ש

שאג 840
שאגה 81
שאגת אריה 95
שאה hinc
תשאות 834
שאה ומשאה 875
שאט 14
שאט נפש 13
שאל 209
שאול 332
שאן et
שאנן 74
שאף p. 135
שאף צל 187
שבב Hinc
שביב 409
שבר 864
שדד Hinc
שד 153
שהם 649
שוא 365
שוב 184
שב אף 230 sq.
שוב רוח 334. 350. 459
שוב ובוא 399
השיב 231. 275. 459. et 464
השיב רוח 235
שוה 364
שו 365
שוט 13
שוט ימית וילעג 239
שוע 703 et 705 sq.
שוף 234
שור 770
שר 58
שור 492
שור foem. שורה 570
שות vel שית 865
שת לב 200
שות עם 686
שות על 545
ושית ממני 267
שזף 463
שזר 135
שחח 886
שחן Vnde
שחין 31
שחץ vnde phrasis
בני שחץ p. 642 et 1214
שחק 340
שחת 246
שטח Et
שטח לגוים 301 sq.
שטף 340
שטף 875
שטר hinc
משטר 879
שכב 190. 282. 519. 672. 699
לעפר שכב 205
לא שכב 700
נבלי שמים השכיב 885
שכן 52
שכן ערים נכחדות 361
שוכן בית המר 116
שלה 84. 613
שלו 377
שלאנן vid. אנן.
שלח 8. 494
שלח ביד פשע 207
שלח חבל 889
שלח ברשת ברגלים 411
שלך 367
שלם 224
השלים 156
השלים חק 559
שמה Vnde
שם *nomen* 2
שם *ibi* 75
שמם 371
שמום 629

שמע

שמע Vnde
שמע בסור p. 346
שמעה לי 744
שמע אזן 973
שמץ et שמצה 99 et 100
שמר 260 sq. 336 et 197
שמר בל־ארחות 318
שמר את־נפשו 30
שנה 355
שנן Vnde
שן Vnde
שן־סלע 911
שעה Vnde
שעה טעליו 323
שער 130
שפט 206. et 232
משפט 206
שפע hinc
שפעת־מים 534
שפר p. 604
שקט 67
in Hiphhyl
השקיט 794
שקל 981
שקר Radix ד״ע
שקר 304
שרה 840. 959. inde
שריה ib.
שרוּ hinc
שרירי בטן 922
שרש in Hiphhyl
השריש 129
שרשי הים 835
שחה 165

ת

תחה Radix ד״ע
תהר 177 et 302
תהל Hinc
תהלה 112 et 113
תור Hinc
יתור הרים p. 891
תחת vid. sub נחת
תכן hinc
תים תכן במדה 659
תלם vnde phrasis,
תלם עבחו 895
תלע origo ד״ע
תלעות 673
תמל Vnde
תמול 211
תנון vnde תנן 930
תפל 25
in part. praes.
תפל 166
תפלה 25. 26
תפח Vnde
תפח et
תפחה 395 sq.
תקע in Niphhal
ליד נתקע 392
תקף 357

FINIS.

Jd 3341
5 (2)

ULB Halle 3
006 914 039

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-216220343-18/fragment/page=0523

ALBERTI SCHVLTENSII
COMMENTARIVS
IN
LIBRVM IOBI



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-216220343-18/fragment/page=0525